R-1007



R-30

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN OMnes Beati Pauli epiſtolas Cõmentaria. Cui quidem in cõponendis enarrandiſque ſacrarũ literarum libris (ſi ſingula ſpectes) pari ingenio dexteritateq; vix aliter ſucceſsit.

Prioribus emendatiora exeunt, aliorum exemplarium collatione.

PARISIIS,

Apud Poncetum le Preux, via Iacobæa, ſub interſignio lupi, e regione Mathurinorum.

1548.

Lectori S.

Ere tua fore putauimus (Christianæ lector) si quam in aliis, eandem in D. Dionysij Carthusiani Cõmentaria in B. Pauli epistolas diligentiam adhiberemus. Quanquam nos non lateat quàm parum codicum emendatio gloriæ secum adferat, cui quidẽ nec inhiamus, nec si liceret assequi studeremus. Ea mens nostra non fuit, quin potius publicis inseruire commodis, si modò id aliquatenus nobis daretur. Studiũ autẽ nostrũ optimè collocatũ iri putauimus, si collatione veterum exemplariorum nouum veluti opus reformaremus Ergo quæ magna diligẽtia ante multos annos excusa fuere disquisiuimus exemplaria, maiore fidelitate cõtulimus: vt qui nostrum hoc quod palam facimus cum superioribus volet æstimare (nisi mea me spes fallit) & certius exemplar & clarius sit habiturus. Vale & labore nostro fœlix fruere.

INDEX RERVM MEMO-rabilium ex commentariis D. Dionysii Carthusiani in omnes D. Pauli epistolas serie literaria.

Aarō typus eorū qui ad dignitates ecclesiasticas assumēdi sunt. 325.f

Abba pater, qd notet. 204.c

Abraham quando & cur circunsionē accepit, & quòd ante eā iustus fuerit vt alij multi. 26.f

Abrahā qūo corpꝰ suū emortuū dicit, quū post mortem Sarę Cethurā duxerit, ex eāque liberos genuerit. 28.c.d

Abraham an dubitauerit de promissione facta, dicendo, Putásne cēt enario nascetur filius? &c. ibid.e.f

Adā quomodo figura Christi. 33.b

Adiuratio an licita sit, & quatenus. 275.a

Adiurare quid. ibid.b

Adoptionis spiritū etiā in veteri testamēto electi acceperūt, sed nō ex lege. 47.c.d

Adoptionis nostræ in filios dei signum & arra spiritus sanctus. 204.c.d

Aduentus Christi cur primū occultus. 65.e

Aemulari multis modis accipitur in scripturis. 140.c

Æmulatio quæ. 209.f

Aër pro cœlo vsurpatur. 234.d

Æternum quid est. 313.f

Affectus hic est serui fidelis, vt quod communiter pro omnibus fecit Christus & pertulit, singulariter pro se tantum putet illum fecisse & pertulisse, ídque merito & quare. 198.f

Agar vxor erat Abrahæ antequam eam cognouisset, aliâs adulter fuisset. 206.a

Agnus Christꝰ quomodo occisus ab origine mundi. 340.b

Agricultura Dei quomodo homo. 10.d

Amor primum donum gratuitum in quo omnia donantur. 30.c

Amor & timor, legis euangeliique differentia. 47.c & sequentibus.

Anathema à Christo fieri p fratrib⁹ suis quomodo exo ptauerit Paulus. 54.e.f.& fo.sequenti.a.b.c
Angeli boni & mali quomo do iudicabuntur in die iu- dicij. 109.c
Angelus dominus etiam fre- quenter appellatur. 202.d
Angelorũ prælatio quomo- do euacuabitur in die iudi cij. 148.f
Angeli an à principio secu- li cognouerũt mysterium regni cœlestis, hoc est, chri sti incarnationem. 222.b
Angeli an omnes foras mit- tantur. 316.a
Angeli omnes administrato torij spiritus esse quomo- do intelligantur. ibid.a
Anima verius est vbi amat, quàm vbi animat. 246.d
Antichristo occiso, an om- nes futuri sint boni qui re manebunt. 80.c
Antichristi aduentus quan- do. 278.a
Antichristus quomodo pe- ribit. ibid.f
Antichristi adẽutus duplex. 274.f
Antichristus & eius ministri, an vera miracula facient. 279.b
Antichristus quibus menda- ciis & modis mundum de- cipiet. ibid.d
Archangeli quare nominati. 316.
Arra spirituss. nostræ hære- ditatis quomodo dicatur. 215.d
Arra & pignus quomodo differant. ibidem.
Astutus in vtranque partem capitur. 189.c
Auxilium humanum nõ esse contemnendum, quandiu ordinatè & congruè habe ri potest, quamuis semper in domino sperandum sit, exemplo Pauli, & Dauid, probatur. 185.b
Auaritia quomodo idolorũ seruitus. 229.e
Auxilij humani virtus etiam à Deo omnis dependet. 185.b
Auxilium ad diuinum non prius esse recurrendũ, nisi cum deficit humanum ex- emplo Ezechiæ probatur ibidem.c

B

Baptismus sepulturam & resurrectionem Chri- sti repræsentat, 147.c.d
Baptismum suscipiens obli- gat se ad omnia præcepta euangelica: sicut circunci- sio ad omnia legis præce- pta obligabat. 107.e
Baptisma vnum quomodo dicatur. 274.d
Beatitudo animarum sicut maior erit quàm esse natu- ralis fœlicitas angelorum: sic

erit maior perfectio corporum glorificatorum, quàm sit perfectio cœlestium corporum. 151.f
Beatitudo quid. 216.c
Benedictio pro dono liberali frequenter accipitur. 114.a
Benignitas quæ. 14 f
Bonus qui dicatur. 31.b
Bonitas quæ. 380.a
Bonitas & misericordia Dei per hoc maximè commendantur, quia miseris clemẽter subuenit. 323.d
Brauium quid. 345.f

C

Coeli quot. 225.a:b
Cœlum Empyreum nouissimum. ibidem.
Cœlum tertium, empyreum. ibidem.
Caput Christus omnium electorum etiam angelorũ secundum vtranque naturam: caput verò viri, vt homo, multis rationibus. 129.f
Caput ecclesiæ Christ⁹ quomodo dicatur. 217.c
Caro Christi cur velamen appellatur. 342.b
Carnis opera quæ, 209 f
Castitas quæ. 210.c
Castus & continens quomodo differant. ibidem.
Cæremonialium obseruantia tempore nouæ legis erat par peccatum cum idololatria. 204.f
Cæremonialia præcepta cur infirma & egena dicantur ibidem.e
Charitatis opera dupliciter considerantur. 49.a
Charitatis actus qui potissimi. 140.c
Charitas amitti potest. 141.e
Charitatis precepta licet duo sunt obiecti ratione distincta: vna tamen est charitas qua Deus proximúsque diligitur. 209.a
Charitatis longitudo, latitudo, sublimitas, profundum quæ. 223.b.c
Charitas virtutum præstantissima. 259.c.d
Chirographum peccatorum nostrorum quidnam fuit. 256.c
Charitas quomodo præcepti finis. 282.d
Christus ex semine Dauid & Mariæ quomodo natus. 4.d.e
Christus licet secundum carnem factus seu natus sit ex semine Dauid atque Maria: non tamen simpliciter & absolutè creat⁹ vel creatura dicitur. 4.e.f
Christus patri natus filius secundum carnẽ, quomodo & cur dicitur. ibidem.
Christus factus est filius Dei quomodo non dicatur. 5.f

Christus quomodo peccatū de peccato dānauit in carne. 43 e.& seq.
Christum tradidit Deus triplici modo. 57.f
Christus esse ad dexteram patris dicitur tripliciter. 53.b.c
Christus an voce an miseratione pro nobis interpellet. ibid.c
Christus cur lapis dicatur. 61.c
Christus quomodo finis legis. 62.b.c
Christi aduentus cur primū occultus fuit. 65.e
Christus passus dicitur, vt omniū dominetur propter duo. 79.e & seq.
Christus sapientia & virtus patris quomodo. 95.c.d
Christus dominꝰ gloriæ quomodo. 98.b
Christus Dei quomodo esse dicatur. 104.a
Christus Adā quomodo dicatur, item & nouissimus Adam. 152.b.& seq.
Christus caput omnium electorum etiámque angelorum secundum vtranque naturam: caput verò omnis viri, vt homo, multis rationibus. 130.a.b
Christus potentior ad reparandum, quàm ad destruēdum Adam. 147.f
Christum hominē pater pro nobis tradidit Christꝰ verbum vt Deus, seipsum vt hominem. 192.b.c
Christus ex ardētissima charitate salutis nostræ & honoris & obediētiæ paternę seipsum tradidit. 192.b
Christus filius quomodo missus nobis dicatur. 204.a
Christus quomodo dicatur caput ecclesiæ. 217.b
Christus ecclesiæ caput secūdum vtranque naturā triplici ratione. ibid.c.d
Christus caput omnium non æqualiter, sed ordine quodam. 219.d
Christus quodammodo patrem & matrem reliquisse videtur vt adhæreret spōsæ ecclesiæ. 223.d
Christus quomodo imago patris est. 251.f
Christus quomodo splēdor gloriæ patris. 312.d
Christus à primo instāti suæ cōceptionis in virgine, absolutè prælatus est angelis, & omnium creaturarū dominꝰ cōstitutus & quare. 313.e
Christū cur pati debuit pro nobis, & non alium substitui. 319.a
Christus secundum humanitatem vt nos, excepto originali peccato, ex Adam descendit. ibid.b
Christus quomodo in deum sperare dicatur. 319.d

Christus quomodo fuerit sacerdos secundum Melchisedec, non autem secũdum Aaron. 331.d
Christi oratio omnis an absolutè exaudita fuerit. 329 e
Christus quomodo sine matre & patre fuisse dicatur vt Melchisedec. 331.b
Christus quomodo occisus ab origine mundi. 340
Christus consummator fidei. 350 a
Circuncisio quid. 26.f
Circuncisio duplex. 27.b
Circuncisio vera quæ. ibid.c
Circuncisionẽ Abrahã quando accepit & cur. 26.f
Clarificatur Christꝰ alio modo in nobis, quàm nos in illo. 277.c
Corporis exercitatio q̃ diligentissimè exigẽda. 71.
Corpus & sanguis Christi licet pluraliter sacramenta dicuntur, formaliter tamẽ sunt vnum sacramentum. 133.e
Circuncisionis acceptio, obligatio erat ad omnia legis præcepta implenda. 207.e
Clarificatur nomen Christi dupliciter in nobis. 277.b
Cogitationes in die iudicij accusabunt animas vel defendent, nõ quæ tũc erunt, sed quæ nunc sunt. 17.d
Communicãtes indignè interdũ repentina vltio subsequuta est. 135.a
Confessio oris, est effectus fidei cordis. 63.e
Coniugium seu matrimoniũ magnum sacramentũ, propter significationem coniunctionis Christi & ecclesiæ. 232.c.& sequen.
Cõscientia bona quæ. 282.c.d
Conscientia errans an obliget. 82.c
Cõtentionis detestatio. 16.a
Continentia quæ. 210 c
Cooperatorẽ dei esse diuinorũ est diuinissimum. 101.d
Corpꝰ mortis quid & vnde. 42.f
Corpus Christi licet fueritverũ veracitérque caro, nõ tamẽ veraciter caro peccati, sed similitudinariè. 43.f
Corpus animæ instrumentũ. 71.f
Corpora impiorũ resurgẽtiũ erunt horribilissima. 153.a
Creatura purè humana nulla digna erat satisfacere p hominibus, duplici de ratione. 319.a
Crucifixorum mors amarissima. 241.b

D

Dæmonũ socij qui sint. 128.a
Dæmones post finem iudicij homines non cruciabunt, sed vno igne cũ reprobis punientur, non tamen æqualiter. 149.b

Dæmones volucres cœli. 234.d
In dæmonibus prælatio est. ibidem.c
Decalogus præceptorum ad duo præcepta pertinẽt charitatis. 253.a
Decima decimæ quæ. 331.f
Delibatio quid. 68.a
De omnibus angelorum ordinibus quidã ceciderunt. 234.c
Determinatè qd petere quatenus à Deo possimus. 31.a.b
Deus propter se omnia fecit 59.c
Deus est causa rerũ in triplici genere causandi. 71.b.c
Deũ i corpore portare quid 111.e
Deus à creatura nulla quantumuis perfecta videri potest in hoc statu. 141.f
Deus meus qui verè dicere possint. 236.f
Dies domini, iudicij dies cur dicitur. 271.f.& fo.seq.
Dilectio dei cum sit inuariabilis & æterna, quomodo ei conciliari dicimur. 31.f
Diligere dei quid. 57 e
Diligere quid. 306.f
Dilectio nostra hîc imperfecta, an in patria tolletur imperfectio. 141.b.c
Dilectio primũ & maximum donum gratuitum. 142.b
Disciplina Christiana omnis in vera humilitate consistit. 241.a
Discretio mater custos & fotrix virtutum. 71.f
Distributio terræ, quãdo facta. 201.f
Diuitiæ hæreditatis seu gloriæ promissæ quæ. 116.c
Diuitiæ gloriæ Dei quæ. 254.a & sequen.
Dona quæ spiritussancti dicuntur, prout dona, solum in charitatẽ & gratiam habentibus inueniuntur. 251.b
Dormitio triplex in scriptura. 270.c

E

Ecclesię status medius est inter synagogam & statum patriæ. 126.f
Ecclesiæ vtilitas multa prouenit hæreticorum occasione. 132.d.e
Ecclesiæ caput secundum vtranque naturam Christus triplici ratione. 217.b
Ecclesia Dei quomodo regnum. 151.d
Eleemosyna hostia deo gratissima. 249.c
Elementorum qualis erit innouatio peracto iudicio. 49.f
Elementa cur dicantur præcepta ceremonialia legis. 204.e.f
Empyreum cœlum quid. 186.a

Ephesij qui. 213.e
Episcopi olim qui nunc presbyteri. 236.e
Episcopi etymon quod. ibidem.
Episcopi primum officiū hęresim extirpare. 287.b
Episcopatus dignitas laboriosa. ibidem
Epistolá ad Hebræos Pauli. 311.e
Esau Iacob non seruiuit, sed seruitus illa in posteris eorum impleta. 57.f
Euangelium Christi est, tanquam authoris: Ioannis verò, Matthæi, Lucæ, Marci, tāquam scriptorum: Pauli verò & aliorum, tanquam prædicatorum. 17.b
Euangelicæ legis status medius est inter statum synagogæ, ac patriæ. 340.d
Eucharistiæ sumendæ dignitas attenditur dupliciter. 131.b
Eucharistiæ dignitas quanta ibidem.
Eucharistiæ á sacramento quamuis interim bonū sit abstinere propter propriā imperfectionem & periculi grauitatem: melius tamē est quotidie accedere ex feruente amore & familiaritate. ibid.e
Eucharistiæ ad sumptionem quæ requirantur. 134.e
Exaltatio Christi multiformis fuit propter passionē & obedientiam. 241.d
Exauditionis defectus à deo non est, sed ex parte nostræ indignitatis & culpæ. 242 c
Exemplum & exemplar quid differant. 335.f
Exemplum quid. ibidem
Exemplar quid. ibidem

F

FAcie ad facie videre q̄d. 141.f.& seq.
Famæ quanta cura habenda. 81.c
Fascinationis varia significatio. 199.d
Fascinatio quomodo fiat. ibidem.
Fermentum dupliciter consideratur. 107.d
Fidem Christianam non humanæ rationi, sed increatæ veritati inniti. 2.c
Fidei nomine, actus fidei intelliguntur. 10.a
Fides cum sit vna, quomodo iustitia Dei reuelatur ex fide in fidem. 9.f
Fides eadem noui & veteris testamenti. 24.b.c
Fidē seu gratiam nullus mereri potest. 25.e
Fides omnis meriti principium. ibidem.
Fidei tam informis quàm formatæ efficacia. 63.d.e
Fidem quis se habere for

matam an verè scire possit 190.b
Fides, prima virtus. 198.a
Fides quid. 344.c
Fieri non posse, vt dicatur, consuetudo est, quod non fit iustè. 205.d
Figuratũ quàm figura in bonis vt melius est, ita in malis peius. 225.f
Figura locum tantum habet in corporalibus rebus. 312.e
Filiatio vna duntaxat in deo 4.e
Filij spirituales patribus spiritualibus in necessariis thesaurizare debent. 189.a
Finis legis Christus quomodo. 62.c
Fletus duplex. 74.f
Fluere nos & pereffluere quomodo dicimur. 316.e f
Fomes peccati quid, & vnde dicatur. 42.d.e
Fomes quomodo lex dicatur 42.e
Fornicatio quæ. 209.f
Fornicatio duplex. ibidem
Fratres Christi quomodo sumus. 319.c.d

G

GAlatæ qui. 191.d
Generationes in Christo duæ, vna tamen filiatio. 4.f
Gentiles non gens quomodo dicantur. 65.a
Gloriæ dominium nulla pura creatura habere potest. 98.b.c
Gloria duplex, glorificans & glorificata. 131.b
Gloria vana quã graue peccatum. 240.b
Gratia propriè quid. 6.b
In gratia se homo esse multis rationibus testari potest. 48.b c.d
Gratia vnitatis & identitatis assertionum causa sola est. 83.e
Gratia duplex, gratum faciens, & gratis data, earúmque differentia. 136.b.c
Gratia gratis data ad quid ordinetur. 137.d
Gratia se habet ad liberũ arbitrium, sicut sessor ad equum. 147.a
Gratiæ finis adeptio gloriæ. 170.b
Gratiam dei propriè in vanũ recipit, qui per eam bene viuendo vitam æternã non acquirit. ibidem
Gratias agendi deo Christus nobis causa est. 8.f
Gratia manifestationis spiritus etiam malis datur interdum. 136.f
Gratiarum actio quàm vtilis & necessaria. 261.a
Gratiarum actiones quæ. 284.e.f

H

Hæreticorum occasione multiplex vtilitas ecclesiæ prouenit. 132.d.e
Hebræi vnde dicti. 17.e
Hircus & vitulus præfiguraverunt pro nostris peccatis Christum oblatum, & similitudine carnis peccati indutum. 319.c
Homo dicitur omnis creatura. 49.c
Hominis nomine quid intelligatur in scriptura. 100.e
Homo quomodo agricultura dei. 101.d
Homo templum dei dicitur duplici ratione. 103.b.c
Hominum triplex differentia, quantum ad actus & habitus animæ rationalis. 136.b
Hominis optimum est, esse secundum rationem. 209.b
Honorare parentes quomodo debeamus. 232.f
Humanitas Christi cur velamen appelletur. 342.b
Humanitas Christi non est melior naturâ angelicâ secundum sua essentialia, sed per dona gratiæ. 313.e
Humanitas Christi, nostram in Adam imperfectam reparare debuit. 319.b

I

IAcobus minor cur dictus, 146.e
Iacobo apostolo etiam Christus post resurrectionē apparuit. 146.d
Iacobus frater domini cur dictus. 194.b
Iacobus cum fuerit primus fidelium Iudæorum Episcopus, cur non potius ipse, q̄ Petrus ordinatus sit Iudęorum Apostolus. 196.c
Idioma vnum erit in resurrectione omniū electorum, sicut fuit ab initio creationis. 141.a
Idololatria omnis peccati est origo. 11.f
Idolum qūo nihil est. 118.f
Idolum nihil esse. 127.f
Ignis purgatorius quos purgabit. 103.a
Ignis quisnam sit qui probabit opera hominum. ibidē.
Ignominia quæ. 12.b
Imago Dei in homine quomodo attenditur. 131.a
Imago patris quomodo Christus. 251.f
Imago dei Christus quomodo. 312.f
Imago alicuius in alio dupliciter dicitur. 251.f
Immortalitas reproborum qualissima futura. 153.d
Immunditia quæ. 209.f
Impij quòd resurgēt nō erit merito Christi, sed diuina eius virtute. 147.f
Impudicitia quæ. 299.f
In charitate stans homo meretur vitā æternam de condigno. 49.b

Incarnatio ſpiritui ſãcto. cur attribuitur. 5.d
Incarnatio ſummæ pietatis opus. 2.d
Incarnationem Chriſti angeli ab initio ſeculi an cognouerint. 222.b
Incarnatio verbi, finis ad quẽ omnia angelorũ miniſteria ordinantur. ibidem
Incontinentiæ malum eſt, ſi vir vxorem cognoſcat vltra neceſſitatẽ procreationis reddendíque debitum. 112.d
Indurat quomodo deus aliquem. 58.f
Indurationis directa & effectiua cauſa non eſt deus, ſicut eſt directa & effectiua iuſtificationis. ibidem.f & ſeq.
Infidelium actio quælibet an peccatum ſit. 82.c
Intellectus, vt eſt donum ſpiritus ſancti, definitio. 251.a
Interpellet Chriſtus pro nobis, an voce an miſeratione 53.c
Inuidia charitatis aduerſaria, & mors animæ. 211.d
Ira quæ. 71.e.261.a
Iræ acceptio varia. 227.d
Ira dupliciter metas rationis excedit. ibidem.f
Iraſci quatenus liceat. 227.f
Iſaac eccleſiæ typus, vt Iſmaël typus ſynagogæ. 206.f
Iſraëlitarũ appellatio vnde. 17.e
Iudæorum ſtatus excellẽtia. ibidem.e
Iudæi tribus nominibus appellati. ibidem.e
Iudæi capſarij noſtri. 57.e
Iudæi an Chriſtum verè cognouerint. 65.d
Iudæi per legem ſaluari non potuerunt niſi in fide aduentus Chriſti. 30.a
Iudicat homo dupliciter de aliquare. 99.e
Iudicium quatenus licitum. 14.f
Iudicare de altero quàm ſit periculoſum. 13.f
Iudiciũ vt ſit actus iuſtitiæ tria requirit. ibidem.
Iudicium duplex, diſcretionis, & remunerationis. 14.c
Iudicium vitare in duobus omnino debemus: quum ignoramus quo animo aliquid fiat, & qualis futurus ſit qui iudicandus eſt.
Iudicium ſecũdum veritatẽ, ſolus eſſe dei. 14.a
Iudicium habere cõtra fratrem quatenus peccatũ eſt 110.b
Iudicium habere contra fratrem peccatum eſt. 109.b
Iudicio repetere omnia non ſemper expedit quadruplici ratione. 110.d
Iudicium nouiſſimum, cur dies domini potiſſimum dicatur. 271.f,& fo.ſequenti.

Iurare

Iurare quatenus liceat. 7.e f
Iuratio quatenꝰ licita. 34.d
Iuratio debitè circunſtãtionata virtus eſt quæ latria dicitur. 194.c
Iuſtitia dei quæ in nobis reuelatur, tripliciter intelligi poteſt. 9.d
Iuſtitia dei dupliciter conſideratur. 62.a
Iuſtitia dei hoc maximè cõmẽdatur, quòd peccata inulta non ſinit. 319. a
Iuſtus quomodo ex fide viuat. 9.f. & ſeq.
Iuſtus qui dicatur. 31.b

L

LActis nomine quid ſignificatur. 100.d
Latitudo charitatis quæ. 223.b
Leuitæ decimas ſacerdotibꝰ dare tenebantur. 331.f
Legalia & cæremonialia licet ſtatim poſt Chriſti paſſionem mortua fuerint, non tamen mortifera. 98.f
Lex vetus, lex factorum. 23 f
Lex vetus quomodo lege euangelica perficitur, non vero deſtruitur. 24.d
Lex quomodo peccatum abundare fecit. 34,c
Lex quomodo cognitio peccati. 39.f
Lex vetus, lex timoris. 39.a
Lex vnde dicatur. 42.d
Lex ſcripta quid. 42.b
Lex ſcripta quatenus legi diuinæ concordet. Ibidem.
Lex membrorum atque peccati quæ. 42.d
Legi peccati ſeruire quid. 43 b
Lex peccati & mortis quæ. 43.d.e
Lex euangelica, lex fidei. 23.f
Lex euangelica, lex ſpiritus 43.d
Lex euangelica, lex vitæ. ibidem.
Linguarum in patria cœleſti vtrum erit vſus & vocalitas. 141.a
Lex Moſi, cur lex literæ. 163.e
Lex literę quomodo occidit ibidem.
Lex chriſti virtute ſacramentorum ſuorum gratiam cõfert, ſicque iuſtificat, nõ lex Moſi. 198.c
Lex ſcripta quando data. 201.f
Legis vtilitas. 75.c
Lex data Moyſi non vnius angeli miniſterio, ſed multorum. 202.c
Lex, peccati cognitio directè: ſed peccati augmentatio indirectè, & quare. 202.f
Lex quomodo prædagogus 203 a

Legem iuſtis poſitá nõ eſſe quomodo ĩtelligatur. 282.f
Lex etiam quo ad precepta moralia non adduxit ad perfectionem. 57 e
Liber vitæ quis. 247.b
Liber vitæ in deo metaphoricè dicitur. ibidem.
Liberatio animæ à corpore dupliciter intelligenda. 43.a
Liberationẽ animæ à corpore facit deus, effectiuè, gratia dei, formaliter, Chriſtꝰ homo, meritoriè 42.f
Liberæ, & non ancillæ filij quinam ſint. 207.b.c
Liberum arbitriũ indiget nõ ſolum habitu gratiæ & dilectionis diuinæ, ſed etiam actuali motione ſpiritꝰ ſancti nos excitantis. 163.c
Linguarum donum quantũuis ſublime ſine charitate nihil prodeſt. 140.a
Linguarũ donum quomodo ceſſaturũ intelligatur. 140.f
Longanimitas quæ. 210.c
Longitudo charitatis quæ. 223.b
Ludus Iſaac cũ Iſmaële quid deſignet. 206.f
Luxuria nomen cõmune ad cæteras ſpecies libidinis. 209.f

M

Manifeſtatio ſpũs quænam gratia, quodnã ſit donum 136.f
Manſuetudo quæ 210.c
Manuum leuatio ad ſuperna quàm vtilis & efficax. 286.c
Maranatha quid 155.d
Materiam primam in omnibus corporibus eſſe eiuſdẽ rationis. 151.f
Matrimonij bona tria. 112.d
Matrimonij definitio. 113.b
Matrimonium ſeu coniugiũ magnũ ſacramẽtũ propter ſignificationem cõiunctionis Chriſti & eccleſiæ. 232.d & ſeq.
Melchiſedec quiſnam fuerit. 330.f
Salem quid. ibidem.
Melchiſedec interpretatio. 331.b
Melchiſedec non eſſe potuiſſe Sem probatur cõtra Iudæos. 331.c
Melchiſedec quomodo ſine patre & matre fuiſſe dicatur. ididem.b
Melchiſedec in ſacerdotio nemo ſucceſſit, ſic & Chriſto. 331.d.e
Merces & præmium quomodo ſecundum laborem dabuntur. 101.b.c
Meritorij operis non ſolum cõſummatio à deo eſt, ſed & inchoatio, cõtra Pelagiũ 163.c
Miſericordiarum pater deus quomodo dicatur, cum miſericordia eius vna ſit &

& ſimplex. 156
Miſericordia dei in quo maximè cõmendatur. 319.a
Miſit filium ſuum pater, quo modo intelligatur. 204.a
Miſſio filii dei duplex .ibid.
Miſſio duplex in angelis. 316.c
Miſſio duplex in Chriſto ſeu ſpiritu ſancto, ibidem
Modeſtia quæ. 210.c
Moſes mediator, per cuius manum data lex. 202.d
Moralia cum verſentur circa particularia, mutabila ſunt loco, tẽpore, cauſa, & c. 181.a
Mors ex culpa nõ ex natura eſt ſequuta. 32.c
Mortuum eſſe peccato quid. 35.b
Mortuorũ, primitiæ Chriſtꝰ 148.a
Mortem optare an liceat homini propter aduerſitatum acerbitatem & magnitudinem. 158.b
Mors Chriſti patri maximè placuit ex parte patientis, non inferentis. 329.c
Mortem proximorũ aliquãdo flere debemus & poſſumus quadruplici ratione. 270.d
Mortem cũ deus nõ fecerit, quomodo mortis & vitæ imperium habeat. 324.d
Moſes cur Ægyptum relinquens in terram Madian fugerit. 354.a
Motus primi non ſunt in ratione peccati. 215.b
Mulieres magis ad comã nutriendam quàm viri diſpoſitæ ſunt. 132.a
Mulieres cur velatæ. 131.f
Mulieris nomine quæcunq; fœminei ſexus perſona appellatur Hebræis. 204.a
Mulieris ſubiectio ſub viro non eſt in omnibus ſimilis ſubiectioni ancillę. 231.d
Mundus carcer atq; exilium electorum. 131.d
Mundi varia acceptio. 234.c

N

NAtiuitates in Chriſto duæ vna tamen duntaxat filiatio. 4.d.e
Natiuitas noſtra quoque ex deo eſt vt Chriſti, ſed diſformiter, per adoptionem ſcilicet nõ per naturam vt ipſe ſolus & vnus. 323.f
Natura humana ſe habet ad verbum ſicut veſtis ad hominem. 319.b
Nazaræis cur comatis eſſe licuit. 131.f
Neronis perſequutio & aliorum ſimilium, Antichriſti perſequutionis figura. 278.d
Nominis boni cura habenda 81.d
Notum dei & ignotum quid 10.d

Nouatij diaconi error. 328.f
Nuptiæ ſpontaneæ eſſe debent. 117.e

O

OBſecratio quid. 61.f 135.c
Obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, quomodo inter ſe diſtinguantur. 284.e
Odire dei quid. 57.e f
Oleo quomodo Chriſtus inunctus eſt. 315.c
Omnipotentiæ dei nõ derogat, quòd peccare non poſſit & ſeipſum denegare & huiuſmodi alia. 299.e
Operari deus omnia in omnibus quomodo intelligendus. 136.e
Originalis iuſtitia quę eiuſque vis. 42.f
Oratio quid. 51.c. 53.d
Oratio locũ nõ exigit quomodo. 91.a
Orationis ſpecies quatuor. 248.a
Orationes, obſecratiões, poſtulationes, gratiarũ actiones quæ & quomodo inter ſe diſtinguantur. 284 e
Oratio Chriſti omnis an exaudita fuerit. 326.e
Ordo duplex generationis & naturæ. 152.c
Ordo in omnibus rebus optimus. 145.f
Originale peccatum quomodo in omnes pertranſiit. 32.c
Originalis iuſtitia non ſolũ Adę, ſed & toti poſteritati data. 32.d

P

PÆdagogus quis. 203.a
Parcè metere qui parcè ſeminat, quid ſit. 177.d
Parẽtes tenentur filiis in tribus. 233.b c
Paſſio Chriſti inſtrumẽtum & effectus noſtræ ſaluationis. 23.b
Paſſio Chriſti quomodo fortius agit impleta, quàm implenda egerit. 44.c
Paſſionum Chriſti quæ deſunt quomodo ea implemus. 253.c
Patres veteris legis cum per fidem, gratiam dei, virtute paſſionis Chriſti & merito liberentur, cur in lymbum deſcẽderunt inferni. 44.d
Pater deus quomodo Chriſti caput dicatur. 130b
Patri quomodo Chriſtus eos tradit qui patris ſunt. 148.d
Patres antiquitus morituri filiis definitũ tẽpus tutelæ præſcribebant 203.f
Patientia quatenus deo competit. 14.f
Patientiæ definitio. 343.e
Patientia Chriſtiano potiſſimum

D. Dionysij Carthu-

SIANI IN OMNES BEATI *Pauli Epistolas Enarratio.*

PROOEMIVM.

AVdite me, quoniam de rebus magnis loquuturus sum: & aperientur labia mea vt recta prædicét, Iusti sunt omnes sermones mei. Deus sublimis & benedictus, qui omnia in sapiétia fecit, qui dixit de tenebris lumen splendescere, qui ad suiipsius similitudinem atque imaginé condidit genus humanum propter adipscédam vi- *Prouer. 8.* *Psal. 103* *1. Cor. 4* *Gene. 1.*

m æternam, quæ consistit in hoc, vt cognoscamus verum eum, & quem misit Iesum Christum, ordinatissimo quo- *Ioan. 17*
am processu & conuenientissimo modo reduxit perditum ominum genus, ad felicitatem amissam. Primò quippe, ab ordio mundi, multifariè multisque modis loquutus est ho- *Heb. 1.*
inibus per prophetas & patriarchas. At vbi venit plenitu- *Galat. 4.*
do temporis, misit (sicut promisit) vnigenitum filium suum, vt saluaretur mundus per ipsum. In quo quum consummata fuissent omnia, quæ de eo prænunciata erát per os sanctorũ qui à seculo sunt, prophetarũ eius: paucis elapsis diebus mi- *Ioan. 3.*
sit electis & veris Israëlitis, sanctis apostolis: aliis quoq; qui- *Act. 3.*
busdam primitiuæ ecclesiæ personis, paracletum spiritũ san- *Luc. 1.*
ctum, qui corda eorum omnium veritatum notitia, omnium *Ioan. 1.*
gratiarũ decore, omniumque virtutum sanctitate impleuit. Ipsi nempe primitiuas spiritus receperunt, quemadmodum Christus passioni iam proximus spopõdisse describitur, Pa- *Roma. 8.*
racletus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, *Ioan. 8.*
ille vos docebit omnia. Insuper reparator saluator & medi- *Ioan. 3.*
cus pditorũ, agnꝰ dei qui tollit piacula mũdi, qui venit quę-
rere & saluare quod periit, demonstrare volens cũctis homi
inibus artis suæ industriam, pietatis suæ liberalitatem, & o-
perationis suæ potentiam, quendam languidissimum, im-

Mat. 2 D piiſſimúmque curare aggreſſus eſt. Qui quum vaſtaſſet eccle
Luce. 19. ſiam, viros & fœminas trahens ad mortem, & demum ad ali
Acto. 8, am vrbem tranſiret, vt in ea omnes Chriſtianos caperet, &
Acto. 9. ad principes ſacerdotum deduceret: in ipſo itinere immen-
ſa Dei miſericordia admonitus eſt atque correctus, & tanta
mox ſapientia illuſtratur, tátáque gratia decoratur, táta do
norũ ſpiritus ſancti plenitudine perfunditur: vt de ipſo actor
& fons gratię proteſtetur: Vas electionis eſt mihi iſte. Vnde
Ibidem. & ipſe gratias referens Deo: Fui, inquit, blaſphemus & con-
tumelioſus: ſed ideo miſericordiam cõſequutus ſum, vt in me
primò oſtenderet Chriſtus virtutem ſuam & omnem patien
tiam, ad informationem credẽtium. Itaque propter profun
ditatem & excellentiam epiſtolarum Pauli, meritò in eius
Prou. 8. perſona dicitur, quod modò pro themate eſt aſſumptũ, Au-
E dite me, quoniam de rebus magnis loquuturus ſum, &c. In
quibus vtique verbis primò monemur ad ſollicitam aduer-
tentiam ſcripturarum ſancti apoſtoli. Deinde ratio huius ad
monitionis annectitur, quoniam de ſublimibus rebus tracta
tur. Quàm enim ſublimia ſint, de quibus in libro epiſtolarũ
apoſtoli agitur, in proceſſu clarebit. Præterea ne putemus
2. Tim. 1. hanc ſublimitatem eſſe verbalem ac friuolam, ſubditur: Et a-
perientur labia mea, vt recta prædicent.

De veritate, firmitate, ac certitudine Chriſtianæ ſapientiæ. ARTIC. I.

2. Cor. 12. SCio hominem in Chriſto raptũ vſque ad tertium cœlũ,
& ſcio quoniã raptus eſt in paradiſum, & audiuit arca-
na verba, quæ nõ licet homini loqui. Hæc de ſeipſo aſſerit
ſanctus atque diuinus apoſt. Sed dicet ei aliquis, Tu de teip
ſo teſtimonium perhibes: teſtimoniũ tuum nõ eſt verũ. Ad
Ioan. 8. quod reſpõdere poteſt apoſtolus verbis ſaluatoris, dicẽtis:
F Etſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimoniũ meũ
verum eſt, quia non ſum ſolus, ſed ego, & qui miſit me Chri
ſtus. Denique ipſe teſtimonium perhibet de me quoniam o-
pera que dedit mihi, teſtãtur me verum eſſe famulũ Dei. De
his enim operibus miraculoſis ſcribit apoſtolus his quibus
2. Cor. 12. mentiri non potuit, puta Corinthiis, in quorum conſpectu
patrata ſunt. Signa, inquit, apoſtolatus mei facta ſunt ſuper
vos, in omni patientia, in ſignis & prodigiis & virtutibus.
1. Cor. 2 Itémque, prædicatio mea fuit non in perſuaſibilibus huma
na ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: vt

fides

fides vestra non sit in sapientia hominũ, sed in virtute Dei. A
Hæc sunt Christianæ fidei supernaturalia argumẽta, de qui
bus alibi ait apostolus: Quomodo effugiemus, si tantam ne *Heb. 2.*
glexerimus, salutẽ, quæ in nos confirmata est, contestante
Deo, signis & portentis & virtutibus, & spiritus sancti di- *2. Cor. 2*
stributionibus? Quæ autem fuerint magnalia ista apostoli *Act. 2. 5*
opera, in Actibus apostolorũ plenius edocetur. Deniq; testi *6. & 9*
monium perhibet Paulo Christus, qui ait, Vas electionis est
mihi iste. Sed & princeps apostolorũ in fine secundæ suæ ca
nonicæ glorioſum testimquiũ perhibet Paulo. Charissimus *2. Pet. 3.*
(inquiens) frater noster Paulus, secundum datã sibi sapiẽtiã
scripsit vobis in epistolis, in quibus sunt quædã difficilia in- B
tellectu. Lucas quoq; euãgelista, quid protestetur de Paulo *Act. 8. 9*
in actibus apostolorum recolitur. Proinde ipsa tã subitanea *13. 14. 15.*
Pauli cõuersio, nõne euidẽtissimũ signũ est veritatis suę do *16. 17.*
ctrinæ? Ex crudelissimo persequutore mutatus repẽte est in
fidelissimũ prædicatorẽ, & in omni catholicæ fidei theoria,
omniumque linguarũ notitia, imò in omni sanctitate & iu-
stitia copiosissimè adimpletus est intra triduũ, quo erat nõ
videns, nec vescens, nec cũ homine loquẽs. Vnde cõstat ve-
rissimũ esse, quod ipse ait ad Galatas: Notũ vobis facio Euã
gelium quod euangelizatũ est à me, quia non est secundum
hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque *Galat. 1*
didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi. Hinc ergo firmissi- *2. Cor. 12*
mè credimus sancto apostolo de semetipsò testanti, qp rap-
tus sit in tertium cœlũ, audieritque in contemplatione illa
exstatica verba arcana. Ex quo innotescit fidem Christianã C
non humanæ rationi, sed increatæ veritati inniti, & in diui-
no ac supernaturali lumine stabiliri. Propter quod tãta est *Coloss. 2*
certitudo & firmitas eius, vt nec angelo credendum esset, si *1. Timo. 5*
quidpiam cõtra eam proferret. Ideo nanque ait apostolus, *Galat. 1.*
Licet angelus de cœlo euãgelizet vobis præter id quod au-
distis, anathema sit. Imò quàm certum est, Deum non esse
confirmatorẽ aut testem falsitatis, tam certum est fidẽ apo-
stolicam esse à Deo. Ipse enim per infinita miracula digna-
tus est eã cõfirmare: quẽadmodũ de apostolis scriptũ est: Illi *Marci. 16*
autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante
& sermonem confirmante sequentibus signis. Quæ vtique
signa in suo effectu, videlicet in conuersione mundi ad tam

D supernaturalem & arduam legem atque incomprehensibilẽ fidem sufficienter relucent: nec opus est ea repetere, quamuis vbertim repetita sint ad instructionem humanam. Ex his innotescit verum esse quod expositores dicere solent: videlicet, quòd scriptura seu libri epistolarum Pauli præ cæteris scripturis in tribus & fortè in pluribus præeminent, scilicet in profunditate sentẽtiæ, in fidei assertione, & inspei sublevatione, seu gratiæ commendatione. Quemadmodum enim in ipsum pelagus lucis diuinæ, ineffabili & excellentissimo modo absorptus erat in raptu præfato, sic rediens profundissimè est loquutus. Et quia non solum à spiritu sancto, sed etiam ad pedes Gamalielis instructus fuit in lege & prophetis: ideo ad fidem probandam conuenientissima & copiosissima introduxit testimonia, ex prophetis & lege. Postremò sicut in semetipso specialiter expertus erat misericordiam saluatoris: sic præ cæteris gratiam Dei specialius commendauit, ostẽdens eam non esse ex meritis, nec aliquẽ propriis viribus posse saluari. Sicque totam spem nostram erexit ad clemẽtiam creatoris: quatenus in sola bonitate ipsius speremus, eius gratiam incessabiliter inuocantes.

Psal. 138. *Rom* 11. 1. *Tim.* 6. *Act.* 22. 1. *Tim.* 1. *Ioan.* 15. *Rom.* 3.

De prologo Hieronymi super Epistolas Pauli.

ARTIC II.

Hierony. SEcundum Hieronymũ quęritur primò, cur post Euangelia, quæ legem perficiũt, in quibus prȩcepta, consilia, atque exempla viuendi pleniſſimè proponũtur, scripsit Apostolus istas epistolas? Cuius rationem assignat Hieronymus, scilicet vt in exordio nascentis seu primitiuæ ecclesiæ nouis causis emergentibus, tam præsentia quàm futura vitia extirparet, inutiles quæstiones excluderet, contra hæreticos quoque armaret ecclesias: sequens in hoc vestigia prophetarum, qui post scriptam Moysi legem, libros suos scripserunt: quatenus rediuiua populi refrenarẽt peccata ad virtutes instruerent, & ad cultum diuinum auditores inducerẽt, suppliciorũ cõminatione, beneficiorum diuinorum commemoratione, præmiorũque sponsione. Deinde quæritur de causa numeri epistolarum. Decem enim scripsit ecclesiis, quatuor verò discipulis, sicut patebit. Huius ratio est, vt ostẽdat vtriusque testamenti plenam esse concordiam, summamque vtriusque legis, in harum epistolarum scriptura includi. Per decem quippe figuratur testamentum antiquũ, propter decalogum mandatorũ

mandatorum Moysi datũ. Per quatuor verò signatur testa- A
mentum nouum, propter quatuor Euangelica. Decẽ itaque scripsit epistolas ad ecclesias, vt demõstraret se nõ discorda re à Moyse. Quatuor verò misit discipulis, quoniã eadẽ est materia Euangeliorum & Epistolarum: videlicet documenta & opera Christi. Porrò epistolam ad Hebręos quidã dixerunt non esse Pauli, sed Lucæ, vel Barnabæ, vel Clemẽtis: eo quòd contra cæterarum consuetudinẽ epistolarũ titulo careat, facũdiorque sit. Hoc autẽ à sanctis doctoribus reprobatur. Tacuit enim Apostolus in illius epistolæ principio nomẽ suum, ne Hebræi nomine suo audito, ipsam epistolã spernerẽt atque reiicerent: quoniã Paulus apud eos habebatur suspectus, tanquã legis destructor. Præterea mirum non est, quòd eloquentior fuit in idiomate proprio, id est, Hebręo, quàm alieno, vtpote Græco, quo scriptæ sunt epistolæ cęte- B
ræ. Nam & gratia perficit naturã, secundum dispositionem ipsius. Vnde donum linguarum seu gratia sermonis magis perfecit Apostolũ in idiomate proprio quã alieno. De ordine quoque epistolarum inquiritur, cur epistola ad Romanos cæteris præordinetur, cum ante cæteras non fuerit edita? Quod ideo factũ est, quoniã ista epistola cæteris est profundior: Vel, quia Romani monarchiam orbis tenebãt: Vel, quia in ista epistola cõtra primum peccatũ, quod est superbia, disputat. In ecclesia enim Romanorum mixti erant cõuersi ex iudaismo & gẽtilitate, & hi inter se cõtendebãt de dignitate: & quidam eorum propriis meritis se putabãt saluandos. Horum ergo errorem atque superbiam reprobans C
sanctus Apostolus, reuocat eos ad vnitatẽ, humilitatẽ, ac pacem: ostendens Iudæos legem scriptam, Gentiles verò legẽ naturalem transgressos. Postremò omnium epistolarũ gene *Roma.1.*
ralis intentio, principalísque finis est, ad plenam obseruantiam euangelicę doctrinę, ac per hoc ad vitam æternam inducere Singulæ quoque epistolę proprias sortiuntur materias ac proprium finem.

Expositio I. Cap Epist. ad Romanos.

ARTIC. III.

PAulus seruus Christi Iesu, vocatus apostolus, segregatus in e- Epistola uãgeliũ Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scrip in vigilia pturis sanctis de filio suo. &c. In hac epistola, sicut in conscri *natiuit.*
ptione epistolarũ fieri solet, pręmittit salutationẽ, & primò

D exprimit personam salutãté, id est, seipsum, dicendo: Paulus seruus Christi Iesu. In hoc autẽ quod ait, Paulus, cõmendat personã suã à nomine Cũ verò adiungit, seruus, commendat eã à cõditione. Cõmendat quoque eã à dignitate, cũ dicit, vocatus apostolus. Cõmendat etiã eam ab officio, subdens: segregatus in euangeliũ Dei. Itaque *Paulus*, qui secundum
Origenes. Origenem binominis erat (ad quod allegat illud Actuũ,
Acto. 13. Saulus, qui & Paulus) secundum alios primò appellatus est Saulus, deinde post cõuersionẽ dictus est Paulus. id est, par-
Augustꝰ. uus seu modicus. Sic enim secundum Augustꝰ. & Bedã ex hu-
Beda. militate vocauit semetipsum. Secundũ Hierony. autem di-
Hierony. ctus est Paulus à Sergio Paulo, quẽ cõuertit. *Seruus* seruitute spõtanea nõ coacta, seruitute charitatis non puri timoris.
E De seruo enim qui seruit solo timore aut solo mercedis in-
Ioan. 3 tuitu, ait saluator: Seruus non manet in domo in æternum.
Ioan. 15 Et iterum, Iã non dicã vos seruos, sed amicos meos. Loquendo autem de seruitute amoris, electi sunt serui, quoniã Deo obediunt. Itaque *Seruus Iesu Christi*, cui seruire, regnare est: & sicut beata Agatha dixit. Summa ingenuitas siue nobilitas est, Christi seruũ existere, atque sub eius dominio permanere. *Vocatus apostolus.* Vocatus inquã à Deo, nõ ab hominibus id est per gratiã Dei ad apostolatũ promotus, atque à Deo immediatè in apostolũ consecratus. Vnde de seipso hoc mo-
Galat. 1 do scribit: Paulus apost, nõ ab hominibus, neq; per hominẽ, sed per Iesum Christum, & Deũ patrem. Nemo quippe as-
Heb. 5, sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aarõ. Puto autẽ quòd ait, vocatus apostolus, ex humilitate, quasi dicere nolens, existens apostolus: sed vocatus, id est, ab ho-
F minibus sic æstimatus & dictus, quãuis ego meipsum non arbitrer dignum apostoli nomine. Ideo nãq; alio loco fatetur Ego sum minimus apostolorũ, qui non sum dignus vocari a
1. Cor. 15. post. Vocatur quoq; Paulus per excellentiã quandã apostolus, nõ propter authoritatẽ, sed prædicationis efficaciã seu
Ibidem. generalitatẽ: iuxta quod ait, Plus omnibus laboraui. *Segregatus in Euangeliũ Dei.* i. ab aliis separatus, quatenus euange-
Hebr. 1. licam legem annũciem. Dicitur autẽ segregatus, id est à grege infideliũ Iudæorũ diuisus mẽte seu fide, loco & corpore.
Galat. 1. De quibus loquitur, non acquieui carni & sanguini. Vel, segregatus, à grege apostolorũ & aliorum discipulorũ: secũdũ
Acto. 13. quod aiebat spiritus sanctus. Segregate mihi Paulum & Barnabam

nabam in opus ad quod assumpsi eos. Ab his segregatus est A
corpore, nõ mẽtis vnione. Deniq; nomine dei, hoc loco intelligitur deus pater. Subditur enim, *Quod*, scilicet Euãgeliũ, *Antè*, videlicet à principio mundi maximè tamẽ à tempore Moysi, vel etiã Abrahæ. *Promiserat*, ex sua pietate, nõ homi *Gala.3.*
nũ merito. *Per prophetas suos in scripturis sanctis.* i. libris à pro- *Amos.3.*
phetis conscriptis. *De filio suo*, vnigenito, naturali ac vero, *Act.10.*
non adoptiuo. Adã autem propheta erat, similiter Enoch & Noë. Scripturã verò Enoch allegat Iudas apo. Et quãuis liber Enoch nõ inter scripturas sanctas reputetur, sed inter apocrypha, eo ꝙ peruersi aliqua incõuenientia libro illi miscuerint: certũ est tamẽ librũ illum secundũ quod ab Enoch editus est, sacrã fuisse scripturã. Et forsitan plures sancti ante diluuiũ scripserunt de Christo. Moyses quoq; & Iosue me- *Iosue.10.*
moriã faciũt libri iustorũ, quem cõstat esse vetustũ, de Euãg. B
Christi saltẽ mysticè seu figuratiuè loquentẽ. Hinc etiã Iu- *1.Reg.2.*
dæorũ magistri testantur, quòd omnes prophetæ non sunt *Act.10.*
loquuti, nisi super dies Messiæ. Propter quod Petrus in actis *Actor.3.*
de Christo loquẽs, Huic (inquit) omnes prophetæ testimoniũ perhibẽt. Et iterũ, Omnes, ait, prophetæ à Samuele prænũciauerũt dies istos. Sed & ipse Saluator sic loquitur, Opor- *Luc.24.*
tet impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis & psalmis de me. De lege autẽ & Euãg. Christi promissũ legimus. Lex à me exiet, & iudiciũ meum in lucẽ populorũ *Esa.50.*
requiescet. Et alius propheta. Ecce dies veniunt dicit domi- *Hiere.31.*
nus, & feriã domui Israël pactũ nouũ &c. *Qui*, filius, *factus*, id est, natus, *Est ei*, scilicet deo patri, vtpote ad honorem & gloriã eius. *Ex semine*, i. posteritate *Dauid*, prophetæ ac re- C
gis. *Secundum carnem* assumptã. De qua dicitur: Verbum ca- *Ioan.1.*
ro factum est, id est, secundum naturã humanã, quã assumpsit ex virgine benedicta, ex Dauid progenie orta. Immediatum autẽ semen corporis Christi, erat purissimus sanguis sacratissimæ virginis. Si verò sumatur semẽ pro solito semine, quod cæteræ matres in generatione ministrãt, videlicet pro superfluo illo naturę coagulato, impuróque sanguine: sic nõ est natus ex semine virg. Mariæ. quæ cum mundissima fuerit, tale semen nõ præbuit. Sed neq; ex semine Dauid, nisi mediatè, nõ immediatè. Cur autẽ apostolus dicit Christum ex semine Dauid factũ secundũ carnẽ, & nõ potius natũ, imò vt alibi loquitur, Misit deus filiũ suũ factum ex muliere, cum

Luc.1. D tamen ab Euangelista dicatur: Quod ex te nascetur sanctũ,
Esa.9. vocabitur filius dei: Et Esaias, Paruulus natus est nobis? Et
respondendum, ꝙ ideo, vt ostendat humanam Christi ge-
nerationem nõ fuisse naturali & solito modo, sed supernatu-
rali quodam spiritus sancti artificio: iuxta illud prophe-
Hiere.31. ticum: Nouum creabit dominus super terram, mulier cir-
Luc.1. cundabit virum. Et illud, Spiritus sanctus superueniet in te.

Veruntamen aduertendum, quòd licet Christus secundũ carnem factus, seu natus sit ex semine Dauid, atque ex fœlicissima virgine: non tamen simpliciter & absolutè conceditur, quòd Christus sit creatus vel creatura, quoniam non subsistit in esse creato, nec per generationem temporalem adeptus est nouam subsistentiam. Et etiam ne videamur ali-
E quo modo communicare Arrianis cæterisque hæreticis, qui Christum dixerunt esse puram creaturam. Ipse equidem est verus creator ac deus, & verbum quod erat in principio, per
Ioan.1. quod facta sunt omnia. Cùm ergo sancti doctores leguntur Christum vocare creaturam, exponendi sunt sapienter. Preterea Christus filius Dei patris, dicitur factus secundum carnem ad gloriam patris, quia ob id incarnatus, & in mundo conuersatus est, vt nomen Dei patris hominibus reuelaret,
Ioan.8. eosque ad cultum ipsius inducerer: iuxta illud. Ego nõ que-
Ioan.17. ro gloriam meam, sed glorifico patrem tuum. Et alibi Ioannes ait. Pater manifestaui nomen meum hominibus, opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Circa hunc lo-
Origenes. cum sic ait Origenes: Factus est autem filius Dei sine dubio, quod prius non erat secundum carnem: secundum diuini-
F tatem verò erat prius, & non erat, quando non erat. Postremò sciendum quòd in Christo sunt duæ generationes seu natiuitates, videlicet diuina & humana, sed vna duntaxat filiatio. Generatio enim concernit naturã, quæ in Christo duplex consistit: filiatio verò personam, quæ non est nisi vna in Christo. Nihilominus Christus verè est filius virginis, quia ex ea veraciter natus. *Qui prædestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.* Verba hæc difficultatibus plena sunt. Deniq; de ipsa prædestinatione multa dici possent, quæ infrà tangentur. Nunc verò breuiter percurrẽdo, sciendum, ꝙ diuina prouidentia vniuersa complectitur, ita quòd Deus glorioſus & sapiens omnium rerum prouiden-

tiam

tiam habet. Singula nanque propter certum finem creauit, A
eſque deſideriũ finis impreſſit, atque de mediis ad finis ade- *Sap.11.*
ptionem requiſitis prouidit. Quemadmodum verò intelle-
ctualis creatura cæteris rebus eſt ſublimior: ſic prouidentia
dei, nobiliori modo ei aſcribitur: ita ꝙ prouidentia mentis
diuinæ reſpectu intellectualium creaturarum prædeſtinatio
dicitur. Eſt enim prædeſtinatio (ſecundum Augu.) præordi- *Auguſt.*
natio alicuius ad gloriam, ſeu præparatio gratiæ in præſen- *Epheſ.1.*
ti, & gloriæ in futuro. Inquantũ itaque Deus quoſdã ad ſu-
pernaturalem beatitudinem præordinauit, & media perue-
niendi ad eam dare decreuit ac præparauit, dicitur eos prę-
deſtinaſſe ſeu præmiſiſſe. Prædeſtinatio enim eſt quædam *Ioan.15.*
præmiſſio: talis autem prædeſtinatio dilectionẽ ac electio-
nem ſecundum modũ noſtræ conceptionis præſupponit, & B
inde procedit. Prædeſtinatio igitur anteceſſionem quandã
prædeſtinantis ante prædeſtinatũ & gratuitum donũ, in-
cludit. Cùm ergo ſit ita, mirũ videtur quomodo nũc ſanctus
Apoſt. dicat filiũ Dei prædeſtinatũ in virtute, &c. Vnde (vt *Rom.8.*
fertur) Origenes corrigit literam, loco prædeſtinati ponẽs, *Origenes.*
deſtinatum, quia (vt ait) prędeſtinatio eſt nondum entis, de-
ſtinatio verò eſt entis. Filius autẽ dei eſt ens æternũ. Aliqui
quoque ſic ſecernũt textũ: Qui prædeſtinatus (vt ibi ſit pun
ctus) eſt filius dei in virtute. Sicque prædeſtinatus nomina-
liter ſumitur, & eſt ſenſus. Qui filius exiſtens prædeſtinatus
ſecundũ humanã naturam, eſt filius dei vnigenitus ſecundũ *Ioan.10.*
naturam diuinã, in virtute, id eſt, in diuina potentia, quę ſibi
& deo patri cõmunis eſt. Veruntamen quoniã litera noſtra
habet, qui prædeſtinatus eſt, conſiderandũ qualiter hoc ip- C
ſum intelligi debeat. Haymo ergo ita exponit: Qui, id eſt, *Haymo.*
Chriſtus, filius, ſeu dei ſecũdũ ꝙ homo prædeſtinatus eſt, id
eſt, eius humanitas prædeſtinata eſt, & præordinata ſine ſuis
meritis, vt eſſet filius dei in virtute, hoc eſt, aſſumpta à verbo
exiſtente in eadẽ virtute diuinitatis cũ patre, & eſſet vnita il-
li in vnitate perſonæ. Quòd verò ſubiungitur, ſecundũ ſpi-
ritum ſanctificationis, refert Haymo ad illud quod dictum
eſt, qui factus eſt ex ſemine Dauid, ſecundum carnem, vt ſit
ſenſus, Filius Dei factus eſt homo ex ſemine Dauid, ſecundũ
ſpiritum ſanctificationis, id eſt, ſecundum operationem ſpi-
ritus ſancti hominis ſanctificantis. Ipſe enim operatus eſt
hanc ſuperbenedictam verbi incarnationem ſeu humana-

Dtionem. Nã quamuis facta sit à tota supergloriosissima Tri-
Luc. 1. nitate, tribuitur tamen spiritui sancto. Vnde in symbolo legitur: Qui conceptus est de spiritu sancto. Incarnatio etenim verbi, est opus summæ pietatis. Pietas autẽ appropriatur spiritui sancto. Quod verò mox sequitur, ex resurrectio-
Haymo. ne mortuorũ, refert Haymo ad illud quod dictũ est. Prædestinatus est filius dei, eritque sensus, ꝙ ipse sit filius Dei, cui natura humana vnita est, manifestatum est ex resurrectione mortuorũ domini nostri Iesu Christi, hoc est eorũ qui simul
Mat. 27. cũ Christo surrexerũt. De quibus scribit Matth. Multa san-
Ioan. 6. ctorũ corpora, qui dormierant, surrexerunt, & venientes in
Luc. 24. sanctam ciuitatem, apparuerunt multis. Per hoc enim quod Christus secum mortuos surgere fecit, tanquam ex præclaro
E miraculo, patuit eum esse verũ filium Dei, de cuius passione
Psal. 21. cecinerũt prophetæ. Quãuis autẽ expositio ista sit vera atq;
Esa. 53. catholica, videtur tamen à verbis literę nonnihil aliena. Am-
Ambros. brosius verò refert prędestinationẽ hanc filij dei ad manifestationem hominibus factam, qua ab æterno præscitum est, vt in tempore manifestaretur esse filius Dei in virtute. Sed vt maneamus in ipso textus tenore atq; contextu quantum possibile est, aduertendum, quod esse prædestinatũ, cõpetit Christo, seu filio dei secundum quod homo. Dictũ est enim quòd prædestinatio est æterna præordinatio horũ quæ per
Prou. 8. gratiã fiunt in tempore. Quòd autẽ homo est deus, & deus homo, in tempore factum est per gratiã vnionis, non tamen per gratiam habitualem. Et hoc vtique ab æterno fuit prędor-
dinatũ. Quamuis ergo non concedatur simpliciter Christus
F factus est filius dei. Sensus enim est, quòd persona quæ Christus est, factus est filius Dei, eo ꝙ fieri referatur ad rem secundum quod in se est: hoc tamen conceditur, Christus prædestinatus est filius dei esse, quoniam prædestinari cõuenit rei, prout est in apprehensione præordinãtis. Persona autem seu hypostasis verbi apprehendi potest, prout in humana natura subsistit. Sed (vt dictum est) prædestinatio ista ascribitur
Ioan. 1. Christo ratione naturæ assumptæ. Nã antecessio, & donum gratuitum Christo cõueniunt ratione humanitatis dũtaxat.
Col. 1. Sic ergo exponenda est litera. *Qui* filius dei, scilicet Christus, in duabus naturis subsistẽs, secundũ ꝙ homo, *Prædestinatus est*, hoc est, sola gratia seu dei beneuolẽtia sine propriis meritis præelectus est, nõ solũ vt sit caput Ecclesiæ, & à prin-

cipio

cipio ſuæ conceptionis in virgine, confirmatus eſſet in bono & comprehenſor perfectus: verumetiam vt eſſet *Filius Dei*, nõ adoptiuus, ſed naturalis, *In virtute*, id eſt, diuina poteſtate, per quã prædeſtinatio iſta effectum ſortita eſt, ſeu ad actũ deducta, *Secundum ſpiritum ſanctificationis*, id eſt, per ſpiritum ſanctum, quoniam operatione ſpiritus ſancti facta eſt incarnatio Chriſti: iuxta illud, Quod natũ eſt in ea, de ſpiritu ſancto eſt. Incarnatio autem eſt prędeſtinationis effectus. Secundum ſpiritum, inquam, ſanctificationis, *Ex reſurrectione mortuorum*, hoc eſt, ſecundum ſpiritum ſanctum, per cuius ſanctificantem gratiam ſpiritualiter mortui reuiuiſcunt. qui vocantur mortui, *Domini noſtri Ieſu Chriſti*, quoniam merito eius, gratiam ſpiritus ſancti recipiunt, atque ſaluantur. *Per quem*, ſcilicet Ieſum Chriſtũ. *Accepimus*, ego Paulus, cæteriq; apoſtoli à ſumma trinitate. *Gratiam*, id eſt, primitias ſpiritus ſancti, ſeu diuinorum munerum ſupernaturalem infuſionem. Gratia autem propriè ſumpta, eſt donum ſeu habitus ſupernaturalis, à ſolo creatore per creationem infuſus, eſſentiam rationalis creaturæ immediatè perficiens, eámque in eſſe diuino ac meritorio ſtatuens. Hæc eſt gratia gratum faciens, quæ à virtutibus, fructibus ac donis ſpiritus ſancti diſtinguitur. *Et apoſtolatum*, id eſt, poteſtatẽ ſeu authoritatem, præcipuámque commiſſionem ac legationẽ prædicandi Euangelium Chriſti. *Ad obediendum fidei*, id eſt, ad hoc, vt eos quibus euangelizamus, hortemur, & faciamus obedire fidei Chriſtianę, videlicet naturali ratiõe poſtpoſita, intellectum ſuum humiliter ſubdant incomprehenſibilibus & ſupernaturalibus teſtimoniis fidei. Vnde inferius ait Apo. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Hæc autem accepimus facere, *In omnibus gentibus*, id eſt, vbique terrarum, nõ ſolùm in vna aut paucis nationibus, vt impleremus quod de nobis prædixit propheta. In omnem terram exiuit ſonus eorũ. Hinc enim Chriſtus aiebat Apoſtolis, Eritis mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Qui etiam per Eſaiam de apoſtolis loquitur, Mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad Gẽtes, in mare, in Aphricam & Lydiam, tenẽtes ſagittã in Italiam & Græciam, ad inſulas longè, & annunciabunt gloriã meam Gẽtibus. Omnia verò hæc fecimus. *Pro nomine eius*, id eſt, pro nomine Chriſti glorificando ac dilatãdo, vt omnes

A
2. Cor. 1.
Ioan. 5.
Mat. 1.
2. Cor. 8
Epheſ. 4.
B
1. Cor. 12.
Rom. 6.
Hebr. 11.
Act. 5.
2. Cor. 16.
Mat. vlt.
C
Pſal. 18.
Acto. 1.
Eſa. vlt.
Eſa. 66.

D conuertantur ad ipſum. Denique de Romanis, qui erãt Italici, ſubdit. *In quibus*, id eſt, inter quas Gẽtes, ad quas miſſi ſumus. *Eſtis & vos* Romani. *Vocati Ieſu Chriſti*, id eſt, vocati à deo per inſpirationem & gratiam ad fidem catholicã, vt ſitis Ieſu Chriſti, pertinendo ad oues ſeruóſque eius. In Euangelio ſcriptum eſt, quemadmodum Chriſtus vocauerit ad ſe duodecim diſcipulos, eos appellans apoſtolos, quibus & ait, Nónne ego vos duodecim elegi, quomodo ergo nunc dictum eſt, apoſtolos accepiſſe apoſtolatum à deo trinitate per Ieſum Chriſtum? Et reſpondendum, quòd apoſtolatus, qui eſt gratia gratis data, & gratia gratum faciens, ſunt quidem à Deo & etiam à Chriſto, ſecũdum quod deus eſt authoritatiuè, primò & principaliter. A Chriſto autem E ſecundum quod mediator eſt Dei & hominum, ſunt mediatè & executiuè, ſeu diſpoſitiuè, & quodammodo inſtrumentaliter. Per Chriſtum enim ſeu per meritum eius, omnia diuinarum munera gratiarum nobis præſtantur: ſecundũ quod ipſe teſtatur. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Propter quod in concluſionibus orationum eccleſiæ communiter dicitur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei*, id eſt, à Deo æternaliter præamatis, Ipſe enim prior dilexit nos. *Vocatis ſanctis*, id eſt, fidelibus per diuinæ vocationis gratiam ſanctificatis: qui etiam veraciter ſancti appellantur. *Gratia*, de qua nunc factus eſt ſermo, quæ eſt principium omnis actionis meritoriæ, ponens animam in eſſe ſpirituali & grato. *Vobis, & pax*, interna, quæ eſt tranquilitas mentis, & quies in F debita interiorum ordinatione conſiſtens: de qua prophe-
ta. Non eſt, inquit, pax impiis dicit dominus. Et in Pſalmo, Pax multa diligentibus legem tuam, præſtetur, & inſit vobis. *A deo patre noſtro*, qui eſt pater Chriſti per naturam, & pater noſter per gratiæ infuſionem, ſiue adoptionẽ de quo Chriſtus in Euang. Aſcendo ad patrem meũ, & patrem veſtrum. Cùm ergo ſit pater noſter, cum omni fiducia ab eo gratiam poſtulare debemus, quia vt indulgentiſſimus pater libenter tribuet egenis, mendicíſque filiis quicquid rationabiliter petunt ac iugiter. Ideo nanque in Euangelio ait Saluator, Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quantò magis pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? *Et domino Ieſu Chriſto.* Ex hoc arguitur

Finis.
Matt.10.
Luc.6.
Mar.2.
Ioan.6.
1.Timo.2
Mat.7.
Ioan.14.
1.Ioan.4.
Eſa.32.
Pſal.118.
Ioan.20.
Hebr.10.
Luc.11.

Chriſtum

Christum esse verum Deum, cum nullus sit actor aut dator pacis internæ & gratiæ, nisi deus omnipotés. Sequitur quoque Deum patrem & Christum esse vnum ac idem causale principium pacis & gratiæ, quoniam solus creator est causa huius pacis & gratiæ: Vnde constat vtriusque esse eandem deitatem, eandémque virtutem & operationem: iuxta illud, Quæcunque facit pater, hæc & filius similiter facit. Et idem rite sentitur despiritu sancto, qui hîc non exprimitur, quoniam patre & filio nominatis, intelligitur tanquam amor, & nexus osculúmque amborum. A' 2. Petr. 2 Ioan. 14 Esa. 45. Ioan. 3

Præmissa persona scribentis, & eis quibus scribitur commemoratis, forma quoque salutationis præhabita, sequitur narratio. *Primùm quidem*, id est, ante cætera quæ dicturus siue acturus sum. Vel primùm, id est, præcipuè, *Gratias ago Deo meo*, simplici in essentia, & trino in personis, qui licet sit omnium Deus ratione creationis, est tamen specialiter deus meus propter singularem charitatem & pietatem eius super me: & item propter præcipuam spem, dilectionem, ac cultum quibus ei inhæreo, dicens cum Psalmista, Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. Solet autem apostolus (& ita fieri decet) à gratiarum actione incipere. *Per Iesum Christum*, secundum quod homo est, & dei ac hominum mediator: ita quod Christus est mihi causa gratias agendi Deo meo, quoniã beneficia eius, & omnia quæ ipse pro nobis fecit ac pertulit, excitant & obligant me ad gratias Deo altissimo referendas, qui tanta bona hominibus per Christũ largitus est. *Pro omnibus vobis*, id est, propter beneficia Dei vobis collata. Vel pro omnibus vobis, i. pro vestro profectu atq; salute, quatenus me pro vobis gratias referente, augeatur in vobis salus & gratia Christi: Vel, pro omnibus vobis, supplédo vestrũ imperfectũ. Vel, pro omnibus, ideſt, in persona omnium vestrũ seu vice vestra. *Quia fides vestra annũciatur in vniuerso mũdo*, id est, in multis ac principalibus finibus mundi. Romani enim, quoniam toti mundo præsidebãt, famosissimi erãt, & ideo fides eorum per omnia ora fidelium volitabat. Dixerunt enim aliæ ecclesiæ Gentium: Ecce Roma, quæ est caput ac domina mundi, fidem susceptit. Sícque confirmabantur in fide exemplo fidei Romanorum. In his verbis commendatur nobis charitas sancti apostoli, qui de proximorum salute sicut de propria exultauit & gra- B Sapien. 16 Exod. 15. C Psal. 72. Rom. 5 2 Ioan. 1 1. Cor. 10. 1. Cor. 17. 1. Petr. vl.

D tias retulit. Ita & nos agere competit, vt scilicet gratias Deo agamus, cũ audimus & scimus proximos nostros spiritualiter
Ephe.5 prosperari. Vnde infrà scriptum est: Gratias agẽtes Deo pro omnibus semper. Asserit quoq; Apostolus se gratias agere de fide Romanorum, quoniam fides fundamẽtum est vniuersarum virtutum: In fide tamen includit cætera dona
Heb.11. gratiæ Dei. *Testis enim mihi est Deus cui seruio*, cultu latriæ, *In spiritu meo*, id est, in superioribus virtutibus animæ meæ, videlicet in intellectu, credendo, orando, contemplando, & voluntate sperãdo, amãdo, & cætera bona opera agẽdo. *In Euãgelio filij eius*, quod aliis prædico, cui obedio, & pro quo multa sustineo. Euangelium autem filij Dei seu Christi, est annunciatio bona, & sancta doctrina, quam Christus primò E docuit, & per apostolos aliis nunciauit. Hoc loco sicut & alias sæpe, iurat Apost. quatenus melius sibi credatur. Quod fecit propter infirmitatem eorum quibus loquebatur. Nec
Matth.5 tamen fecit contra illud saluatoris in Euangelio: Ego dico
Ibidem. vobis, non iurare omnino. Et iterũ: Sit sermo vester, est est,
Iacobi.5 non non. Vnde & Iacobus dicit, ante omnia nolite iurare. His enim verbis prohibetur iuratio falsa: cõsulitur iurationis dissuefactio: permittitur iuratio necessaria. Propter qp Christus adiecit: Quod amplius est, à malo est: nõ dixit malũ est, sed à malo est, i. ab imperfectiõe vel incredulitate eiꝰ, propter quem iuratio adhibetur. Imò iuratio debitè circunstantionata, est actus virtutis, quæ latria nuncupatur. Vnde I scriptum est: Dominum Deum tuum timebis, & per nomen
Deut.6 eius iurabis. Et in Psal. Laudabuntur omnes qui iurãt in eo.
Psal.62. Huius itaq; rei testis est mihi Deus. *Quod sine intermissione*, id est, omnibus congruis horis seu aptis temporibus, *Memoriam vestri facio*, id est, vestri reminiscor, & corã Deo memor sum vestri *Semper*, id est, in omni tempore cõuenienti:
Luc.12 iuxta quem sensum ait Saluator: Oportet semper orare, & non deficere. *In orationibus meis.* Ex isto elucescit, quòd interdum licet & expedit vt vnus alij manifestet dilectionem, sollicitudinem, & laborem, quibus pro ipso afficitur & fatigatur, non ad accipiendũ humanum fauorem, aut temporalem mercedem, sed vt alius ex hoc ad meliora prouocetur, atq; de proximo suo melius sentiat & confidat. Quod tunc maximè fieri debet, cùm vnus de alio sinistrè aut impiè suspicatur. *Obsecrans*, hoc est, per sacrorum commemoratio-

ncm

nem orans: sicut quum dicitur: Per passionem tuam libera nos. Si *quo modo*, id est, vt aliquo modo, *Tandem aliquando*, post multa ac longa desideria, *Prosperum iter habeam in voluntate Dei*, hoc est, secundum diuinę voluntatis beneplacitum. Non enim aliud absolutè oro aut appeto, nisi diuina volũtate suppositа: semper dicens: Fiat volũtas tua. *Venien di ad vos*, ô Romani. Nam & ideo creditur Paulus Cæsarem appellasse, & cætera, quatenus occasionem haberet veniendi Romam. *Desidero enim vos videre, vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis*, id est, gratiam mihi collatam, vobis cõmunicem, instruendo vos plenius de euangelica lege, & disponendo corda vestra per meam exhortationem ad abundantiora dona spiritus sancti: quemadmodum Petrus admonet. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Non enim debet homo (præsertim prælatus, prædicator aut doctor) talentum sibi concessum abscondere, quia vt in Ecclesiastico habetur, Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? *Ad confirmandos vos*, in veritate fidei, & obseruatione euangelicæ legis. *Id est, simul consolari in vobis*, hoc est, ad hoc cupio vobis gratiam impartiri, vt ex vestra confirmatione, ego quoque in vestro profectu consoler & gaudeam: quoniam sicut de vestra imperfectione contristor, ita de vestra perfectione iucunder.

A *Prou.8. Philip.1*

Matt.6

Act.25

B


Mat.25 Eccle.4 2.Corin.7

Per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam, hoc est, per communem ac mutuam fidem nostram, quæ est fides catholica, in qua fundatur, & ex qua oritur consolatio, qua vnus fidelium de profectu & de bono alterius consolatur. Hæc quippe consolatio fundatur in hoc quod credimus, & speramus simul ad æternam fœlicitatem pertingere. Loquitur autem de fide formata quæ per dilectionem operatur, non de fide informi.

C

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, si tamen Deus permitteret, *& prohibitus sum*, impẽditus vel ex diuina reuelatione vetitus sum ab executione propositi mei, *Vsq; adhuc*, cum presentẽ scribo epistolam. Impeditus autẽ fuit Apostolus per captiuitatem, seu aliam occupationem. Vel propter Romanorum peccata nõdum permisit eum Christus pergere Romam, quomodo in Actibus legitur, Vetati sunt Paulus & sui à spiritu sancto loqui verbum

D Dei in Asia, & non permisit eos spiritus Iesu. Postea tamen
Philip. 1. prædicauit Paulus in Asia. Ideo autem proposui venire ad vos. *Vt aliquem fructum habeam in vobis*, id est, spiritualem profectum in vobis producam, vósque in gratia Dei ac bonis operibus fructificare faciam, & etiam vt vobis prædicando maius meritum in præsenti, maiúsque præmium in futuro acquiram, quæ omnia finaliter refero ad gloriam Dei sublimis ac omnipotẽtis. *Sicut & in cæteris gentibus*, quibus prę-
1. *Cor.* 9 dicaui, fructum aliquẽ habeo. *Græcis*, qui naturali ingenio
2. *Mac.* 12 pollent, & philosophiæ inuentores fuerunt, *Ac Barbaris*, hoc est, hominibus duris, & quasi sine lege viuentibus Omnes autem præter Latinos. Hebræos, & Græcos, Barbari ap-
1. *Cor.* 15. E pellãtur. *Sapientibus & insipientibus*, id est, fidelibus & infidelibus, doctis & indoctis, vnum verum Deum noscẽtibus, & idola venerãtibus, *Debitor sum*, prædicare eis Euangeliũ regni cœlestis, non propter eorum merita, aut dona ab eis recepta: sed ex cõmissione diuina, & propter beneficia mihi diuinitus condonata, quæ ordinantur ad hoc, vt omnibus prædicem. Gratiæ enim gratis datæ ordinantur ad proximum. *Ita quod in me promptum est*, id est, sic ꝙ ego ob hanc obligationem, magis tamen ex charitate paratus sum, *Et vobis qui Romæ estis, euangelizare.*



Prosecutio expositionis huius capitis ab eo loco quo dicitur, *Non enim erubesco euangelium.* ARTIC. IIII.

1. *Cor.* 1. MEritò dixi me esse paratum euangelizare, & vobis Romanis. *Non enim erubesco euangelium Dei*, hoc est, nõ
F confundor publicè annunciare crucem, & passionem, & cæ-
Act. 5. tera mysteria Christi, quę in Euangelio describuntur, atque
Luc. 9. à reprobis irridentur. Paratus sum nanque pro nomine Iesu contumeliam pati: quoniam ipse ait, Qui me erubuerit, &
Psal. 118 meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cùm venerit in regno suo. Huic consonat illud Psal. Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar. Ra-
Ioan. 6. tio huius subiicitur. *Virtus enim dei est in salutem omni credenti*, hoc est, Euangelium Christi, id est, potens effectus diuinę
Matth. 24 potestatis, seu fortis doctrina, proficiens in salutem æternã, omni credenti per fidem formatam ac perseuerantẽ, *Iudæo primùm*, hoc est, ex Iudaismo conuersis, videlicet primitiæ ecclesiæ, quæ ex Iudæis cõstabat. Nam & Christus dicebat,
Matth. 15 Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël,

hoc est,

hoc est, ad synagogam primò, ac principaliter missus sum. A
ideo Paulus aiebat Iudæis, Vobis oportebat primùm loqui *Acto.3.*
verbum dei. Deinde *Et Græco*, hoc est, ex gẽtilitate conuer
sis valet Euangelium. Per Græcos quasi à digniori Gentiles
significat: Repulsa enim prædicatione Apostolorum à Iu- *Acto.13.*
dæis, iusta facta est transmigratio ad Gẽtiles; secundũ quod *Infrà.3.*
Paulus testatur, Quia repulistis illud, & indignos vos iudi-
castis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Secundum
Haymonem, Euangelium dicitur virtus Dei, quoniã Chri- *Haymo.*
stum, dei virtutem annunciat. Secundum Ambrosium verò *1.Cor.2.*
dicitur virtus dei, quoniam valet ad indulgentiam peccato- *Ambros.*
rum, & ad operationem miraculorum. Quod autem Euan-
gelium sit virtus dei proficiens in salutẽ omni credenti, de-
inceps declarat. *Iustitia enim dei in deo reuelatur ex fide in fidẽ.* B
Hæc iustitia dei, quæ reuelatur seu manifestatur in Euange-
lio, sicut in scriptura veraci, vel in Iudæo & Græco, sicut in
subiecto iustificato, tripliciter intelligi potest. Primò, de in-
creata iustitia creatoris, quæ est ipsemet deus sanctus & iu-
stus. In Euangelio quippe increata dei patris iustitia decla-
ratur, siue describitur, quomodo scilicet maluit vnigenitum
suum pati & mori, quàm peccata manere inulta. Et quomo- *Ioan.3.*
do Christus per viam iustitiæ mundum redemit, quomodo
etiam pater omne iudicium præstitit Christo, & per ipsum
iudicaturus est omnes daturúsque singulis quod merentur,
Nunc tamen potissimùm loquitur sanctus Apostolus de iu- *Rom.8.*
stitia dei omnipotẽtis, qua infideles & impij iustificati sunt *Ioan.3.*
gratis. Sed cum hoc ad misericordiam dei pertineat, mirum *1.Tim.4.*
videtur, quomodo illud iustitiæ asscribatur. Et respon- *Rom.3.*
dum secundum Anselmum, quòd tanta est bonitas atque be C
nignitas Dei, vt iustum sit eum etiam indignis & impiis mi-
sereri ac parcere: sicque vt huiusmodi actu attẽditur iustitia
ex parte bonitatis diuinæ secundum seipsam acceptæ Mise- *Rom.3.*
ricordia quoque in eo attẽditur, ex parte bonitatis diuinæ *Nota.*
ad indignos relatæ. Secundò exponitur de iustitia dei crea-
ta, quã ipse causat in nobis, per quam iustificamur formali-
ter, quia per eã deus iustificat nos gratis. Per fidẽ sine ope- *Rom.4.*
ribus legis. Dando enim animæ fidẽ & gratiã, cõfert iustitiã,
per quã anima iustificatur. Hæc iustitia in Euãgelio reuela- *1.Cor.2.*
tur, & in Christianorum cordibus manifestatur. Tertiò ex-
ponitur, de fideli ac vera diuinarum promissionũ adimple-

D tione,quâ deus in Eccleſia & in Euágelio adimpleuit, quod in veteri teſtamento prædixit, atque in populo ſynagogæ præſignauit. Hæc iuſtitia in Euangelio reuelatur. Chriſto
Luc.24. teſtante, Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege &
Mat.3. prophetis,& pſalmis de me. Et alibi, Vnum iota non peribit de lege,donec omnia fiant. De prædicta iuſtitia dei ſecũdo
Rom 10. modo accepta,alio loco dicit Apoſtolus, loquẽs de Iudęis: Ignorantes Dei iuſtitiam,& ſuam volentes ſtatuere,iuſtitiæ
Philip.3. dei non ſunt ſubiecti. Et rurſus: Inueniar in illo non habens
Eſa.56. meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt,ſed quæ ex fide. Vnde per
Matt.9. Prophetá dominus ait, Propè eſt iuſtitia mea vt reueletur.
Luc.7. Erat nanque veteri lege velata,ſed in Euangelio eſt reuela-
Ioan.6. ta. De qua iuſtitia dicit Saluator. Qui crediderit & baptiza
Mar.16.E tus fuerit,ſaluus erit. Et alibi, Fides tua te ſaluum fecit. Itém-
Pſal. 118. que: Qui credit in me,habet vitam ęternam. Quęlibet iuſtitia Dei nunc prædicta reuelatur ex fide in fidem, hoc eſt,ex fide prophetarum & patriarcharum, in fidem Apoſtolorum atque Eccleſiæ: quia quod illi crediderunt futurum, iſti crediderunt impletum. Vel, Ex fide,hoc eſt, ex actu fidei vnius articuli,in fidem,id eſt,in actum fidei alterius articuli. Omnia nanque teſtimonia fidei ſunt connexa: & vnum ex alio magis credibile redditur,imò & quodammodo declaratur, magiſque planum,ac rationale iudicatur. *Sicut ſcriptum eſt,*
Abac.2 *Iuſtus autem ex fide viuit.* Hoc allegat Apoſtolus ad probandum,quòd iuſtitia Dei reuelatur in Euangelio, vel in Chriſtiano ex fide in fidem. Sed cum fides ſit vna (iuxta illud, V-
Epheſ.4. nus dominus, vna fides,vnum baptiſma) quomodo nunc di
F citur ex fide in fidem,quaſi ſint fides diuerſæ? Et reſpondendum,quòd fides eſt vna ex parte obiecti. Numeratur autem & diuerſificatur ex parte ſubiectorum: in eodem tamen fides non eſt,niſi vna numero,ſicut & charitas. Vnde vt dictũ eſt,per fidem intelligitur actus fidei, qui diuerſificatur. Au-
Abac.2. thoritas verò ab Apoſtolo introducta habetur in Abacuc. vbi legitur: Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus autem ex fide viuet. Cui concordat
Eſa.21. illud quoque Iſaiæ. Qui incredulus eſt, infideliter agit. Et
Eccle.2. in Eccleſiaſtico inducitur, Qui timetis dominum,credite illi,& nõ euacuabitur mercesveſtra. Nullus etenim propriè iuſtus eſt, niſi referat opera ſua ad vltimum finem, qui eſt ſupernaturalis fœlicitas. Hunc autem finem non agnoſci-

mus

mus nisi per fidem, quæ in omni actu meritorio dirigit ra- A
tioné. Idcirco in fide tanquam in basi seu fundamento vir-
tutum, viuit iustus. Hinc etiam ait scriptura, Domine, oculi *Hiere. 5.*
tui respiciunt fidem. Porrò, ꝙ ex fide sit salus iustitiáque cre
dentium, declarat consequenter Apostolus ex opposito.
Reuelatur enim ira dei, hoc est, iusta vltio diuinæ iustitiæ. De
cœlo, per reuelationes cœlestes ab angelis factas, qui homi-
nibus diuinam distinctionem ac vltionem, seu pœnas infer-
ni reuelauerunt. Vel ira Dei de cœlo, id est, Dei cœli, seu dei
cœlestis. De quo canitur, Laudate dominum de cœlis: Vel *Psal. 148.*
Dei iudicis, de cœlo venturi ad iudicandum viuos ac mor-
tuos. Vel dicitur ira Dei reuelari de cœlo, quia in die nouis-
simo, cœli ardentes (secundum Petrum Apostolum) & an- *2. Pet. 3.*
geli cum iudice venientes, ostendent iram Dei contra ini- *Exe. 8.*
quos. Itaque reuelatur ira, indignatio, detestatio dei, *Super* B
omnem impietatem, qua peccatur in deum, *& iniustitiam*, qua
peccatur in proximum. *Hominum*, peruersorum, *Eorum* vi-
delicet. *Qui veritatem Dei*, quam agnoscunt, hoc est, diui-
norum notitiam seu diuinam iustitiam, quæ frequenter ve-
ritas nominatur. *In iniustitia detinent*, id est, iniustè viuendo
apud se retinent, non procedentes in actum virtuosum: sed
ipsam veritatẽ ab operis exequutione retrahunt, atque ab-
scondunt: quibus cõpetit illud, Scienti bonum & non faciẽ- *Iaco. 4.*
ti peccatũ est illi. Et illud, Melius erat non cognoscere viã *1. Petr. 2.*
iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum reuerti. Hoc loco
incipit loqui Apostolus contra peccata Gentilium idolo-
latrarum. De hac reuelatione iræ Dei super impietatem & C
iniustitiam hominum, ipse dominus per prophetam prote-
statur, Visitabo super orbis mala, & contra impios iniquita- *Esa. 13.*
tem ipsorum, & requiescere faciam superbiam infidelium,
& arrogantiam fortium humiliabo. Insuper causa punitio-
nis istorum subiungitur: *Quia quod notum est Dei*, hoc est, *Iob. 35.*
per naturalem rationem de Deo sciri potest, videlicet quòd
deus sit iustus & sapiens, approbans bona, & reprobãs mala, *Eccle. 12.*
& quod ipsi soli sit cultus perfectissimus, vtpote honor la- *1. Tim. 1.*
triæ, exhibendus. *Manifestum est in illis*, hoc est, Gẽtibus no
tum fuit. *Deus enim illis manifestauit*, per influentiam lumi-
nis naturalis, per quod anima rationalis ex creaturis intel-
ligit creatorem. De quo lumine scriptum est, Signatum est *Psal. 4.*
super nos lumen vultus tui domine. Vnde Origines ait, *Origenes.*

D Notum Dei est hoc quod ex mundi huius dispositione & naturali ratione assequi possumus. Ignotum vero dei est, ratio substantiæ eius, quæ omnem latet creaturam, similiter & mysterium humanę liberationis. Pluribus autem modis deus reuelauit hominibus veritatẽ, videlicet per sapientiæ infusionem, per angelicam reuelationem, per sanctorum instructionem, per naturalem rationem. Secundum Damascenũ quoque omnibus naturaliter inserta est cognitio existendi deũ.

Damasc.

1. Tim. 1. Nunc tamen agit Apostolus de reuelatione, quæ fit per naturalem rationem, quæ ex creaturis ascendit ad creatoris notitiam: subditur namque. *Inuisibilia enim ipsius*, id est, diuina natura incorporea simplex & inuisibilis est, & perfectiones
E eius, quæ naturaliter sciri possunt, videlicet iustitia, potẽtia,
Psal. 8. prouidentia, &c. quæ dicuntur inuisibilia Dei, quoniam licet sint vnum in Deo, & ipsa diuina essentia, tamen secundum rationem distinguntur, diuersimodè significantur, & per diuersa cognoscuntur. Hæc ergo inuisibilia Dei. *A creatura mundi*, id est, ab homine qui inter creaturas huius sensibilis mundi primatum sortitur: de quo dominus dicebat. Prædicate euangelium omni creaturæ, id est, omni homini. *Per ea quæ facta sunt*, id est, per res creatas. *Intellecta*,
Mar. 16. *Esa. 52.* id est, intellectualiter contemplata. Oportet enim inuisibilia dei intellectuali puróque oculo intueri. *Conspiciuntur*, id est, agnoscuntur. Vel per ea quæ facta sunt intellecta, id est,
1. Cor. 1. per creata ritè considerata. *Sempiterna quoque virtus eius*, id est, æterna potestas dei. *Et diuinitas* ab homine conspiciun-
F tur, per ea quæ facta sunt, non vtique per speciem, vel quid
Eccle. 13. sint, sed quia sunt, & quid non sunt. Cùm enim omnis creatura sit quidá radius sui creatoris, & omnis effectus sit quædam participata similitudo suæ causæ (quoniá vnumquodque producit sibi simile) certum est quod ex naturis creatis aliquo modo cognoscatur increata natura. Videntes quippe philosophi ordinem esse in rebus, & quod vnum procedit, causatur & gubernatur ab alio, peruenerunt ad notitiã vnius primi, summíque entis, quod oportuit esse æternum, perfectum, & independens. Ex vniformi quoque motu cœlestium corporum, & stabili consistentia mundi, atque gubernatione inferiorum à superioribus perpenderunt esse in vniuerso vnum quendam summum prouisorem, dominatorem ac principem. Quàm multa autem vera, profunda, ac

mira

mira agnouerint Plato cum ſuis, & Ariſtoteles cum Peripa- A
teticis de inuiſibilibus Dei, de ſempiterna virtute ac diuini-
tate ipſius, patet in libris eorum. Sed & Proclus Platonicus
in Elementatione ſua theologica de Deo, atque de diuinis
ſubtiliſſimè loquitur, quamuis in multis aberret. Prædictis
autem verbis Apoſtoli conſonat illud quoque Sapientis, A *Sap.13.*
magnitudine ſpeciei creaturæ poterit creator horum co- *Prou.16.*
gnoſcibiliter videri. Omnia enim (vt Salomon ait) propter
ſeipſum operatus eſt dominus, ſcilicet vt in creaturis diuina
maieſtas atque perfectio relucerent: ſicque ex conſideratio-
ne creaturarum incitaretur homo ad contemplationem, a-
morem, ac reuerentiam creatoris. Hinc ſcriptum eſt, Fecit *Eccle.3.*
deus opera ſua vt timeatur. Et iterum, Leuate in excelſum *Eſa.40.*
oculos veſtros, & videte quis creauit hæc. In tantum igitur B
cognouerunt deum *Ita vt ſint inexcuſabiles* de ſuis peccatis
præſertim de idololatria. Non enim excuſat eos ignorantia.
Quia cum cognouiſſent deum, per naturalem rationem, ſecun- *Heb.12.*
dum modum prætactum. *Non ſicut deum glorificauerunt*, ſer- *Luc.1.*
uiendo ei cum debita reuerentia. *Aut gratias egerunt* Deo *Sap.5.*
pro beneficiis ſuis. *Sed euanuerunt*, hoc eſt, inanes effecti *Mat.12.*
ſunt. *In cogitationibus ſuis*, vanis ac friuolis, glorificantes, &
magnipendentes ſeipſos. *Et obſcuratum*, lucæ gratiæ priua- *Mich.2.*
tum, & ſplendore diuinæ ſapientiæ deſtitutum. *Eſt inſipiens* *Eſa.1.*
cor eorum impletúmque eſt caligine vitiorum, propter vani-
tatem cogitationum ſuarum. Vnde ſcriptum eſt. Væ qui co-
gitatis inutile. Et alibi admonet dominus. Auferte malum *1.Cor.1.*
cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Per Salomonem C
quoque Sapientia Dei Chriſtus dominus conteſtatur: Ego *Prou.8.*
inquiens, ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum *Eccle.3.*
cogitationibus. *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes*, id eſt, ſeipſos
de ſua ſapientia iactantes, atque in ſeipſis, non in fonte ſa-
pientiæ gloriantes. *Stulti facti ſunt* coram deo ſeu diuino iu
dicio, qui ſtultam fecit ſapientiam huius mundi. Qui enim
ſcientiam creaturarum, & naturalem ſapientiam diuino-
rum non ordinat ad ſalutarem ac ſupernaturalem ſapien-
tiam, & Dei honorem, veraciter ſtultus eſt: tanquam contra
ordinem rerum faciens, & contra cenſuram æternæ ſapien-
tiæ agens. Propter quod ſcriptum eſt, Stultus factus eſt om- *1.Cor.1.*
nis homo à ſcientia ſua. Et iterum, Sapientia tua & ſcientia *Hiere.10.*
tua decepit te. Et rurſus, Væ qui ſapientes eſtis in oculis ve- *Eſal.47.*

D stris. Sed videntur hæc de Philosophis verificari non posse. Cùm enim quidam interrogasset Pythagoram, an sapiés esset, dixit se sapientem non esse, sed philosophum, id est, sapientiæ amatorem. Et eius exemplo, posteri eius se non vo-
Esa.3. cauerunt sapientes, sed philosophos. Et respondendum, quod licet non dicerent ore, corde tamen dicebant se sapientes, pauciſſimis forsan exceptis, qui nec idola coluerunt. De quibus modò non agitur. *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis homi-*
1. *Timo.1.* *nis*, id est, cultum, honorem, & gloriam, immortali ac inuariabili Deo impendendam, exhibuerunt imaginibus, statuis seu idolis hominum mortuorum. *Et volucrum & qua-*
E *drupedum, & serpentium.* Quàm verum sit hoc, in libro sa-
Sapien.11. pientiæ prolixè describitur. Quomodo etiam populus Iu-
& 14. dæorum tanto errori subiacuit, talpásque ac vespertiliones
Esa.2. adorauit. Esaias atque Ezechiel prosequuntur. Quidam au-
Exec.8. tem gentilium ipsas imaginationes, quidam verò res significatas per imagines coluerunt. *Propter quod*, id est, propter idololatriam iam prædictam, quæ omnis peccati origo effi-
Sap.14. citur. Iuxta illud Sapientis. Infandorum idolorum cultura, omnis mali causa est, & principium & finis. *Tradidit illos deus*, non effectiuè, sed permissiuè, gratiam suam iustissimè subtrahendo. *In desideria cordis eorum*, id est, in inordinatos appetitus, & concupiscentias carnis, videlicet, *In im-
munditiam* luxuriæ, vel potius Sodomiticæ maculæ. *Vt con-
tumeliis*, hoc est, actibus ipsi naturæ iniurioſis, nociuis,
F atque contrariis. *Afficiant corpora sua in semetipsis*, hoc est, in eodem sexu atque suppoſito, committendo peccata
Hier.9.16 contra naturam. Vel in semetipsis, id est, adinuicem. Nam
1. *Tim.1.* & qui fornicatur, peccat in corpus suum. *Qui commutaue-
runt veritatem Dei in mendacium*, id est, diuinitatem, hono-
rem, & gloriam, soli, vero, omnipotentique Deo asscriben-
Deut.4. da, & exhibenda, transtulerunt ad deos falsos, seu idola.
Et coluerunt, & seruierunt creaturæ, videlicet idolis suis
Sap.13. *potius quàm creatori, qui est Deus benedictus in secula Amen.*
Ecce quanta peruersitas. Hæc traditio impiorum in desideria cordis eorum, est grauissima pœna, quàm Deus in præsenti infligit. Et est pœna damni, cui in inferno correspondet carentia beatificæ fruitionis. Vnde dominus ait in
Psal.80. Psalmo. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibũt

in ad-

in adinuentionibus ſuis. Vnum nanque peccatum trahit ad aliud, idémque peccatum eſt peccatum, & cauſa peccati, ſeu culpa, & pœna culpæ. Nam homo vnum committendo peccatum, meretur à Deo relinqui, atque in aliud prolabi. Et quantò aliquis ſeipſum erigit, altius, inaniúſque extollit: tantò meretur profundius cadere. Maximè quoque, qui tam ſapientes ſunt in propriis oculis, merentur relinqui, in tantum, vt vitia carnis incidant, quę ſunt pręcipuè beſtialia, atque turpiſſima. Vnde iam ſubditur, *Propterea tradidit illos Deus in paſßiones ignominiæ*, id eſt, in innominabilia vitia carnis, quæ ſunt peccata contra naturam. A *Eſa.3.* *Ephe.5.* *Ezech.4*

Ignominia enim dicitur, quaſi ſine nomine dignitatis, quoniam talia ſcelera non faciliter explicantur. Proſequitur tamen Apoſtolus ſpecies tanti facinoris. *Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum qui eſt contra naturam*, hoc eſt, organo ſui ſexus, qui ordinatur ad cõceptionem prolis, abuſæ ſunt, ita vt fœmina fœminæ miſceretur. *Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ*, id eſt, legitima ſeu naturali commixtione ac copula cum muliere. *Exarſerunt* (igne libidinis) *in deſiderijs ſuis*, turpiſſimis, *Inuicem*, ſcilicet, *Maſculi in maſculos turpitudinem operantes*. polluendo ſe mutuò variis modis. Sed & ſi maſculus fœminæ commiſceatur alio modo, loco, ſeu organo, quàm natura conceſſit, contra naturam peccatur. *Et mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes*. Sic conſtruenda & intelligẽda eſt litera: Prædicti idololatræ ac Sodomitici recipientes à Deo permiſſiuè, à ſeipſis autem cauſaliter: recipientes (inquam) & ſuſtinentes in ſemetipſis, id eſt, in propria natura, mercedem ſui erroris, id eſt, retributionem ſeu præmium ſuæ idololatriæ, ſcilicet traditionem & lapſum in paſſiones ignominiæ, quam mercedem oportuit, vel decuit eos recipere ſecũdum dictamen ac ordinem diuinæ iuſtitiæ, qua vitia vitiis proportionabiliter puniuntur. Vnde quemadmodum iactantia propriæ ſapientiæ meruit, vt in idololatriã caderẽt, ſic idololatria propter grauiſſimam ſuã deformitatem meruit, vt in innominabilia carnis peccata inciderent. *Et ſicut non probauerunt*, hoc eſt, nõ putauerũt nec opere oſtẽderunt, *Deum habere in notitia*, actus humanos, id eſt æſtimauerunt Deum non cognoſcere peccata hominũ: dicẽtes illud Iob, Deus excelſior cœlo eſt, nec B *Eſa.24.* *Pſal.17.* C *Ezech.16* *Mich.1.* *Iob.21.22*

D nostra cõsiderat, & circa cardines cœli perambulat. Et illud
Exech. 9 Ezechielis. Dereliquit dominus terrá, & dominus nos non videt. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum*, hoc est, in intellectum peruersum, priuando eos lumine gratię ac veræ sapientiæ, quatenus, sicut circa diuinum intellectum errauerunt, sic in suo intellectu punirentur. Tales sunt omnes qui diuinam prouidentiam negãt. De quibus ait Psalmista, Di-
2. Tim. 3. xerunt, non videbit dominus, nec intelliget Deus Iacob. Et
Psal. 93 Sophonias, Dicunt non faciet dominus bene, & non faciet
Sopho. 1 malè. Contra quos dominus loquitur per Amos prophetã,
Amos. 5 Cognoui multa scelera vestra, & fortiora peccata vestra. Vel sic· Sicut non probauerunt, hoc est, nõ curauerunt deũ
L habere in notitia, id est, cognoscere Deum, veraciter, tradi-
Hier. 4 dit illos in reprobum sensum, excæcando corda ipsorũ permissiuè, ita quòd eis conuenit illud propheticum, Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere, nescierunt. *Vt faciant ea quæ non conueniunt*, hoc est, quæ Deo, rationi, atque
Nota. ecclesiæ contrariantur. Hæc dictio, vt, non tenetur hoc loco causaliter, sed concomitanter. Non enim idcirco tradidit illos in reprobũ sensum directè vt faciant mala, sed operatio mali consecuta est traditionem, seu derelictionem ipsorum prædictam. Sícque frequenter in libro isto accipitur. Sic ergo tradidit illos Deus, *Repletos omni iniquitate*, hoc
1. Ioan. 3 est, omni peccato. Peccatũ enim iniquitas est. i. cõtra iustiI tiam secundũ Ioannem. Præterea, ponit partes seu species iniquitatis, *Malitia*, qua alter alteri damnũ inferre conatur *Fornicatione*, hoc est, illegitimo cum muliere cõcubitu. *Auaritia*, hoc est, inordinato appetitu temporaliũ rerum. *Nequitia*, id est, peruersitate, seu temeritate nefaria, *Plenos Inuidia*, quæ est tristitia de bono alterius, *Homicidijs, contentione, dolo, malignitate*, hoc est, voluntate igne malitiæ inflãmmata, *Susurrones*, hoc est, discordiæ seminatores: contra quos
Leuit. 19. Moyses præcipit, Non eris susurro in populo. Et ecclesiasti-
Eccle. 28 cus ait, Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. *Detractores*, hoc est, aliorum famã denigrantes, de eorum defectibus inordinatè loquẽdo, vel falsa imponendo, *Deo odibiles*, quantũ ad culpam. Odio enim
Sapien. 14 Deo sunt impius, & impietas eius. Vnde ecclesiastes ait: Si
Eccle. 10 mordeat serpens in silentio, nihil minus eo habet, qui occultè detrahit. Agendum est ergo, quod ait vir sanctus: Detrahentem

bentem ſecreto proximo ſuo, hũc perſequebar. *Cõtumelioſos*, id eſt, verbis vel actibus iniuriantes. Quod valde iniquũ eſt iuxta illud, Homo aſſuetus in verbis improperij, omnib⁹ diebus vitæ ſuæ non dirigetur. *Superbos*, appetendo honores, *Elatos*, nolendo habere æqualem aut ſuperiorem, *Inuentores malorum*, excogitando nouos errores, aut culpas, *Parentibus non obedientes*, *inſipientes*, malè ſentiendo de rebus diuinis, *Incõpoſitos* (moribus) *ſine affectione*, id eſt tepidos, carẽtes zelo iuſtitiæ, & charitatis feruore, *Abſq; fœdere*, id eſt, obſeruatione pacti, ſocietatis & amicitiæ. Vnde ſcriptũ eſt: Qui diſſoluit pactum, nunquam effugiet, *Sine miſericordia* id eſt, crudeles. Viſcera nanque impiorum crudelia. In talibus adimpletur, quod Iacobus ait: Iudiciũ ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. *Qui cum iuſtitiam Dei*, hoc eſt, iuſtum Deum, *Cognouiſſent*, *non* (tamen) *intellexerunt*, hoc ſcilicet. *Quoniam qui talia agunt*, *digni ſunt morte*, æterna. Et, *Non ſolùm qui faciunt*, ſunt digni morte, *Sed etiã qui conſentiunt facientibus*, vt nullus excuſetur.

A *Pſal.100* *Eccle.23*

B *Ezech.12.* *Prou. 27.* *Iacobi.2*

Cap. II. Propter quod inexcuſabilis es ô homo.

ARTICVLVS QVINTVS.

QVoniam itaque digni ſunt morte ęterna, nõ ſolùm qui peccata prædicta committunt, ſed etiam quicunque conſentiunt, vel quum poſſint, non impediunt. *Propter hoc inexcuſabilis es* (à peccato) *ô homo*, *omnis qui iudicas*, id eſt, damnas ſeu reprobas alium non ſecundum ordinem æquitatis, ac regulas iuris, ſed inordinato iudicio. *In quo enim alterum iudicas* (hoc modo) *teipſum condemnas*, id eſt, damnatione dignum oſtẽdis, ac profiteris: Iuxta quem ſenſum ſcriptum eſt: Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam. Vnde ait Saluator: Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Et alibi: Hoc tuum eſt iudicium, quod ipſe decreuiſti. Veruntamen quoniam ſacra ſcriptura frequenter hortatur nos ad iudicandum, iuxta illud prophetæ: Indicabo tibi homo quid ſit bonum, aut quid dominus requirat à te facere iudicium: Et infra dicit Apoſtolus, Spiritualis homo omnia iudicat. Frequenter quoque prohibet nos iudicare, præſertim in hoc libro epiſtolarum Pauli. Ad agnoſcendum ergo quomodo hæc omnia intelligi debeant, ſcire oportet, quòd iudicium propriè ſumptum eſt

C *Eccle.21.* *Luc.19* *1. Reg.20* *Mich.6* *1.Cor.2.*

D actus virtutis, videlicet determinatio iuris seu definitio iusti. Talis autem determinatio iuris, est actus iustitię, ideo iudicium est actus iustitiæ, tanquam inclinantis & disponentis iudicátem, vt dignus atque idoneus sit ad iudicandũ. Actus nanque virtutis ex virtute procedit. Nec potest bene iudicare de operibus virtutis, qui habitũ virtutis non habet. Vnde castus bene iudicat de pertinétibus ad castitatem, & fortis de his quæ ad fortitudinem pertinent. Iudicium tamẽ est actus rationis seu prudentiæ, tanquam dirigentis atque sententiam proferentis. In quantum itaque iudicium procedit ex quadam connaturalitate iudicantis ad iudicata, requirit habitum virtutis in iudicante. Quoniam ergo iudiciũ actus iustitiæ est, in tantum licitum perhibetur, inquantum ex iu-

E stitia oritur. Ad hoc autem quòd iudicium sit actus iustitiæ, tria sunt necessaria. Primò, vt procedat ex inclinatione virtutis, non ex impetu passionis aut suspicionis: Secundò, vt procedat ex authoritate præsidentis. Tertiò, vt proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. Quodcũque horum defuerit, erit inordinatum, illicitúmque iudiciũ. Si etenim primum defuerit, vocatur peruersum: si secundum, dicitur vsurpatum: si tertium desit, temerarium appellatur. Vnde Chrysost. super Matthęum: Qui in magnis peccatis sunt, eos iudicare nó debent qui in eisdem peccatis, aut certè mi-

Thomas. noribus sunt. Et hoc secundum Thomam potissimè verum est, quando peccata prælati aut iudicis publica sunt, & quãdo non est necesse iudicare alia ratione officij. Si verò peccata occulta sint, & necesse sit iudicare ratione iniuncti of-

F ficij, potest cum timore ac humilitate iudicare, siue arguere. Si autem peccata sint manifesta, & nihilominus iudicare oporteat, debet primò intra se pœnitere. Nobis verò diligenter pẽsandum est illud sancti Ambrosij: Iudicet de errore & culpa alterius, qui in seipso non habet quod iudicet, ne cum de alio iudicat, in seipsum ferat sententiam. De prædictis ergo inordinatis iudiciis intelligenda sunt loca scripturæ, in

Matth. 7. quibus vetatur iudicium. Sicut cum dicitur: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Potest autem & debet quilibet nostrũm iudicare, reprobare, & castigare seipsum. In communi quoque possumus iudicare de actibus, atque generibus hominum secundum doctrinã & determinationem scripturæ, vt, ꝙ omnis homicida dãnabitur: & omnis superbia sit peccatum

catum. Duo verò sunt in quibus secundum August. vitare A
debemus iudicium. Primò, quum ignoramus, quo animo ali
quid fiat. Idcirco de occultis ac dubiis iudicare prohibe-
mur. Secundò, dum ignoramus qualis futurus sit, qui iudicã
dus videtur. Et quia hoc semper ignoramus, non debemus
absolutè personam alterius iudicare, præsertim cum ignore-
mus, an dignus sit amore, an odio: possitque omni momen-
to à Deo tangi, cõpungi, pœnitere, & purificari. De actibus *Eccle.9.*
tamen manifestis, & quæ animo bono fieri nequeunt, iudi-
care permittimur, compatiendo potius quàm spernendo.

Denique iudicium duplex est, scilicet discretionis, quo
inter bonum & malum discernitur: & remunerationis, quo
de præmio sententiatur: Horum iudiciorum vtrunq; lauda- *Hiere.15.*
bile est, seruatis circunstantiis & conditionibus debitis. De B
iudicio quippe discretionis dominus loquitur per prophe-
tam: Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. De
quo & in Iob habetur: Iudiciũ eligamus, & inter nos videa- *Iob.34*
mus quid sit melius. Itémque: Nũquid qui nõ amat iudiciũ, *Ibidem.*
potest sanari? Iudicium autẽ remunerationis est duplex, vi-
delicet approbationis, quãtum ad bonos, & reprobationis,
quantũ ad malos. Sciendum quoq; ꝙ Paulus hoc loco ad
literã loquitur cõtra ecclesiã Roma. quæ ex Iudæis & Gen-
tibus collecta erat, qui se mutuò iudicabãt. Iudæus enim iu-
dicauit Gentilem de transgressione legis naturalis. Gentilis
verò Iudæum de præuaricatione legis diuinæ. Quilibet ve-
rò istorum secundum apostolum inexcusabilis est. Cuius ra C
tio subditur, *Eadem enim agis*, hoc est, similia. vel eadem ge *Matth.7.*
nere aut specie tu Iudæe operaris. *Quæ* (in Gẽtili) *iudicas.*
id est redarguis, atque cõdemnas. Vel eadem agis tu Genti-
lis quæ in Iudæo iudicas. Hoc generaliter accipi potest de
vnoquoque nostrũ, qui de illo peccato alium iudicat, quod
ipse in seipso nõ corrigit. Quod consequẽter declarat Apo
stolus, *Scimus*, enim per naturalẽ rationẽ, vel supernaturalẽ *Iob.19.*
illuminationẽ, *Quoniam iudicium Dei est secũdum veritatem*, *Psal.61*
id est, secũdum iustitiam, qua reddit singulis quod merẽtur,
hoc est scimus quòd iudicium Dei sit iustum, *In eos*, (id est,
aduersus eos) *qui talia agunt*, id est, se inuicem temerariè iu-
dicant, sicut iam dictum est: Tales enim reprobat Deus. Cir
ca quod Origenes sic ait: Illud hoc loco videtur ostendi, *Origenes.*
quòd solius Dei, sit secũdum veritatem iudiciũ, quia corda


D hominum nosse, & mẽtis secreta dignoscere solius est Dei. Sunt enim quædam quæ cõmittuntur opere quidem malo, animo autem non malo: vt si quis (verbi causa) hominem, non voluntate occiderit. Alia verò fiunt opere bono, sed animo non bono, vt si quis misericordiæ opus, non pro Dei mandato, sed vt laudetur ab hominibus, faciat. Hoc tamen non est sic accipiendum, quasi iudicia hominum non sint iusta & vera, sed quòd non sint tam vniuersaliter vera & iusta, nec adeò certa, maximè subtracta illuminatione diuina.

Existimas autem hoc ô homo omnis qui iudicas, inordinatè, *Eos qui talia agunt* (id est præmemorata peccata committũt) *& facis ea*, quæ in aliis iudicas. *Quia tu effugies iudicium Dei?* E hoc est, damnationis sententiam & iusta tormenta? Quasi
Iob.1. dicat, Noli hoc æstimare. Loquitur Apostolus interrogatiuè, *An diuitias bonitatis eius*, id est, plenitudinem seu abundantiam pietatis diuinæ, *Et patientiæ*, qua non statim vlci-
Iob.25. scuntur illatã sibi iniuriã, *Et longanimitatis*, qua diu iniquorum conuersionem expectat, vt indulgentiam consequantur: iuxta illud prophetæ, Propterea expectat dominus vt
Esa.30. misereatur vestri. Non enim vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Patientia autem cum sit virtus mora-
Ezech.18. lis, passionem tristitiæ ordinans, nõ propriè competit Deo, nisi per similitudinem operis. An ergo ista *Cõtemnis?* Qua-
Prouer.28 si dicat: Mirum est si tantam pietatem & gratiam Dei non pensas, neque honoras. Hanc contemnit, qui ex pia dilatione vltionis diuinæ peioratur, peccando securius. & conces-
F sa pœnitentiæ tempora expendendo, in actibus prauis.
Iob.24 Quemadmodum scriptum est. de ingrato ac impio, Dedit illi Deus locum pœnitẽtiæ, & ille abutitur eo in superbiam. *Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitẽtiam te adducit?* id est, hoc meritò ignorare non debes, q̃ misericordia Dei te patienter ac longanimiter sustinendo, quantum in se est, instigat, & ducit te ad pœnitentiam peragendam. Per inspirationem enim angelicam ac diuinum instinctum admonen-
Psal.86 tur iniqui conuerti ad dominum. Vnde Sapiens, Misereris (inquit) omnium domine, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.
Sapien.11. Deinde ostendit Apostolus, quid homo meretur incidere, non attendendo bonitatem longanimitatis ac patiẽtiæ Dei, qui piè præstolatur pœnitentiã nostram. *Secũdum du-*

ritiam

vitiam autem tuam, per obstinationem tuam ac pertinaci- A
am qua diuinæ inspirationi resistis, nec verbo Dei mentem
tuam aperis. *Et impœnitens cor tuum*, quod de pristinis malis
non dolet, nec futura vitare molitur. *Thesaurizas*, id est, *Hiere. 8.*
multiplicas *Tibi iram*, id est, districtam vindictam exercen- *Sopho. 1*
dam, *In die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei*, hoc est, in die *Esa. 56.*
nouissimo, in quo Deus maximè iratus videbitur & secreta
producet in lucem. Tunc enim reuelabit abscondita tene-
brarum, & manifestabit cõsilia cordium. Hinc scriptum est,
Cor durum male habebit in nouissimo. Et de peccatore in-
durato dominus ait per prophetam. Scio quia durus es tu, *Abac. 2.*
& neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. *Qui reddet* *1. Cor. 4.*
vnicuique secundum opera sua. Iuxta illud Apocalypsis, Ecce
venio cito, & merces mea mecũ est, dare vnicuique secundũ *Esa. 48*
opera seu. Hoc noui & veteris testamenti scriptura concor B
diter clamat. Vnde in Ecclesiaste scribitur, Cuncta quæ fiũt *Apoc. 22*
adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonũ, siue *Eccles. 12.*
malum. Et Hieremias propheta, Domine cuius oculi aperti
sunt super omnes filios Adam, vt reddas vnicuique secun-
dum vias suas. In his autem atque similibus locis scripturæ *Hiere. 32*
per vias seu opera, intelligendi sunt quicunque actus hu-
mani, tam interiores quàm exteriores, videlicet cogitatio,
affectio, locutio, operatio. Consequenter ostenditur in
specie, quod dicebatur in genere. *His quidem qui secundum*
patientiam boni operis, gloriam & honorem. Sic legenda est li
tera, Deus reddet singulis secundum opera sua. His quidem
qui sunt boni operis, id est, bonæ vitæ, secundum patiẽtiam
Dei, qui eorũ conuersionem longanimiter expectauit, & ita C
bene vsi sunt patientia dei, reddet prõ præmio, gloriam, id
est beatitudinem siue lætitiam, vel claram cum laude noti-
tiam, clarificando eos in cordibus aliorum, & honorem, id *Lucæ. 12.*
est, reuerentiæ exhibitionem in signum virtutis ipsorum.
Nã & Deus honorabit eos, constituendo eos, secum in re-
gno cœlorum. *Et incorruptionem*, id est, immortalitatẽm, im
passibilitatem, atque perpetuam securitatem, his inquam, *1. Cor. 9*
Quærentibus vitam æternam, id est referentibus cuncta quæ
agunt ad vltimum finem seu veram fœlicitatem, quæ est vi-
ta æterna, non ad temporale commodum aut laudem huma
nam. Vnde ait saluator, Primùm quærite regnum Dei. Et a- *Mat. 6.*
postolus, Quæ sursum sunt quæritæ. Hoc modo exponitur *Coloss. 3.*

D litera iſta communiter. Videtur quoque ſic poſſe exponi. His qui ſecundum patientiam boni operis ſunt, id eſt, qui
Lucæ.21. opera bona patienter egerunt, & per patientiam cuſtodie-
Hebr.10. runt, dabit gloriam & honorem. Propter quod dicit ſaluator, In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Vel ſic, His qui ſecundum patientiam ambulauerunt, id eſt, patienter conuerſati ſunt, retribuet Deus boni operis, id eſt, pro bono opere, gloriam & honorem, tanquam condignã mercedem. *His autem qui ſunt ex contentione*, id eſt, inſimul litigant & pacis iura violant, vel deo reſiſtere ſatagunt. *Et qui non acquieſcunt veritati*, id eſt, iuſtitiæ ſeu ſanæ doctrinæ, qua
Deut.31. admonentur conuerti ad deum. *Credunt autem iniquitati* hoc
2. Timo.2 eſt, vanis erroribus ac falſis dogmatibus: quos contra dicit Apoſtolus ad Hebræos: Doctrinis variis & peregrinis noli
Ioan.8. te abduci. His itaque ſuperueniet, *Ira* (id eſt, diuina vltio) *&*
Hebr.13 *indignatio*, hoc eſt, deteſtatio qua iudex æternus eos contem
Luc.12. net. *Tribulatio* (corporis) *& anguſtia*, mentis. Veniẽt inquã
E hęc, *In omnem animam hominis operantis malum*, niſi pœniteat. Nam & corporis pœna redundat in animam & econuerſo. *Iudæi primùm*, id eſt præcipuè, quoniam propter legem diuinam ei traditam grauius peccauit, & fortius punietur.



Et Græci. Si per Græcos intelligatur gens illa ſpecialis, tunc Græcus poſt Iudæum exprimitur, quia præ cæteris gentibus magis peccauit atque punitus eſt, eo quòd in naturali philoſophia & ſubtilitate ingenij præfulgebat. Vbi enim maius donũ ſcientiæ, ibi præuaricator grauiori ſubiacet culpæ & pœnæ. Si verò per Græcũ intelligantur Gentiles communiter, tunc poſt Iudæum ponitur Græcus, quo
F niam minus peccauit loquendo in genere & cæteris paribus. His verbis Apoſtoli conſonat illud Prouerbiorũ, quod ex perſona æternæ ſapientiæ dicitur. Quia vocaui & renui-
Proner. 1. ſtis, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit, quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia. Hoc loco Apoſtolus contentioſos redarguit. Vnde & Iacobus apoſtolus dicit: Si zelum amarum
Iacob.3. habetis, & contentiones ſunt inter vos, nolite gloriari, &
Eſa.38 mendaces eſſe aduerſus veritatem. Denique tanta eſt culpa contentionis, vt propter ipſam corporalis exercitatio re-
Eſaiæ.32 probetur: dicente domino per prophetam, Ecce ad lites &

con-

contentiones ieiunatis. Nunquid tale est ieiunium quod e- A
legi? *Gloria autem & honor*, de quibus iam dictum est. *&*
pax, id est, tranquillitas mentis, seu securitas ab impu-
gnatione hostili, dabuntur pro præmio, *Omni operanti bonum*, ex charitate. *Iudæo primùm*, id est præcipuè: quia
in genere plus alijs meruerunt Iudæi ad Christum conuersi
videlicet sancti apostoli, ac primitiua ecclesia. *Et Græco*, id
est, gentibus. *Non est enim acceptio personarum apud Deum*, id *Iob.34.*
est, Deus in iudicando non attendit personam, & ea quæ nõ *Eccle.35*
habent rationem meriti siue demeriti: sed sola opera pensat, *Matth.22.*
& vnumquemque secundum merita sua iudicat. Propter
quod asserebat Petrus: In veritate comperi, quoniam non *Lucæ.20.*
est personarum acceptor Deus, sed in omni genere qui ti-
met Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Et per pro B
phetam dominus loquitur: Vnumquemque iuxta vias suas *Galat.2.*
iudicabo. Ad hanc perfectionem hortatur nos sermo diui- *Ephes.6*
nus per Moysen dicens, Iustè iudicabis nec consideres per- *Coloss.3*
sonam pauperis, neque honores vultũ potentis. Porrò quòd *Exec.18.*
apud Deum non sit personarũ acceptio: sed iustum iudiciũ *Leuit.19*
probat. *Quicunque enim sine lege*, scripta atque Mosaica, *Pecca* *Iacob.2.*
uerunt, videlicet non habendo legem, id est gentiles, qui pec *Actо.10.*
catum commiserunt, nõ quia legem scriptam trãsgressi sunt,
quia nec eam habuerunt, *Sine lege peribunt*, id est, non pro-
pter huius legis præuaricationem damnabũtur: sed propter
hoc, quòd legem naturalem non seruauerunt cum fide salua
toris saltem implicita, vt plenius ostendetur.

Cùm enim dicat Ambrosius, peccatum est pręuaricatio *Ambros.*
legis diuinę: quæri potest, quomodo aliquis peccare valeat
sine lege? Et respondẽdum, quòd in definitione Ambrosij, C
per legem diuinam intelligitur quælibet lex data à deo, à
quo constat naturalem legem fluxisse. datáque esse. *Et qui-*
cunque in lege (scripta) *peccauerunt*, eam non obseruando sicut
Iudæi, *Per legem*, id est, ex ipsa lege scripta, vel propter legis
trangressionem, *Iudicabuntur*, indicio reprobationis. Vnde *Ioan.17*
Christus aiebat Iudæis, Est qui accusat vos Moyses, in quo *Iacob.2*
speratis. *Non enim auditores*, legis diuinitus datæ, *Iusti sunt a-*
pud Deum, nisi obediãt legi: ideo subditur, *Sed factores legis*,
id est qui mandata legis adimplent. *Iustificabuntur*, id est,
iusti erunt ac reputabuntur apud Deum. Nam & fides sine
operibus mortua est. Et in Euangelio Christus testatur, *Matth.7*

D Omnis qui audit verba hæc, & non facit ea, assimilabitur vi
ro stulto, qui ædificauit domum suam supra arenam. Et ali-
Luc. 11. bi, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ipsa
ergo impletio legis per gratiam, ex qua procedit impletio,
iustificat hominem, estque iustificatio eius. Denique quòd
ipsa obseruatio legis iustificet, eluceſcit ex hoc. *Cũ enim gen
tes*, id est, gentiles. *Quæ legem* scriptã seu Moysi, *Non habẽt*,
quia non tenebantur ad eam. *Naturaliter*, id est, ex naturalis
rationis dictamine, adiuti tamen lumine gratiæ, sine qua ne
1. Ioan. 3 mo vnquam saluatus est. Non enim ex puris naturalibus
quisquam saluatur, cũ salus nostra sit supernaturalis fœlici-
tas scilicet visio per speciẽ, ad quã sine fide, charitate & gra-
Hebr. 11 tia dei nullus viator pertingit, *Ea quæ legis sunt faciunt*. id est
legem scriptam obseruãt, quantum ad præcepta moralia
decalogi, quæ sunt de dictamine rationis naturalis. *Eiusmo
di*, gentes *Legem* (Mosaicam) *Non habentes, ipsi sibi sunt lex*, id
E est propria ratio est eis pro lege, *Qui ostendunt* bene viuen-
do *Opus legis*, quod à lege scripta præcipitur fieri aut vitari,
Thob. 4. *Scriptũ in cordibus suis*, id est intellectui naturali impressum,
Matth. 7. ita quòd ratio dictat eis, quod dictat ratio scripta. Dũ enim
non faciunt alteri quod sibi nolunt fieri (quod vtique na-
turalis ratio dictat) implent ea quæ iubet lex scripta. Nam
Roma. 13 & secundum apostolum. Qui diligit proximum, legem ad-
impleuit. Hi ergo qui naturaliter agunt ea quæ legis sunt,
sibi sunt lex, quod declarat apostolus per effectum, videli-
cet per conscientiæ testimonium. Subditur enim. *Testimo-
nium*, boni vel mali, *Reddente illis conscientia ipsorum*, quæ ex
naturali iudicio rationis reprobat malum, & approbat bo-
num. Recalcitrat enim quodammodo operi vitioso, consen
F titque actui virtuoso. *Et inter se inuicem cogitationum accusan
tium aut etiam defendentium*. More Græcorum ponit geniti-
uum pro ablatiuo, vt sit sensus, cogitationibus se inuicem ac
cusantibus, id est peruersis cogitationibus quæ malos accu-
sant, etiam defendentibus, id est cogitationibus bonis, quæ
bonos excusant atque defendunt. His, inquam, cogitationi
bus testimonium damnationis vel salutis reddentibus illis,
id est, prædictis gentilibus. Istæ cogitationes accusantes ac
defendentes, hoc est malæ ac bonæ examinantur, diiudican
tur & declarantur coram naturali iudicatorio hominis, qua
si coram iudice per prima agibiliũ principia naturaliter in-

serta

ſerta & cognita: ſicut eſt illud, Quod tibi vis fieri, fac alteri A *Matt.7*
Quáuis autem teſtimoniū illud modò reddat conſcientia, tamen in futuro extremo iudicio clarius perhibebit. Tunc náque quilibet conſcius erit ſibi de propriis bonis ac malis. Idcirco ſubiungitur. *In die cum iudicabit Deus occulta hominū*, id eſt, in die iudicij quando aperientur libri cōſcientiarum. *Secundum euangelium meū*, id eſt, ſecundū quod ego euangelizo ac prædico. Euangeliū enim eſt Chriſti tanquá authoris: Ioannis verò, Matthæi, Lucæ & Marci tanquá ſcriptorū: Pauli autē & aliorum apoſtolorū, tanquam prædicatorum. Quod verò mox ſubditur. *Per Iſum Chriſtum*, referri poteſt ad illud quod dictum eſt, Iudicabit Deus, &c. quia per Chriſtum hominē exercebitur illud iudiciū, ita ꝙ ipſe, vt homo B
mo erit executor iudicij. Pater enim nō iudicat quenquam, *Ioan.5.*
ſed iudiciū omne dedit filio. Vel ad illud quod dictum eſt, ſecundum euangelium meum. Per Chriſtum enim factū eſt euangeliū Pauli: ſicut ſuperius ait, Per quem accepimus gra- *Roma.1.*
tiam & apoſtolatū. Poteſt quoque ita exponi: Teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum, id eſt, conſcientia operū: nec ſolùm conſcientia operum, ſed & conſcientia cogitationum inter ſe inuicem accuſantium ad defendentiū iuxta ſenſum præhabitum. Dicit autē gloſſator, ꝙ in die iudicij cogitationes accuſabunt animam, vel defendent, non quæ tunc erunt, ſed quæ nunc ſunt in nobis: quarum quædam notæ, atque ſignacula relinquuntur in corde noſtro, velut in cera, quæ in occulto nunc pectoris poſita, tunc reuelari dicuntur per Chriſtum. Sed contraire huic videtur, quod ait C
Anſelmus & alij ſancti, quod etiam certum eſt, ſcilicet quòd *Anſelmus*
in die iudicij erit in reprobis conſcientia vrens atque remordens, in electis verò conſcientia bonæ fiduciæ. Omniū enim opera cunctis patebunt. Sciendū ergo, ꝙ cogitationes quæ nūc ſunt, tunc accuſabunt vel defendēt per modū meriti ſiue demeriti. Cogitationes verò quæ tunc erūt, accuſabunt aut defendent non per modū meriti vel demeriti, quia non erit tunc locus merēdi, aut demerendi, cùm via ſit finita, ſed tanquá ſigna præteritorū meritorum aut demeritorū. Et ſic gloſſator ſaluatur per diſtinctionē. Conſequenter Apoſto- *Exo.32.*
lus Iudæos aggreditur, probans eos, quātum ad aliquid, de- *& 34.*
teriores Gentilibus: Quò enim plura beneficia atque auxilia contra peccatum receperunt, eò grauius peccauerunt in

D eodem genere culpæ: quia quò ſtatus ſublimior, eò ruina eſt maior. Denique excellẽtia ſtatus Iudæorũ fuit in hoc, quòd legem diuinam, præcepta moralia, iudicialia ac cęremonialia, diuerſáq; alia gratiarum munera receperunt. Vnde Moyſes loquebatur. *Deu. 4.* Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias, iuſtáque iudicia & vniuerſam legẽ vt populus tuus Iſraël? Ipſi verò ingrati Deo fuerunt. Propter quod dominus conqueritur per prophetã, *Eſa. 1.* Filios, inquiens, enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. His ergo nũc ait Apoſt. *Gene. 49.* *1. Para. 15.* *Si autem*, id eſt, quia, *Tu Iudæus cognominaris*, à Iuda patriarcha, qui inter fratres ſuos fortiſſimus erat, vt dicit ſcriptura. *Gene. 11.* Primò ſiquidem appellati ſunt Hæbræi ab Heber, in quo remanſit lingua Hebraica, quæ ante conſtructionem turris Babylonicæ omnibus erat cõmunis: iuxta illud, Erat autẽ terra labij vnius. Poſtmodũ dicti ſunt Iſraëlitæ à Iacob qui vocatus eſt Iſraël. Tertiò dicti ſunt Iudæi à Iuda. Hoc tamen nomine ſpecialiter vocabantur duę tribus. Nã Iſraël dictę ſunt aliæ decem tribus à tẽpore ſeparationis ſuæ à domo Dauid. *3. Reg. 12.* *Et requieſcis*, id eſt, perſiſtis. *In lege*, Moſaica, nõ euagãdo per diuerſos errores more Gentiliũ. *Et gloriaris in deo*, id eſt, in cognitione ipſius. *Et noſti voluntatem eius*, ex doctrina legis ac prophetarum. *Hcb. 6.* *Et probas*, id eſt, approbas ſeu commẽdas. *Vtiliora*, id eſt, perfectiora & viciniora ſaluti. *Inſtructus per legem*, in qua diuerſi gradus perfectionũ docentur. *Confidis*, id eſt, præſumis & æſtimas. *Teipſum ducem eſſe cæcorum*, id eſt, tantæ perfectionis vt aliis ſpiritualiter excæcatis poſſis viam virtutis oſtendere, eóſque in via Dei præcedere, atque ad rectum finem perducere. Cõfidis quoque te, *Lumen eſſe eorum qui in tenebris*, ignorantiæ *ſunt*, id eſt, tantæ gratiæ ac ſcientiæ vt ignorantes valeas illuſtrare. *Eruditorem inſipientium*, id eſt, diuinorum cognitione carẽtium, ſcilicet infidelium, quos Iudæi ſæpe conuerterunt ad Deum. *Hebr. 5.* *Magiſtrum infantium*, hoc eſt, paruulorum ſeu imperfectorũ, qui ſolidum cibum capere non valentes, expertes ſunt ſermonis iuſtitiæ. *Habentem formam*, id eſt, perfectionem aliis exemplarẽ. *Scientiæ* in agendis. *Et veritatis in lege*, id eſt, in credendis ac ſpeculatiuis. Porrò quod ſubditur, interrogatiuè, admiratiuè & increpatiuè intelligendum eſt. *Qui ergo alium doces, teipſum non doces?* id eſt, cùm alium docere præſumas, cur teipſum non doces? Et mirum eſt quòd teipſum

non

non doces. Et malè agis, eo quòd teipſum non doceas, Si- A
mili modo legenda ſunt quæ ſequuntur. *Qui prædicas non furandum furaris? Qui dicis non mœchandũ, mœcharis?* Cõmiſerũt autem Iudæi & ſpirituale furtum ac mœchationem, ſubtrahendo à lege ſenſum de Chriſto ac myſticum intellectum. *Qui abominaris idola*, id eſt, idololatriæ cultũ. *Sacrilegium facis?* id eſt, furtum atq; abuſum rei ſacræ? Aliqua enim diuino cultui deputata propriis vſibus applicabant Iudæi, quia auariſſimi erant ſacerdotes ſcribæ ac Phariſæi. Nã diuina præcepta ſuis ſuperſtitioſis traditionibus irrita fecerũt, vt euangelium loquitur. *Mat.15.* *Luc.16.* *Qui in lege*. i. de legis accpetione, *Gloriaris*, dicendo. Quanta audiuimus & cognouimus ea: Et, Non fecit taliter omni nationi: *Per præuaricationem legis deum inhonoras*, non exhibendo ei reuerentiam debitã, obediendo mandatis ipſius. *Pſal.77.* *Pſal.149.* B *Nomen enim dei per vos*, id eſt, occaſione veſtri, *Blaſphematur inter gentes*, id eſt, à gentibus perfidis, quæ videntes veſtram peruerſitatẽ deum veſtrum blaſphemãt, æſtimãtes eum iniuſtũ, qui tales ſeruos aſſeritur elegiſſe. *Sicut ſcriptũ eſt*, in Ezechiele, vbi prædicta verba habentur ſecundũ trãſlationem ſeptuaginta interpretum. Noſtra autem tranſlatio talis eſt, ingreſſi ſunt ad Gentes & polluerunt nomen meũ. Et ſicut Ezechiel iſta dicebat de Iudæis ſibi cõtemporaneis, ad quos miſſus erat: ſic Paulus hæc applicat de Iudæis ſui tẽporis. Subinde oſtendit Apoſtolus grauitatem exceſſus Iudæorum ex conditione circunciſionis. Circunciſio nanque erat ſignum iuſtitiæ, & quædã profeſſio legis ſeruandæ: iuxta illud Apoſtoli ad Galatas, Teſtificor omni homini circũcidenti ſe, quòd debitor ſit vniuerſæ legis faciendæ. Quemadmodum ergo nunc prodeſt profeſſio vitæ clauſtralis, ſi regula obſeruetur, ſi verò regula omittatur, plurimùm obeſt, & peccatum grauatur: ſic de circunciſione erat tempore veteris teſtamenti. Hoc eſt quod Apoſtolus ſubiungit. *Ezech.36.* *Deu.10.* *Galat.5.* C *Circunciſio quidem prodeſt*, ad gratiam promerendam, videlicet tempore veteris teſtamenti non autem Euangelio diuulgato. *Si legem obſerues. Si autem præuaricator legis* Moſaicæ: *Sis, circunciſio tua* carnalis, *Præputium facta eſt*, id eſt, præputio ſimilis, non plus valens quàm illud. *Si ergo præputium*, id eſt, Gentilis incircunciſus. *Iuſtitias legis*, id eſt, præcepta moralia, quæ ſunt de dictamine rationis naturalis, *Cuſtodiat*, cum fide & cultu vnius Dei, vt tactum eſt, *Pſal.18.*

D *Nónne præputium illius in circunciſionem reputabitur?* id eſt, tantum ſibi proficiet ad ſalutem, vt tibi ô Iudeæ circũciſio tua? Quaſi dicat, ita. Cuſtodiẽdo enim iuſtitias legis modo præfato, ſpiritualiter circunciditur & filius Abrahæ reputatur. *Et iudicabit id quod ex natura eſt præputiũ*, id eſt, Gẽtilis præputium naturaliter habens ex gentilibus ortus & in præputio natus, *Legem conſummans*, hoc eſt, iuſtitias legis ſcriptæ adimplẽs ex naturalis dictamine rationis. Iudicabit, inquam, id eſt, ſui comparatione iudicio dãnationis dignũ oſtendet.

Mat. 12. *Te* Iudæe, *Qui per literam*, id eſt, legis ſcripturam, *Et circunciſionem præuaricator legis es.* id eſt, nec per ſcripturam ſacrã, neque per circunciſionis ſignificationem à peccato retraheris, à quo Gẽtilis retrahitur per legem naturalem ſine circũ-

E ciſione ac litera ſcripturarum. Quòd autem Gẽtilis iuſtè viuens melior eſt Iudæo circunciſo iniuſtè viuente, & eum cõdemnet, probat Apoſtolus, eo quòd duplex ſit circunciſio, ſcilicet ſpiritualis & carnalis. Quarum prima facit ſpiritua-

Hiere. 9. lem Iudæum, ſecũda carnalem. Vnde propheta: Omnes, inquit, Gentes habent præputium, omnis autem domus Iſraël incircunciſi ſunt corde. Ad ſpiritualem verò circunciſionẽ admonet Moyſes. Circuncidite, inquiens, præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius. Et quãtum caro eſt inferior ſpiritu, tantum circunciſio carnalis, & carnalis Iudæus inferiores ſunt ſpirituali circunciſione at-

Deu. 10 que Iudæo. Ait itaque. *Non enim qui in manifeſto*, id eſt, qui circunciſus eſt carne, & poteſt hominibus ſignum Iudaiſmi oſtendere. *Iudæus eſt*, ſolùm & verè. Iudęus enim interpre-

F tatur confitẽs, quod competit non ſolùm circunciſo. *Neque quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio*, id eſt, circunciſio illa exterior pelliculam tollens, eſt circunciſio perfecta ac vera. *Sed qui in abſcondito*, id eſt, qui corde circunciſus eſt, quæ circunciſio homines latet, Deóque patet. *Iudæus eſt*, verè ac ſpiritualiter confitens domino confeſſione laudis diuinæ. *Et circunciſio cordis*, id eſt, circunciſio ſpiritualis, facta,

Mat. 6. *In ſpiritu*, hoc eſt, ſecundum ſpiritualem intellectum ſcripturæ veteris teſtamenti. *Non litera*, id eſt, non ſecundum ſen-

Philip. 3 ſum literalem ipſius. Vel in ſpiritu, id eſt, virtute ſpiritus ſan-

1. Reg. 6. cti: non litera, id eſt, literalibus cultris legis. *Cuius*, videlicet ſpiritualis circunciſionis. *Laus non ex hominibus*, qui in interiora tueri non valent, neque de eis certum quippiam

iudicant,

iudicant. *Sed ex deo est*, qui inspector est cordis, & spiritualem circuncisionem, qua vitia præscinduntur commendat potius quàm carnalem, qui ab exordio seculi multos saluauit sine corporali circuncisione, neminem verò sine circuncisione spirituali. His verbis apostoli consonat, quod de carnalibus Iudæis ait Ioannes in Apoca. Dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ. A 1. Cor. 2. Psal. 7. 43. Apoc. 2. 3

Cap. III. *Quid ergo amplius est Iudæo?*

ARTICVLVS VI.

DEclarato in quibus Iudęi deteriores erant Gentilibus, nunc ostendit in quibus eos præcellant. Mouet autem & soluit quæstionem, quæ ex præinductis consurgit. *Quid ergo amplius est Iudæo, aut quæ vtilitas circuncisionis?* id est, si tãta est vtilitas atque iniquitas Iudæorum, vt eis præferantur Gẽtiles, sicut iam patuit, quid ergo amplius, id est, maius aut dignius est Iudæo circunciso, quàm Gentili incircunciso, aut quæ vtilitas fuit circuncisionis? Omnia ista referenda sunt ad tempus legis scriptæ, non euangelicæ. Et respondet. *Multum*, melius est Iudæo secundum statum priorem, quàm gentili solam naturalem legem habenti. *Per omnem modum* in genere, scilicet in omnibus quæ ad salutem requiruntur. *Primùm quidem* melius est Iudæis. *Quia credita*, hoc est, ex speciali gratia tanquam amicis & familiaribus administrata ac data *Sunt illis eloquia dei*, id est, scripturę sacræ legis ac prophetarũ. Nec obstat, ꝙ quidam eorum non crediderũt, sicut subiungit. *Quid enim* obest prædictæ prærogatiuæ Iudæorum, *Si quidam illorum non crediderunt?* eloquiis dei, de mysteriis Christi? *Nunquid incredulitas illorum fidem Dei*, id est, fidem diuinam quam alij habuerunt de deo. *Euacuauit?* id est, inanem effecit. Vel, fidem, id est, fidelitatem dei adimplẽdo quod promisit, euacuauit, id est, ab opere impediuit? *Absit.* Vniuscuiusque enim malitia in seipsum redundat. Insuper quòd hominum incredulitas fidelitatem Dei, non euacuet probat Apostolus. *Est autem deus verax*, in suipsius natura, in opere atquæ sermone, quoniam inuariabile esse habet, & omnia iustè dispensat, implętque veraciter quicquid promittit simpliciter. Aliqua autem promittit sub cõditione, quæ non semper implentur. *Omnis autẽ homo mendax*, id est, à vero atque incõmutabili esse deficiens, vanitati subiectus, & per consequens peccare potens & mentiri ac falli. B Rom. 2. Psal. 75. 147. Ioan. 5. C Psal. 87. 105. Ezec. 2. Ioan. 8. Eccle. 33. Mat. 22. Ioã. 3. 7. 8. Apoc. 19. Psal. 115.

Psa.115. D Quod subintelligendum est de omni viatore secundum le-
Psal.38. gem communem. Vnde ait Psalmista, Veruntamen vniuersa
Rom.8. vanitas omnis homo viuens. Et rursus, Ego dixi in excessu
Psal.151. meo, omnis homo mendax. In Numeris quoque scriptū est,
Nume.23. Non est deus vt homo, vt mentiatur: neque vt filius homi-
Psal.50. nis, vt mutetur. *Sicut scriptū est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris.* Hoc allegat Apostolus ad ostendendū, ꝙ deus sit verax, implendo promissa. Hæc enim verba loquutus est Dauid, homicidio, adulterióque perpetratis: vt sit sensus, Ego Dauid tibi soli peccaui & malū coram te feci,
2.Reg.11. vt tu domine Deus iustificeris, id est, iustus & verax agno-
Prou.8. scaris, non infringendo, nec omittendo propter mea facino
Gene..22. ra, tuam promissionē, qua mihi pollicitus es, quòd ex semi-
Psal.113. ne meo humanā naturam assumeres, ex quo cōstat, te verum
E esse in promissis: & vincas, id est, prævaleas aliis, cum iudicaris ab eis, non debere promissionem tuā mihi de Christo factam impleri propter scelera mea. Cū enim Dauid vxorem Vriæ violasset & cognouisset, eiúsque virum occidisset, multi dicebant prædictam promissionem euacuatam, quoniā nō
2.Reg.7. deceret Christum de homicida & adultero nasci. Cū ergo Deus huius dicti oppositum fecit, prævaluit istis. Hunc sen-
Hiere.18. sum intendit hoc loco Apostolus. Possunt quoque prædicta verba adhuc tribus modis exponi, sicut in expositione libri Psalmorum induxi, sed hoc loco iste sufficiat. Sciendum verò quòd hæc dictio, vt, secūdum hunc sensum tenetur cō secutiuè, non autē causaliter: quia non ideo Dauid peccauit, vt Deus iustificaretur: sed ex eius peccato occasionali-
F ter consecuta est manifestatio diuinæ iustitiæ iuxta modum
Psal 50. expositum. Sed quoniam ex prædictis verbis Dauid, quibus ait, Malum coram te feci, vt iustificeris, &c. quidam sumpserunt occasionem erroris, dicentes, quòd nostra peccata atque mendacia directè faciunt ad gloriam Dei, videlicet ad manifestationem diuinæ veritatis atque iustitiæ, & per con-
F.s.3. sequens, quòd Deus vellet nos peccare & mentiri, quatenus comparatione nostri iustior ac verior, imò solus iustus ac verus appareret, & vt misericors agnosceretur dū nobis ignosceret. Hoc sanctus Apostolus reprobat ducendo ad inconueniens. Ait ergo. *Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat*, id est, directè & per se cōmendabilem seu laudabilem facit, vt aliqui asserunt. *Quid dicemus?* id est, quid

respon

respondere poterimus ad ea quæ sequuntur ex hoc? Primò A
enim sequeretur deum esse iniustum, qui peccata vlciscitur. Iob.24.
Ideo subdit. *Nunquid iniquus est deus qui infert iram?* id est pœnam pro culpa. *Secundum hominem dico.* *Absit*, hoc est, sic ego esse non assero, sed secũdum carnales hoc sequitur. Quod enim per se facit ad gloriam Dei, non est puniendum sed præmiandum vt bonum, quia per se ordinatur ad finem laudabilem. Si ergo iniquitas nostra per se facit ad gloriam Dei, iniustus est deus qui vindicat eam per tormenta. *Alioquin quomodo iudicabit Deus hũc mundum?* id est, homines peregrinantes in terra. Si enim iniustus est Deus, non poterit mundum hunc iustè iudicare, quia iustitia maximè spectat ad iudicem: prout Sapiens dicit, Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Quòd autem nõ sit Deus iniustus, elucescit ex verbo Psalmistæ dicentis, Quoniã rectus dominus Deus noster, & nõ est iniquitas in eo. Vnde Iosaphat aiebat, Non est apud dominũ deum nostrum iniquitas, nec personarũ acceptio, neque acceptio munerũ. Deus quippe glorioſus & fortis est ipsa essentia bonitatis, mensura & causa totius æquitatis, ideo culpa ei placere non potest. Quod confirmat Apostolus subdens. *Si enim veritas*, id est, æquitas Dei. *In meo mendacio*, id est per meũ peccatũ. *Abundauit*, id est, quantum ad sui manifestationem directè creuit, clariúsque innotuit, & hoc. *In gloriam ipsius*, Dei, ita quòd ex meo peccato per se glorioſior, perfectiorque apparet. *Quid adhuc & ego tanquã peccator iudicor?* id est, cur nunc vsque iniustus existimor? Tanquã dicat, si sic esset, nõ essem reputandus iniquus, quia nõ displiceret Deo iniquitas mea, vt dictũ est. Deinde C
destruit præmemoratũ errorem ducendo ad aliud inconueniens. *Et non sicut blasphemamur*, hoc est, si nostra peccata directè ordinãtur ac operantur ad glorificationẽ diuinæ iustitiæ, sicut illi dixerunt, cur ita nõ est sicut nobis blasphemè imponitur? *Et sicut aiũt quidã nos dicere*, id est, sicut pseudoapostoli affirmant, me, aliósque veros apostolos prædicare Esa.5.
illud quod sequitur. *Faciamus mala vt veniant bona? quorũ*, pseudoapostolorum, qui nobis ista imponunt. *Dãnatio iusta est*, quia mortaliter peccant. Quoniam enim Apostolus ait inferius: Vbi abũdauit delictũ, super abũdauit & gratia: Roma.5
& nunc simile aliquid dixit, allegando verba Psalmistæ. Alij quoque Apostoli talia prædicauerunt. Ex his moti sunt

D æmuli apostolorum dicẽtes, quòd prædicarent peccata esse patranda & continuanda, quatenus ex hoc sequerentur bona, videlicet glorificatio seu manifestatio diuinæ æquitatis ac pietatis. Præterea aduertendum, quòd cùm peccatum sit auersio mẽtis à Deo, & recessus ab ordine, secũdũ Dionysium, & ab eo quod est secundum naturam, secundũ Damascenum, idcirco per peccatum irrogatur Deo iniuria, & directè inhonoratur deus, nõ glorificatur. Verũtamẽ quoniam tanta est bonitas Dei, vt non permitteret malum, nisi prænosceret aliud bonum inde venturum: & tanta est virtus eius, quòd malum omnino impediret, nisi aliquod bonum ex malo elicere posset. Propterea malum culpæ indirectè, atque per accidens scilicet præter propriam cõditionem, &
E præter peccantis intentionem ordinatur: & valet ad declarationem diuinæ iustitiæ, secundum quòd deus per pœnam ordinat culpam, in quo diuina sapientia atque iustitia manifestè refulget. Quemadmodum etiam ex crudelitate tyrannorum præter intentionem ipsorum manifestauit Deus pa-
Roma. 8 tientiam, atque constantiam martyrum. Iam declarauit Apostolus Iudæos excellentiores fuisse Gentilibus pro tempore legis scriptæ, nunc scisciatur, an etiam tempore euangelicæ legis Iudæi excellant Gentiles. *Quid ergo?* restat, *Præcellimus* (nos Iudæi) *eos?* id est, Gentiles ad fidem conuer-
Colos. 3 sos? *Nequaquam.* Loquitur autem Apostolus de vtroque populo isto in genere. Certum est enim, quòd in speciali lo-
Esaiæ. 1 quendo ipsi beati apostoli qui erant Iudæi, & primitias spi-
Psal. 13. ritus receperunt, cæteris eminebant. Loquendo verò in ge-
F nerali, omnes pares sunt in gratia Euangelij, sicut clarius o-
Mich. 7 stendetur. Cur autem non excellant Iudæi Gẽtiles, annectitur. *Causati enim sumus*, id est, rationabiliter declarau-
Esaiæ. 56. mus, *Iudæos & Græcos*, id est, Gẽtiles. *Omnes sub peccato esse*, quia Iudæi transgressi sunt legem scriptam, Gentiles legem
Sapien. 13. naturalem. Sicut *scriptum est*, in Psalmo, quãtum ad sensum,
Hier. 4 *Quia non est iustus quisquam*, iustitia meritoria, propriis viribus, *Non est intelligens*, ea quæ Dei sunt, per fidem formatã
Hiere. 5 sine lumine gratiæ, *Non est requirẽs deum*, per opera sancta, propria potestate. *Omnes*, isti iam dicti, *Declinauerũt*, à deo atque iustitia, *Simul inutiles*, id est, vani, *Facti sunt* non pertingendo ad vltimũ finem, seu veracem fœlicitatem, *Non*
Matt. 23. *est qui faciat*, per se sine auxilio gratiæ, *Bonum*, id est, opus meri-

meritoriũ, *Non eſt vſque ad vnum*, id eſt, omnino nullus eſt. A
Vel, non eſt vſque ad vnum, id eſt, non eſt alius prẽter Chri *Hiere.* 5
ſtum Deum & hominem qui ſub peccato nõ fuit, & ea quæ *Ioan.* 8.
placuerunt patri, ſemper effecit. *Sepulchrum patẽs eſt guttur* *Eccle.* 37.
eorum, id eſt, ſimile monumento aperto: quoniam ſicut ex ta
li ſepulchro aſcendit fœtor cadaueris, ſic ex ore iſtorũ pro-
cedunt verba mortua atq; fœtentia. *Linguis ſuis doloſè age-*
bant, alios decipiendo, vel ſophiſtica & adulatoria verba lo
quendo. Vnde ait ſcriptura: Qui ſophiſticè loquitur, odibi *Soph.* 1.
lis eſt, in omni re defraudabitur. Non eſt illi data gratia à
Deo, omni enim ſapiẽtia defraudatus eſt. Quocirca de ele-
ctis Iudæis ſcriptum eſt: Reliquiæ Iſraël non facient iniqui- *Deut.* 32
tatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore *Pſal.* 11.
eorũ lingua doloſa. *Venenum aſpidũ*, id eſt, verba venenoſa B
ac detractoria, ſeu odium inſanabile. *Sub labiis eorum*, quia
parati ſunt talia verba euomere, alióſque inficere. *Quorum* *1. Cor.* 5
os maledictione, hoc eſt, verbis maledicis ac blaſphemis, *Et*
amaritudine, id eſt, ſermonibus pungitiuis. *Plenum eſt: Velo-* *Prou.* 1.
ces pedes eorum, ſpirituales, puta affectus, & etiã corporales,
vt currant. *Ad effundendum ſanguinẽ*, innocẽtum. *Contritio*,
hoc eſt, ſpiritualis deſtructio, temporalis punitio, ſeu omnis *Eſaiæ* 10.
boni diſſipatio, *Et infœlicitas*, id eſt, miſeria, *In viis*, i. ope- *& 14.*
ribus, *Eorum*, Committendo enim mala prędicta, amittunt
eſſe gratuitum, ſpirituale ac meritorium, & tanquam inane
ac nihilum reputantur à Deo, & miſeri ſunt tanquam æter- *Eſa.* 40
na damnatione condigni. *Et viam pacis*, id eſt, opera bo- *Ephe.* 2
na, per quæ ad veram pacem pertingitur. Vel, viam pacis, id
eſt, pacem huius viæ & gratiæ perducentem ad plenam pa- C
cem patriæ, *Non cognouerũt*, per approbationẽ ac imitatio-
nem. *Non eſt timor Dei ante oculos eorum*, id eſt, deũ nõ me- *Luc.* 18.
tuunt, nec oculis cordis ſui diuinum proponunt timorem,
ſed inaniſſima ſecuritate reſoluuntur. Multi arbitrantur
Apoſtolum, allegatam ſcripturam ſumpſiſſe ex Pſalmo, in *Pſal.* 13
quo prædicta verba conſcripta ſunt, ſed ſecundũ Hierony- *Hierony.*
mum ita non eſt. Aduertendum ergo quòd cùm Hierony-
mus in prologo quintidecimi libri ſui per Eſaiam dixiſſet,
Chriſtum & Euangeliſtas atque apoſtolos ea duntaxat ver
ba ſcripturæ ex tranſlatione ſeptuaginta interpretum allega
re, quę cũ Hebraica veritate concordant, virgo Chriſti Eu-
ſtochium fœmina religioſa atque doctiſſima, obiecit Hiero

D nymo quòd Apoſtolus ad Roma. octo verſus allegarit ex Pſalm. 13. quæ in Hebræo non habentur, videlicet, Sepulchrum patens eſt guttur eorum: vſque ad id incluſiuè, non eſt timor dei ante oculos, &c. Et videtur apoſtolus ex trãſlatione ſeptuaginta interpretum allegaſſe, vel ex Pſalm. illo qui in Hebræo non habetur. Ad hanc obiectionem ſtupefactus, pallidúſque effectus Hieronymus (prout ipſe teſtatur) quaſi à fortiſſimo pugile cæſus, vnius diei ſpatio poſtulato & perluſtrata ſcriptura reſpondit, quòd tota penè epiſtola ad Romanos de veteri teſtamento conſtructa eſt. Præmemoratum quoque teſtimonium octo verſuum ex Pſalmis &
Pſal. 5. Eſaia cõtextum eſt. Nam duo primi verſus, videlicet: Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant,
E in quinto pſalmo habentur. Quod autem ſubiungitur, Venenum aſpidum ſub labiis eorum, in pſalmo centeſimo tri-
Pſal. 139. geſimonono legitur: qui incipit, Erige me domine ab homi
Pſal. 9 ne malo. Porrò quod ſubditur, Quorũ os maledictione & amaritudine plenum eſt, ex nono ſumptum eſt pſalmo. Alij verò tres verſus, Veloces pedes eorum ad effundendum ſan
Eſa. 59 guiné, &c. ex quinquageſimo nono capitulo Eſaiæ accepti noſcuntur: vbi ſic legitur, Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguiné innocentem, vaſtitas & contritio in viis eorum, & viam pacis neſcierũt. Vltimus ve
Pſal. 35 rò verſiculus, ſcilicet, Non eſt timor Dei ante oculos eorũ, in principio pſalmi trigeſimiquinti habetur, quo dicitur, Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius. Apoſtolus tamen allegat pluraliter, quia plu-
F ribus loquebatur. Itaque prædicti verſus nec in Hebræo, nec in ſeptuaginta interpretibus habentur quantum ad pſalmum tertiumdecimum, ſed in editione vulgata. Lyra tamen aſſerit prædicta ex Pſalmo decimotertio allegata, ſed conſentiendum eſt verbis Hieronymi, qui etiam ait, quòd Græci expoſitores exponendo pſalmum. 13. prædictos verſus veru prænotant neque exponunt. *Scimus autem quoniam quæ-*
Ioan. 15 *cunque lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur.* Ex hoc multi affirmant præinductam ſcripturam ad Iudæorum populum pertinere, qui ſoli ſub lege Moſi erant, de qua nunc tractat apoſtolus. Sed obuiat, quòd apoſtolus iſtam ſcripturã induxit ad oſtendendum quòd Iudæi & Græci omnes ſub peccato fuerunt, & quod nunc protinus ſubditur. *Vt omne os obſtruatur,*

ſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo. Eſt igitur ſenſus, A Scimus autem nos apoſtoli ſpiritu ſancto edocti, ſacráſque ſcripturas cæteris clarius intelligentes, quoniam quęcunque lex, id eſt, veteris teſtamenti ſcriptura loquitur, his, qui in lege Moſi loquitur primò ac principaliter, quemadmodũ ait *Matth. 15* Saluator, Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus *1. Reg. 2* Iſraël. Hoc dicit apoſtolus retũdendo Iudæorum ſuperbiã, ſcilicet ne dicerent ſcripturam prædictam non pertinere ad eos, ſed ad Gentiles duntaxat. Itaque lex dicit hæc etiam de Iudęis, vt omne os pręſumptuoſum obſtruatur, id eſt, vt nec Gentilis neque Iudæus præſumat ſe inaniter excuſare ac iuſtificare, eo quòd teſtãte ſcriptura, omnes peccato obnoxij ſint. Et ſubditus fiat omnis mundus, id eſt, omnis homo, Iu- *Pſal. 62* dæus & Græcus Deo, cognoſcendo propriam vilitatem & *Baruch. 1.* culpam, confugiendo quoque ad diuinam pietatem ac gra- *Eccle. 4* tiam, quaſi non potens aliter ſaluari. Præterea lex vetus tri- B bus modis accipitur. Primò cõmuniter, ſcilicet pro toto teſtamento antiquo, ſicque includit omnes libros canonicos veteris teſtamenti, & ita ſumitur dũ ait ſaluator. Vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, Quia odio habuerunt me gratis. Hoc enim habetur in pſalmo. Similiter cùm *Ioan. 15* Chriſtus ait Iudæis, In lege veſtra ſcriptum eſt, Ego dixi dij *Pſal. 68* eſtis. Secundò accipitur propriè pro Pẽtateucho, ſeu quin- *Pſal. 34* que libris Moſi, vt cùm dicitur, Oportet impleri omnia quę *Ioan. 10* ſcripta ſunt in lege, & prophetis, & pſalmis de me. Tertiò ſu- *Pſal. 81* mitur ſtrictè pro præceptis cæremonialibus, vt cũ ſubditur, *Lucæ. 24.*

Quia ex operibus legis, id eſt, ex obſeruatione cæremonialiũ præceptorum legis, videlicet ſacrificiorũ, circũciſionis & ſo C lennitatũ cuſtodia. *Non iuſtificabitur omnis caro*, id eſt, homo. *Galat. 2*

Coram illo, ſcilicet Deo, vt acceptus ſit ei per talia. Impoſ- *Hebr. 10* ſibile etenim eſt ſanguine hircorum & vitulorũ auferri peccata, aut gratiã adipiſci. Non enim gratiam cõferebant, nec meritoria erant ex ſe, ſeu opere operato, ſed ex fide & deuotione obſeruãtiũ, id eſt, ratione operis operantis, Opera verò præceptorũ moralium iuſtificabant, non tamen ſine fide Chriſti & gratia Dei. *Per legem enim* (ſcriptam) *cognitio peccati*, id eſt, ex ipſa lege cognoſcitur quid ſit malum: non autẽ vitatur virtute legis, ſed per gratiam Dei. Hoc autem nõ eſt ſic intelligendum, quaſi ante legiſlationem neſcierint homines quæ opera eſſent vitioſa: ſed quia non ita perfectè

D cognoſcebantur peccata ſecundum gradus & ſpecies ſuas.

Galat.5 Deinde oſtendit hominem iuſtificari ſine operibus le-
Eſa.56. gis: ex perfectione fidei chriſtianæ. *Nunc autem*, id eſt tempore gratiæ, atque euãgelicę legis. *Iuſtitia Dei*, id eſt, iuſtificatio, quam Deus clementer & gratioſè efficit in nobis peccata tollendo & gratiam infundendo, *Sine lege*, id eſt, Moſaicæ legis obſeruatione, *Manifeſtata eſt*, in Gẽtibus ad fidem conuerſis, per diuerſa miracula, quibus Deus declarauit fidem eorum ſibi eſſe acceptam, quamuis nõ obſeruauerint legem,
Acto.3. quemadmodum in Actibus legitur, Quod Deus in ſigno viſibili dedit ſpiritum ſanctum Cornelio Centurioni Gẽtili,
Ioan.5. & his qui erant cum eo. Iuſtitia inquam, *Teſtificata*, id eſt, prænunciata ac teſtimonium habens *A lege*, id eſt ex libris
E Moſi, in quibus multa de Chriſto, & eius iuſtificatione, quã fecit in nobis, prædicuntur verbis & ſignis. *Et prophetis*, qui de eadem re manifeſtius vaticinati ſunt, & de futura in nobis gratia prædixerunt ſecundum principem apoſtolorum.
Act.3. De miſſione enim ſpiritus ſancti Deus per Iohelem prædi-
1.Pet.1 xit, Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. Propter
Iohel.2. quod Petrus de Chriſto loquens: Huic, inquit, omnes pro-
Acto.10. phetæ teſtimonium perhibent remiſſionem percipere pec-
Epheſ.3. catorum per nomen eius, omnes qui credunt in eum. *Iuſti-*
Acto.15. *tia autem Dei*, id eſt nobis à deo collata eſt, *Per fidem* (formatam) *Ieſu Chriſti*, id eſt per fidem catholicam, cuius obiectũ
Mat.9. & cauſa eſt Chriſtus. Fides enim eſt fundamẽtum iuſtitiæ.
Luc.7. Vnde Chriſtus frequenter in euangelio loquitur, Fides tua
8.11. te ſaluum fecit. *In omnes* (Iudeos) *& ſuper omnes*, Gẽtiles *qui*
F *credunt in eum*, hoc eſt, in Chriſtum per fidem formatam, ſecundum quod in Actibus dicitur, In hoc omnis qui credit,
Act.13. inſtificatur. Et rurſus, Deus fide purificans corda eorum.
15.10 *Non enim eſt diſtinctio* Iudæi & Græci, tempore euangelicæ legis, quantum ad iuſtificationem prædictam, quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Et ſicut ſaluator aiebat: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. *Omnes enim* (prædicti) *peccauerunt*, & ergo non propris meritis, ſed gratia Dei iuſtificantur, ſuntque conſimiles in peccato ac ſpirituali inopia, ſicut ſubiungitur, *Et egent gloria Dei*, hoc eſt, miſeratione diuina, videlicet gratia, per quã Deus glorioſus apparet qui ex ſua liberrima bonitate ſaluat electos, ita vt nul-
Eſa.25. lus in ſeipſo valeat gloriari, ſed omne bonũ domino adſcribatur

batur. *Iustificati* ab iniustitia culpæ. *Gratis*, sine præcedétibus meritis. *Per gratiam ipsius*, Dei, quæ est causa formalis nostrę iustificationis, sicut albedo est causa formalis albefactionis parietis. *Per redemptionem quæ est in Christo Iesu*, id est, per passionem & sanguinem Christi, in quo est redemptio nostra sicut in causa efficiente. Ita quòd passio eius est causa instrumentalis effectiua ac meritoria nostræ saluationis. Vnde de eo scriptum est: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et, Esaias ait. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrûm. Et: Ipse peccata multorum tulit. *Quem* videlicet Christum. *Proposuit*, id est nobis manifestè exhibuit. *Deus* pater seu trinitas. *Propiciatorem*, id est reconciliatorem ac meditatorem. *Per fidem*, medi ante qua consequimur fructum dominicæ passionis, seu gratiam Dei. *In sanguine ipsius*, id est, merito effusionis sanguinis Christi. Vnde in Esaia propheta scriptum est. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrũ. Et Ioannes ait, Aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Sic iam Deus proposuit Christum propiciatorem finaliter, *Ad ostensionem iustitiæ suæ*, id est quatenus se iustum manifestaret implendo sua promissa, nec deserendo peccata impunita, imò in Christo quodammodo vindicans ea: quemadmodum Esaias ait, Propter scelus populi mei percussi eum. Et Christus in Psalmo: Quæ non rapui, tunc exoluebam. Proposuit quoque sic Christum propiciatorem ex parte nostri, *Propter remissionem præcedentium delictorum*, id est, peccatorum quæ Christi aduentum præcesserunt. Vel, propter remissionem delictorum precedentium; id est, hominum, qui ante Christi incarnationem fuerunt, & tenebantur in lymbo inferni, propter reatum originalis peccati. Per Christi verò passionem redempti, atque educti sunt: iuxta illud Zachariæ, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Delictorum inquam existentium,

In sustentatione, id est, in pia atque longanimi patientia Dei, qui non statim vltus est ea, sed clementer ignouit. Vel, præcedentium hominum existentium in sustentatione Dei, qui eos in lymbo sustentauit ac cõseruauit sine pœna sensus. Vtramque verò sustentationem Deus exhibuit. *Ad ostensionem iustitiæ eius*, id est, propriæ æquitatis vel iusti

A

Marci.16

Psal.13.
Ioan.15.
1.Cor.15.
Esa.52.
Heb.9.

B

Apoc.13.
Esaiæ.53
Ibidem.
1.Ioan.2

2.Cor.5
1.Ioan.2

C

Iob.24.
Esa.53.
Psal.68.
Mich.7

Zach.9

Iob.35.

D tiæ,quam cauſat in nobis. *In hoc tempore*, euangelicæ legis.
Pſal.144 *Vt ſit ipſe*, deus, *Iuſtus*, in operibus ſuis,& à Chriſtianis iuſtus
Pſal.10. cognoſcatur,tanquam author iuſtitiæ noſtræ. *Et iuſtificans*
Finis. *eum qui ex fide eſt Ieſu Chriſti*,id eſt, quemcunque in Chriſtũ
Ioan.3. credentem,qui in deo renatus & ſpiritualis effectus eſt virtute fidei non iuſtitia legis.Ex pręinductis oſtẽdit Apoſtol⁹ vanitatem iactantię Iudæorum. *Vbi eſt ergo gloriatio tua?* ô Iu
Galat.6. dæe.id eſt,quoniam Deus propoſuit Chriſtum propiciatoro-
1.Cor.5 rem per fidem ad oſtenſionem ſeu manifeſtationem ſuæ iu-
2.Reg.4. ſtitiæ(ſecundum intelligentiam præinductam)vbi iam eſt ô
Roma.5. Iudæe vana gloriatio tua , qua de iuſtitia legis præſumens,
Epheſ.3. te Gentibus præferebas , eaſque ſpernebas , & ſine lege tua
E eas non poſſe ſaluari putabas? *Excluſa*(id eſt, ablata)*eſt* gloriatio iſta. *Per quam legem?* an per legem, *Factorum?* id eſt,per legem Moſaicam? *Non*, vtique.Illa enim non ſaluauit per ſe, *Sed per legem fidei*,id eſt, per legem euangelicam , quæ ſaluat per fidem ſine operibus legis . Appellatur autem lex Moſi, lex factorum, pręſertim quantum ad præcepta cæremonialia.Sic quippe erant iugum grauiſſimũ , laborioſiſſimis atq; innumeris obſeruantiis plenum . De quo Petrus in perſona
Acto.15 fidelium Iudæorum loquens teſtatur: Quod neque nos ne-
Auguſt. que patres noſtri portare potuimus . Secundum Auguſtinũ autem lex Moſi dicitur factorum , quia minando imperabat,ſed gratiam faciendi non præſtabat. Lex verò euangelica vocatur lex fidei, quoniam opera mandat, & credendo gratiam faciendi acquirit. *Arbitramur enim*, nos apoſtoli à
F ſpiritu ſancto inſtructi, *Hominem*,quemcunque in Chriſtum credentem, *Iuſtificari per fidem*,charitate formatam,*Sine operibus legis*,cæremonialibus ac iudicialibus.
Acto.1. *Galat.5.* Triplicia nanque erant præcepta veteris teſtamenti, videlicet moralia ,iudicialia , cæremonialia. Præcepta autem cæremonialia , quoniam figuratiua erant & pro ſtatu illo ſolum accommoda , ceſſauerunt veritate veniente ac reſerata,id eſt, Chriſto paſſo ac prædicato. Iudicialia verò præcepta ſicut ſine periculo in nouo teſtamento omittuntur (dummodo à nullo Chriſtiano prælato ſeu principe authoritatem inſtituendi habente præcipiantur) ſic ſine periculo obſeruantur , ſi à ſuperiori inſtituantur , & Chriſtianorum regimini congruant . Non enim ſolùm figuralia extiterunt.

Præ-

Præcepta autem moralia, quæ ordinantur ad bonos mores, & de actibus virtutum immediatè donantur, non solùm manent in nouo testamento, sed etiam per euangelica Christi consilia perficiuntur, & ad salutem requiruntur, iuxta illud: Si vis ingredi ad vitam, serua mandata. A

Denique hominem iustificari sine operibus legis per fidem, declarat apostolus. *An Iudæorum Deus tantum?* id est, nũquid Iudęorũ duntaxat est Deus creator & salus, principium & finis? *Nónne & Gẽtium?* ipse creator & deus est? *Imò & Gentium.* Sicut ergo omnium deus est, sic omnes vno modo iustificat, puta per fidem. Et sicut omnes processerunt ab ipso, sic omnes reducuntur & conuertuntur ad ipsum, per vnum atque eundem propiciatorem ac mediatorem Dei & hominum Iesum Christum. Ideo subditur. *Quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat circumcisionem*, id est Iudæos circumcisos, *Ex fide*, saluatoris, hoc est, per fidem de Christo, *Et*, qui iustificat, *Præputium*, id est, incircuncisos Gentiles, *Per fidem*, eandem: Eadem enim fides est fidelium noui ac veteris testamenti, quamuis tempora sint mutata, & fides sit modò magis explicita. Quod equidem illi credebant futurum, nos credimus factum. Ipse quoque habitus fidei (quæ est virtus theologica) est vnus in specie in omnibus fidelibus, qui vnquam fuerunt, sunt & erunt, & propter formalem vnitatem obiecti, quod est veritas prima, propter quod credimus omnibus quæ cadũt sub fide. Patet ergo quia id quod ait ex fide & per fidem, sit idem in re, quamuis in ipso modo loquendi videatur distinctio. Apostolus nanque frequenter mutat propositiones, & modum loquutionis in eodem sensu. *Mat.19* B *Apoca.22* *Acto.10.* *Roma.8.* *1.Timo.2* C *1.Cor.10* *Ioan.4.*


Quoniam verò ex prædictis atque similibus verbis imponebant Iudæi Paulo, quòd esset legis destructor, propter ea se excusans, adiecit, *Legem ergo* (Mosaicam) *destruimus per fidem*, & euangelium vt nobis imponitur? *Absit. Sed legem statuimus*, id est, approbamus ac roboramus pro statu ac tempore. Cùm ergo lex vetus fuerit via ac dispositio ordinata ad euangelicam legem, non dicitur destrui, sed impleri ac perfici euangelica lege superueniente: cessat tamen quantum ad modum prioris obseruantiæ. Vnde Ambrosius dicit, Non destruitur lex, cum impleta secundum spiritũ, cessat secundum literam. Quia hîc scilicet in nouo testamento *Matth.5* *Ambros.*

D gratia fidei est qua impletur lex, quæ sine fide esset infirma. Firmatur enim lex, quoniam cæremonialia spiritualiter implentur. Et quod minus in moralibus continebatur, in Euan
1. Cor. 3 gelio additur. Et quod tunc promittebatur futurum, fides aduenisse testatur. Tollitur autem litera occidens, & moralia literaliter manent ac perficiuntur. Propter quod ait sal-
Mat. 5 uator, Non veni soluere legem, sed adimplere.

Cap. IIII. *Quid ergo dicemus? &c.*

ARTIC. VII.

DEclarata insufficientia legis ad salutem per rationem, iam idem ostendit per exemplum. & ait, *Quid ergo*
E *dicemus*, id est si iuxta præinducta circumcisio & præputium seu Iudęus & Gentilis communiter atque æqualiter iustificantur per fidem, quid tunc dicemus, *Inuenisse Abrahã patrẽ nostrum, secundum carnem?* id est, secundum carnis originẽ, à
Genes. 17 Philip. 3. quo ego Paulus & cæteri Israëlitę secundum carnalem propagationem descendimus? Vel, secundum carnẽ, id est, ex ŏperibus legis carnalibus scilicet circuncisione, & sacrificiis. Quasi dicat, Ad quid profuit ei obseruantia carnalium operum legis, videlicet, impletio cæremonialium præceptorum? Quid autem ad hoc responderi oporteat ex sequẽtibus innotescit. Respondendum est enim, quòd non sit perfectè & verà iustificatio ex operibus legis. *Si enim Abraham ex operibus legis*, prædictis, carnalibus, *Iustificatus est*, iustitia vera ac meritoria, *Habet gloriam*, id est, verã beatitudinem pro mer-



F cede, *Sed non*, habet eam *Apud Deum*, hoc est, à deo & corã eo, quoniam propria virtute nõ gratia Dei iustificatus esset. Et quia hoc consequẽs impossibile est, ergo & illud ex quo infertur, videlicet quòd Abraham iustificatus sit ex operibꝰ legis. Vel sic & melius, Si Abrahã ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, id est, dignus est laude ac pręmio pro
Ioan. 3. sua iustitia, sed non apud Deum, quia iustitia talis non fecit eum dignum vita æterna. Ex parte enim operis operati, non erant præfata opera legis meritoria, nec ipsa lex gratiam cõtulit, per quam iustificarentur obseruatores ipsius: sicut lex noua quę gratiam confert propter sacramenta quę includit, quæ sunt signa & causa gratię iustificantis. Operantur quippe quod significant, quod sacramentis veteris testamenti non competit.

Gene. 15 Deinde probat authoritate scripturæ, quòd Abraham

iusti-

iuſtificatus eſt per fidem,nõ per opera legis. *Quid enim ſcriptura dicit? Credidit Abrahã Deo* promittenti ſibi per angelum propagationem innumerabilium filiorũ inſtar ſtellarũ. Et alibi,In ſemine tuo benedicentur omnes Gẽtes: *Et reputatum eſt illi ad iuſtitiam*, hoc eſt, merito fidei huius iuſtificatus eſt corã deo, & dignus effectus eſt vita æterna, per actum interiorem fidei ſuæ,ſecũdum quod actus ille etiam ex charitate imperatiuè proceſſit. *Et autem qui operatur,merces nõ imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Et verò qui non operatur,credenti autem in eum qui iuſtificat impium reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ dei.* Hucuſque litera cohæret, & condependet, quæ difficultatibus plena eſt.Porrò ſecundum beatum Ambroſium, introducẽcenda,continuanda, & exponenda eſt ita. Iam dixit Apoſtolus. Abrahã non ex operibus, ſed ex fide iuſtificatum. Ex quo ſequi videtur, fidem ſine operibus ſufficere ad ſalutem. contra quod tamen dominus ait,Non omnis qui dicit mihi domine,domine,intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem patris.Et iterum,Si vis, inquit, ingredi ad vitã, ſerua mandata. Iacobus quoque Apoſtolus teſtatur. Quid proderit,ſi quis dicat fidem ſe habere,opera autem ipſa non habeat? Fides ſi non habet opera,mortua eſt in ſeipſa. Hinc etiam paulò ante dixit Apoſtolus. Non auditores legis, ſed factores legis iuſtificabuntur. Hanc obiectionem ſoluit Apoſtolus,dicens,Ei autem qui operatur, id eſt, qui tempus & opportunitatem habet operandi,merces non imputatur, id eſt,præmium non confertur,ſecundum gratiam fidei tantum,id eſt, non gratis ſine operibus præmium conſequitur. In tali enim fides ſine operibus mortua eſt, ſed ſecundum debitum operationis ad quam ex diuino mandato tenetur,merces ei imputatur ac datur. Nam ſine operibus ſaluari non poteſt. Quòd ſi operari neglexerit, damnabitur. Ei autem qui non operatur,id eſt,opportunitatem ſeu tempus & locum operandi non habet, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, hoc eſt, in Chriſtum qui peccatori gratis ignoſcit,gratiámque infundit,ante cuius infuſionem peccator veniam promereri nõ poteſt de condigno:reputatur fides eius,id eſt,actus fidei ſuæ interior, ſine opere exteriore, ad iuſtitiã,ita quòd ſufficit ei ad ſalutem, vt in latrone. Bona enim volũtas ſeu præparatio animi ad opus reputatur ei

A *Gala 3.* *Gene.22.* *1.Mac.2.* *Eſa.4.* *Matt.20.*

Ambroſ.


B *Mat.7.* *Mat.19.* *Iaco.2.* *Rom.2.*

C *Iaco.2.* *Ioan.6.* *Acto.10.* *Eſa.55.* *Mat.10.* *Epheſ.2.* *Luc.23.*

D pro opere ſecundum propoſitũ gratiæ Dei, id eſt, ſecundũ voluntatem miſerationis diuinæ, vel ſecundum ordiné gratiæ dei in nobis oblatæ, qui taliter voluit nos ſaluare, in quo
1. Tim. 1. appatet virtꝰ ac ſufficiétia fidei. Per hoc verò quod ait: Cre
Gala. 5. denti in eum, certum eſt apoſtolum loqui de fide formata, quæ per dilectionem fertur in deum, & operatur ſi opportunitas adſit. Hæc expoſitio procedit de operibus ipſam fidem ſequentibus, atque ex ea naſcẽtibus. Secundò exponitur de operibus præcedentibus fidem, contra illos qui aſſerebant merito præcedentium operum legis, ſe gratiam fidei
Rom. 11. eſſe adeptos. Quo dato gratia non reputabitur ſecundum
Ioan. 15. viam & ordinem gratiæ, ſed ſecundum debitum meriti præcedentis. Quo conceſſo, gratia iam non erit gratia. Quoniá
E ergo hoc conſequens impoſſibile eſt, conſtat ꝙ gratiam fidei, ſeu ipſam fidem nullus meretur. Ait ergo, Ei autem qui operatur aliqua bona ante fidem merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum: hoc eſt, ſi præmiũ ei datur pro bonis quæ fecit, hoc non erit gratis ſed ex debito meriti præcedentis, ſicque fidem præcedent merita, cũ tamen fides ſit omnis meritorij actus principium, omniúmque virtutum fundamentum. Ei autem qui non operatur opera legis cæremonialia atque carnalia, vel quæcunque alia ante fidem, ſicut Gentilis: credenti autem per fidem formaEſa. 55. tam in eum qui iuſtificat impium, id eſt, in Chriſtum, reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſecundum ſenſum prętactũ: & hoc
Titum. 3. ſecundum propoſitum gratię dei, id eſt, ſecundũ gratuitum, atque benignũ dei decretum, qui ita decreuit, vt onere legis
F ablato, homines fide iuſtificentur ac ſaluentur. Tertiò expo nitur ſecundum quoſdam, qui ex verbis apoſtoli talem rationem inducũt. Illud quod conceditur alicui, quemadmodum merces operãti, nõ cõceditur ei per viã gratiæ, ſed debiti· Iuſtitia verò de qua ſermo eſt, cõceditur per viá gratiæ
1. Cor. 6. ſicut iam patuit, quòd Abrahã iuſtificatus eſt per fidem ſine
Gene. 22. operibus legis, Ergo iuſtitia hæc non eſt ex operibus legis.
Infrà. 8. Hæc autem expoſitio irreſoluta videtur, & ſatis ambigua.
Galat. 2. Simili enim ratione poſſet oſtendi, quòd iuſtitia noui teſtamenti non eſſet ex operibus euãgelicæ legis, quæ tamen iuſtificãt, habitũq; iuſtitiæ inducũt, vel augent ſiue perficiunt etiã ex parte operis operati, virtute ſacramẽtorum Chriſti. Poſſet enim ſic argui. Quod cõceditur alicui, ſicut merces operanti,

operanti, non conceditur ei per viã gratiæ, ſed debiti: ſed A
iuſtitia nouæ legis cõceditur per viam gratiæ. (Quid enim 1. Corin. 4
habes quod nõ accepiſti?) Non ergo eſt ex operibus nouæ Ephe. 4.
legis. Denique charitas agens & cæteræ virtutes per charitatem agẽtes, merentur gratiã ampliorẽ in prẽſenti gloriãq; in futuro, & redditur eis merces iſta. Nihilominus redditio huius mercedis eſt ſecundũ viã gratiæ, & ſecundũ viã debiti, ſecundũ diuerſos reſpectus. Cũ enim prima infuſio gratię ſit 1. Pet. 2.
ſolùm gratuita, omnia bona quæ per gratiã illam merentur, gratuitè præmiãtur per cõparationẽ ad gratiã primã. Satisfeci forſan lectori in expoſitione præſentis loci, ſed non mihiipſi, quia profunditatem verborum iſtorum intelligere nõ valeo, neque connexionem eorum cum præcedentibus atq; ſequentibus plenè concipio. Conſolatus tamẽ eſt me ſermo, B
quem ex ore viri doctiſſimi ſacræ theologiæ profeſſoris con digni audiui, qui dixit, in epiſtolis Pauli habet elephas vbi ſubmergatur: quantò magis pulex, vt ſum ego? Vnde in ſi- Exod 8.
milibus locis comedam quantum poſſum, quod autem reſiduum fuerit, igne comburam, ſanctorum & catholicorum doctorum expoſitionem ſequens, & ea contentus. Non enim quiſquam mortalium penetrare valet profunditatẽ epiſtolarum diui Pauli Apoſtoli. Præmiſſa autem probat Apoſtolus authoritate Pſalmiſtæ, ſubiungens. *Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis*, id eſt, illum eſſe beatum, ſeu beatitudinem eſſe illius in via per ſpem, & in patria per ſpeciẽ. *Cui*, homini *Deus accepto*, id eſt, tempore gratiæ, de quo legitur, Ecce nunc tempus acceptabile. Vel, accepto, id eſt, acceptan Eſa. 49.
pter, gratis & piè, *Fert*, dona & ingerit *Iuſtitiam*, hoc eſt, re- 1. Cor. 6.
miſſionem peccati. *Et gratiæ virtutum infuſionem ſine operibus*, legalibus & humanis, quæ per ſe nequaquam ſufficiunt C
ad gratiã promerendã. Nec enim poteſt peccator per ſeipſum reſurgere, ſed indiget præueniri ab eo, de quo legitur, Alleuat dominus omnes qui corruũt. Et iterũ. Dominus eri Pſal. 144.
git eliſos. Nec obſtat illud Augu. Qui creauit te ſine te, non Pſal. 145.
iuſtificabit te ſine te Hoc enim ideo dicitur, quia deus requi Auguſt.
rit à nobis, vt faciamus quod in nobis eſt, diſponẽdõ nos ad gratiã eius. Deinde ponit verba Pſalmiſtæ. *Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates*, originales, actuales ſeu perſonales in baptiſmo, in quo originale peccatum deletur quantum ad reatum culpæ: quia quod ante baptiſmum erat culpa & pœna

D post baptismum tantùm est pœna, quæ dicitur fomes peccati, quæ etiam in baptismo per gratiam sacramenti debilitatur, sed non penitus tollitur. Peccatum autem originale formaliter vnum est, materialiter plura ratione sui effectus. Quatuor enim vulnera imprimit animæ. Propter quod ait Psalm. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Actualia verò peccata per cordis contritionem dimittuntur quantũ ad culpam. *Et quorũ tecta sunt peccata*, hoc est, ab oculis dei abscondita, ita ꝙ non vlciscitur, nec imputat ea, sed auertit faciem suam ab eis ac si nunquam fuissent. Ideo sequitur. *Beatus vir cui non imputauit*, nec imputat / *Dominus peccatum*, sed prorsus ignoscit: sicut per Esaiam promisit, Delebo vt nubem iniquitates tuas, & quasi caliginem peccata tua. Applicans autem Apostolus scripturam hanc ad propositum suum, adiecit. *Beatitudo ergo hæc*, de qua loquitur Dauid: *In circunciſione tantùm manet*, id est, in solis Iudæis locum habet, *An etiam in præputio?* id est, Gentibus incircunciſis? Et hoc ideo quæro. *Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam*, sicut nunc ex Genesi allegatum est. *Quomodo ergo* (id est, in quo statu) *reputata est* Abrahæ fides ad iustitiam? *In circunciſione?* hoc est, pro statu & tempore circunciſionis suæ? *An in præputio?* id est, tempore circunciſionem suã precedente? Et respondet. *Non in circunciſione, sed in præputio*, quod consequenter declarat. *Et signum accepit circunciſionis*, id est, ipsam circunciſionẽ accepit deo iubente pro signo distinctiuo inter ipsum & posteros suos, fideles ac inter infideles, & etiam pro signo fidei suæ quam habuit ante circunciſionem. Circunciſio quippe fuit quædam protestatio fidei: definitúrque sic: Circunciſio est signum distinguens Israël à Gentibus. Patet ergo quòd non frustrà circũciſionem accepit, quamuis per eam iustificatus non sit ex parte operis operati, sed operis operãtis, videlicet fidei, deuotionis ac obedientiæ, per quæ abundantiorem iustificationem adeptus est, quàm ante habuerat. Vnde dominus loquebatur. Circũcidetis carnem præputij vestri, vt sit signũ fœderis mei inter me & vos. Si ergo accepit signum circũciſionis, quod est *Signaculum*, id est, indiciũ *Iustitiæ fidei*, id est, quæ per fidẽ habetur. *Que est in præputio*, id est, in Abraham, vel cæteris gẽtilibus iustis, sicut in Iob tempore præputij. Nam Abraham ante circunciſionem suã iustus fuit, & credidit deo, sicut iam dictum



Philip.3. *Mat.3.* *Psal.50.* *Ibidem.* *Esa.4.* *Acto.3.* *Esa.44.* *Psal.31.* *Gene.22.* *Gene.17.* *Ibidem.* *Hebr.11.* *Gala.3.* *Mat 3.*

dictum est. *Vt sit pater* spiritualis & imitatione condignus. A
Omnium credentium, non Iudæorum dũtaxat. *Per præputium*, *Psal.* 104.
id est, in statu præputij. Quia per fidem quam in præputio *Esaiæ.* 31
habuit meruit spiritualem paternitatem omnium gentium. *Galat.* 3.
Vel omnium credentium per præputium, id est, Gentilium *Ioan.* 8.
cum præputio ad fidem accedentium. *Vt reputetur & illis*, vi *Hiere.* 4.
delicet filiis Abrahæ. *Ad iustitiam* fides, per quam ipsum A-
braham assequuntur, sicut & ei reputata est. *Et sit* Abraham
pater circuncisionis spiritualis, quæ in vitiorum eradicatione
consistit, id est, Gentilium credentium, pater (inquam) præ-
bendo exemplum, non conferendo iustitiam, *Non his tan-*
tum, id est, non solùm ad profectum his, *Qui sunt ex circunci-*
sione carnali. i. Iudæis. *Sed & his qui sectantur vestigia fidei*, id
est, vniuersis fidelibus imitãtibus fidẽ. *Quæ est in præputio pa-* B
tris nostri Abrahæ. i. quæ erat in Abrahã, adhuc habẽte præ-
putiũ. Vel, quæ est, id est, cõsideratur in eo nondũ circũciso.
Insuper manifestat apostolus, quòd Abrahã sit pater spiri- *Gene.* 22.
tualis circũsionis cunctis fidelibus per hoc, quod cõsequu- *Matth.* 1.
tus est promissionẽ hæreditatis, nõ ex operibus, sed merito *Luc.* 3.
fidei, quæ ad omnes electos cõmuniter pertinet. *Non enim* *Hebr.* 1.
per legem facta est *promißio Abrahæ aut semini eius*, hoc est, *Psal.* 81.
de multiplicatione seminis sui. Vel semini eius, id est, Chri- *Gene.* 22.
sto de semine Abrahæ nato secũdum naturam assumptã. *Vt* *Gala.* 3.
hæres esset mundi. i. vt ipse Abrahã per semen suũ, vel in semi-
ne suo, hoc est, p Christũ, possideret omnes terminos terræ,
omnésque populos seculi. Dictũ est enim Abrahæ, In semi-
ne tuo benedicentur omnes tribus terræ. Et iterum, Dilata-
beris ad orientem & occidentẽ, &c. Cũ enim facta est Abra- C
hæ ista promissio, nondũ erat lex data, quã constat per Mo-
sen datam. Hæc verò promissio maximè adimpleta est in
Christo filio Abrahæ, qui de seipso testatur, Data est mihi *Gene.* 28
omnis potestas in cœlo & in terra. Ad quẽ pater in Psalmo, *Ioan.* 17.
Postula, inquit, à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, *Mat.* 28.
& possessionẽ tuã terminos terræ. *Sed per iustitiã fidei*. i. pro- *Psal.* 2
cedẽte ex fide, quæ erat in Abrahã. Pro hac nanque iustitia *Hebr.* 11
seu merito eius facta est Abrahæ præinducta promissio, si- *Hebr.* 2
cut in Genesi legitur. *Si enim qui ex lege* hi tantum *hæredes* *Gene.* 22.
sunt. i. si soli Iudæi legẽ scriptam habentes, hæreditatem seu
gratiã benedictionis Abrahæ promissam adipiscuntur. *Exi-* *Ibidem.*
nanita, hoc est, frustrata *Est fides* Abrahæ deo credẽtis, qui ei

D prædixit, in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.
Abolita, hoc est, euacuata atq; ablata est promissio Dei A-
Heb.10. brahæ facta de hæreditatione mundi, & benedictione om-
4.Reg.22. nium gentium seculi. Præterea promissionem præfatam nō
esse ex lege sed fide, ostendit Apostolus ex legis imperfectio
ne. *Lex enim iram operatur*. id est, pœnæ obnoxium facit le
gis transgressorem. Nam temporales pœnas determinat, &
præuaricatorē legis magis damnabilem reddit eo, qui nun-
quam sortitus est legem, Dat enim lex manifestioré notitiā
culpæ quàm erat ante, sicq, transgressoré efficit grauiorem.
Ioan.15. Propter quod in Euāgelio dicitur, Seruus qui cognouit vo-
Luc.12. luntatem domini sui, & nō fecit, plagis vapulabit multis. *Vbi*
enim non est lex, nec præuaricatio. Si acceperimus legem com-
E muniter pro quacunq; lege, videlicet naturali, scripta, vel e-
Psal.118. uangelica, certū est sine lege non esse præuaricationem, cū
præuaricatio sit transgressio legis. Si autē sumpserimus legē
hoc loco, pro lege scripta, dicendū erit, ꝙ vbi nō est lex, nō
est præuaricatio adeò grauis. Quoniā lex occasionaliter au
get peccatū, prouocat irā, nec tribuit gratiam, sicut ex dictis
Ioan.5. clarius elucescit. *Ideo ex fide*, id est, merito fidei, nō per ope-
ra legis hæredes effecti sunt diuinæ promissionis omnes qui
Abrahæ fidē sectati sunt. *Vt secundū gratiā* dei, nō secundū iu
1.Cor.12. stitias legis. *Firma sit promissio*, facta Abrahæ, & semini eius.
2.Cor.1. Firma (inquā) existat atq; salubriter exhibeatur. *Omni semi-*
Matt.3. *ni*, id est, vniuersis fidelibus. *Nō ei qui ex lege est solū*, idest, nō
tantùm Iudæis, carnalibus Abrahæ filiis. *Sed ꝙ ei qui ex fide*
est Abrahæ, id est, cunctis quoque Gētilibus Abrahæ fidem
F sequentibus. Si enim ista promissio fundaretur in lege quæ
Esa.51. occasionaliter operatur, & prouocat iram, non haberet sta-
Gene.17. bilitatem quia lege transgressa retractaretur. Nūc verò quia
Hebr.11 fundatur in fide viri constantis, videlicet Abrahæ, magis ta-
Ioan.3. men in gratia dei, permanet firma omni semini Abrahę. *Qui*
Ioan.5. *pater est*, spiritualis seu exēplaris institutor ad fidem, *Omniū*
Ephes.1. *nostrūm*, id est, cunctorum credentiū. *Sicut scriptum est*, in Ge
nesi, quantū ad sensum. *Quia patrem*, spiritualē, vt dictum est,
Multarum gentium posui, id est, institui, *Te ante deū*, id est, co
ram deo, videlicet meipso. *Cui credidisti*, loquenti tibi per
angelū in persona dei. *Qui viuificat mortuos*, corporaliter, ani
mas corporibus reuniēdo: & spiritualiter, gratiā peccatori-
bus cōferēdo. Vnde scriptū est, Pater suscitat mortuos & vi

uificat

uificat. *Et vocat*, à nó esse ad esse. *Ea quæ non sunt*, id'est, A
creanda. *Tanquam ea quæ sunt*, id est, sicut existétia vocantur ad aliquid. Sic enim Deo imperante, dicente, seu vocáte producuntur multa ex nihilo, id est, tá facilè ac obedienter ac si ex præiacéti aliquo fierent, atque iã essent. Vel sic, Vocat, ad fidẽ & gratiã ea quæ nó sunt, id est, Gẽtiles, qui corá Deo quasi nihil fuerũt, qui spiritualiter mortui erãt: quẽadmodum in Esaia scribitur, Omnes gentes quasi non sint, *Esaiæ.40*
sic sunt corá eo, & quasi nihilũ & inane reputatę sunt ei, tá- *Gene.22*
quã ea quæ sunt, id est, sicut vocauit Iudæos, qui propter legem & gratiam Dei aliquid erant spiritualiter coram Deo viuentes. *Qui* Abraham, *Contra spem*, naturæ, *in spem*, gratiæ, *Credidit*, credẽs posse impleri per gratiam, quod erat im possibile per naturam, vt scilicet ipse iam vetulus de infœ- B
cunda ac sterili coniuge sua filium procrearet. *Vt fieret pa* *Gene.15*
ter multarum gentium, eum per fidem sequentiũ. *Secundum* *Eccle.40.*
quod dictum est ei, à Deo per angelũ. *Sic erit semẽ tuum, sicut* *3.Reg.4*
stellæ cœli, in multitudine. *Et sicut arena*, quæ est in littore, *Hebr.11*
Maris, id est, præ multitudine numerari non poterit. Quan- *Deute.1*
uis hoc aliquo modo videatur impletũ in carnali semine Abrahæ, quia & Moses filiis Israël aiebat. Estis hodie sicut stellæ cœli plurimi. Verius tamẽ atq; perfectius in spirituali se- *Deute.7*
mine eius, id est, in Gẽtium conuersione, & fidelium multiplicatione impletur, præsertim cum rursus Moses dicat populo Iudæorum. Te elegit dominus, non quia cunctas gen- *Deute.12.*
tes numero vincebatis, cum sitis omnib⁹ populis pauciores C
Vel hoc quod dicitur, Sicut stellæ cœli, refertur ad bonos, qui stellis comparantur propter lumen gratiæ, decorem virtutum, & quoniam alios verbo & operatione illustrant, ipsamque ecclesiam ornant, quemadmodum stellæ cœlum. Propter quod in alia epistola ait Apostolus, Inter quos lu- *Philip.2*
cetis sicut luminaria mundi. Quod verò adiungitur, Et sicut arena maris, referri potest ad malos terrenis rebus intentos. *Et nõ est*, Abraham. *Infirmatus in fide*, ex cõsideratio- *Hiere.5*
ne naturalis impossibilitatis. *Nec considerauit*, cum superflua *Mat.7.*
immoratione seu finali sistentia. *Corpus suum* (iam) *emortuũ*
à virtute generatiua, *Cum iam ferè centum esset annorum, & Gene.21*
emortuam vuluam Saræ, id est, ad actum generationis ineptã. *Gene.25*
Desierant enim ei muliebria fieri, sine quibus naturaliter nõ
fit conceptio. Videtur his obuiare, quod in Genesi legitur, *Gene.17*

D Abraham post mortem Saræ Cethuram duxisse, atque ex ea filios genuisse, elapsis, plus quàm triginta septẽ annis à tẽpore generationis seu promissionis Isaac. Sara quippe decẽ annis iunior fuerat eo. Cùm ergo ipsa defuncta sit centum triginta septem annis expletis, certum est Abraham plus quàm centum triginta septem annorum fuisse, quando Cethuram sumpsit vxorem. Quomodo ergo emortuum erat corpus eius cum centenarius circiter fuit? Communiter
Iacobi. 1 respondetur, quòd emortuum erat quantum ad vetulam, nõ quantum ad iuniorem quę facilius concipit anu, propter dispositionem virtutis passiuæ. *In repromissione etiam Dei*, sibi
Gene. 15. 17. 22 facta de generatione Isaac, & innumerabili multitudine seminis sui. *Non hæsitauit diffidentia*, propter rei nouitatem.
Galat 3 *Sed confortatus est fide, dans gloriam Deo*, id est, deum glori-
Ioan. 12 ficans atque collaudans tanquam omnipotentem ac verũ,
E & ista implere valentem. *Et plenissimè sciens*, etiam per na-
1. Mac. 2 turalẽ rationem. *Quia quæcunque promisit Deus potens est &*
Gene. 17. *facere*. Aliàs esset in promittendo improuidus, & in exequẽdo infirmus. *Ideo & reputatum est illi ad iustitiam*, quòd sic confortatus est in fide, nec hæsitauit diffidentia. Quòd autem Abrahã aliquo modo considerauit corpus suum & Saræ esse emortuum, patet ex eo quod dicebat, Putásne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Verùm,
Esa. 45. vt dixi, non sistebat finaliter in consideratione huiusmodi,
Hierony. sed in consideratione virtutis diuinæ. Et prædictis autẽ ver
Gene. 17 bis, dubitasse videtur. Respondetur communiter, quòd non
F dubitando, sed admirando hæc dixit. Veruntamen videtur adhuc cõtrariari, quod per Esaiã dominus loquitur Israëli, Pater tuus primus peccauit. Quod non solùm quidam præcipui Iudæorum magistri, sed sanctus quoque Hieronymus exponit de Abraham, quòd peccauit ex incredulitate ridendo atque dicendo verba inducta. Sed sicut in expositione Esaiæ audens nõ eram quantum ad hoc, sequi Hieronymũ, ita nec modò, nec etiam nego. Apostolus enim apertissimè
Gene. 3 contestatur, quòd non hæsitauit diffidentia, & ideo reputatum sit ad iustitiam. Vnde verbum Esaiæ exponi potest de primo parente, videlicet Adam, quem constat in paradiso peccasse. *Non est autem scriptum tantum propter ipsum*, Abraham, istud scilicet. *Quia reputatum est illi ad iustitiam*, quod tam firmiter credidit. *Sed & propter nos*, id est, ad nostram

conso-

consolationem ac instructionẽ, vt imitemur fidem ipsius. A
Quibus reputabitur. ad iustitiam imitatio fidei Abrahæ. *Credentibus in eum, qui suscitauit à mortuis Iesum Christum dominũ nostrum*, id est, in deum patrem seu sanctam trinitatem, vel quancunque diuinam personam. Cuilibet nanque diuinæ *Ioan.10*
personæ, attribui potest suscitatio actiua Christi, imò ipse *Roma.8*
vt deus suscitauit seipsum, vt homo est. Et qui credit in vnã diuinam personam, credit in tres. *Qui* (Christus) *traditus est propter delicta nostra*, id est, morti expositus, vt mundi peccata auferret. Traditus est autẽ à patre, iuxta illud, Proprio *Esa.15.*
filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. *Matth.36*
Saltem permissiuè, tradidit quoque seipsum, secũdum quod per prophetam dicitur, Tradidit in mortem animam suam. B
Sed & Iudas tradidit eum. *Et resurrexit propter iustificationem nostram*, hoc est, vt virtute suæ resurrectionis gratiã iu- *Matth.28*
stificantem nobis cõferret, & suæ corporalis resurrectionis *Ibidem.*
exemplo nos ad spiritualem resurrectionem induceret, quate- *Ioan.10*
nus tandem etiam corporaliter, felicitérque resuscitemur *Coloss.3.*
ab ipso quando reformabit corpus humilitatis nostræ confi- *Philip.3*
guratum corpori claritatis suæ. Resurrexit ergo, propter iustificationem nostrã, id est, vt iustificemur gratiam recipiendo & iustè viuendo. Non tamen iustificatio nostra est tota *Timo.2*
ratio, finisque totalis resurrectionis Christi. Resurrexit nanque propter proprij corporis glorificationem, & suæ humanitatis reassociationem, quantum ad partium eius redinte- *Roma.9*
grationem. Denique resurrexit propter iustificationem no- C
strã, quia ad hoc resurrexit vt corpore resũpto appareat nũc *Coloss.3.*
vultui Dei pro nobis, ostendens patri latus & vulnera, qua- *Hebr.9*
tenus merito eius, gratia impleamur diuina. Quanuis autẽ traditus sit Christus, non solùm propter delicta nostra, sed etiam propter iustificationem nostram (nam & propter vtrunque surrexit) traditio tamen seu passio attribuitur delicto, vt mors naturæ, correspondeat morti culpæ, & resurrectio iustificationi, vt corporis glorificatio correspõdeat nouæ atque cœlesti conuersationi. *Philip.3* *2.Petri.3.*

Cap. V. *Iustificati ergo ex fide.*

ARTICVLVS VIII.

POstquam apostolus abstulit causam atque materiam discordiæ Romanorum, iam eos inuitat ád veram pacem, & ait, *Iustificati ergo*, id est, iusti à Deo effecti. *Ex fide, id est,*

D per fidei formatæ infusionem. Vel, iustificati, id est, verã iustitiam operati, ex fide, id est, per habitũ fidei, vel intus in anima iustificati sine opere exteriori, ex fide, id est, interiori fidei actu credendo, videlicet ex charitate, & non per opera legis, neque per opera præcedentia, fidem. *Pacem habeamus*
Ephe. 2. *ad deum*, id est, Deo humiliter subditi simus, & nostram volũ
Galat. 2 tatem diuinæ ordinationi in omnib⁹ subiiciamus, quieti at-
Iacobi. 4 que tranquilli existentes in Deo. Beati enim pacifici quoniã
Matt. 5 filij Dei vocabuntur. Hinc enim loquitur scriptura, Acquie
Iob. 22. sce Deo & habeto pacem, & per hoc habebis fructus optimos. Hæc est spiritualis diuinaque pax, de qua dixerunt an-
Luc. 2. geli, Pax hominibus bonæ voluntatis. Et Dauid, Pax multa
Psal. 118 diligentibus legem tuam: quæ non competit impiis, iuxta il
E lud Esaiæ, Nõ est pax impiis dicit dominus. *Per Iesum Chri-*
Eccle. 48. *stum dominum nostrum*, quia per eum seu merito eius pacem istam consequimur. Omnia nanque diuinarum gratiarum
1. Tim. 2 charismata per Christum, secundum quod mediator est Dei & hominũ, præstantur hominibus. Ideo subditur. *Per quẽ*, tanquam per mediatorem, & causam meritoriam. *Accessum*, hoc est, ingressum, *Habemus per fidem*, tanquã per fun-
Hebr. 11. damentum totius spiritualis ædificij. Accedẽtem nempe ad deum oportet credere. *In gratiam istam*, id est, ad dona & munera spiritus sancti, videlicet ad alias perfectiones seu beneficia Dei. *In qua* (gratia) *stamus*, mente ad diuina erecta atque cœlestia dirigente, non in terrenis iacente, vilibúsque immersa. Primò enim deus cùm fidem infundit, donat simul
F tempore alias virtutes ad dona spiritus sancti: fides tamen præcedit secundum viam generationis & ordine naturæ, cùm sit fundamentum virtutum. Et ita per fidem, accessum
Psal. 83. habemus ad alia bona. Fide autem infusa, per eandem accedimus ad Deum, vt gratiam ampliorem mereamur, quatenus proficiscamur de virtute in virtutem, id est, de bono in melius proficiendo quotidie. *Et gloriamur*, spirituali læti-
Sapien. 8. tia. *In spe gloriæ*, id est, in certa expectatione fœlicitatis æternæ quæ est gloria, *Filiorum Dei*, id est, omnium beatorũ Deo fruentium, qui Deo perfectissimè similantur. De qui-
Iob. 38. bus scriptum est in Iob, Vbi eras cùm me laudarent astra ma-
Psal. 88 tutina, & iubilarent omnes filij Dei? Et in Psalmo, Quonii quis in nubibus æquabitur domino, similis erit domino in filiis Dei? Possunt tamen per filios Dei intelligi omnes electi

ri ad vitam æternam præordinati, Et certè hoc meritò esse A
debet nobis indeficiens ratio gloriandi, quòd spem habe- *Roma.8*
mus acquirendi beatitudinem sempiternã. Vnde nihil Chri *Ioan.1.*
stiano fœlicius, cui promittuntur regna cœlorum. *Non so*
lùm autem, gloriamur in spe gloriæ credentes videre bona *Hierony.*
domini in terra viuentium: *Sed & gloriamur in tribulatio-* *Psal.29*
nibus, id est, in aduersis, in persecutionibus, tentationibus, ac
egrotationibus, quemadmodum per Iacobum inducitur, *Iaco.1*
Omne gaudium existimate, fratres, cum in diuersas tétatio- *Matt.h5.*
nes incideritis. Et Saluator, Gaudete (inquit) & exultate in
illa hora, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo: Debe-
mus enim gaudere de hoc quod sumus in via perueniendi
ad deum. Sed hæc est via salutis, multipliciter tribulari. Per
multas quippe tribulationes oportet nos intrare in regnum *Luc.6.*
cœlorum. Et meritò in tribulationibus gloriamur. *Scientes* B
quòd tribulatio patientiam operatur, hoc est, actum patientiæ
efficit in anima, scilicet sufferentiã, tanquam obiectũ media
tum virtutis, quæ patiẽtia nominatur. Si enim non esset tri-
bulatio, nec patientia. Habitũ quoque patiẽtiæ firmat in ani
ma. Patiẽtia quippe cùm sit virtus moralis immediatè versa- *Acto.14.*
tur circa passionẽ animæ, puta tristitiã quam ordinat. Dein *Iaco.1*
de respicit actũ, videlicet ipsam aduersitatis tollerantiã, quã
accidẽter & occasionaliter inducit, seu efficit tribulatio. Fre
quẽs nãque tribulatio cõfert animæ consuetudinẽ patien-
tiam exercendi, & ita fit anima in virtute patientiæ incon-
cussa atque immobilis: ita vt dulce sit ei, tribulationem pro
Dei amore & pro priorũ peccatorũ purgatione sufferre. *Pa-*
tientia autẽ, id est, aduersitatũ æquanimis tolerantia opera-
tur. *Probationem*, id est, boni assuefactionẽ seu probam ex- C
ercitationẽ, vel vitiorum expurgationẽ, etiá quo ad pœnæ
oblationẽ. Sicut enim interior dolor siue cõtritio aufert cul
pam, sic aduersitatis perpessio pœnã, *Probatio verò*, opera-
tur vel efficit, *Spem*, id est, actum spei, videlicet certam &
actualem expectationẽ fœlicitatis futuræ. Qui enim ita pro
batus est, fiducialiter præstolatur vitam æternam: iuxta il-
lud Saluatoris, Beati qui persecutionem patiuntur propter *Matth.5.*
iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et illud *Sapien.3*
Sapientis, Tanquam aurum in fornace probauit electos do
minus, & in tempore erit respectus eorum. Porrò habitus
spei, quæ est virtus theologica, à solo Deo per creationem

D infunditur, ſed actus eius procedit partim ex meritis. *Spes autem non confundit*, id eſt, ſperantem non fallit, nec bono ſperato defraudat, ſicque erubeſcentiam tollit. Vnde ait ſcriptura: Nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt. Et Pſalmiſta, Etenim vniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur. Per Eſaiam quoque dominus loquitur, Ego dominus ſuper quo non confundentur omnes qui expectant eũ. Oportet autem firmiter inuiolabiliterque ſperare, & dicamus cũ ſancto Iob, Etiam ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Quod autem ſpes non confundat, ſed impleatur, patet per hoc. *Quia charitas Dei*, quæ eſt virtus theologica ſupernaturalis, ſumma ac diuiniſſima, qua deum proximúmque diligimus, mandata implemus, vnum cum Deo efficimur, & quicquid petierimus, obtinemus. *Diffuſa*, id eſt, latè ac liberaliter fu
E ſa. *Eſt in cordibus noſtris*, præſertim in volũtate, quæ eſt charitatis ſubiectum. *Per ſpiritum ſanctum*, id eſt, à ſpiritu ſancto, cui appropriatur bonitas, liberalitas, clementia, communicatio, & per conſequens charitatis infuſio. *Qui datus eſt nobis*, à patre & filio, imò & à ſeipſo, tanquam pignus, & arra fœlicitatis æternę. Ipſe enim ſpiritus ſanctus eſt dator ac donum, procedítque à patre ac filio per modũ donabilis, quoniam ipſe eſt charitas ſeu amor patris & filij. Amor autẽ eſt primum donum gratuitum, in quo omnia dona donantur. Itaque ſpiritus ſanctus datur electis, non ſolùm in ſuo dono, ſed etiam in ſeipſo, quia per charitatem habetur, & eſt in nobis, nouo ſpecialíque modo. Propter quod ait ſaluator, Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Et in Actis apoſtolorum legitur, quòd per impoſitionem manus apoſto
F lorũ dabatur ſpiritus ſanctus. Vnde ſecundum beatũ Thomam in prima parte & ſuper primum ſententiarum, perſona diuina dicitur eſſe alicuius dupliciter. Primò, ratione originis, & ita eſt eius à quo procedit. Sícque filius & ſpiritus ſanctus ſunt patris, & ſpiritus ſanctus eſt filij. Secũdò, ratione fruitionis ſeu cõmunionis, & ſic eſt eius à quo habetur, id eſt, intellectualis creaturæ, quæ liberè frui poteſt perſona diuina Sic ergo ſpiritus ſanctus datus eſt nobis, & eſt noſter. Deinceps apoſtolus tangit noſtræ iuſtificationis motiuum, proſequitur quoque noſtræ reconciliationis modum & ait:

Vt quid enim, id eſt, propter quid aliud, niſi vt ſpiritus

ſanctus

Eccle.2. Pſal.14 Eſa.46 Iob.13 2.Cor.13. Roma.8 Epheſ.1 Ioan.14 Acto.8

nctus nobis donetur, charitas Dei in cordibus noſtris dif A
undatur, & ſpes impleatur. *Chriſtus, cùm adhuc infirmi,* 1. *Pet.* 3.
d eſt, vulneribus animæ ſauciati, pœnis, & culpis aſtri-
ti, *Eſſemus ſecundum tempus*, id eſt, antequam ab eo libera-
emur ac purgaremur, *Pro impiis*, id eſt, pro nobis iniuſtis
& miſeris, *Mortuus eſt.* Vel illud, ſecundum tempus refer- *Dani.* 9.
ur ad id quod ſequitur, Mortuus eſt: vt ſit ſenſus, Mortuus 1. *Cor.* 2
ſt ſecundum tempus, in eſt per triduum ſepulturæ, tanquam *Eſa.* 57
dicat, Hoc magnũ eſt valde atque mirabile, quòd Chriſtus
ro nobis infirmis ac impiis mori dignatus eſt, cùm ipſe ſit
irtus Dei & ſanctus ſanctorum, Cauſam verò cur iſtud ita
irabile ſit, ſubdit: *Vix enim*, id eſt, rarò & difficulter, *Pro*
uſto, à morte eruendo. *Quis moritur.* Pauci enim ſunt
ui amore ſeu vice iuſti mori dignarentur. Et meritò dixi, B
ix, & non abſolutè naquaquam vel non, *Nam pro bono*, id
ſt, pro homine iuſto, *Forſitan quis audeat mori*, id eſt, con-
ingere poteſt (ratò tamen) vt quis pro iuſto mori conſen-
at, ſed vt quis pro impio mori velit, non inuenitur, aut cer *Ambroſ.*
è rariſſimè. Ambroſius (inter iuſtum & bonum diſtinguens,
t iuſtus dicatur qui in virtutibus exercitatus eſt, & in obſer
ationc iuſtitiæ ſtrenuus atque ſeuerus: Bonus verò dicatur
omo ſimplex & innocens, nõdum ſic exercitatus) ita expo
it, Vix enim pro iuſto, ſic accepto, quis moritur. Nam quã
is melior ſit eo, qui hoc modo bonus vocatur, quoniam ta
nen non ſine rigore & ſeueritate ſe habet, cauſa eius minus
miſerabilis, ſeu miſeratione minus condigna iudicatur. Et
eraciter dixi, pro iuſto quẽpiam vix velle mori. Nam pro
ono, id eſt, pro pio, innocente & ſimplici forſitan quis au- C
deat mori, eo quòd cauſa eius miſerabilior reputetur, táquã
qui nullum offendit. Cùm ergo hoc rarò inueniatur, certũ
ſt quòd vix aliquis pro iuſto mori acquieſcat. Cùm igitur
Chriſtus pro impiis mori dignatus ſit, rectè ſubiungitur, *Epiſt.*
Commendat autem, id eſt, commendabilem ſeu laudabilem *Ioan.* 3.
oſtendit, *Deus*, pater vel trinitas. *Charitatem ſuam in nobis*, 1. *Ioan* 4.
id eſt, quam habet ad nos, & qua diligit nos per effectũ ſuæ
eximiæ pietatis. *Quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus*, id
eſt, iugo vitiorum ſubiecti, & vinculis peccatorum irretiti,
nec ab originali peccato redempti, *Secundum tempus*, Chri
ſti paſſionem præcedens, id eſt antequam Chriſtus mortuus
fuit pro nobis. Loquitur enim apoſtolus in perſona generis

D humani, cuius multa indiuidua tẽpus passionis Christi præ-
1. Cor. 6 cesserunt, & tũc erant, in quorum persona hoc dixit apo-
1. Petr. 3 stolus. Vel, secundum tempus, id est, triduo sepulturæ. *Chri-*
Lucæ. 1. *stus pro nobis mortuus est*, id est, mori dignatus, vt mortificati
carne, viuificatiq́ue spiritu seruiamus illi in sanctitate atque
iustitia. In quo refulget inæstimabilis charitas Dei patris ad
Ioan. 3. nos: iuxta illud Ioãnis: Sic Deus dilexit mũdum, vt filiũ suũ
Ephes. 2. vnigenitum daret, Et apostolus, Propter nimiã, inquit, chari-
2. Cor. 5. tatem suã, qua dilexit nos Deus pater, filiũ suum misit. *Mul-*
tò igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius, id est, quia Chri-
stus pro nobis mortuus est, cùm adhuc iniqui eramus, infir-
mi & peccatores, multò amplius nunc facta nostra reconci-
liatione ac liberatione iustificati, id est, à viris expurgati, gra-
tiamq́ue adepti per effusionem sanguinis Christi, *Saluierimus*
E *mus ab ira*, id est, à damnatione æterna. *Per ipsum*, videlicet
August. Christum, seu merito eius. Amplius enim est impium iusti-
ficare, quàm iustificatũ à pœna eruere. *Si* (pro quia) *Enim cũ*
inimici essemus, id est, deo propter iniquitatem odibiles, rebel-
les, & naturâ filij iræ, etiá propter peccatũ originale. *Recon-*
ciliati sumus deo, id est, ad eius amicitiam reuocati, deleta, vi-
delicet causa inimicitiæ, puta peccato. *Per mortem filij eius,*
Ephe. 2. *multò magis reconciliati* (iam) *salui erimus*, non solùm ab ira
prædicta, sed etiá cõsequendo vitam æternam. *In vita ipsius*,
id est, per glorioſam vitá Christi, seu virtute Christi glorifi-
cati. Si enim potuit per suá mortem nos iustificare, certissi-
mum est, quòd iá viuens possit nos beatificare: præsertim cũ
vnũ ordinetur ad aliud, scilicet iustificatio ad beatificatio-
F nem. Queri potest, cùm Dei dilectio sit inuariabilis & æter-
Deut. 4. na, quomodo dicimur deo recõciliari, & quomodo eramus
eius inimici, & postmodũ facti sumus amici? Et respondẽ-
dum, quòd Deus omnes electos ante mundi cõstitutionem
dilexit, eosq́ue immutabiliter diligit secundum rationẽ præ-
Coloss. 2 destinationis diuinæ, non autem secundum rationẽ præsen-
tis iustitiæ. Dicimur ergo deo reconciliari per Christum, in-
quantũ per eius passionem ablata nobis est culpa, per quam
displicuimus deo, secũdum rationem & ordinẽ suæ iustitiæ
ad nos cõparatæ. Vel respõdendum, quòd Deus inuariabili-
ter diligit electos, per respectum ad bonum gratiæ & gloriæ,
quod eis dare disposuit. Odit autẽ eos quãtum ad culpã: iux-
Psal. 5. ta illud, Odisti omnes qui operãtur iniquitatẽ. Et ita dicun-

tur

tur ei recõciliari,cùm culpa auferetur,& pœna finitur. Vnde A
Sapiẽs dicit, Diligis domine omnia quæ fecisti, & nihil odi *Sapien.11.*
sti eorũ quæ fecisti. Idẽ ipse ait,alibi quoq; , Odio sunt deo *Sapien.4.*
impius & impietas eius. Hæc enim atq; similia nullã mutati
onẽ ponũt in deo,sed in creatura,quæ ad creatorẽ aliter &
aliter se habet. *Non solum autem,* hoc modo salui erimus in
futuro. *Sed & gloriamur in deo,*id est,nunc quoque in præsen
ti exilio exultamus. *Per spem in deo,* id est,in cõtemplatione
ac dilectione ipsius gaudẽtes de hoc, quòd tãdem aliquãdo
videre eũ speramus per speciẽ. Et ita futurã iucunditatem &
gloriã in præsenti peregrinatione quodãmodo inchoamus.
Gloriamur autẽ in deo. *Per dominũ nostrum Iesum Christum,* *Ioan.14.*
qui est nobis via & ostium accedendi ad deum , cuius etiã
merito datur nobis gloriatio ista,& ex cõsideratione passio B
nis suæ & aliorũ beneficiorũ speramus & exultamus in deo
qui tãta nobis per Christũ largitus est , *Per quem nunc,*id est
tempore gratiæ,*Reconciliationẽ,* cum deo *accepimus. Propter-*
ea sicut per vnum hominem , scilicet Adam , primum nostrum
parentẽ, *Peccatum,* originale, *in hunc mundum,* id est,homi- *Gene.3.*
nes in mundo hoc habitantes, *Intrauit, & per peccatum mors,*
corporalis,quæ consequuta est culpã. Quamuis enim mors
sit naturalis homini, considerando naturam corporis sui ex
cõtrariis compositam:tamen si non peccasset, mortem non
incurrisset ex dono gratiæ seu virtute originalis iustitiæ. Et
sic cõsiderando supernaturalem institutionẽ hominis,mors
culpam sequuta est , non naturam . *Et ita in omnes homines*
mors pertransiit . Sicut enim omnes nati sunt sine originali
iustitia,sic etiam immortalitate iustitiã illum comcomitan-
re priuãtur. *In quo,* vno homine,scilicet Adam, *Omnes pec-* C
cauerunt, non actualiter , sed virtualiter,originale peccatũ
incurrendo,quod eis imputatur in culpam, inquantum ali-
quo modo erant in primo parente,& idem cum ipso. Erant
autem in ipso,sicut in primo principio generationis huma-
næ . Et sicut multa membra sunt in vno corpore , & multa
indiuidua in vna specie , sic quodammodo omnes eramus
in primo parente secundũ corpulentã substantiã, seu mate-
rialem propagationem . Porro originalis iustitia sic data
erat primo parenti , vt transfunderetur in posteros . Ideo
primo parente hac iustitia destituto , posteri eius iustè pri-
uantur eadem , nec tamen fit eis iniuria , quia nec primo

D parenti, nec eis ista iustitia naturaliter debebatur aut competebat: sed nec beatifica visio dei, qua merebantur priuari, propter huius iustitiæ priuationem. Ab eo autem quod dicitur, In quo omnes peccauerunt, excipiendus est Christus homo, qui non naturali ordine, aut per concupiscẽtiam genitus est. Meritò autem dixi omnes peccasse in vno. *Vsque ad legem enim*, id vsque ad datione legis Mosaicæ, scilicet, à principio mundi, quando non erat nisi lex naturalis, *Peccatum erat in mundo*, in genere humano, tam originale quàm actuale. Vel, vsque ad legem scriptam inclusiuè, peccatum erat in mũdo, quia lex Moysi peccatum auferre non potuit, sicut lex gratię: propter quod aiebat apostolus apud Iudæos, Per Iesum remissio peccatorum annũciatur vobis ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Moysi iustificari, *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset*, Hæc Augustinus & alij ita exponunt, Peccatum quodcunque nõ imputabatur, id est ignorabatur, nec peccatum esse reputabatur ab hominibus excæcatis, in quibus ratio naturalis fuerat vitiis obfuscata, imputabatur tamen à deo. Videtur autem posse exponi hoc modo, quòd peccatum non imputabatur à deo hominibus, non quòd penitus non imputabatur: sed quia non imputabatur tam grauiter cùm lex scripta non esset. Erat enim tunc magis excusabile, quàm post legislationem, iuxta quem sensum in præcedenti capite dixit apostolus. Vbi non est lex, nec præuaricatio. *Sed regnauit*, id est, præualuit *mors*, corporalis, vel mors culpæ originalis, quæ est ipsa carentia originalis iustitiæ debitæ in esse. Vel mors lymbi infernalis, quæ dici potest dilatio vitæ beatæ, atque detentio in lacu gehennæ. *Ab Adã vsque ad Mosen*, inclusiuè, videlicet quousque Christus aduenit, id est, tam tempore legis naturalis, quàm Mosaicæ, *Etiam in eos qui non peccauerunt*, peccato actuali, seu propria voluntate, vt sunt paruuli ante annos discretionis defuncti. Vel, in eos qui non peccauerunt mortaliter, si qui tales fuerunt, vt sanctificati in vtero, scilicet Hieremias, &c. Omnes enim hi propter reatum originalis peccati mortem corporalem pertulerunt, atque in lymbo tenebantur donec pro ipsis Christus satisfecit, liberando eos ab originalis culpæ reatu. Magis verò regnauit mors ante Mosen, quàm post. Per legem enim Mosi multi retrahebantur à morte culpæ, cœperuntq; cognoscere

Hebr. 10. *Act.* 13.

Augusti.

Rom. 4.

Hiere. 1

2. *Timo.* 1 *Hebr.* 2.

cognoscere vitam post hanc vitam, & resurrectionem futu- A
ram, & ita mortem temporalem minus quàm ante timebāt.

Porrò Saluator regnum mortis destruxit, & suæ passionis exemplo nos cōtra mortis timorem armauit, ipsámq; mortem temporalē, æternæ vitæ constituit ianuā, propter quod ait per prophetam: De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Et apostolus, Vt per mortem liberaret eos, qui per totam vitam timore mortis erant obnoxij seruituti. Sic ergo regnauit mors in eos qui non peccauerunt. *In similitudinem præuaricationis Adæ*, id est, propter assimilationē originalis culpæ, qua similes Adæ fuerūt. Quæ vtique originalis culpa erat in Adam præuaricatio actualis. *Qui* scilicet Adam, *est forma futuri*, id est, figura Christi, qui tēpore Adæ erat venturus vt iudicaretur in mundo: nunc verò vēturus est vt iudicet mundum. Dicitur autem figura Christi, quoniam sicut Adam est principiū omnium hominum quantū ad propagationem ac esse naturæ, sic Christus quantum ad infusionem gratiæ seu esse spirituale. Secundò, quoniam sicut Adam formatus est de limo terræ supernaturali virtute ac ordine: sic Christus natus est de virgine spiritus sancti obumbratione. Item, sicut de lateræ Adæ dormientis sublata est costa, vnde formata est Eua: ita de latere Christi morientis fluxerunt sacramenta quibus formatur ecclesia. Sed hęc causa ad primam reducitur. Post hæc ostēdit ꝙ Christus potēcior erat ad saluandū, quā peccatū Adæ seu Adā ad perdēdum. *Sed non sicut delictum* Adæ se habuit. *Ita & donum*, id est, gratia Christi se habet, sed excellit sapientia. Sapientia C
nanque vicit malitiam. *Si enim in vnius delicto*, id est, in originali Adæ peccato. *Multi mortui sunt*, vitam gratię amittendo, & necessitatem moriendi incurrēdo. Hi scilicet in quos transfusum est originale peccatum. *Multò magis gratia Dei & donum* spiritus sancti. *In gratia*, id est, per singularem ac summam gratiam, virtutū perfectionem ac meritum. *Vnius hominis Iesu Christi*, qui est deus & homo. *In plures*, id est, in multos. *Abundauit*, nō in plures numero. Peccatum enim Adæ in omnes transiit. (Per hoc non oportet includi virginem matrem) sed gratia Dei per Christum transit in omnes electos. Erat autem in Christo gratia vnionis, quæ non est quid creatum, sed Deus gratioſē, siue gratuitè vniens sibi

Osee. 13. *Heb. 2.* *Mat. 20.* *Marc. 10.* B *Ioan. 5.* *Gene. 2.* *Gene. 1.* *Luc. 1.* *Gene. 2.* *Ioan. 9.* *Sap. 7.* *Ioan. 1.* 1. *Cor. 12.* *Ephes. 5.*

D in vnitate personali humanam naturam Christi: Est que in
Ioan. 1. eo gratia capitis, per quam influit omnibus suis membris,
1. Tim. 2. seu cunctis fidelibus, quia de plenitudine eius accepimus omnes. Et ita gratia Dei nobis per gratiam Christi infunditur, & abundat in multis. Gratia tamen immediatè à Deo creatur, sed Christus per suæ gratiæ plenitudinem est causa meritoria, & mediator per quem Deus gratiam nobis largitur. *Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum*, id est, nō sic factum est per donum gratiæ Christi, quemadmodū factum est per vnum originale peccatum Adæ, sed dispar est effectus peccati Adæ & gratiæ Christi. *Nam iudicium quidem*,
Esa. 26. id est, sententia Dei processit. *Ex vno*, peccato originali Adæ, *In condemnationem* eorum, in quos illud peccatum
E transfunditur, scilicet vt diuina visione priuentur propter illud peccatū, nisi eis aliter succurratur. *Gratia autem* Christi procedit, *Ex multis delictis in iustificationem*, id est, nō solùm vnū ac originale: sed omnia etiā actualia peccata delendo iustificat, formaliter ponēs animam in esse spirituali ac meritorio, ita vt impleatur vniuersis virtutibus & donis spiritus sancti. Peccatum ergo Adæ non inficit alios, nisi vno peccato directè, & immediatè, videlicet originali. Donum
Apoc. 1. verò gratiæ Christi omnia aufert peccata, & plurima tribuit
Ephes. 2. bona. *Si enim in vnius delicto*, id est, propter originale primi
Gene. 3. parentis peccatum, *Mors* corporalis, *Regnauit* in omnibus peccato originali infectis. *Per vnum*, videlicet Adam, à quo culpa ista contrahitur: *Multò magis abundantiā gratiæ & donationis*, id est, remissionis peccatorū. Vel, donationis, id est,
F virtutum quæ simul cum habituali gratia infunduntur. *Et*
Iaco. 1. *iustitiæ*, id est, operationis bonæ, *Accipientes*, fideles à Deo à quo est omne donum optimum, & omne datum perfectum, *In vita* æterna, id est, beatitudine consummata. *Regnabunt per vnum Iesum Christum*, per quem ad cœleste regnum perducuntur. Omnes autē beati regnāt in patria perfectissimè super ipsos, seruient ea Deo sine rebellione, cui seruire regnare est. Omnia quoque inferiora & dæmones subiecti
Apo. 5. sunt eis. Vnde fatentur loquentes ad Christum. Feciſti nos deo nostro regnū & sacerdotes, & regnabimus super terrā.
Sapi. 3. Et alibi legitur, Iudicabunt nationes & dominabuntur po-
Gene. 3. pulis. *Igitur sicut per vnius*, scilicet Adæ, *Delictum* originale, quod etiam erat actuale & personale, quantum ad ipsum

Adam

Adam processit sententia Dei. *In omnes homines* hoc pecca- A
to infectos. *In condemnationẽ* eorum, vt dictum est. *Sic & per vnius* videlicet Christi, i *Iustitiam*, id est, iustam sanctificationem, atque sanctissimam conuersationem prodiit sententia dei. *In omnes homines in iustificationem vitæ* ipsorum, id est, in remissionem peccatorum, & infusionẽ virtutum. Quia per meritum Christi omnes iustificati atque saluati sunt, quantum est ex parte saluatoris. Aliqui tamen obicem ponunt saluti & gratiæ, aliqui quoque priuantur applicatione virtutis & meriti gratiæ. Propter quod à beatitudinis adeptione impediuntur, vt pueri non baptizati. Eo itaque modo omnes per Christum iustificantur, sicut omnes in eo benedicuntur. *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis*, id est, per trãsgressionem primi parentis. *Peccatores constituti sunt multi*, B
originale ab ipso trahendo, vel eius obedientiam assequendo: *Ita & per vnius*, scilicet Christi, *Obedientiam*, qui factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, qui loquitur, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. *Iusti constituentur multi*, per ipsum, veniam percipiendo & gratiam, imitando eius iustitiam. Christus enim passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. Declarata abundantia & sufficientia gratiæ Christi, ostendit Apostolus insufficientiam legis, vt tota spes hominum constituatur in Christo, atq; ad eius pietatem omnes confugiant.

Tit.3.

Act.9.

Philip.2.

Ioan.14.

1.Pet.2.

Lex autem scripta, data per Moysen. *Subintrauit*, post legem naturalem, naturalísque rationis obtenebrationem. *Ioan.1.*

Vt abundaret delictum. Hæc dictio, vt, tenetur hoc loco consecutiuè, non causaliter. Ex legis quippe latione consequuta est multiplicatio iniquitatis & aggrauatio eius. Primò, quoniam quantò post legem peccatum magis cognoscebatur: tantò grauius erat peccatum. Secundò, quia post legem multa erant illicita, quæ ante licita erant. Tertiò, quia lex peccata prohibendo, ostendit peccata: sicque concupiscentia prouocabatur, quia nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata. Quartò, quoniam non præstabat auxiliũ gratiæ, qua vitantur peccata. Hanc autem insufficientiam voluit Deus esse in lege, vt omnes ad Christũ confugerent, eius cupiendo aduentum, nec in propriis viribus habendo fiduciam. *Vbi autem abundauit delictum*, videlicet in Iudæis sub lege constitutis, quibus data est lex, vt abundaret C

Ouidius.

D delictum in eis. *Superabundauit & gratia* Christi, qui factus est sub lege, natus ex populo Iudæorum. Propter quod ait,
Luc. 6. Salus ex Iudæis est. Et alibi. Nõ sum missus nisi ad oues quæ
Galat. 4. perierunt domus Israël. Denique Apostoli, qui primitias spi
Ioan. 4. ritus sancti receperunt, & primitiua ecclesia, cui maximam gratiam contulit Christus, ex populo fuerant Iudæorum.
Mat. 15. Ad hoc autem, & eo tenore superabundauit gratia, vbi abũ-
Roma. 5. dauit delictum. *Vt sicut regnauit peccatum in mortem*, id est, suo infœlici dominio atque demerito perduxit, imò & introduxit in mortem damnationis æternæ, priuationémque
Act. 2. gratiæ, quæ est mors animæ in præsenti. Peccatũ enim gra-
Ioan. 1. tiam aufert, & pœnam inducit. *Ita & gratia* Dei *Regnet* in
Ioan. 10. nobis. *Per iustitiam*, id est, iustitiæ exercitationem, ita vt ha-
E bitus gratiæ tendat in actum, sicque perducat, *In vitã æternam*, quæ est merces iustitiæ, & cõsummatio. *Per Iesum Christum dominum nostrum*, sine cuius auxilio nil boni valemus. Insuper videmus in multis impleri quod hîc ait Apostolus, frequenter enim qui grauius peccauerunt, post cõuersionem suam feruentiores sunt cæteris: & ita in quorũ cordibus abundauit malitia, abundat & gratia. Malum nanque occasionaliter causa est boni, inquantum recordatio præteritæ iniquitatis facit hominẽ seipsum magis despicere, damnationem æternam amplius formidare, misericordiam Dei plenius admirari, ardentiúsque diligere. Vnde Saluator in euã-
Luc. 7. gelio protestatur. Cui plus dimittitur, plus diligit. Istud tamen non semper contingit, quia absolutè loquendo, & cæteris paribus, innocens plus tenetur Deũ amare, plúsq; ama
F tur à Deo, quàm peccator conuersus, secundum Thomam.

Cap. VI. *Quid ergo dicemus, permanebimus in peccato?* ARTICVLVS IX.


REmouet sanctus Apostolus in huius capituli exordio, quẽdam errorem, qui ex prædictis sumpsit originem.
Roma. 5. Quidam enim peruersi audientes dixisse Apostolum, vbi abundauit delictum superabundat & gratia, asseruerunt, atq; apostolũ id docuisse dixerunt, ꝙ permanendũ esset in vitiis, & abundater peccandum, vt postmodũ gratia superabũdet. Hoc reprobans ait, *Quid ergo dicemus?* id est, si iuxta prædicta superabundat gratia, vbi abundauit malitia, an hoc dicendum est quod sequitur, scilicet, *Manebimus in peccato*,

id

id est, an perseuerandum est nobis ad tẽpus in vitiis, vt qui- A
dam nos dicere arbitrãtur. *Vt gratia abundet?* in nobis post-
ea? *Absit*, id est, dicendum non est. Cuius ratio subinfertur, *Ephes.* 1.
Qui enim mortui sumus ipsi *peccato*. id est, vitiis mortificati, &
à peccato liberati per precium sanguinis Christi, per gratiã *Col.* 2.
baptismi, per pœnitentiæ sacramentum. Mortuum esse pec-
cato, est à peccato esse ereptum, vel secundũ virtutũ habitus
operari. *Quomodo adhuc*, id est, iterum *Viuemus in illo?* id est, 1. *Cor.* 7.
operabimur opera tenebrarum, & consentiemus, suggestio-
ni peccati? Tanquam dicat, Nec decet, nec licet, nec expe-
dit nos taliter recidiuare. Nam sicut in naturalibus non est
reditus à morte in vitam, sic in moralibus non est naturali-
ter regressus à morte culpæ ad vitam gratiæ. Vtrunque ta-
men interdum contingit per omnipotentiam atque clemen B
tiam creatoris. Deinde docet Apost. quomodo mortui su- *Esa.* 26.
mus ipsi peccato. *An ignoratis fratres*, id est, meritò scire *Epist.*
debetis. *Quia quicunque baptizati sumus*, id est, à vitiis loti in
sacro baptismatis fonte. *In Christo Iesu*, id est, in institutio-
ne fide & operatione Christi. Christus enim baptismum in- *Mat.* 28.
stituit, dicens: Docete omnes Gentes, baptizantes eas in
nomine patris & filij & spiritus sancti. Ipse quoque fidem tri
nitatis edocuit, principalitérque baptizat, secundum quod
Deus. Sic enim purgat à culpa. Sacerdos verò minister est
eius. *In morte ipsius*. id est, merito mortis eius, seu per virtu-
tem suæ passionis à qua baptismus efficientiam habet. *Ba-*
ptizati sumus. Vel, in morte eius, id est in similitudine mortis
Christi baptizati sumus, quatenus sicut Christus semel mor- 2. *Cor.* 4.
tuus est carne, & semper viuit spiritu: sic nos per baptismum 1. *Pet.* 3.
semel mortui iniquitati, deinceps semper viuamus iustitiæ. C
Trina nanque immersio signat triduum sepulturæ seu mor-
tis, eleuatio autem resurrectionem eius post triduum. Huic
secundæ expositioni consonat litera sequens, ostendens e-
nim quomodo in morte Christi baptizati dicamur, adie-
cit: *Consepulti enim sumus cum illo*, id est, Christo sepul- *Colos.* 1.
to assimilati sumus, vel per fidem cum eo sepulti, & hoc
Per baptismum, id est, in ipso baptismo. Mersio enim ba-
ptizandi in aqua designat sepulturam Christi sub terra.

In mortem peccati, id est, ad peccati destructionem, videli-
cet vt moriamur peccato. *Vt quomodo surrexit Christus à mor*
tuis, id est, à loco atque consortio cadauerum mortuorum.

Pſal. 87 D Ipſe enim ſolus fuit inter mortuos liber, cuius caro non vi-
Pſal. 15. dit corruptionem. *Per gloriam*, id eſt, maieſtatem ſeu magnã potentiam, ſeu glorioſam efficientiam *Patris*. Nõ enim humana, ſed diuina virtute ſurrexit. Poteſt quoque per gloriã patris intelligi verbum Dei quod humanam naturam aſſumpſit, & Chriſtum hominem, imò ſeipſum ſecundum quod
Prou. 19. homo eſt ſuſcitauit. Scriptum eſt enim, Gloria patris, filius
Eſa. 50. ſapiens. De hac gloria patris ſeu filio Dei ſcriptum eſt, Reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. *Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*, id eſt, priſtinis
Pſal. 102. vitiis extirpatis, ſpiritualiter reformemur, & Chriſtiformi-
Pſal. 27. ter conuerſemur, quatenus renouetur, vt aquilę iuuentus noſtra, refloreátq; & reuiuiſcat, vegetetur, creſcat, ac perficia-
E tur quotidie ſpiritus noſter in ſplẽdore gratiæ Dei. *Si autem complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius*, id eſt, ſi more plantę ſeu arboris, eradicati fuerimus à ſimilitudine præcedentium vitiorum & facti fuerimus complantati, id eſt firmiter inhærentes, & confirmati ſimilitudini mortis eius, id eſt, veſtigiis dominicæ paſſionis, conformando nos paſſionibus Chriſti, moriendóque culpæ, ſicut ipſe mortuus eſt pœnis peccati. *Simul & reſurrectionis erimus*, id eſt, tunc etiam complantabimur ſimilitudini reſurrectionis Chriſti, ambulando in nouitate vitæ, quæ per Chriſti reſurrectionem figuratur. Mors nempe & reſurrectio Chriſti non ſolùm ſunt res, ſed etiam ſacramenta ſeu ſigna. Mors ergo Chriſti ſignificat veteris ac vitioſæ conuerſationis occiſionem. Reſurrectio verò ſpiritualem mentis renouationem.



F In baptiſmo autem morimur priſtinæ vitæ, id eſt actibus vitiorum. Si ergo in hac vitiorum mortificatione manſerimus, non redeundo ad vitia, tunc reſurrectioni Chriſti ſimiles erimus cœleſtem conuerſationem habendo in terra:
1. Tim. 2. quemadmodum dicit Apoſtolus, Si commortui ſumus, & conuiuemus. *Hoc ſcientes quia vetus homo noſter*, id eſt, quilibet noſtrùm ſecundum vitioſam ac veterem conuerſationem. *Simul crucifixus eſt*, id eſt, ſimul cum Chriſto affixus eſt cruci per præfigurationem & obligationem. Per hoc enim quod crucifixus eſt Chriſtus, præmonſtratum eſt quòd quilibet noſtrùm ſi velit ſaluari, debeat Chriſtũ ſequi, tol-
Luc. 9. lendo crucem ſuã quotidiè. Ad hoc quoq; obligat nos crucifixio Chriſti domini noſtri, quoniam nõ eſt ſeruus maior

domino

domino ſuo. Vel vetus homo noſter,id eſt, quilibet noſtrũ A
ſecundum originale peccatum à veteri Adam contractum, *Ioan.15*
ſimul crucifixus eſt,id eſt,huic peccato mortificatus,quia in
Chriſti paſſione liberati ſumus ab iſto peccato, ita vt nõ im
putetur nobis in culpam , nec propter ipſum obligemur ad
pœnam damni,videlicet diuinæ viſionis carentiam. *Vt de-*
ſtruatur corpus peccati,id eſt,quatenus caro noſtra multis pec
catis maculata deſtruatur,non quantum ad eſſe naturæ , ſed
quantum ad eſſe culpæ : quemadmodum alibi ait Apoſtol. *Coloſſ.3.*
Mortificate membra veſtra,quæ ſunt ſuper terram. Et Chri- *Matt.18*
ſtus,Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum & proiice abs te. *Prou.12.*
Hinc etiam à Sapiente dicitur,Verte impios, & non erunt.
Vt vltra non ſeruiamus peccato,id eſt,nõ vincamur à malo,nõ
ſuccumbamus tentationi , nec ratio noſtra ſubdatur iniqui- B
tati,ſed eam ſibi ſubiiciat. Vnde ſcriptum eſt. Omnis qui fa-
cit peccatum , ſeruus eſt peccati. Et Petrus, Iniqui ſunt ſerui *Roma.12.*
corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt , huius & ſeruus *Ioan.8.*
eſt . Alij,quos legi,ita exponunt,Vetus homo noſter,id eſt, *2.Petri.2.*
fomes peccati,ſimul crucifixus eſt,id eſt,Chriſti crucifixio-
ne,& eius paſſionis virtute debilitatus eſt. Vel, vetus homo
noſter,id eſt,conuerſatio vitioſa.(De quo homine Epheſiis *Ephe.4.*
ait Apoſtolus , Exuite veterem hominem) ſimul crucifixus
eſt, id eſt, morte Chriſti deleta eſt,vt deſtruatur corpus , id
eſt,vniuerſitas atque cõgeries peccati. De quo corpore Sal *Matth.6.*
uator, Si oculus tuus, inquit , fuerit nequam, totum corpus
tuum tenebroſum erit,id eſt,operum tuorum congeries.
Qui enim mortuus eſt, peccato,id eſt,à peccato liberatus: Vel, C
qui mortuus eſt,id eſt,configuratus morti Chriſti, per ſuſce
ptionem baptiſmatis. *Iuſtificatus eſt à peccato*,id eſt,liber fa
ctus ab eo,nec ſubiacet vitio . Baptiſmus enim aufert pœnã
& culpam. *Si autem mortui ſumus cum Chriſto*,id eſt paſſioni-
bus eius conformati, & ita mortui culpæ , quomodo Chri-
ſtus mortuꝰ eſt pœnę,videlicet ſine recidiuo. *Credimus quia*
ſimul etiam viuemus cum illo,nõ ſolùm vita gratiæ in præſenti,
ſed etiam vita gloriæ in futuro. *Scientes*,per fidẽ certiſſimam.
De qua ſcientia ait Iob , Scio quòd redemptor meus viuit. *Iob.19.*
Quod Chriſtus reſurgens ex mortuis,iã non moritur,id eſt de cę
tero non morietur,ſicut Origenes fertur dixiſſe,quòd Chri
ſtus ſecundò pro dæmonibus paſſurus eſt. Surrexit enim nõ *Origenis*
ſolùm ad immortalem,ſed etiam ad impaſſibilem vitã. *Mors* *error.*

D corporalis. *Illi vltrà non dominabitur*, præualendo vitę eius corporali, seu animam separãdo à corpore, & multo minus mors gehennæ dominata est Christo. *Quod enim mortuus est peccato*, id est, nostrorum peccatorũ demerito, & propter
Thren. 4. expiationem vitiorum nostrorum: iuxta illud Threnorum, Christus dominus captus est in peccatis nostris. Et illud E-
Esa. 13. saiæ, Attritus est propter scelera nostra. *Mortuus est semel*, in
Zach. 3. die parasceues, de qua die dominus per prophetã loquitur, Auferam iniquitatem terræ illius in die vna. Tũc enim deus abstulit peccata ecclesiæ, quæ est terra Christi, per meritum passionis ipsius. *Quod autem viuit*, post resurrectionẽ. *Viuit Deo*, id est, ad gloriam Dei. *Ita & vos*, ô Romani, immò quicunque fideles. *Existimate vos* (ipsos) *mortuos quidem esse*
E *peccato*, id est, liberatos à vitiis meritò saluatoris. *Viuẽtes autem Deo*, id est, deiformiter atque deificè, scilicet ad gloriam Dei, operando diuina, contemplando atque amando cœlestia. Viuere equidem Deo aliud nihil est, nisi operari ea quæ Deo sunt placita, & diuinę vitę vtcũque assimilari. *In Chri-*
Finis. *sto Iesu*, domino nostro, id est, per gratiam Christi, & permanẽdo in ipso, tanquã in mediatore, saluatore, & capite. Ipse
Ioan. 15. enim profitetur, Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. *Non ergo regnet*, id est, virtutibus nõ
Gene. 8 præualeat, nec rationẽ subiiciat. *Peccatũ*, actuale, vel fomes peccati, quæ dicitur peccatũ causaliter, quia inclinat ad culpam, & quanuis transeat reatu, permanet tamẽ actu, inquantum est pœna, & virtuosæ exercitationis, spiritualisque pu-
F gnæ materia. *In vestro mortali corpore*, prochiui ad vitia, de quo scriptum est, Corpus quod corrumpitur, aggrauat ani-
Sapien. 9. mã. *Vt obediatis concupiscentiis eius*, id est, carnalibus desideriis, seu fomitis inclinationibus consentiatis. Hoc nanque præposterum est & peruersum, vt sensualitas rationi præua-
Eccle. 18 leat, aut caro dominetur spiritui. Propter quod in Eccle. legitur, Post concupiscentias tuas non eas, & à voluptate auertere. *Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato*, id est, inẽbris corporis vestri seu organis nolite abuti, extẽdendo ea ad mala, nec fiãt arma iniquitatis, id est, instrumẽta culpæ, peccato, id est, ad executionem peccati, quę à Deo collata sunt vt sint instrumenta virtutum, quatenus anima per corporis membra tendat in actum virtutum exteriorem. *Sed exhibete vos Deo*, id est, ad Dei obsequiũ vos

apta-

aptate,& animas veſtras Deo per ſanctam obedientiam im- A
molate: quatenus ſicut totum quod habetis & eſtis, à Deo 1. Cor. 4
recepiſtis, ſic totum ei reddatis, ſeruiendo ei mente & cor- Lucæ. 1.
pore, *Tanquam ex mortuis viuentes*, id eſt, ſicut à morte cul
pæ ad vitam gratiæ ſuſcitati. *Et mẽbra veſtra* (exhibete) *ar-
ma iuſtitiæ*, exercendo per ea actus virtutum, & opera æqui-
tatis *Deo*, id eſt, ad Dei honorẽ ac laudem. *Peccatũ enim vo
bis non dominabitur*, neceſſitatem imponendo, dummodo ad
Chriſti gratiam confugiatis. Vel, peccatũ, id eſt, fomes pec-
cati vobis non dominabitur, trahendo vos ad peccatũ mor
tale. Repreſſa nãque & diminuta eſt inclinatio fomitis per
gratiam Chriſti: ita vt ſtantes in gratia gratum faciẽte poſ-
ſint omne peccatum mortale vitare, quod non poſſunt adul
ti, qui gratia carent. Sicut nec gratiã habẽtes vitare poſſunt B
omnia venialia ſaltem diu. Sicut enim in iſtis ſenſualitas nõ Eſa. 2.
eſt rationi perfectè ſubiecta, propter quod interdum veni-
aliter peccant, ita in illis nõ eſt ratio Deo ſubiecta cum de-
bito ordine vltimi finis, idcirco diu viuere nequeũt ſine mor
tali. *Non enim eſtis ſub lege*, Moſaica, quæ bona præcepit, &
mala prohibuit, gratiam verò adimplendi uon præſtitit. *Sed
ſub gratia*, euangelicæ legis & Chriſti. Ideo peccatum vobis
non dominabitur, ſi feceritis quod in vobis eſt. Circa hoc
mouet apoſtolus quod vidit moueri poſſe ab aliis. *Quid er-
go?* reſtat. *Peccabimus quoniam non ſumus ſub lege*, veteri? *Sed
ſub gratia*? id eſt, an hoc licet vt gratia Dei abutamur, idẽo
peccãdo ſecurius, quia à minis & pœnis temporalibus legis C
liberati ſumus? *Abſit*. Hoc enim vile atque peruerſum eſ-
ſet, ſicut oſtendunt ſequentia. *An neſcitis quoniam cui exhibu Epiſt.
ſtis vos ſeruos ad obediendum*, id eſt, cui vos ſponte ſubieciſtis,
Serui eſtis eius cui obediſtis? hoc palam eſt. Ad rationem enim
ſerui pertinet obtẽperare mãdato alterius. *Siue peccati ad
mortẽ*, id eſt, ſi exhibuiſtis vos ſeruos peccato, ſerui eſtis pec-
cati ad mortem culpæ in via, & ad mortem pœnæ in gehen
na. Ad hæc enim perducit ſeruitus culpæ. *Siue obeditionis ad
iuſtitiã*. id eſt, ſi exhibuiſtis vos ſeruos obedientiæ diuinorũ
mãdatorũ, facti eſtis ſerui obediẽtiæ huius ad iuſtitiã, id eſt,
ad hoc vt iuſti ſitis. *Gratias autem* (refero) *Deo*, cui de omni
bono agẽda eſt gratiarũ actio, *Quod fuiſtis*, ante veſtrã con
uerſionem, *Serui peccati: obediſtis autem ex corde*, id eſt, animo 2. Cor. 10
prõpto atq; ſpõtaneo. *In eam formam doctrinæ*, id eſt, in inſti

D tutionem euangelicæ disciplinæ, operando secundum præ-
cepta & consilia Christi. *In qua*, doctrina seu forma. *Traditi*
estis, scholæ Christi siue ecclesiæ, vt tenendo hanc formam
Ioan.15 sitis filij ac discipuli Christi & ecclesiæ. *Liberati autem à pec-*
Finis. *cato*, non solùm per Christi passionem, sed etiam per diligen
tem vitiorum euitationẽ, quæ tamen euitatio vobis per gra
tiam Christi confertur. *Serui facti estis iustitiæ*, id est, iustitiæ
Ioan.15 subiecti estis, implendo præcepta iustitiæ. Sed quia doctri-
na seu iussio proportionanda est capacitati discipulorũ ac
subditorum, idcirco infirmis seu imperfectis proponit Apo
Epist. stolus præceptum facile & humanum, *Humanum dico, pro-*
pter infirmitatem carnis vestræ, id est, leue & naturali rationi
consonum do vobis præceptum, & hoc propter vestram im
E perfectionem, & carnis vestræ fragilitatem, propter quæ nõ
potestis præceptum perfectionis seu solidum capere cibum.
Hebr.3 Deinde ponit præceptum. *Sicut enim exhibuistis membra ve*
stra seruire immunditiæ, id est, carnalibus vitiis, scilicet gulæ,
luxuriæ &c. *Et iniquitati*, id est, spiritualibus peccatis. *Ad ini*
quitatem, progrediendo de vno peccato in aliud, iuxta illud
Eccle.3. cuiusdam sapientis, Peccator adiiciet ad peccandum. Et il-
Apo.22. lud Apocalypsis, Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vn-
Esa.5. de per Esaiam ait scriptura, Væ qui trahitis iniquitatem in
funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Ta
Grego. les sunt perseuerantes in malo, quoniam (teste Gregorio)
peccatum quod statim per pœnitentiã non deletur, suo pon
dere trahit ad aliud. *Ita nunc*, agnita veritate *Exhibete*, id est,
F præbete & date. *Mébra vestra seruire iustitiæ*, id est, virtutibus
vniuersis, manibus dãdo eleemosynã, pedibus eũdo ad eccle
siam, oculis peccata deflendo, auribus verba Dei audiendo,
ore deũ laudãdo. *In sanctificationẽ*, id est, verè & plenè profi-
ciatis in gratia Dei, in sanctitate & omni perfectiõe, quẽad
Apo.22 modum in Apoc. habetur, Sãctus sanctificetur adhuc. Vnde
Leuit.11. per Mosen dominus præcepit. Sãcti estote, quoniã ego san-
Deut.18. ctus sum dominus deus vester. Et rursus, Perfectus, & absq;
macula eris cũ domino Deo tuo. Ecce saluberrimũ documẽ
tũ, rationabilissimũq; præceptũ, à quo nemo excusare se po
test. Quid enim tã vile ac érubescibile, vt quòd post nostrã
cõuersionẽ simus pigriores, negligẽtiores ac frigidiores in
obsequio Dei, q̃ olim eramus in seruitute diaboli, carnis &
mãdi? Laborãdũ ergo est nobis, vt verè ac plenè cõuertam'

mores

mores noſtros? Sed quia hoc adimplere nō eſt volētis, neq; currentis, ſed Dei miſerentis, dicamus cū Hieremia, Cōuerte nos domine, & conuertemur. *Cùm enim ſerui eſſetis peccati* obediēdo cōcupiſcētiis & paſſionibus veſtris. *Liberi fuiſtis iuſtitiæ*, id eſt, domino iuſtitiæ caruiſtis, & ſpoliati eratis bono iuſtitiæ, atq; extranei à rectitudine æquitatis, nō obtēperādo mādatis diuinis, quod veræ libertati maximè derogat. Liberaliter ſeruit, qui volūtatē domini libēter facit: ideo ad peccādū liber eſt, qui ſeruus eſt peccati. Iuſtitiæ quoq; liberè ſeruit, qui amat & delectatur in ea. Hæc eſt vera libertas. *Quem ergo fructum*, id eſt, profectum ſeu vtilitatē. *Habuiſtis tunc in illis*, quādo ſceleratè vixiſtis. *In quibus nunc erubeſcitis?* id eſt, in actibus vitioſis ac turpibus, de quorū perpetratione verecūdamini modò ad deū cōuerſi, atq; diuinitus illuſtrati, ac per hoc inhoneſtatem peccati agnoſcentes? Peccator nāque poſt ſuā conuerſionem erubeſcit de malis, in quibus aliquando gloriabatur, quemadmodū ſcriptū eſt, Erubeſcite & cōfundimini ſuper vitiis veſtris dicit dominus. *Nam finis*, id eſt, merces finalis. *Illorū*, turpiū vitiorū. *Mors eſt*, id eſt æterna damnatio. Vel, mors iſta temporalis, eſt finis, id eſt, terminus illorum, quia poſt mortem hanc non poſſunt impij talia agere, propter quod eorum delectatio breuis eſt. *Nunc verò liberati à peccato*, per Chriſti paſſionem, tanquam per cauſam meritoriam vniuerſalem, per propriam quoque pœnitentiam ſeu baptiſmum tanquam per cauſam meritoriam particularem per gratiæ autem infuſionem, formaliter. *Serui autem facti Deo*, obediendo eius præceptis, ſeu acquieſcendo eius cōſiliis, *Habetis fructum veſtrum*, id eſt, profectum ſeu perfectionem vobis congruentem. *In ſanctificationem*, animarum veſtrarum, ita quod fructus iſte eſt ſanctificatio veſtra, ſeu puritas animæ. Vnde ait dominus, Beati mūdo corde, quoniam ipſi deum videbunt. *Finem verò*, id eſt, finale, conſummatúmque præmium habetis. *Vitam æternam*, quæ erit tota merces veſtra. Ad hunc fructū ſeu cordis puritatem, omnia exercere debemus, ſemper ſolliciti coram diuino conſpectu habere cor mūdum, in quo, ſcilicet in habendo cor mundum, cōſiſtit ſumma viæ eius perfectio: quia vt Salomon ait, Qui diligit cordis munditiam amicū habebit regem. Vita autem æterna (quæ eſt viſio dei in patria) eſt finis vltimatus, ad quem etiam ipſa puritas animæ viatricis

A
Roma. 9
Thren. 9.

B
Ezech. 43.
Ezech. 36

C
1. Theſſ. 4
Matth. 5.
Matth. 6.
Prouer. 22
Ioan. 17.

D disponit ac ordinatur. Post hæc ostendit Apostolus, quòd finis illorum, vtpote vitiorum est mors atque damnatio animæ. *Stipendia enim peccati*, hoc est, retributio debita, quæ pro
Gene. 3 peccato infligitur, est *Mors*, temporalis & æterna. Ex originali enim peccato processit mors corporalis in pœnam illius peccati. Propter quod legitur in libro Sapientiæ, deus
Sapien. 1 mortem non fecit. Inuidia quoque diaboli mors introiuit
Sapien. 2 in orbem terrarum. Pro peccato autem actuali mortali, infligitur mors æterna, quæ vtique est à Deo, cum sit iusta pœna: sicut scriptum est, Mors & vita ab ipso sunt. *Gratia autem*
Eccle. 11 *Dei*, id est, ex gratia seu per gratiã Dei datur iustis pro præmio, *Vita æterna*. Non hoc dicitur merita excludendo: sed vt insinuetur quòd principaliter adscribẽdũ sit gratiæ dei,
E qui etiam præmiat vltra condignum. Electi enim per gratiam merentur vitam æternam. Vnde tam meritum quàm præmium nostrum, primò & maximè dependet atque procedit ex pietate Dei, & gratia eius quam efficit in nobis. Hæc autẽ vita ęterna est. *In Christo Iesu domino nostro*, tanquam in obiecto, & causa effectiua principali secundum diuinam eius naturam, sicut in patre & spiritu sancto. Tota enim superbenedicta trinitas, est causa efficiens & obiectum vitæ ę-
Ioan. 17 ternæ, id est, beatitudinis electorum. Porrò in Iesu Christo (id est, per eum) datur nobis gratioſè vita æterna, quia (sicut iam sæpius dixi) omnia dona nobis per Christum hominem conferuntur.

Cap. VII. *An ignoratis fratres.*

F

ARTICVLVS X.

Actu. 18. IN capituli huius exordio probat Apostolus cessationem legis Mosaicæ per exemplum. *An ignoratis fratres*, O vos Romani fideles, an nescitis quæ dicam? Et scio quia non ignoratis ea. *Scientibus enim legem loquor*, id est, vobis Romanis in Christum credentibus; qui partim fuistis sub lege Moysi, & estis ex Iudaismo Christiani effecti, propter quod legẽ Mosi scitis: partim verò Gentiles fuistis, atque sub ciuili lege vixistis, & ideo legem hanc nescitis. Barbari verò qui legibus non reguntur, nullam harum legum noue-
Ioan. 1. rũt. An inquam nescitis. *Quia lex* Mosaica, & ciuilis. *Domi-*
1. Cor. 7 *natur in homine*, id est, hominem obligat ad obseruantiam
Gene. 3 legis. *Quanto tempore*, id est, quàm diu *Viuit*? hoc est, vigorem ac statum sortitur lex ipsa. Si autem lex perfectior prio-,

priorem euacuans, superueniat, cessat lex prima; nec am- A
plius obligat, sicut cessauit lex Moysi superueniente lege
Christi. Huius rei exemplum subiungitur, *Nam quæ sub vi-* 2. Cor. 7.
ro est mulier, id est, fœmina legitimè maritata & viro subie-
cta: iuxta illud, Sub viri potestate eris. *Viuente viro alligata*
est legi, viri, quia tenetur ei debitum reddere, nec potest ab
eo discedere. Mulier enim potestatem corporis sui non ha-
bet, sed vir. *Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege*
viri, in tantum vt si vir eius resurgeret, non teneretur eum
recipere, nisi ex condecentia quadá, vt dicitur. *Igitur viuente*
viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro; vxorato vel nõ
vxorato. *Si autem mortuus fuerit vir eius*, morte naturali aut
certè ciuili ante copulam. *Liberata est à lege*, hoc est, à iure
Viri vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Potest enim nu- B
bere cui placuerit, tantum nubat in domino. Præterea ap-
plicat præinductam similitudinem apostolus ad propositũ
de cessatione legis scriptæ. *Itaque fratres mei, & vos mortifica-*
ti estis legi, id est, à debito & vigore Mosaicę legis soluti, *Per* Gala. 3
corpus Christi, id est, per ea quæ verbum Dei fecit, assumpsit,
& pertulit in corpore Christi, videlicet per Christi incarna
tionem, per corporis sui in cruce expansionem, vel etiã per
incorporationem qua Christo incorporati, vnum estis cum
ipso effecti. *Vt sitis*, vos *Alterius* (scilicet Christi) *qui ex mor-*
tuis resurrexit, id est, esse vestrum ac vitam ad Christi gloriã
ordinetis, nec vobisipsis, sed ei viuatis: non sequendo desi-
deria propria, sed Christi mandata, nec insistendo priuato C
amori, sed diuinę charitati. Qui si abnegant semetipsos, cor psa. 113.
dialiter dicunt illud Psalmistæ, Non nobis, domine non nõ
bis, sed nomini tuo da gloriam *Vt iustificetis Deo*, id est, ope-
ra virtuosa agatis ad gloriam Dei. Omnis enim arbor quæ Matth. 3
non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.
Qui autem manet in me (ait Christus) hic fert fructum mul- Ioan. 15.
tum. Insuper manifestat legem iam esse euacuatam ex con
sideratione status qui erat sub lege. *Cum enim essemus in*
carne, hoc est in carnalibus & cæremonialibus operibus le-
gis, seu vitiis carnis, tempore legis antiquæ, *Passiones pecca-*
torum, id est, passiones seu sensitiuæ partis inordinatæ mo-
tiones interiores, *Quæ per legem erant*, id est, ex iussione aut
prohibitione legis ex occasione in nobis incitabantur.
Operabantur in membris nostris, id est, ad opera praua induxe

D runt membra noſtra, vt oculus per res varias fornicaretur,
2. Cor. 2. manus alium cæderet, lingua mentiretur, *Vt fructificarent morti*, id eſt, opera morti congrua, æternaque morte digna patrarent. *Nunc autem* (ſcilicet tempore gratiæ) *ſoluti ſumus à lege mortis*, hoc eſt, ab obligatione & obſeruatione Moſaicę
Exod. 21. legis quæ nominatur lex mortis, quia ex occaſione mortem
Deu. 21. ſpiritualem inferebat, augendo culpam ratione trangreſſionis præcepti, & incitando concupiſcentiam. Vel, quia tranſgreſſoribus ſuis temporalem intulit mortem, ſicut per Moyſen ſępius dicitur, Qui fecerit hoc, vel hoc, morte moriatur, *In qua* (lege) *detinebamur*, id eſt, ad cuius obſeruantiam obligati eramus, vſque ad publicationem euangelicæ legis: nũc verò ſoluti ſumus, *Ita vt ſeruiamus* (Deo) *in nouitate ſpiritus*,
E id eſt, in ſpirituali renouatione mentis, quemadmodum ſcriptum eſt, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Vel in nouita-
Hebr. 10. te ſpiritualis intelligentiæ. *Et non in vetuſtate literæ* id eſt,
Epheſ. 4. obſeruãtis literalibus ſeu cæremonialibus veteris teſtaméti.
2. Cor. 3 Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.

Quoniam verò veterem legem, vocauit legem mortis, ne
Hiere. 10. quis ex hoc erroris occaſionem eliciat, vt Manichæi dicentes legem Moyſi datam à dæmone, remouet Apoſtolus talem errorem. *Quid ergo dicemus?* ſi ita eſt vt dixi, *Lex peccatum eſt?* id eſt, an tunc dicendum ſit, quòd lex ſit vitioſa, peccatiúque cauſa per ſe? *Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legem*, id eſt, hoc magis tenendum affirmo, quòd lex ſit bona, quoniam ordinatur ad bonum, ſcilicet ad diſcernendum
I inter bonum & malum, inter virtutes & vitia, quatenus mala vitentur, & bona agantur. Ideo ait peccatũ non cognoui eſſe peccatum, ſaltem ita perfectè atque communiter, ni-
Exod. 10 ſi per legem, hoc eſt, legis inſtructionem. *Nam concupiſcentiam*, carnalem & inordinatam, *Neſciebam* (eſſe peccatum) *niſi lex diceret, Non concupiſces.* Loquitur autem Apoſtolus in perſona generis humani, præſertim eorum in quibus non naturalis ſic obtenebrata fuerat vitiis, vt inter bonũ & malum, parum aut nihil diſcernerent. Quorum multi putabãt cogitationes non procedentes in actum prauum, & ſimplicem fornicationem, atque ſimilia quædam non eſſe peccata. De quibus propheta, Væ qui dicitis bonum malum,
Eſaiæ. 5. & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. His ergo oſtendit lex, quid ſit culpabile. Nam & ipſi

igno-

ignorarent concupiſcentiam, niſi lex diceret. Non concupi A
ſces. Ad vitandum autem peccatum requiritur peccati co- 1. Cor. 15.
gnitio, ideo lex potius retrahit à peccato, quàm ſit cauſa ipſius. Eſt tamen occaſio peccati per accidens ex parte noſtri: qui ſicut naturaliter appetimus libertatẽ, ita cõmuniter inclinamur, ac nitimur in vetitum, ne noſtra libertas videatur arceri. *Occaſione autem accepta, peccatum per mãdatum*, hoc eſt, concupiſcentia ſeu fomes peccati, imò & dæmon tentator occaſionem peccandi ſeu impugnandi accipiens ex mandato legis, quæ concupiſcentiam prohibebat: ex tali enim mãdato irritabatur & prouocabatur concupiſcentia. Dæmon quoque videns homini datam legem, cœpit fortius eum inuadere atque tentare: ſicque peccatum, *Operatum eſt in me*, hoc eſt, ac operandum induxit me, *Omnem concupiſcentiam*. B
lege prohibitam, ita quòd concupiſcentia mala proceſſit in opus, *Sine lege enim*, id eſt, lege nondum accepta, vel eius cognitione nondum adepta. *Peccatum mortuum erat*, hoc eſt, fomes peccati non ita viguit, ſed erat debilior, quia non tantum excitatus vt poſtea, nec tantum impugnabatur à dæmone, minus quoque imputabatur à Deo.

Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Scire oportet, quòd Apoſtolus loquitur hîc in perſona hominis communiter. Vnde non omnia quæ dicit ad eoſdem referantur. Nunc ergo loquens in perſona hominis, qui ad tempus vixit ante legem Moſaicam, & ad tempus ei ſubiacuit, dicit, Ego autem viuebam vita gratiæ, vel ſimpliciter, vel reſpectiuè, id eſt, carendo peccato mortali, vt minus peccando ſine lege ſcripta aliquando, id eſt, antequam data eſt lex ſcri- C
pta. Tunc enim vt dictum eſt minus viguit fomes. *Sed* 1. Cor. 15.
cùm veniſſet mandatum, legis, id eſt poſtquam lex lata eſt mihi, *Peccatum reuixit*, id eſt, fomes ſeu eius effectus (videlicet culpa) inſoleſcere, rebellare, vigereque cœpit. *Ego autem* ſpiritualiter, *Mortuus ſum*, ſub lege peccato reuiuiſcente in me. *Et inuentum eſt mihi*, id eſt, ad incommodum meum *Mandatum legis. Quod ordinatum*, ac datum, *Erat ad vitam*, gratiæ in præſenti, vitâque gloriæ in futuro. *Hoc eſſe ad mortem*, culpæ in via, atque ad mortem damnationis in gehenna. Cuius ratio atque declaratio ſubditur. *Nam peccatũ*, hoc eſt, cõcupiſcentia ſeu fomes. *Occaſione accepta per mandatum*, ſecundum ſenſum iam præinductum. *Seduxit me*, id eſt, ra-

D tionem meam ſubuertit, vt potius inhæreret bono commu-
2. Cor. 5. tabili & caduco quàm ſummo & increato. *Et per illud*, id eſt, hanc ſeductionem, illicitumque conſenſum, *Occidit* me, inducens me ad delectationem mortiferam, ſeu culpam mortalem: quæ tollit charitatem, in qua animæ vita conſiſtit. *Præterea* ex prędictis infert apoſtolus, *Itaque lex quidem*, ſcripta, eſt *Sancta* quia prohibet vitia, præcipitque honeſta. Vnde ſecũdum Iſidorum, Lex eſt iuſſio ſancta, iubens honeſta, *Et mandatum*, legis, eſt, *Sanctum*, hoc eſt, ad diuinum cultum
Iſidorus. Leui. 29. directè ordinatum, non ad agẽdum peccatum, quamuis homo ex fomitis corruptione ex occaſione mouetur ad vitiũ audito legis præcepto. *Et iuſtum*, quoniam docet & imperat vnicuique dare quod ſuum eſt, & iniuſtitiam dignè vlciſci-
E tur, *Et bonum*, quia ad vltimum finem, qui optimus eſt, dirigit. Hinc ait Pſalmiſta, Lex domini immaculata cõuertens
Pſal. 18. Prou. 6. animas, & cætera. Et Salomõ, Mandatum lucerna eſt & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. Ex his infert apoſtolus quod ſequi videtur, & tamen ſecundum veritatem non ſequitur, *Quod ergo bonum eſt*, id eſt, legis mandatum in ſe bonum cõſiſtens, *Mihi factum eſt mors?* id eſt, cauſa ſpiritualis necis. Dixit enim mandatum eſſe ad mortem, & per mandatum reuixiſſe peccatum. *Abſit*, hoc eſt, iſtud non ſequitur. Quamuis enim per mandatum reuixerit culpa, hoc tamen non per ſe neque ex iniuſtitia legis, ſed malitia hominis, bono ex occaſione abutentis. Ideo additur. *Sed peccatum*, id eſt, concupiſcentia vel fomes, *Vt appareat peccatum*,
F id eſt, ſciatur eſſe illicita, vel vt peccatum intus latens, foras erumpat ac pateat, *Per bonum*, hoc eſt, per legem non directè ſed ex occaſione. *Operatum eſt mihi mortem*, id eſt, ad mortale peccatum induxit me, priuans me gratia Dei animam viuificante. Dato quippe mãdato magis inflammata eſt concupiſcentia mala, magisque prouocata eſt cõtra hominem tentatoris inuidia atque ſuggeſtio. *Vt fiat ſupra modum*, conſuetum, & vltra menſuram, *Peccans peccatum*, id eſt, concupiſcentia nos peccare faciens, ita quod concupiſcen-
Coloſ. 3. tia facit magis peccare ſub lege quàm ante. *Per mandatum*, occaſione, ſicut expoſitum eſt. Vel ſic, vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum, id eſt, actuale peccatum ex fomite naſcens, quo Deum offendimus modum excedat per mandatum: Nam idem peccatum lege accedente gra-

uius

uius est quàm antè,& quod antè erat tantummodò peccatũ A
seu culpa, postmodũ etiam præuaricatio est, hoc est, diuinæ
legis transgressio. Propterea fit supra modum peccans pec-
catum, quia diuersis de causis displicet Deo, & variis modis
aduersatur iustitiæ. Deinde manifestat Apostolus legem
esse spiritualem, hoc est, carnales atque illicitas concupiscen
tias prohibentem. *Scimus enim quia lex spiritualis est*, quia *Ioan. 8.*
& data est à spiritu sancto per spiritum angelicum, quatenus *Acto. 7.*
lege accepta viueret homo secundum spiritum, non secun-
dum carnem. *Ego autem carnalis sum*, carnaliter viuens, pas-
sionum inclinationes sequendo. Loquitur autem Apostо-
lus (sicut iam dictum est) in persona hominis generaliter.
Nunc enim loquitur in persona eius, in quo inuenitur pec-
cans peccatum supra modum homini, scilicet, qui legem trã- B
greditur. Quasi dicat, Quamuis ego carnalis sim, nihilomi-
nus lex spiritualis est. Itaque carnalis sum. *Venundatus*, id
est, damnationi seu dæmonis potestati ac iuri, vel miseræ ser
uituti expositus atque obnoxius factus. *Sub peccato*, primi *Gene. 3.*
parentis, qui seipsum & posteritatem suam vendidit hosti,
faciẽdo quod ille proposuit. Vel potius sub peccato actua-
li & proprio, id est, peccatorũ meorum demerito, sicut per
Esa. dominus profitetur. Ecce in iniquitatibus vestris vendi- *Esa 50.*
ti estis. Et dictum est Achab. Venundatus es vt faceres ma- *3. Reg. 21.*
lum coram domino. Vendit nanque se homo libero arbi-
trio, & recipit pro precio vile bonum ab aduersario suo.
Quod enim operor, inquantũ carnalis, videlicet sensualitatem
sequendo. *Non intelligo*, id est, non verè consido, nec rectè
attendo. Nullus enim respiciens ad malũ operatur secundũ C
Dionysiũ. Vnde malũ nec agitur neq; appetitur, nisi sub ra- *Dionysius.*
tione boni. Propter quod Salomõ ait, Omnis viri via recta *Prou 21.*
sibi videtur. Vel non intelligo, id est, intus nõ lego tale ma- *2. Mac. 1.*
lum, tanquam rationi consonum. *Non enim quod volo bonum*,
id est, actum virtuosum, quem secundũ rationis dictamẽ vo
lo & approbo. *Hoc ago*, quia carnalitati vitiisque succũbo:
Sed quod odi malum, id est, peccatum quod secundum ratio-
nis censuram detestor. *Illud facio*, passionibus cedens & sen-
sualitati consentiens. *Si autem quod nolo*, secundum rationẽ *Psal. 18.*
Illud facio secundum sensualitatem. *Consentio legi quoniam*
bona est, id est, legem approbo, quia quod illa prohibet, ratio
mea malum esse cognoscit. *Nunc autem*, hoc est, istis sic stan-

D tibus. *Iam ego non operor illud*, id eſt, malum, inquantũ homo ſeu rationalis creatura, cuius eſt vitia abhorrere, virtutes diligere, & deprecari ad optima. *Sed quod habitat in me peccatũ*, id eſt, fomes peccati ſeu concupiſcentia firmiter radicata in
Iaco. 4. me cauſa mali impellendo ad ipſum. Tanquam dicat, Non vt rationalis, ſed vt brutalis ſeu beſtiis ſimilis ago hoc malũ, quod ratio reprobat. Ad horum intelligentiam pleniorem habendam, oportet aduertere quòd Apoſtolus aſſumit hoc loco perſonam duorum hominum, ſcilicet interioris & exterioris. Vel potius duplicis hominis, id eſt, eiuſdem, ſecundum duplicem portionem ipſius. Eſt enim in homine duplex pars, videlicet intellectiua & ſenſitiua, ſeu ratio & ſenſualitas, quæ aliter appellantur ſpiritus & caro, homo inte-
E rior, atque exterior. Ratio autem competit homini ſecundum propriã hominis diffinitionẽ: ſenſualitas verò ſecundũ id quod cum brutis communicat. Idcirco quod agit & vult ſecundum rationem, hoc dicitur propriè velle & agere. Hoc enim agit & vult ſecũdũ quod homo. Quod verò agit aut appetit ſecundũ ſenſualitatem ſeu partem ſenſitiuã ſine rationis aduertentia ſeu conſenſu, non dicitur propriè agere ſiue appetere, quia non agit nec appetit illud inquantum homo, ſed vt iumentis communicans. Sicque apparet quomodo homo dicitur agere quod tamen non agit: ſicut iam dixit apoſtolus: Quod nolo facio. Et iã: ego nõ operor illud. Deniq; non ita intelligendũ eſt, quod ait, Iã ego nõ operor illud, ſed q̃ habitat in me peccatum, quaſi homo nequaquam operetur illud, vel à vitio excuſetur, ſed quia non
F agit illud, vt homo bene diſpoſitus. *Scio enim* per experientiã reluctationis ſenſualitatis contra rationem. *Quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea*, videlicet in homine exteriori & parte ſenſitiua, *Bonum*, id eſt, virtus, ſeu habitus ad bonum
Genc. 8. inclinans, ſed potius ad oppoſitum. Per hoc autẽ quod ait, hoc eſt in carne mea, inſinuat q̃ in parte intellectiua habitet bonũ puta ſyndereſis, quę remurmurat malo, & tendit in bonũ. Ideo ſubdit. *Nam velle adiacet mihi*, id eſt, ſecundum hominẽ interiorem inclinor ad bona, & volo honeſta. *Perficere autem bonũ*, id eſt, opere adimplere. *Non inuenio* in me, quoniam ſine gratia illud nõ valeo, maximè propter rebellionẽ ſenſualitatis. *Non enim quod volo bonũ hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego*

operor

operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Hæc iam præhabi A
ta atq; expoſita ſunt. Ex his infert Apoſtolus legem ſcriptã eſſe bonam, quoniam ratio naturalis ei conſentit. *Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum*, id eſt, cum bona agere cupio, inuenio legem tam naturalẽm quàm ſcriptã conſonã mihi bona volenti. Ex quo ſequitur legem eſſe bonã. *Quoniam mihi malum*, id eſt, pronitas ad peccandum *Adiacet*, id eſt, in promptu eſt: Pronior enim ſum ad mala quàm ad bona, propter corruptionem naturæ. Tanquã dicat. Ideo volo *Genc.8.*
bonum, & erigo me contra meipſum, quoniam cerno me ad mala procliuem, cui procliuitati cupio reſiſtere. *Condelector enim*, id eſt, conſentio, & delectabiliter afficior; *Legi dei*, volens quod præcipit nolens quod prohibet. *Secundũ interiorem hominem*, id eſt, ſecundum rationis iudicium. Nam & lex B
naturalis legi diuinæ concordat præcipuè quo ad præcepta moralia. Lex quippe ſcripta tam diuina quàm humana, eſt quædã determinatio vel renouatio ſeu explicatio legis naturalis, & comparatur ad eam ſicut concluſio ad præmiſſas. Vnde præcepta dicuntur eſſe de concluſionibus, non de primis principiis. Intentio autem præceptorum moralium eſt, hominem iuſtè ordinare quantum ad Deum, & quantum ad proximum. Hæc verò præcepta determinantur dupliciter, ſcilicet per præcepta cæremonialia, quæ aſſignant ſpeciales modos colendi deum: & per præcepta iudicialia, quę aſſignant aptum modum ſeruandi iuſtitiam inter homines. Hæc itaque duo genera præceptorum, non ſunt de naturali *Mat.22.*
dictamine rationis, ſed ex inſtitutione vim habent, nec ſunt C
eadem vbiq; & ſemper, ſed variantur apud diuerſos, ſecun- *Luc.2.*
dum exigentiam perſonarum, locorum ac temporum. *Video autem aliam legem* à lege Dei, cui ratio cõdelectatur. *In mẽbris meis*, id eſt, in carne mea mortali, vitiata ac fragili: vtpote fomitem peccati, qui primò reſpicit carnem, & membrum generationis, & ex carnis contactu deriuatur ad animam, quàm cito corpori copulatur. *Repugnantem legi mentis meæ*, id eſt, legi naturali ac diuinæ cordi meo inſcriptæ.

Et captiuantem me, id eſt, ſubiicientem per conſuetudi- *Gene.8.*
nem malam, & conſenſum. *In legem peccati quæ eſt in membris meis*, id eſt, ſibiipſi exiſtenti in corporis mẽbris, quæ vniuerſa infecta ſunt pronitate ad malum. Captiuat ergo lex membrorũ hominem in ſe, dum rationẽ pertrahit: & tenet

D in operibus ad quæ fomes inclinat. Lex autem dicitur à ligã
do, vel à legitima latione. Quoniam ergo fomes hominem
in malo ligat, rectè lex dicitur. Et etiam quia legitimè factũ
est, vt caro repugnaret spiritui, quando spiritus inobediens
Gene. 1.2. extitit creatori. Homo enim in paradiso ante peccatum exi-
stens, sic conditus fuit, vt quàm diu ipse per rationem esset
subditus Deo, sensualitas subdita esset rationi, & caro spiri-
tui: ita vt nec languor esset in anima, nec inordinata concu
piscentia, aut passio in sensualitate, stãte subiectione ratio-
nis sub deo: & vt homo in tali conditione faciliter posset
persistere, data & concreata erat ei originalis iustitia, quæ
erat rectitudo seu retinaculum quoddam habituale tenens
rationem sub deo, sensualitatem sub ratione, & carnem sub
E anima. Vnde ratione per obedientiã à Deo auersa, mox orta
est rebellio sensualitatis, & carnis aduersus spiritum. Et dis-
positio ad hanc rebellionem inclinans: vocatur fomes pecca
ti, lexque membrorum. Præterea, ex consideratione tantæ
miseriæ, cui subiectus est homo, exclamat Apostolus. *Infæ-
lix ego homo*, priuatus fœlicitate originalis iustitiæ, multísque
Iohn. 1. corruptionibus & vitiis plenus. *Quis me liberabit de corpore
mortis huius?* id est, de corpore isto mortali, quod obligat ad
mortem naturæ, inclinat ad mortem culpæ, exponítque pe-
riculis mortis æternæ: quatenus anima mea huic vitæ subtra
cta, ad patriam redeat, & deo liberè perfruatur, securéque vi
uit? Et respondet: *Gratia dei*, trinitatis. *Per Iesum Christum
dominum nostrum*, per quem gratia dei nobis infunditur ac
F præstatur. Hanc ergo liberationem desiderabilem animæ à
corpore facit Deus effectiuè, gratia dei formaliter, Christus
2. *Cor.* 5. homo meritoriè. Sed cum alibi dicat Apostolus: Nolumus
Ephe. 5. expoliari, sed superuestiri. Et, Nemo carnem suam vnquam
odio habuit, quomodo nunc cupit liberari à corpore? Et re-
spondendum, quòd liberatio ista intelligi potest dupliciter:
Primò per separationem animæ à corpore. Sicque Apostо-
lus & alij sancti optauerunt à corpore liberari, per mortem
temporalem desiderio Christi ac patriæ, sicut alio loco ha-
betur, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Pro hac quoque
Philip. 1. liberatione orauit Psalmista: Educ (inquiens) de custodia a-
Psal. 141. nimam meam ad confitendum nomini tuo. Et iterum. Heu
Psal. 119. mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et: Quando ve-
Psal. 41. niam & apparebo ante conspectum Dei? Secundò, intelli-

gi

gi potest per separationem corporis à mortalitate, cæteríſ- A
que afflictionibus, & miseriis, & peccatis. Sic autem optant electi liberari à corpore mortis in die iudicij, scilicet vt resurgant in corpore glorificato, non passibili & misero. Tũc 2. Cor. 5.
enim liberabuntur corpora sanctorũ ab omnibus malis prę- Galat. 5.
dictis. Vnde Apostolus non ait simpliciter, de corpore, sed de corpore mortis: & ita nolumus finaliter expoliari, sed ad tempus: quatenus in resurrectione futura superuestiamur impassibili corpore, quod erit ornamentum non onus. Ex dictis concludit Apostolus. *Igitur ego ipse mente*, id est, secũdum rationem, *Seruio legi Dei: carni autem*, id est, secundum carnis & fomitis inclinationem, seruio *Legi peccati*, quæ est in membris. Si in suipsius persona hoc dicit Apostolus, referendum est ad peccata venialia ac minutissima, quibus for- B
tè interdum non caruit, vel ad statum quem habebat sub lege Mosaica. Seruire autem legi peccati, est inclinationibus fomitis consentire.

Explanatio Cap. VIII. *Nihil ergo nunc damnationis est, &c.* ARTIC. XI.

DEclarata in præcedenti capitulo cessatione legis Mo- Rom. 7.
saicæ, iam docet Christo & euangelicę legi iugiter inhærendum, & ait. *Nihil ergo nunc*, scilicet tempore gratiæ *Damnationis*, hoc est, obligationis ad pœnam gehennæ. *Est his, qui sunt in Christo Iesu* per fidem & charitatem: quibus ipse loquitur, Manete in me, & ego in vobis. *Qui non secundũ* Ioan. 15.
carnem ambulant, id est, carnis desideriis non acquiescunt, C
neque carnaliter viuunt, sed carnem cum vitiis & concu- Gala. 5.
piscentiis crucifigunt. In fonte nanque baptismatis, dimissa Marci. 1.
sunt eis peccata vniuersa. Si autem postea non peccauerunt manendo in Christo proferunt fructum multum, & ita non tantùm pro vitiis satisfaciunt, sed insuper gloriam ampliorem merentur. *Lex enim spiritus vitæ*, id est, lex euangelica, quæ nominatur lex spiritus, quia à spiritu sancto est data, Christianorúmque cordibus ab ipso impressa. Dicitur quo- 1. Ioan. 2
que lex vitæ quoniam mentem viuificat, per gratiam quam sacramenta nouæ legis distribuunt. *In Christo Iesu*, id est, per Christum. *Liberauit me à lege peccati & mortis*, hoc est à cõ
sensu, consuetudine & actu culpę, ac pœnæ pro culpa infli-

D gendæ. Potest quoque per legẽ peccati, lex scripta intelligi, eo quòd ex occasione auxerit culpam ac pœnam, quemadmodum in superioribus vbertim expositum est. Proinde de-
Gal.s. 2. clarat Apostolus, quomodo lex Christi, quæ est lex spiritus vitæ, liberet à lege peccati & mortis, *Nam quod impoßibile erat legi*, scriptæ & sacramentis ipsius, nó continentibus nec conferentibus gratiam. *In quo infirmabatur*, hoc est, in qua
Mat. 16. impossibilitate atque inefficacia infirma, & ad saluandum impotens erat lex ipsa. *Per carnem*, id est, per obseruantias & iustificationes carnales, quæ non purificant animam. Sacramenta enim legalia corporaliter tantùm mundabant quasdam inhabilitates, seu irregularitates ab exteriori inductas, & ab ingressu templi, atq; similibus impedié-
E tes, tollendo. Vel per carnem, hoc est per fomitẽ carnis, quã
Ioan. 1. lex occasionaliter incitauit, non directè diminuit. *Deus pater*, *Filium suum mittens* in mundum, per incarnationis mysterium, non per localem descensum. *In similitudinem carnis peccati*, id est, in corpore mortali atque passibili, quod licet fuerit veraciter veráque caro, non tamen veraciter erat caro peccati, sed similitudinariè. Per pœnas enim quas pertulit, similis erat carni peccatrici. Venit itaque Christus in veritate carnis, non autem in veritate carnis peccati, sed in similitudine eius. *Et de peccato damnauit peccatum*, id est, pater mittens sic filium, damnauit, id est, deleuit, destruxit, dimisit peccatum tam originale quàm actuale, de pec-
Col. 2. cato, id est, per peccatum factum. *In carne* Christi, non à Christo, sed à diabolo eiúsque ministris qui Christum oc-
F ciderunt. Per hoc enim quòd Christus iniustè occisus est, suggerente diabolo, amisit diabolus ius quod habebat in nobis, & ita mors Christo iniquè illata omne peccatum deleuit. Vel, damnauit peccatum actuale, nascens de peccato, id est, fomite peccati. Vel, peccatum de peccato, id est, fomitem peccati, procedentem de peccato originali Adæ.
Ioan. 4. Vel sic, & melius secundum Ambrosium, de peccato, id est,
Ambros. de seipso, prout factus est hostia pro peccato nostro, dam-
Hebr. 9. nauit, id est, deleuit, peccatum mundi quodcunque in carne, id est, in corporis sui passione. Ipse enim portauit pec-
2. Pet. 4. cata nostra in corpore suo super lignum. Iuxta hunc sensum sacrificia legis pro peccatis oblata dicebantur peccata: secundum quod de sacerdotibus veteris testamenti dominus

minus ait per Oseam, Peccata populi mei comedent. Sic quoque aquam cum periculo vitæ allatam Dauid sanguinē appellauit, dicens, Absit à me, vt sanguinē virorum istorum b bam. Hæc itaque fecit Deus. *Vt iustificatio legis*, id est, in lege promissa, non autem per legem exhibita. Lex enim gratiam iustificantem spopondit, non contulit. *Impleretur in nobis*, qui in baptismo aliisque sacramentis gratiam iustificantem in lege præfiguratam ac prænunciatam recipimus. *Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum*, hoc est non carnaliter sed spiritualiter in huius viæ exilio conuersamur: tendentes ac properantes ad patriam per opera virtuosa. De hac legis promissione aiebat apostolus loquēs de Iudæis, Et nos annunciamus vobis eam quæ ad patres nostros facta est repromissio, quoniam hanc Deus impleuit filiis vestris. Hinc etiam Petrus in sua Canonica, De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerūt, quibus reuelatum est, quia non sibiipsis, vobis autem ministrauerunt ea, quæ nunc nūciata sunt vobis. Pro intellectu loci huius intricati atque difficilis aduertendum, quòd nemo vnquam saluatus est, nisi per fidem & gratiam Christi. Ipse enim est caput omniū electorum, membra autem necesse est capiti couniri, vt vitam participent. Propter quod Petrus differebat, Nec enim nomen aliud sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat vos saluos fieri. Passio nanque Christi hoc fecit futura, quod facit impleta. Porrò hæc salus aliter applicatur hominibus post Christi passionem, & aliter ante. Tūc enim applicabatur, per fidem formatam, nunc verò applicatur etiam per sacramenta gratiæ contentiua, effectiua, & causatiua. Potest autem aliquid mouere vel agere, antequam sit in effectu, videlicet secundum quod est in apprehensione animæ, & dispositione causę efficientis, quemadmodum finis mouet agentem. Ad hoc autem quòd aliquid agat & moueat in genere causæ efficientis, oportet vt sit, & effectum præcedat, eo quòd causa effectiua non sit suo effectu posterior. Sacraméta ergo veteris legis & fides Christi vēturi habere non poterant quēlibet effectum dominicæ passionis, quem nunc habent sacramenta ac fides euangelicæ legis, quæ operantur virtute passionis dominicæ iam impletæ. Et ideo gratiam operantur, & à reatu originali

A *Osee. 4*

4. Reg. 2

Hebr. 7

Galat. 3

Act. 13.

1. Pet. 2

Gene. 49.

B

Ephe. 1.

Coloss. 2.

Act. 4

C

D peccati absoluunt, quorum nullum sacramenta legis facere poterant. Vnde omnes patres pro tũc descenderunt in lymbum inferni. Nam licet per fidem & gratiã Dei, virtute passionis Christi, & merito eius futuro absoluerentur à pœna, & culpa actualium peccatorum, non tamen à reatu originalis peccati. Ex quo innotescit, quòd passio Christi fortius agit impleta, quàm egit implẽda. Quẽadmodũ enim sacramenta nouæ legis, sunt causæ instrumentales nostræ salutis & gratiæ, quoniam agunt virtute & merito passionis dominicæ, súntque vasa medicinalia spiritualium vnguentorum contentiua, animarum languores curãtia: sic humanitas seu passio Christi, est causa instrumentalis, effectiua & meritoria nostræ salutis & gratiæ. Vtrunque verò est instrumẽtum
E diuinitatis Christi. Diuinitas náque est causa efficiens principalis, quæ agit per humanitatem assumptam, sicut per instrumentum cõiunctum. Per sacramenta verò, sicut per instruméta separata, quẽadmodum medicus est causa sanitatis efficiẽs principalis. Manus autem est sicut causa instrumentalis coniuncta. Ignis verò quo medicina paratur, est causa instrumentalis separata. Causa autem instrumentalis cũ est in effectu, vel cum causa eius principalis iam est, fortius operatur quàm ante. Hinc ergo ait Apostolus, quòd Deus misit filium suum de peccato damnans peccatum, vt iustificatio legis impleretur in nobis, quod impossibile erat legi, iustificare non valenti, in quo lex infirmabatur seu debilis erat. Et
F hoc modo construenda est litera. Quòd autem iustificatiõ legis non nisi in spiritualibus impleatur hominibus, liquet.

Galat. 4. *Hiere 2* *Galat. 2*

Qui enim secundum carnem sunt, id est, qui carnaliter viuunt, qui vtique attendunt seipsos secundum esse suum carnale ac sensitiuum, non secundum esse spirituale ac intellectiuum.

Quæ carnis sunt, sapiunt, hoc est, carnalia sensibilia gustant, ac temporalia cum sensualitatis sapore attendunt. *Qui verò secundum spiritum*, id est, spiritualiter conuersantes, & esse suum supremum, in quo trinitatis imago relucet, pensantes.

Quæ sunt spiritus sentiunt, id est, spiritualia atque diuina saporosè intelligunt, delectabiliter pensant, sollicitè implent, in talibus iugiter occupantur. *Nam prudentia carnis*, id est, carnalis ac secularis prudentia. *Mors est*, id est, mortale peccatum, inferens mortem culpæ in via, mortémque pœnæ in gehenna. Dicitur autem prudentia carnis in hoc loco, per

quam

quàm homo ſibi in bonis carnalibus ac mundanis finẽ con- A
ſtituit, & ad talis finis adeptionem opera ſua cautè diſpo-
nit. Hæc prudentia, non eſt vera prudentia, ſed appellatur *Baruch.3.*
prudentia propter apparentem ſimilitudinem, quam habet
cum vera prudentia. Vnde ait ſaluator, Filij huius ſeculi pru *Luc.16*
dentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Et Iacobꝰ, Nõ
eſt iſta ſapientia (id eſt, prudentia) à Deo, ſed terrena, ani- *Iacob.3.*
malis & diabolica. *Prudentia autem ſpiritus*, hoc eſt, vera ac
ſpiritualis prudentia, quæ opera hominis conuenienter di-
ſponit in ordine ad vltimum finem, eſt *Vita & pax*; id eſt,
cauſa vitæ & pacis, in præſenti inchoatiuè, in futuro perfe-
ctè. Nunc enim efficit in nobis vitam pacémque gratiæ, in
patria verò meretur (vel potius adipiſcitur) pacem & vitam
gloriæ. Non diſtinguit Apoſtolus iam inter prudentiam & B
ſapientiam. Propriè enim ad ſapientiam ſpectat ſpiritualia
ſapere. De hac ergo ſpirituali prudentia, intelligendum eſt
illud Iacobi. Quæ deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem *Iacobi.3*
pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis nobis cõſen-
tiens. Sciendum quoque quòd pax directè ac propriè, eſt
charitatis effectus: iuxta illud in Pſalmo, Pax multa diligen-
tibus legem tuam. Eſt etiam pax effectus iuſtitiæ, tanquam *Pſal.118*
remouentis impedimenta pacis. Propter quod per Eſaiam
dicitur, Erit opus iuſtitiæ pax. Nũc verò dicitur pax eſſe ef- *Eſa. 32*
fectus prudentiæ, tanquam dirigentis affectus noſtros in viã *Lucæ.1.*
pacis. *Quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo*, id eſt, diuinæ
voluntati atque ſapientiæ veræ contraria. Ecce nunc loco
prudentiæ ponit ſapientiam. Ex quo certum eſt, quòd inter C
ſapientiam & prudentiam non diſtinguit. *Legi enim Dei*
non eſt ſubiecta, ſapientia iſta carnalis mundana, ac vana, quia
nec credit, nec agit, quæ lex diuina tradit eſſe credenda ſiue
agenda. Propter quod ait Saluator. Confitebor tibi pater, *Lucæ. 10.*
quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus: & reuela *Hiere.4*
ſti ea paruulis. Et Hieremias, Sapientes ſunt vt faciant mala,
bene autem facere neſcierunt. *Nec enim poteſt*, diuinæ le-
gi eſſe ſubiecta ſapientia iſta. Vnum nanque oppoſitorum
non ſubiicitur alteri, ſed repugnat. Lex autem diuina docet
vltimum finem eſſe conſtituendum in Deo: Hæc verò in bo
nis carnalibus. *Qui autem in carne ſunt*, id eſt, carnaliter vi-
uunt, atque in ſenſibilibus bonis finaliter ſiſtunt. *Deo pla-*
cere non poſſunt, inquantum huiuſmodi. Poſſunt tamen con-

D uerti, & Deo reconciliari. Huic dicto consonat illud Saluatoris, *Matth. 6.* Nemo potest duobus dominis seruire. *Vos autem*, ô *2. Cor. 6* veraciter Christi fideles. *In carne non estis*, hoc est, in rebus ac vitiis carnis non detinemini: sed spiritualia atque diuina exquiritis, conuersationem habentes in cœlis. *Sed in spiritu*, *Philip. 3* id est, in spiritu sancto estis, per charitatem & gratiã: & pro- *2. Cor. 3* pter spiritualem regenerationem, qua estis ex aqua & spiri- *Ioan. 3.* tu sancto renati. Vel estis in spiritu vestro, id est, secundum *Esa. 46.* rationis iudicium viuitis: iuxta quod scriptum est, Redite præuaricatores ad cor. *Si tamen spiritus Dei*, id est, spiritus *Ioan. 14* sanctus, *Habitat*, id est, manet, *In vobis*, per gratiam gratũ *Ibidem.* facientem, quemadmodum loquitur Christus, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ. Rursusque ait, Spiritus sanctus apud vos mane- E bit, & in vobis erit. *Si quis autem spiritum Christi non habet*, id est, cuius anima non habitatur à spiritu sancto qui est spiritus Christi, quia ab ipso procedit, ab eóque datur ac mittitur: sicut ipse protestatur, Cùm venerit paracletus, quẽ ego *Ioan. 14* mittam vobis à patre. Et iterum, Ille de meo accipiet. Et ad hoc designandum, insufflauit in discipulos suos: & dixit, Ac *Ioan. 16* cipite spiritum sanctum. Quis autem habet spiritum sanctũ, nisi quietus & humilis, simplex & iustus? Scriptum est enim, *Ioan. 20* Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietum & *Esaiæ 66.* humilem? Et iterum, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fi- *Sapien. 1.* ctum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. F *Hic non est eius*, id est, ad membra Christi non pertinet se- *Acto. 8* cundum præsentem iustitiam: & merito, quanuis interdum pertineat secũdum prædestinationem æternam ac numero, sicut & Paulus cum Stephanum lapidauit.

Deinde pandit Apostolus, quid vtilitatis consequantur fideles ex inhabitatione spiritus sancti. *Si autem Christus in vobis est*, per fidem & charitatem (sicut & alibi legitur) Chri- *Ephes. 5* stum per fidem habitare in cordibus vestris. Et Saluator ip- *Matth. 28* se, Ego, inquit, vobiscum sum cunctis diebus. *Corpus quidem mortuum est propter peccatũ*, id est, caro vestra mortalis ac fragilis, necessitati moriendi subiecta est propter originale peccatum. *Spiritus* verò, id est, anima vestra. *Viuit*, per gratiam. *Propter iustificationem*, sibi à Christo collatam, id est, per hoc quòd peccata ei dimissa sunt, quæ spiritum vulnerabant. Vel, propter iustificationem, id est, per iustitiæ exercitatio-

citationem. Bona enim operatio, vita est animæ. Hinc ait A
Saluator, Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius ha- *Ioan.10*
beant. *Quod si spiritus eius*, id est, spiritus Dei patris. *Qui* *Act.5*
suscitauit Iesum Christum à mortuis habitat in vobis, perseueran-
ter vsque in finem vitæ præsentis, ita vt in gratia decedatis.
Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, scilicet Deus pater.
Viuificabit, id est, ad immortalem vitam resuscitabit. *Et*
mortalia corpora vestra, in die nouissimo. sicut Iob apertissi- *Iob.19.*
mè profitetur, Credo quòd redemptor meus viuit, & in no
uissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor *Esa.26.*
pelle mea. Per Esaiam quoque dominus asserit, Viuent mor-
tui mei, interfectique mei resurgent. *Propter inhabitantem*
spiritum eius in vobis, id est, virtute & gratia spiritus sancti.
Vel propter benignitatem qua facit spiritum sanctum habi-
tare in mentibus vestris. Vel, propter meritum quod conse- B
cuti estis ex inhabitatione & gratia spiritus sancti, imò pro-
pter vtrunque istorũ simul, videlicet propter misericordiam
Dei & opera vestra bona suscitabuntur corpora vestra, ad
beatam ac impassibilem vitam. Ex prædictis infert Apostо- *1. Tim.6.*
lus, quòd fideles obtemperare tenentur rationi non sensuali
tati, spiritui non carni. *Ergo ô fratres debitores sumus nõ car-* *Galat.6*
ni vt secundum carnem viuamus, id est, quanuis aliquo modo
obligemur carni, videlicet vt ei necessaria ministremus in vi
ctu atque vestitu, nõ tamen sic ei obligati sumus, vt eius cõ-
cupiscentiis acquiescamus, carnalitérque viuamus. *Si enim*
secundum carnem vixeritis moriemini, morte culpæ in hoc secu
lo, & morte perpetua in inferno. *Si autem spiritu*, id est, gra
tia spiritus sancti. Vel, spiritu, id est, rationis vestræ iudicio. C
Facta, id est, opera. *Carnis mortificaueritis*, id est, destruxeri-
tis & abieceritis tanquam venena, quemadmodum in Eccle
siast. præcipitur, Quasi à facie colubri fuge peccatũ. *Viuetis*, *Eccle.21*
vita charitatis & gratiæ in ecclesia militante, vita quoq; frui
tionis & gloriæ in ecclesia triumphante. Huic documento
naturalis cõsonat ratio. Media nanque disponẽda sunt secũ
dũ exigentiã finis. Cùm ergo caro sit animæ instrumentum,
& ordinetur ad spiritũ sicut ad finem, regenda est secũdum
exigentiã animæ seu spiritus, scilicet vt animæ seruiat, ratio-
ni obediat, illísque actibus occupetur per quæ spiritus tẽdit
& redit ad creatorem. Qui autem secũdum carnem conuer
satur, peruertit hunc ordinem, dominam ancillæ subiiciens,

D finem medio postponens, & seipsum bestiis viliorem ac deteriorem constituens. *Quicunque enim Spiritu Dei aguntur*, id est, à spiritu sancto reguntur, eius instinctu ducuntur, eius feruore impelluntur ad bona. *Hi filij sunt Dei*, per gratiam adoptantem ac filialem amorem. Vnde in canonica Ioannis
1. Ioan. 3 scribitur, Videte qualem charitatẽ dedit nobis deus pater,
Matth. 5. vt filij Dei nominemur & simus. Quemadmodum autem Deus omnipotens mouet cæteras creaturas ad proprias operationes, naturalémque finem, per quendam vniuersalem influxũ seu generalem gubernationem, secundum quòd Pro-
Procl. 6 clus author libri de causis affirmat, Causa prima regit res omnes, præterquàm quòd commisceatur eis: Sic rationalem creaturam mouet ad finem supernaturalem per specialẽ gubernationem ac inspirationem, quę prouidentia appellatur. Electos verò singulariter mouet ac regit, prouidens eis non solùm sufficienter, sed etiam efficaciter de omnibus necessariis ad salutem, ita vt gratiam Dei suscipiant, eiúsque inspirationi acquiescant. Idcirco dicuntur potius agi quàm regi, vel moueri à spiritu sancto, vt magnitudo gratiæ insinuetur. Ad actum enim meritorium non solùm exigitur gratia habitualis, sed insuper necessaria est quædam actualis
Esa. 26. motio spiritus sancti voluntatem excitantis. Propter quod propheta dicebat, Domine omnia opera nostra operatus es in nobis. Porrò cùm motio ista siue influxus, actio & instinctus spiritus sancti sit pœnitus supernaturalis: indiget anima supernaturalibus quibusdam habitibus, per quos aptetur ac disponatur ad huius motionis facilem susceptionem.
Esaiæ. 11 Hi verò habitus sunt septem dona spiritus sancti, quæ sunt dispositiones habituales ac supernaturales à deo immediatè per creationem infusæ, quibus redditur anima facile mobilis à spiritu sancto in ordine ad supernaturalem finem, quæ est vita æterna. Hæc dona à virtutibus realiter distinguuntur, easque in dignitate excedunt, theologicis demptis virtutibus. Per hæc dona dirigitur anima à spiritu sancto, ita vt
Esa. 50 audiat eum sicut magistrũ. Vnde ait Psalmista, Spiritus tuus
Psal. 142. bonus deducet me in terram rectam. Qui itaque sic aguntur spiritu Dei, hi sunt filij Dei. Quicunque autem in gratia est, habet hæc dona secundum aliquem gradum, & agitur, à spiritu sancto quantum requirit status salutis, videlicet ad obseruantiam præceptorum. Deinde ponitur ratio cur

moritu-

morituri simus, si secũdum carnem vixerimus. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore*, id est, iam tempore gratiæ, non est vobis datus spiritus, quo seruiatis deo seruiliter quasi inuitè, videlicet timore pœnarum, vt olim tempore legis, quæ comminatione pœnarum induxit homines ad seruiendum. *Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei*, id est, spiritum cuius gratiâ homines adoptãtur in filios dei. *In quo clamamus*, ore vel corde. *Abba pater*. Duo sunt nomina vnum Hebræum, alterum Latinum significãtia idem. Et est sensus, in hoc spiritu vocamus ex charitate, tanquam filij adoptiui Deum patrem fiducialiter atque affectuosè dicentes, Pater noster qui es in cœlis. Glossa per spiritum seruitutis intelligit spiritum sanctum, à quo cordibus Iudæorũ incussus est timor pœnarum, quo seruiliter seruierunt. Nam & timor seruilis inquantum est timor, à spiritu sancto est. Sic enim retrahit à peccato & disponit ad gratiam. Quantum verò ad seruilitatem suã nec bonus est, neque à spiritu sancto. Dicitur ergo spiritus sanctus, spiritus seruitutis, ratione sui effectus, quia facit seruire quantum ad hoc receperunt qui eius dono gratis dato seruierunt timore pœnarum. Per spiritum verò adoptionis intelligit glossa eundem spiritum sanctum per gratiam adoptantem. Vnde Augustinus, Caue (inquit) ne ex eo quòd ait spiritum seruitutis, & spiritum adoptionis, diuersum intelligas spiritum, cùm sit vnus atque idem spiritus, qui in trinitate dicitur spiritus sanctus. Quod etiam Apostolus ostendit dicens, iterum, sed propter diuersa opera dissimiliter nominatur. Huic dicto cõtordat quod de spiritu subditur. *Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd simus filij dei.* Quod certum est dici de spiritu sancto, videturque dictum de eodem spiritu, de quo nunc agitur. Quidam verò per spiritum intelligunt donum spiritus sancti, vt spiritus adoptionis dicatur donum filialis timoris, qui nos efficit filios Dei. Spiritus verò seruitutis intelligatur donũ timoris seruilis, videlicet ipse timor seruilis. Hæc enim secundum Augustinum est breuis differentia legis & euangelij, timor & amor. Lex vetus appellata est lex timoris, quoniam comminatione pœnarum induxit ad bonum, nec præstitit gratiam obediendi per charitatem. Porrò lex euangelica, est lex amoris: Agit enim (gratiam conferendo) seruire deo amore iustitiæ. Non est autem sic intelligendũ,

A
1. Ioan. 4.
Deut. 17
Ioan. 1.
B
Gala. 4.
Matth. 6.
Exod. 14.
Exod. 19.
August.
C
Ioan. 5.
Ioan. 15.

D quin multi in veteri testamento acceperũt spiritum adoptionis filiorum Dei. Omnes enim electi habuerunt hunc spiritum, sed non ex lege, neque per legẽ: magis autem ex deo
Ephes.2. per fidem, qua crediderunt in Christum venturum, ad cuius
Heb.7. gratiam confugerunt, legis insufficientiam cognoscentes, propriamque infirmitatem pensantes. Videtur quoque per spiritum hoc loco posse intelligi spiritus rationalis creatus videlicet anima nostra. Quamuis autem quilibet nostrũm acceperit hunc spiritum suum, quando creata, corporique infusa est anima sua: dicimus tamen spiritum istum recipere vel amittere, quando aliqua noua dispositio ei confertur vel aufertur: quemadmodum aliquis dicitur concipere spi-
Ezech.36. ritum deuotum, vel perdere animam feruentem: iuxta quem
E sensum dominus ait, Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Qui ergo sub lege seruierunt timore, accepisse dicuntur spiritũ seruitutis, id est animam seruientẽ in timore. Qui verò sub gratia seruiunt charitate, accipiunt spiritum adoptionis, id est animam habentem gratiã adoptionis, in quo spiritu clamãt corde deuoto, Abba, pater. Huic verò consonat quod alibi ait Apostolus, Non dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis. Quod autem in spiritu sancto clamamus, Abba pater, & deũ verè patrẽ vocemus, hinc constat. Ipse enim spiri
2. Tim.1. tus sanctus testimonium perhibet spiritui nostro, id est testificatur animæ nostræ, eamque recognoscere facit per inspirationem internam, vel reuelationem apertam. *Quòd simus*
Gala.4 F *filij Dei*, adoptiui, stando in charitate & gratia. Testificatio ista multis modis intelligi potest. Primò per manifestam & claram reuelationem spiritus sancti, siue fiat immediatè ab ipso, siue per angelum: sicque agnoscit homo per certitudinem se esse in gratia & filiatione diuina: sicut Paulus & cæteri apostoli, imò & multi perfecti ita sciuerũt se esse in gratia. Ad quos maximè pertinet quod alio loco dicit Apostolus: Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum
1. Cor 8 qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Hoc
Gene. 15. modo agnouit Abraham se esse filium Dei; cùm ei dominus
4. Reg. 10 promisit quòd decederet in senectute bona. Ezechias quo-
Esa. 38. que certissimè dixit, Memẽto domine quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto. Secũdò fit testificatio ista per quandã bonæ fiduciæ consolatoriam infu-

sio-

sionem, vt cùm homo nimium anxiatur an placeat deo, & A
subitò sentit se consolari & quasi certificari: sic autẽ omnes
virtuosi & boni scire possunt se esse filios Dei, non quidem
certò, sed cõiecturaliter & probabiliter. Tertiò fit per pro
priæ conuersationis & conscientiæ diligentem discussionẽ,
vt cùm homo non habet remorsum mortalis peccati, & cũ
debita diligentia custodit mandata, auditque verbum dei li
benter. Ista sunt probabilia signa filiationis diuinæ, imò
& prædestinationis: secundum quod ait saluator, Qui ex *Lucæ xi.*
Deo est, verbum Dei audit. Et Ioannes in sua canonica, Si
cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad
Deum. Et rursus, Qui seruat verbum Christi, verè in hoc *Ioan. 8.*
charitas Dei perfecta est. Denique sicut vita naturæ cogno *1. Ioan. 3*
scitur ex vitalibus actibus ac naturalibus motibus animæ, sic *1. Ioan. 2.*
vita gratiæ ex bonis operibus, seu mandatorum custodia B
comprobatur: quia vt Gregorius ait, Exhibitio operis, pro- *Gregor.*
batio est charitatis. Cùm ergo spiritus sanctus facit nos be
ne agere, atque in dei obsequio promptos & agiles esse, tũc
vtique testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij Dei
simus. Huic ergo dicto apostoli non repugnat quod scriptũ
est. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu dei *Eccle. 9.*
sunt: & tamen nescit homo, vtrum amore an odio dignus
sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Et quod ait bea
tus Iob, Si venerit ad me, non videbo eum: & si recesserit à *Iob. 9.*
me, non intelligam, Itémque, Si simplex fuero, hoc ipsum *Ibidem.*
ignorabit anima mea. Hæc enim atque similia ideo asse-
runtur, quia de lege communi & humano processu seu via, C
non potest homo agnoscere per certitudinem se esse filium
Dei per gratiæ adoptionem. Postremò, melius atque fa-
cilius potest quis scire se esse in gratia, & esse filium Dei
secundum præsentem iustitiam, quam esse prædestinatum,
vel in gratia permansurum. Vnde hoc certò cognosci non
potest, nisi per reuelationem diuinam. Si *autem filij*, Dei
iam sumus per gratiam adoptantem. *Et hæredes*, erimus
in patria per gloriam beatificantem. Filiis enim adoptiuis
debetur aliqua pars hæreditatis paternæ. Erimus autem,

Hæredes quidem, non cuiuscunque, sed, *Dei*, æternaliter *Psal. 22.*
possidendo bona domini in terra viuentiũ, quę oculus non *Esa. 64.*
vidit, nec auris audiuit. Maximè tamen ista beatorum here- *2. Cor. 2.*
ditas est ipsa diuinitas, quæ est obiectalis beatitudo in diui-

D sibilis in se, quæ tota habetur à singulis, à nullo autem totaliter: & ita diuiditur secundum quod diuersimodè participatur, quæ diuersitas est ex parte recipientium, quorum vnus alio clarius conspicit deum. De hac hæreditate fertur
Psal.15. in psal. Dominus pars hæreditatis meæ. Et, Satiabor cùm
Psal.16. apparuerit gloria tua. Per Esaiam quoque dominus loqui-
Esa.58. tur, Sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæ-
Psal 16. reditate patris tui Iacob. Cæteræ hæreditates terminantur in
Psal. 126. morte. Hæc autẽ à morte sumit exordium: iuxta illud, Cùm
Finis dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini. *Cohæredes autem Christi*, id est, beatitudinis Christi cõsortes, atque participes erimus. Ipse est enim principalis hęres, & nos simul cum ipso diuinam beatitudinem consequemur. Quo
E autẽ merito, subditur. *Si tamen compatimur*, id est, Christi pas-
Mat.16 sionibus configuremur baiulando crucẽ nostram, & sequen-
Luc.14 do vestigia eius. Ad hunc finem. *Vt & simul glorificemur*, id
Ioan.17. est, glorioſi efficiamnr cum Christo glorificato: quemadmodũ ipse profitetur, Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego &, illi sint mecum, vt videant claritatem meam.

Prosequutio expositionis præsentis cap.

ARTIC. XII.

Epist. HOrtatur nos insuper sanctus Apostolus, vt Christo cõpatiamur, quatenus conglorificemur, eo quòd præmium incomparabiliter maius sit merito. *Existimo enim*, id est,
agnosco ego qui de talibus veraciter iudico. Dicit autem
F existimo, non quasi incertus aut dubitans, sed sobrium modum loquendi seruans ac edocens, ne immoderati simus in asserendo. *Quòd non sunt condignæ*, id est, æquales, sufficientes, ac proportionatæ secundum rigorem iustitiæ. *Passiones*,
Esa.54. id est, persecutiones, tentationes, labores. *Huius temporis*, id est, quas in hoc breui vitę huius curriculo sustinemus. *Ad futuram gloriam*, scilicet vitam æternam promerendam. *Quæ reuelabitur in nobis*, id est, clarè & coram omnibus nobis prę-
Lucæ.17. destinatis præstabitur. Vnde saluator, Cùm feceritis (ait) omnia quæ præcepta sunt vobis, dicitè, Serui inutiles sumus Hæc enim gloria, est beatifica visio diuinæ essentiæ plena mentis in deo lætitia, status omnium bonorum aggregatione perfectus, consummata animæ & corporis glorificatio sempiterna, ad quam promerendam temporales passiones

con-

condignæ non sunt. Sed videtur contrarium, quia secun- A
dum doctores homo in charitate stans meretur de cõdigno
vitam æternam. Et respondendum, quòd passiones seu ope-
ra charitatis considerantur dupliciter. Primò secundũ quod
procedunt à libero arbitrio, vel acceptantur ab eo, sicque
non merentur vitam æternam de condigno etiã habitu cha
ritatis adiuncto. Secundò, prout spiritus sanctus liberum ar- *Ioan.3.*
bitriũ mouens est huius professionis vel acceptationis prin-
cipium, & ita est meritum de condigno, eo quòd principiũ
meriti eiusdem rationis existat cum præmio: Apostolus ve-
rò loquitur de passionibus primo modo. Quòd autem glo-
ria ista nobis præstanda sit, probat. *Nam expectatio creatu-*
ræ, id est, creatura expectans, videlicet homo viator. Dici- B
tur enim homo creatura, iuxta illud, Prædicate Euangelium *Marc. 16.*
omni creaturæ. Primò propter communionem, quia eũ
omni genere creaturarũ in aliquo conuenit. Secundò pro-
pter excellentiam, quoniam omnia corporalia propter ip-
sum creata sunt. *Reuelationem filiorũ dei expectat*, id est, ma
nifestationem beatitudinis electorum in patria; scilicet sui-
ipsius fœlicitatem & glorificationem cum ingenti deside-
rio præstolatur, dicens quotidie: Quemadmodum deside- *Gene. 2.*
rat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad *Psal. 41.*
te Deus. Nunc quippe filij Dei sumus, & nondum apparuit *1. Ioan. 3.*
quid erimus. Scimus, cùm apparuerit similes ei erimus, quia *Philip. 3.*
videbimus eum sicuti est: Nunc ergo expectamus hanc ap- *Psal. 38.*
paritionem, quatenus mente & corpore glorificati declare-
mur seu agnoscamur esse filij Dei per similitudinem gloriæ.
Vanitati enim, id est, instabilitati, mortalitati, multísque pœ- C
nis. *Creatura subiecta est*, id est, homo, quemadmodum ait
scriptura: Veruntamẽ vniuersa vanitas, omnis homo viuẽs. *Psal. 38.*
Non volens, id est, non sponte, quia inuitus hæc patitur. Vel,
non volẽs, id est, propter originale peccatum, quod nõ est
nostra voluntate commissum, cuius pœnas cogimur tole-
rare. *Sed propter eum qui subiecit eum in spe*, id est, propter di- *Eccle. 1.*
uinam iustitiam subiectus est homo vanitati huic, clemen- *Gene. 3.*
ter tamen, quia in spe liberationis futuræ. *Quia & ipsa crea*
tura, videlicet homo *Liberabitur*, in futura resurrectione
A seruitute corruptionis, id est, corruptione illa seruili & cor *Mat. 6.*
porali, vel magis propriè à seruitute corruptionis, id est, sol
licitudinibus vitæ præsentis, videlicet à cura quærendi ve-

D situm & victum, ac alia quibus hæc corruptibilis vita sustẽtatur, eíque seruitur. Liberabitur autem, pertingendo. *In libertatem gloriæ*, id est, dominium & securitatem fœlicitatis. Vel in gloriosam libertatem *Filiorum Dei*, id est, electorum seu beatorum in patria, qui deo perfectè assimilantur, & plena dilectione inconstabiliter coniunguntur. Hæc autem consequenter declarat Apostolus. *Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc.* Hoc duobus modis exponitur: Primò, de omni homine mortali, qui dicitur ingemiscere, suspirando ad patriam, & propter vitæ huius angustias frequenter gemens & flens in hac valle lachrymarum; & parturire, id est, cum dolore operari vsque adhuc, quia à principio mundi vsque in præsens tempus ita fecit, & E vsque ad mortem, finémque seculi durabit gemitus iste & parturitio. Secũdo exponitur generaliter de principalibus partibus huius mundi sensibilis scilicet elementis atque cœlestibus orbibus, quæ dicuntur ingemiscere & parturire metaphoricè, sicut campus dicitur exultare, & pratum ridere. Vnde per gemitum eorum intelligitur inclinatio, vel appetitus eorum ad statum perfectiorem. Per parturitionem autem mutua generatio & corruptio quantum ad elementa, vel continua circunuolutio quantum ad cœlestia corpora. Ex quibus elicitur, quòd secundum intentionem Apostoli corpora cœlestia & elementa in fine seculi glorificatis electis, iudicióque peracto, innouabuntur, ita quòd elementorum transmutatio, & cœlestium corporum motus cessabunt, ampliori quoque lumine vestientur. Terra enim (vt fertur) in superficie lucida erit vt vitrum, aqua sicut crystallus, aër vt cœlum, ignis vt stellæ. Quantitas autem meliorationis cœlestium corporum nota est ei qui daturus est eam. Veruntamen de mensura decorationis solis & lunæ scriptũ est, Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum. Tunc enim tanta erit lux lunę, quanta nunc est lux solis, corpora quoque beatorum septies clariora erunt (vt dicitur) sole. Hoc tamen secundum beatum Thomam, nec ratione, nec authoritate probatur, quamuis certissimè verum esse sciamus, quòd veritas ait, Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Mihi præterea, semper saluo meliori iudicio, videtur, quòd sicut præsens locus quo dicitur, Scimus quòd omnis creatura ingemiscit & parturit

Esa. 31.
Trem. 1.
Psal. 95.
Apoc. 21.
Esa. 30.
Mat. 13.

turit, exponitur de prædictis corporibus: sic superiora ab eo A
loco, quo dictum est: Nam expectatio creaturæ, de eisdem
possit exponi, præsertim cum Apostolus dicendo, Expecta-
tio creaturę reuelationem filiorum dei expectat, & ipsa crea
tura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem glo-
riæ filiorum dei, manifestè videatur distinguere inter crea-
turam & filios Dei adoptionis, de quibus prædixit scilicet
homines prædestinatos. Erit igitur sensus, Expectatio crea-
turæ elementalis atque cœlestis reuelationem filiorum Dei,
id est, manifestá glorificationem hominũ electorũ expectat,
secundum q̃ ex diuina ordinatione inclinatur ad quandam
clarificationem, quam in fine seculi sortitura est filiis dei re-
uelatis. Non enim innouabũtur corpora elementaria atque
cœlestia, nisi corporibus electorum glorificatis, vel simul cũ B
illis. Meritò autem expectat. Vanitati enim, id est, mutabili- *Eccle. 1.*
tati vel transmutationi creatura prædicta subiecta est: nõ va
lens, id est, non ex seipsa aut propria inclinatione, loquendo
de ea prout ordinata est à Deo ad statũ perfectum parificã-
dum statui electorũ post finale iudicium: sed propter eũ qui
subiecit eam in spe, id est, ex ordinatione diuina subiecta est
huic vanitati propter hominem, vt ei deseruiat. Corpora
enim cœlestia propter generationẽ inferiorum, maximè ho
minum, mouentur, & in generationibus mixtorum elemen-
ta concurrũt. Hæc autẽ subiectio facta est in spe præmemo-
ratæ melioris clarificationis elementaliũ atq; cœle
stium, quia & ipsa creatura cœlestis & elementalis liberabi- C
tur à seruitute corruptionis, id est, à statu suæ variabilitatis, *Gene. 1.*
& à trãsmutatione ac motu, quibus corruptibilibus istis de- *Psal. 8.*
seruit. Deinde ait apost. *Non solũ autẽ illa*, id est, non tantũ
omnis prædicta creatura ingemiscit ac parturit. *Sed & nos-*
ipsi apost. Christi, quibus hoc minus cõuenire videtur. *Pri-* *Psal. 121.*
mitias spiritus habentes. i. abundantioré gratiá spiritus sancti *Philip. 1.*
sortiti. *Et ipsi intra nos gemimus* cordialiter suspirantes super-
nam Hierusalé, cupientes dissolui, atque à præsentis vitæ ærum-
nis transferri. *Adoptionem filiorum dei*, id est, consumma-
tam seu plenã adoptionis filiationem, videlicet præmiũ ele-
ctorũ in patria. *Expectantes*, non solũ animæ glorificationé,
sed & *Redemptionẽ corporis nostri*, id est, liberationé corporis
nostri à mortalitate, pœnis atq; miseriis, quibus modò vehe *Osee 13.*
mẽter affligitur. Propter quod Dauid ait, Sitiuit in te anima *Psal. 62.*

D mea quàm multipliciter tibi caro mea. Præterea nõ inaniter hanc beatitudinem expectamus. *Spe enim salui facti sumus*, id est, actu spei, tanquam merito, liberati sumus à culpa & digni effecti gloria. Actus nanque virtutis saluat hoc modo. Vel sic, Spe salui facti sumus, id est, per passionẽ ac meritum Christi, iam beati & salui sumus in spe, quãuis nondũ beati simus in re. Idcirco certissimè præstolamur fœlicitatem prædictam. *Spes autem*, id est, res sperata. *Quæ videtur*, id est, iam præsens atque obtenta est. *Non est spes*, id est, non cadit sub spe, nec amplius speratur. Quasi dicat, Spes ista non est de visibilibus & præsentibus bonis, sed est certa expectatio futurorum inuisibiliúmque bonorum. Nam & fides (quæ vtique de inuisibilibus est) est substantia rerum sperandarum. Ideo additur. *Nam quod videt quis, quid sperat?* id est, quod iam in promptu habetur, & præsentialiter ac visibiliter adest, non magis speratur, sed potius possidetur.

Finis.

Hebr. 9.
Heb 11.
Philip. 1.
Roma. 5.

E

Si autem, id est, quia *Quæ non videmus*, id est, spiritualia & futura bona. *Speramus: per patientiam expectamus*, id est, longanimiter ea præstolamur non cedendo aduersis, nec importunè volẽtes dissolui. Vel per patientiam, id est, per aduersitatum tolerantiam expectamus hanc consolationem. Nam tribulatio excitat nos ad futuræ consolationis actualem fiduciam. Deinde docet Apostolus, quòd non humana, sed diuina virtute ac ope ad prædictam fœlicitatem pertingimus.

Similiter autem, id est, sicut per patientiam expectamus bona futura adiuti gratia Dei, simili modo piè ac gratioſè

Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Locus iste vsque ad

F illud, Scimus quoniam diligentibus Deum, dupliciter exponi potest. Primò de spiritu sancto: Secundò, de spiritu angelico. Primò sic, Spiritus sanctus adiuuat infirmitatem nostrã, id est, nosipsos infirmitatibus spiritualibus plenos, illuminando intellectum, accendendo affectum. *Nam quid oremus sicut oportet nescimus.* Videtur huic contrarium. Aliqua enim sunt ex sua ratione honesta, virtuosa, & ad salutẽ necessaria, vt dilectio dei & proximi, humilitas, pax, patientia, Talia scimus esse petenda à deo. Scimus quoque quomodo sint petenda, videlicet indesinenter, & in nomine Christi ad gloriam Dei. Denique Christus nobis præfixit, quid & quomodo orare oporteat, dicẽs, Sic ergo orabitis, Pater noster qui es in cœlis. Aduertendum est itaque, quia (vt refert

Mat. 2.
Matt. 11.
Mat. 6.

fert Valerius) opinio Socratis fuit,nõ debere nos ab immor talibus diis aliquid determinatè poſtulare,quoniam ipſi melius ſcirent quàm nos,quid nobis expediat.Hoc autem ſancti doctores reprobant,propter duo. Primò,quia (vt tactũ eſt) quædam ſunt per ſe ad ſalutem neceſſaria, honeſta, & nobis præcepta. Talia ergo debemus petere determinatè. Secundò, quoniam orando aliquid determinatè mens noſtra pro illo magis accenditur, ſicque capacior fit eius quod poſcit. Deſiderium enim aperit, capacémque facit affectum orantis. Quædam verò ſunt indifferentia, quæ poſſunt ſaluti obeſſe ſicut prodeſſe,vt ſanitas corporis,ceſſatio tentationis,& multa huiuſmodi. Talia non debemus determinatè petere,niſi ſub conditione beneplaciti Dei. Quia ergo in talibus ſæpe decipimur, orantes quæ non proficiunt ad ſalutem,eo quòd incertę ſunt prouidẽtiæ noſtræ, ſicut & Paulus Apoſtolus,qui orauit ſtimulum carnis ſibi auferri: idcirco indigemus dirigi à ſpiritu ſancto in petitione talium, ne petamus ſaluti contraria,vel aliter quàm oportet.De his puto iam loqui Apoſtolum, iuxta quem ſenſum etiam à Sapientie ſcriptum eſt: Quis poterit cogitare quid velit deus? & ſenſum tuum domine quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiã, & miſeris ſpiritum tuum de cœlis? Si autem prædicta verba apoſtoli vniuerſaliter dicta ſunt,exponenda erunt hoc modo: Quid oremus,id eſt, quid decẽs à domino poſtulemus. Oratio enim eſt,petitio decentium à deo,ſecundum Damaſcenum: ſicut oportet,cum circunſtantiis debitis,neſcimus, propria virtute, ſed noua illuſtratione egemus. Ideo ſubditur. *Sed ipſe ſpiritus* ſanctus, *Poſtulat pro nobis*,id eſt,poſtulantes nos efficit verè ſalubria. *Gemitibus inenarrabilibus*.id eſt, ſuſpiriis, tam exceſſiuis, tam pro liberatione præſentis exilij,quàm pro adeptione cœleſtis paradiſi,vt plenè nequeant explicari. Dicitur autem Deus aliquid agere, non quia ipſe immediatè ſic agit, ſed quia facit nos ſic agere, prout legitur in Exodo. Dominus dixit ad filios Iſraël, Iam nunc depone ornatum tuum,vt ſciam quid faciã tibi. Abrahæ quoque dixit, Nunc cognoui,quòd timeas dominum,id eſt, ſcire & cognoſcere faciã. *Qui autẽ ſcrutatur corda*,id eſt,quælibet diuina perſona interiora cordis cõſpiciẽs. *Scit quid deſideret ſpiritus*,id eſt, approbat & exaudit quod ſpiritus ſãctus deſiderare nos facit. Quod enim ex immediata ſpiritus ſan-

A *Valerius.*

D *Dan.9.*

B *Iaco.4.* *2.Cor.12.*

Sap.9.

C *Damaſce.*

Exod.33. *Gene.22.* *Pſal.3.* *Hiere.17.*

D &ti inſpiratione precamur, domino placet & exauditur ab
Mat. 26. eo, imò à ſpiritu ſancto. Idem enim ſpiritus orare nos facit,
& orantes exaudit, *Quia ſecundum deum poſtulat*, id eſt, quoniam ſpiritus ſanctus facit nos poſtulare quæ Deo ſunt placita. *Pro ſanctis*, id eſt, pro nobiſipſis & aliis prę ordinatis ad vitam. Secũdò exponitur ſic, Spiritus angelicus adiuuat infirmitatem noſtram dæmones coërcendo, gratiæ opem impetrando, & nobis fideliter tanquam piiſſimus cuſtos ac diligens, aſſiſtẽdo. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus,
E ſecundum ſenſum prætactum, ſed ipſe ſpiritus angelicus poſtulat pro nobis, orationes noſtras offerens domino: ſicut
Tob. 12. Tobiæ Raphaël aiebat, Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam Deo. Et in Apoca. dicitur, Data
Apo. 8. ſunt ei incenſa multa, vt daret ea de orationibus ſanctorum
F ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum dei. Gemitibus inenarrabilibus, id eſt, vehementiſſimis quibuſdam affectibus. Gemitus autem propriè ſumptus non competit angelo, ſed metaphoricè tantùm, ſed de Deo legitur. Tactus do
Gene. 6. lore cordis intrinſecus, &c. Qui autem ſcrutatur corda, id
Sapien. 6. eſt, Deus qui corda ſcrutatur, non inquirendo quod neſcit, ſed inſpiciendo quod nouit, ſcit quid deſideret ſpiritus angelicus pro noſtra ſalute, quia ſecũdum deum poſtulat, pro
Iudith. 13. ſanctis. Nam cùm ſit Deo beatificè inſeparabiliterque vnitus, nil cupit, niſi quod complaceat domino. Deinceps o-
Epiſt. ſtendit Apoſtolus proprietatem eorum, qui æternam beatitudinem obtinebunt. *¶ Scimus autem quoniam diligentibus deũ*, charitate infuſa & ſupernaturali ac perſeueranti, *Omnia* tã
F bona quàm mala, proſpera & aduerſa. *Cooperantur* finali-
Sap. 10. ter *In bonum* fœlicitatis æternæ, quia per hæc aliquo modo proficiſcuntur ad dominũ. Bona enim, id eſt, opera virtuoſa cooperantur in bonum directè, mala verò indirectè. Nam vbi abundauit iniquitas, abundauit & gratia. Ideo ſcriptum
Rom. 5. eſt de vero iuſto, Omnia quæcunque faciet, proſperabun-
Pſal. 1. tur. Sæpe enim contingit, vt quò ſe grauius peccaſſe perpendunt, eò humiliores & feruentiores reddantur. *His qui ſecundũ propoſitum* voluntatis diuinæ, vel ſecundũ rationẽ prę deſtinationis æternæ. *Vocati ſunt ſancti*, id eſt, deo operante ad ſanctorum pertinent ſortem. Vel, ſecundũ propoſitum, id eſt, diuinæ mentis decretum vocati ſunt ſancti, id eſt ad gratiã ſanctificantẽ deducti ſunt, ita vt re & nomine veraciter ſan-

ſanctificantur, gratiámque perſeuerantem ac finalem, (quæ ſolis electis præſtatur) adipiſcátur. *Nam quos præſciuit*, id eſt, ab æterno prænouit ad vitam, & per approbationé, ſicut ad Moſen loquitur, Scio te ex nomine. *Et prædeſtinauit*, id eſt, in ſua diſpoſitione æterna præmiſit atq; præordinauit. *Conformes fieri*, per gratiam adoptionis. *Imaginis filij ſui*, id eſt, filio ſuo naturali qui eſt imago patris ſui, cum ſit imago bonitatis paternæ, candor æternæ lucis, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis. Filiatio enim adoptiua electorum, eſt ſimilitudo filiationis naturalis diuinæ. Cõformãtur ergo prædeſtinati filio Dei cũ ſint filij adoptiui, quia per gratiam gratũ facientem & cætera dona ſpiritus ſancti ſortiuntur quandam ſupernaturalem aſſimilationẽ cum Deo patre, cuius filius eſt imago. Aſſimilantur quoque & filio, qui eſt verbum, veritas, & ſapientia patris cum natura eorũ intellectualis diuinorũ contẽplatione perficitur. Poteſt quoq; referri conformatio ſta ad filium ſecũdũ naturam eius aſſumptã. Sic enim prædeſtinati ſunt conformes fieri imaginis filij Dei, vt ſint cohæredes Chriſti, & ſicut portauerunt imaginem terreni, ſic portent imaginem cœleſtis. *Vt ſit ipſe*, filius Dei. *Primogenitus in multis fratribus*, id eſt, inter prædeſtinatos fideles (qui fratres eius ſunt ſecundum naturam aſſumptam) primatum tenens ordinem dignitatis, tanquam caput corũ, & ius primogenituræ poſſidẽs hæreditatẽ patris abundantius percipiendo, eamque aliis diſtribuendo. Dicitur etiã Chriſtus primogenitus mortuorũ, quoniam propria poteſtate ſurrexit, & erat primus impaſſibilis reſurgens. Porrò vt vnigenitus, nõ habet fratres, ſic enim eſt vnicus filius, verũſque deus: ſed vt primogenitus, fratres habet, quorũ ipſe naturam aſſumpſit & ſuæ gloriæ participes erunt. Vnde ad Hebræos habetur, Non cõfunditur eos fratres vocare, dicẽs, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Nam & in Euangelio loquens, Dilecte diſcipule. Vade, inquit, dic fratribus meis. Hoc autem ſciendum, quòd præſcientia non ſumitur hic ſicut communiter ſumitur, vt dum reprobi dicuntur præſciti videlicet prout prædeſtinationi opponitur, ſed ſumitur iam prout eſt quaſi via ſiue præambulũ ad prædeſtinationem. Cum enim deus nil agat caſu aut ignoranter, oportet notionẽ ſecundũ ordinem rationis precedere prædeſtinationẽ. Ad inſinuandũ ergo q̃ Deus non eligit niſi præcognitos, ait apoſtolus.

A
Exod. 33.
Epheſ. 1.
Coloſſ. 1
1. *Cor.* 5
Hebr. 1
Sapien. 7.
Ioan. 1.
Ioan. 14
1. *Cor.* 1
B
1. *Cor.* 15.
Apo. 1.
Coloſſ. 1.
Ephe. 1.
Adoc. 1
C
Hebr. 11
Pſal. 21.
Ioan. 21
Sapien. 3

D stitum & victum, ac alia quibus hæc corruptibilis vita sustẽtatur, eíque seruitur. Liberabitur autem, pertingendo. *In libertatem gloriæ*, id est, dominium & securitatem fœlicitatis. *Esa.* 31. Vel in gloriosam libertatem *Filiorum Dei*, id est, electorum seu beatorum in patria, qui deo perfectè assimilantur, & plena dilectione inœstabiliter coniunguntur. Hæc autem consequenter declarat Apostolus. *Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc.* Hoc duobus mo- *Tren.* 1. dis exponitur: Primò, de omni homine mortali, qui dicitur ingemiscere; suspirando ad patriam, & propter vitæ huius angustias frequenter gemens & flens in hac valle lachrymarum; & parturire, id est, cum dolore operari vsque adhuc, quia à principio mundi vsque in præsens tempus ita fecit, & E vsque ad mortem, finémque seculi durabit gemitus iste & *Psal.* 95. parturitio. Secũdo exponitur generaliter de principalibus partibus huius mundi sensibilis scilicet elementis atque cœlestibus orbibus, quæ dicuntur ingemiscere & parturire metaphoricè, sicut campus dicitur exultare; & pratum ridere. Vnde per gemitum eorum intelligitur inclinatio, vel appetitus eorum ad statum perfectiorem. Per parturitionem autem mutua generatio & corruptio quantum ad elementa, vel continua circunuolutio quantum ad cœlestia corpora. Ex quibus elicitur, quòd secundum intentionem Apostoli corpora cœlestia & elementa in fine seculi glorificatis electis, iudicióque peracto, innouabuntur, ita quòd elementorum transmutatio, & cœlestium corporum motus cessabunt, ampliori quoque lumine vestientur. Terra enim (vt fertur) in superficie lucida erit vt vitrum, aqua sicut crystallus, aër vt cœlum, ignis vt stellæ. Quantitas autem meliorationis cœlestium corporum nota est ei qui daturus est eam. Veruntamen de mensura decorationis solis & lunæ scriptũ *Apoc.* 21. est, Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplicitet sicut lux septem dierum. Tunc enim tanta erit lux lunę, quanta nunc est lux solis, corpora quoque beatorum septies clariora erunt (vt dicitur) sole. *Esa.* 30. Hoc tamen secundum beatum Thomam, nec ratione, nec authoritate probatur, quamuis *Mat.* 13. certissimè verum esse sciamus, quòd veritas ait, Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Mihi præterea, semper saluo meliori iudicio, videtur, quòd sicut præsens locus quo dicitur, Scimus quòd omnis creatura ingemiscit & parturit

turit, exponitur de prædictis corporibus: sic superiora ab co A
loco, quo dictum est: Nam expectatio creaturæ, de eisdem possit exponi, præsertim cum Apostolus dicendo, Expectatio creaturę reuelationem filiorum dei expectat, & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei, manifestè videatur distinguere inter creaturam & filios Dei adoptionis, de quibus prædixit scilicet homines prædestinatos. Erit igitur sensus, Expectatio creaturæ elementalis atque cœlestis reuelationem filiorum Dei, id est, manifestã glorificationem hominũ electorũ expectat, secundum q̃ ex diuina ordinatione inclinatur ad quandam clarificationem, quam in fine seculi sortitura est filiis dei reuelatis. Non enim innouabũtur corpora elementaria atque cœlestia, nisi corporibus electorum glorificatis, vel simul cũ B
illis. Meritò autem expectat. Vanitati enim, id est, mutabili- *Eccle. 1.*
tati vel transmutationi creatura prædicta subiecta est: nõ valens, id est, non ex seipsa aut propria inclinatione, loquendo de ea prout ordinata est à Deo ad statũ perfectum parificãdum statui electorũ post finale iudicium: sed propter eũ qui subiecit eam in spe, id est, ex ordinatione diuina subiecta est huic vanitati propter hominem, vt ei deseruiat. Corpora enim cœlestia propter generationẽ inferiorum, maximè hominum, mouentur, & in generationibus mixtorum elementa concurrũt. Hæc autẽ subiectio facta est in spe præmemoratæ melioris clarificationis seu clarificationis elementaliũ atq; cœlestium, quia & ipsa creatura cœlestis & elementalis liberabi- C
tur à seruitute corruptionis, id est, à statu suæ variabilitatis, *Gene. 1.*
& à trãsmutatione ac motu, quibus corruptibilibus istis de- *Psal. 8.*
seruit. Deinde ait apost. *Non solũ autẽ illa*, id est, non tantũ omnis prædicta creatura ingemiscit ac parturit. *Sed & nos* ipsi apost. Christi, quibus hoc minus cõuenire videtur. *Primitias spiritus habentes.* i. abundantioré gratiã spiritus sancti *Psal. 121.* *Philip. 1.*
sortiti. *Et ipsi intra nos gemimus* cordialiter suspirantes supernam Hierusalẽ, cupientes dissolui, atque à præsentis vitæ erumnis transferri. *Adoptionem filiorum dei*, id est, consummatam seu plenã adoptionis filiationem, videlicet præmiũ electorũ in patria. *Expectantes*, non solũ animæ glorificationẽ, sed & *Redemptionẽ corporis nostri*, id est, liberationẽ corporis nostri à mortalitate, pœnis atq; miseriis, quibus modò vehemẽter affligitur. Propter quod Dauid ait, Sitiuit in te anima *Osee. 13.* *Psal. 62.*

D mea quàm multipliciter tibi caro mea. Præterea nō inaniter hanc beatitudinem expectamus. *Spe enim salui facti sumus*, id est, actu spei, tanquam merito, liberati sumus à culpa & digni effecti gloria. Actus nanque virtutis saluat hoc modo. Vel sic, Spe salui facti sumus, id est, per passionē ac meritum Christi, iam beati & salui sumus in spe, quāuis nondū beati simus in re. Idcirco certissimè præstolamur fœlicitatem prædictam. *Spes autem*, id est, res sperata. *Quæ videtur*, id est, iam præsens atque obtenta est. *Non est spes*, id est, non cadit sub spe, nec amplius speratur. Quasi dicat, Spes ista non est de visibilibus & præsentibus bonis, sed est certa expectatio futurorum inuisibiliúmque bonorum. Nam & fides (quæ vtique de inuisibilibus est) est substantia rerum sperandarum. Ideo additur. *Nam quod videt quis, quid sperat?* id est, quod iam in promptu habetur, & præsentialiter ac visibiliter adest, non magis speratur, sed potius possidetur. *Si autem*, id est, quia *Quæ non videmus*, id est, spiritualia & futura bona. *Speramus: per patientiam expectamus*, id est, longanimiter ea præstolamur non cedendo aduersis, nec importunè volētes dissolui. Vel per patientiam, id est, per aduersitatum tolerantiam expectamus hanc consolationem. Nam tribulatio excitat nos ad futuræ consolationis actualem fiduciam. Deinde docet Apostolus, quòd non humana, sed diuina virtute ac ope ad prædictam fœlicitatem pertingimus. *Similiter autem*, id est, sicut per patientiam expectamus bona futura adiuti gratia Dei, simili modo piè ac gratioſè *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* Locus iste vsque ad illud, Scimus quoniam diligentibus Deum, dupliciter exponi potest. Primò de spiritu sancto: Secundò, de spiritu angelico. Primò sic, Spiritus sanctus adiuuat infirmitatem nostrā, id est, nosipsos infirmitatibus spiritualibus plenos, illuminando intellectum, accendendo affectum. *Nam quid oremus sicut oportet nescimus.* Videtur huic contrarium. Aliqua enim sunt ex sua ratione honesta, virtuosa, & ad salutē necessaria, vt dilectio dei & proximi, humilitas, pax, patientia. Talia scimus esse petenda à deo. Scimus quoque quomodo sint petenda, videlicet indesinenter, & in nomine Christi ad gloriam Dei. Denique Christus nobis præfixit, quid & quomodo orare oporteat, dicēs, Sic ergo orabitis, Pater noster qui es in cœlis. Aduertendum est itaque, quia (vt refert

Finis.
Hebr. 9.
Hebr 11.
Philip. 1.
Roma. 5.
E
Mat. 2.
Matt. 11.
Mat. 6.
F

fert Valerius) opinio Socratis fuit,nõ debere nos ab immor A
talibus diis aliquid determinatè poſtulare,quoniam ipſi me- *Valerius.*
lius ſcirent quàm nos,quid nobis expediat.Hoc autem ſan-
cti doctores reprobant,propter duo. Primò,quia (vt tactũ
eſt) quædam ſunt per ſe ad ſalutem neceſſaria, honeſta, &
nobis præcepta. Talia ergo debemus petere determinatè.
Secundò, quoniam orando aliquid determinatè mens no-
ſtra pro illo magis accenditur, ſicque capacior fit eius quod
poſcit. Deſiderium enim aperit, capacémque facit affectum
orantis. Quædam verò ſunt indifferentia, quæ poſſunt ſa-
luti obeſſe ſicut prodeſſe,vt ſanitas corporis,ceſſatio tenta-
tionis,& multa huiuſmodi. Talia non debemus determina- *Dan.9.*
tè petere,niſi ſub conditione beneplaciti Dei. Quia ergo in
talibus ſæpe decipimur, orantes quæ non proficiunt ad ſa- B
lutem,eo quòd incertę ſunt prouidẽtiæ noſtræ, ſicut & Pau *Iaco.4.*
lus Apoſtolus,qui orauit ſtimulum carnis ſibi auferri: idcir- *2. Cor.12.*
co indigemus dirigi à ſpiritu ſancto in petitione talium, ne
petamus ſaluti contraria,vel aliter quàm oportet.De his pu
to iam loqui Apoſtolum, iuxta quem ſenſum etiam à Sa- *Sap.9.*
pientie ſcriptum eſt: Quis poterit cogitare quid velit deus?
& ſenſum tuum domine quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiã,
& miſeris ſpiritum tuum de cœlis? Si autem prædicta verba
apoſtoli vniuerſaliter dicta ſunt,exponenda erunt hoc mo-
do: Quid oremus,id eſt, quid decẽs à domino poſtulemus.
Oratio enim eſt,petitio decentium à deo,ſecundum Dama *Damaſce.*
ſcenum: ſicut oportet,cum circunſtantiis debitis,neſcimus,
propria virtute, ſed noua illuſtratione egemus. Ideo ſubdi-
tur. *Sed ipſe ſpiritus* ſanctus,*Poſtulat pro nobis*,id eſt,poſtulan- C
tes nos efficit verè ſalubria. *Gemitibus inenarrabilibus*.id eſt,
ſuſpiriis, tam exceſſiuis, tam pro liberatione præſentis exi-
lij,quàm pro adeptione cœleſtis paradiſi,vt plenè nequeant
explicari. Dicitur autem Deus aliquid agere, non quia ipſe
immediatè ſic agit, ſed quia facit nos ſic agere, prout legi-
tur in Exodo. Dominus dixit ad filios Iſraël,Iam nunc de- *Exod.33.*
pone ornatum tuum,vt ſciam quid faciã tibi. Abrahæ quo- *Gene.22.*
que dixit,Nunc cognoui,quòd timeas dominum,id eſt, ſci- *Pſal.3.*
re & cognoſcere faciã. *Qui autẽ ſcrutatur corda*,id eſt,quæli- *Hiere.17.*
bet diuina perſona interiora cordis cõſpiciẽs. *Scit quid deſi-*
deret ſpiritus,id eſt, approbat & exaudit quod ſpiritus ſãctus
deſiderare nos facit.Quod enim ex immediata ſpiritus ſan-

D ęti inſpiratione precamur, domino placet & exauditur ab
Mat. 26. eo, imò à ſpiritu ſancto. Idem enim ſpiritus orare nos facit, & orantes exaudit, *Quia ſecundum deum poſtulat*, id eſt, quoniam ſpiritus ſanctus facit nos poſtulare quæ Deo ſunt placita: *Pro ſanctis*, id eſt, pro nobiſipſis & aliis prędordinatis ad vitam. Secũdò exponitur ſic, Spiritus angelicus adiuuat infirmitatem noſtram dæmones coërcendo, gratiæ opem impetrando, & nobis fideliter tanquam piiſſimus cuſtos ac diligens, aſſiſtẽdo. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſecundum ſenſum prætactum, ſed ipſe ſpiritus angelicus poſtulat pro nobis, orationes noſtras offerens domino: ſicut
Tob. 12. Tobiæ Raphaël aiebat, Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam Deo. Et in Apoca. dicitur, Data
Apo. 8. E ſunt ei incenſa multa, vt daret ea de orationibus ſanctorum ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum dei. Gemitibus inenarrabilibus, id eſt, vehementiſſimis quibuſdam affectibus. Gemitus autem propriè ſumptus non competit angelo, ſed metaphoricè tantùm, ſed de Deo legitur. Tactus do
Gene. 6. lore cordis intrinſecus, &c. Qui autem ſcrutatur corda, id
Sapien. 6. eſt, Deus qui corda ſcrutatur, non inquirendo quod neſcit, ſed inſpiciendo quod nouit, ſcit quid deſideret ſpiritus angelicus pro noſtra ſalute, quia ſecũdum deum poſtulat, pro
Iudith. 13. ſanctis. Nam cùm ſit Deo beatificè inſeparabiliterque vnitus, nil cupit, niſi quod complaceat domino. Deinceps o-
Epiſt. ſtendit Apoſtolus proprietatem eorum, qui æternam beatitudinem obtinebunt. *Scimus autem quoniam diligentibus deũ*, charitate infuſa & ſupernaturali ac perſeueranti, *Omnia* tã
F bona quàm mala, proſpera & aduerſa. *Cooperantur* finali-
Sap. 10. ter *In bonum* fœlicitatis æternæ, quia per hæc aliquo modo proficiſcuntur ad dominũ. Bona enim, id eſt, opera virtuoſa cooperantur in bonum directè, mala verò indirectè. Nam vbi abundauit iniquitas, abundauit & gratia. Ideo ſcriptum
Rom. 5. eſt de vero iuſto, Omnia quæcunque faciet, proſperabun-
Pſal. 1. tur. Sæpe enim contingit, vt quò ſe grauius peccaſſe perpendunt, eò humiliores & feruentiores reddantur. *His qui ſecundũ propoſitum* voluntatis diuinæ, vel ſecundũ rationẽ prędeſtinationis æternæ. *Vocati ſunt ſancti*, id eſt, deo operante ad ſanctorum pertinent ſortem. Vel, ſecundũ propoſitum, id eſt, diuinæ mentis decretum vocati ſunt ſancti, id eſt ad gratiã ſanctificantẽ deducti ſunt, ita vt re & nomine veraciter

ſan-

sanctificantur, gratiámque perseuerantem ac finalem, (quę A
solis electis præstatur) adipiscãtur. *Nam quos præscíuit*, id est, *Exod. 33.*
ab æterno prænouit ad vitam, & per approbationẽ, sicut ad *Ephes. 1.*
Moysen loquitur, Scio te ex nomine. *Et prædestinauit*, id est, *Colos. 1*
in sua dispositione æterna præmisit atq; præordinauit. Con- *1. Cor. 5*
formes fieri, per gratiam adoptionis. *Imaginis filij sui*, id est, fi- *Hebr. 1*
lio suo naturali qui est imago patris sui, cum sit imago boni-
tatis paternæ, candor æternæ lucis, & speculum sine macula
Dei maiestatis. Filiatio enim adoptiua electorum, est simili- *Sapien. 7.*
tudo filiationis naturalis diuinæ. Cõformãtur ergo prædes-
tinati filio Dei cũ sint filij adoptiui, quia per gratiam gratũ *Ioan. 1.*
facientem & cætera dona spiritus sancti sortiuntur quan- *Ioan. 14*
dam supernaturalem assimilationẽ cum Deo patre, cuius fi- *1. Cor. 1*
lius est imago. Assimilantur quoque & filio, qui est verbum, B
veritas, & sapientia patris cum natura eorũ intellectualis di *1. Cor. 15.*
uinorũ contẽplatione perficitur. Potest quoq; referri confor
matio ista ad filium secũdũ naturam eius assumptã. Sic enim
prædestinati sunt conformes fieri imaginis filij Dei, vt sint
cohæredes Christi, & sicut portauerunt imaginem terreni,
sic portent imaginem cœlestis. *Vt sit ipse*, filius Dei. *Primoge-*
nitus in multis fratribus, id est, inter prædestinatos fideles (qui
fratres eius sunt secundum naturam assumptam) primatum
tenens ordinem dignitatis, tanquam caput eorũ, & ius pri-
mogenituræ possidẽs hæreditatẽ patris abundantius perci- *Apo. 1.*
piendo, eamque aliis distribuendo. Dicitur etiã Christus pri- *Coloss. 1.*
mogenitus mortuorũ, quoniam propria potestate surrexit, *Ephe. 1.*
& erat primus impassibilis resurgens. Porrò vt vnigenitus, *Adoc. 1*
nõ habet fratres, sic enim est vnicus filius, verũsque deus: sed C
vt primogenitus, fratres habet, quorũ ipse naturam assum-
psit & suæ gloriæ participes erunt. Vnde ad Hebræos habe- *Hebr. 11*
tur, Non cõfunditur eos fratres vocare, dicẽs, Narrabo no-
men tuum fratribus meis. Nam & in Euangelio loquens, Di
lecte discipule Vade, inquit, dic fratribus meis. Hoc autem *Psal. 21.*
sciendum, quòd præscientia non sumitur hic sicut commu- *Ioan. 21*
niter sumitur, vt dum reprobi dicuntur præsciti videlicet
prout prædestinationi opponitur, sed sumitur iam prout est
quasi via siue præambulũ ad prædestinationem. Cum enim
deus nil agat casu aut ignoranter, oportet notionẽ secundũ
ordinem rationis precedere prædestinationẽ. Ad insinuan- *Sapien. 3*
dũ ergo qp Deus non eligit nisi præcognitos, ait apostolus.

D Nam quos præsciuit, & prædestinauit. Quæ autem bonà prædestinationem sequantur, ostendit apostolus. *Quos autẽ prædestinauit*, ab æterno, *Hos & vocauit*, ad statum salutis, ad fidem & gratiam, vel per inspiratione internam, vel per in-
Esa. 41 structionem angelicam, vel per prædicationem humanam. *Et quos vocauit, hos & iustificauit*, indulgentiam conferendo, & gratiam infundendo. *Quos autem iustificauit, illos & glorificauit*, exaltando eos in gloria. Quosdam enim iam magnificauit hoc modo, alios magnificabit. Itaque prædestinatio gratiam præparat, respicitq; gratiæ bonum finale. Vocatio gratiam offert & retrahit à malo. Iustificatio gratiã confert,
2. Petri. 1 & respicit bonum gratiæ initiale. Magnificatio gratiam consummat in gloria, & concernit futurum bonum fœlicitatis
E æternæ. Horum quatuor, prædestinatio est in Deo, alia tria in nobis sunt. Si ergo prædestinatus es, quamuis auertaris à Deo, & fugias, tamen vocaris: quanuis pecces, tamen iustificaris: quamuis moriaris, tamen ad impassibilẽ vitam transfereris. *Quid ergo dicemus ad hæc?* id est, quomodo ista satis mirari, quomodo tantam gratiam satis laudare poterimus? *Si deus pro nobis est*, nósque defendit, sicut est pro prædestinatis, *Quis cõtra nos?* id est, quis nobis nocere valebit? Nullus vtiq;, quia omnia cooperabuntur nobis in bonum. Si enim tentemur à dæmone, si infectemur à mundo, per Dei gratiã omnia sunt nobis materia meritorum. Imò si corpus occida-
1. Ioan. 2 tur, anima per patientiam coronatur. Ideo. S. Iob ait, Pone
Matt. 10 me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. *Qui*, deus
F pater inter alia beneficia sua vobis impensa, *Etiam proprio filio suo*, incarnato. *Non pepercit*, liberando eum à mortis an-
Iob. 17. gustia, sed pro nobis omnibus tradidit illum manibus aduersariorum permissiuè, electis verò dedit eum effectiuè: iuxta quod scriptum est, Paruulus natus est nobis, & filius datus
Esa. 9. est nobis. Secundum beatum Thomam in tertia parte deus tradidit Christũ triplici modo. Primò, quia ab æterno præ-
Philip. 2 ordinauit per Christi passionem mundum esse saluandum. Secundò, quoniam inspirauit ei voluntatem patiendi pro nobis, & ita voluit Christum pati per modum præcepti, cui filius libẽtissimè obediuit. Tertiò permissiuè, vt dictum est. *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit*: per locum à
Psal. 69 minori concluditur, quod quia filium suũ sibi coæternum, consubstantialem & coæqualem dedit nobis, etiam cætera

omnia

mnia minora filio suo præstiterit nobis, quantum ad salu- A
em requiritur. Angelos enim dedit nobis, in conciues atq; *Psal.8*
ustodes, omnia corporalia subiecit fidelibus, omné gratiam *Psal.8.*
n præsenti, omnem gloriam in futuro dare paratus est: sicut
& filius contestatur, Si quid petieritis patré in nomine meo *Ioan.16*
dabit vobis, vt gaudium vestrum sit plenum. Omnia verba
hæc diuini apostoli affectuosissima atque dulcissima sunt, &
tota cordis intentione ac deuotione pensanda. *Quis accusa*
bit aduersus electos Dei? quasi dicat. Nullius accusatio pote-
rit eis coram Deo nocere in hora mortis, vel in die iudicij.
Possunt tamen iam fraternè accusari à proximis, & paternè
corrigi à prælatis. Hinc enim scriptum est. Proiectus est dra
co magnus, serpens antiquus accusator fratrum nostrorum.
Quod autem nemo poterit eos accusare, patet quoniá *Deus* B
est *Qui iustificat* eos: idcirco, *Quis est qui condemnet?* eos, an *2. Cor. 4.*
Christus Iesus qui mortuus est, pro eis saluandis, *Imò qui &* *3. Petri. 2.*
resurrexit, tertia die. *Qui & est ad dexteram Dei*, residens
Christus secundum diuinam naturam dicitur esse à dextris *Matth. 28*
patris, id est, in summo honore, & patris æqualitate. Secun- *Apoc. 3*
dum humanitatem verò est ad dexteram patris, id est, in po
tioribus bonis eius. Vnde ipse ait. Ego vici & sedi cum pa- *Ioan. 17.*
tre meo in throno eius. *Qui etiã interpellat pro nobis*, vt me- *1. Tim. 2.*
diator Dei & hominum. Scriptum est enim, Aduocatum ha *1. Ioan. 2*
bemus, apud patrem, Iesum Christum iustum. Secundum
quosdam Christus interpellat pro nobis, non voce, sed mi-
seratione ac repræsentatione, dum indesinenter naturam
quam pro nobis assumpsit, & diram mortem quam pertulit
patris vultui offert. Vt enim ait Bernardus, Mater ostendit *Bernard.*
filio pectus & vbera, filius ostẽdit patri latus & vulnera: nec C
potest esse repulsa, vbi tot concurrunt amoris insignia, Ve-
runtamen cum ad Hebr. dicat apostolus, Christus sempiter
num habet sacerdotium, vnde & saluare potest in perpe-
tuum, accedens per semetipsum ad deum, semper viuens ad *Hebr. 7*
interpellandum pro nobis: non videtur cur Christo, vt me- *August.*
diatori, non competat voce interpellare pro nobis. Deni-
que oratio est explicatio desiderij, & interpres ac nuntia vo
luntatis. Secundum Augustinum quoque, illud licet orare
quod licet desiderare. Cum ergo Christus nostram salu-
tem desideret, & ob id patri latus ac vulnera repræsentet,
vt nostri misereatur, cur non voce explicet hanc voluntaté

D pro nobis orando? Et cum ipse magis cupiat nostram salutem, quàm aliquis beatorum, cur non orat vocaliter, eo modo quo virgo Maria, vel cæteri sancti? Si autem ideo dicatur nō orare vocaliter, quia non est opportuna in patria vocalis oratio, eadem ratione hac virgo beata non oraret vocaliter, nec Christus in hoc seculo orasset voce pro nobis. Itaque cum deus tantam nobis charitatem ostenderit, & tanta bona per Christum largitus sit, *Quis ergo nos separabit à charitate*, actuali vel habituali *Christi*? secundum vtranque eius naturam? Nunquid. *Tribulatio* (corporis) *an angustia*? id est, afflictio mētis, *An fames, an nuditas*, id est, vestimentorū inopia? *An persequutio*, quæ est de loco ad locū. *An periculum*, id est, apparatus mortis. *An gladius*? id est, mors ipsa.

E Tanquam dicat. Nullum horum separare nos poterit. *Sicut scriptum est*, in persona iustorum seu martyrum aduersa patientium, scilicet pœnas præteritas. *Quoniam propter te*, id est, propter tui amorem, & quia corā hominibus te confitemur, nec à iustitiæ tuæ via recedere volumus. Vel propter te, finaliter, id est, vt te deum pro præmio acquiramus. *Mortificamur tota die*, id est, assiduè tribulamur, atq; per quotidianas persequutiones & aduersitates ad mortem deducimur. Vel certe quia nosipsos quotidie mortificamus orādo, legendo, abstinendo, contra proprias cōcupiscentias præliando propriā voluntatē fraudādo, & in cæteris virtutū exercitiis ac pœnitentiæ laboribus desudādo, *Æstimati*. i. à persecutoribus & peruersis hominib⁹ reputati & spreti. *Sumus vt oues occisionis*. i. sicut oues quæ occidūtur, vt lana earū & carnes in vsum occidentiū veniāt. Vnde & Christus ait discipulis, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Et alibi, Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiū se præstare Deo. *Sed in his omnibus*, aduersitatibus superamus omnia patienter atque gaudenter sustinendo, *Propter eum qui dilexit nos*, id est propter amorē Dei vel Christi, qui prior dilexit nos, & propter beneficiū gratiæ eius, cuius virtute hæc inuictissimè patimur. *Certus sum enim quia neq; mors*, id est, timor seu pœna mortis. *Neque vita*, id est, amor viuendi. *Neque angeli*, qui sunt de infimo choro infimæ hierarchiæ cœlestis. *Neque principatus*, qui sunt de supremo choro eiusdē hierarchiæ, & per istos subintelligantur archangeli, qui infra hos ordines sunt medij. *Neque virtutes*, id est, angeli de medio

Psal. 43

Matth. 10

Zach. 11.

Mat. 10

Ioan. 16

Sapien. 10

1. Ioan. 4.

dio ordine ſecundæ hierarchiæ per quos intelliguntur potestates quæ ſunt de infimo ordine hierarchiæ ſecundæ. Numerantur autem horum ordinũ angeli, quia ſunt de quinq; ordinibus angelorũ, qui foras mittuntur. Alij verò quatuor ordines aſſiſtũt. *Neque inſtãtia*, id eſt, præſentia bona vel mala. *Neque futura*, proſpera vel aduerſa. *Neque fortitudo*, id eſt, violentia alicuius. *Neque altitudo*, humanæ præſumptionis. *Neque profundum*, ſapiẽtiæ ſecularis. *Neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro*, id eſt, ſecundũ eius doctrinã & voluntatẽ exhibetur à nobis Deo, vt eũ toto corde, tota anima tota fortitudine diligamus. Exhibitio enim beneficiorũ charitatẽ accendit, nec aliquid ſic ad amorẽ inducit, ſicut quòd aliquis ſcit & experitur ſe ab alio diligi. Quoniã ergo deus tantã nobis dilectionẽ oſtendit, tãtaque beneficia contulit, debemus in eius amore eſſe immobiles. Hoc dicit apoſtolus in perſona ſuipſius & apoſtolorum aliorum quos ſciebat cõfirmatos in gratia, ita quòd mortaliter peccare non poterant ab ea hora, qua in die pentecoſtes primitias ſpiritus acceperunt. Vel ſi intelligatur dictũ in perſona omnium prædeſtinatorum, referendum eſt quantum ad ſeparationem finalem. Nam licet aliquando per mortale peccatum ſeparentur à Deo, finaliter tamen ſeparari non poſſunt. Præterea quod de angelis dictũ eſt, non eſt ſic intelligendum, quòd angeli ſancti aliquo modo velint nos ſeparare à charitate dei: ſed ideo dictũ eſt, quia & ſi per impoſsibile vellent, tamen non poſſent. Secundum quem ſenſum dicit alio loco idem apoſt. Licet angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod euangelizamus, anathema ſit. Quidã verò per prædicta intelligunt angelos malos, qui nos conãtur à Deo auertere. De quibus ad Epheſios legitur, non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, &c. In Apocalypſi quoque ſcriptum eſt, Draco pugnabat, & angeli eius.

A *Finis.* *1. Cor. 3* *Marci. 12.* B *Acto. 2.* *2. Theſſ. 3.* *Galat. 4* C *Ephe. 6* *Apoc. 12.*

Cap. IX. *Veritatem dico in Chriſto, &c.*

ARTICVLVS XIII.

QVia in ſuperioribus diſputauit apoſtolus de inſufficientia legis & vitiis Iudæorum, nunc oſtendit charitatem ſuam ad eos, ne puteturilla ex odio vel contemptu dixiſſe, & ait, *Veritatem in dico in Chriſto Ieſu*, id eſt, ſecundũ regulam & cenſurã veritatis Chriſti, ita quòd mea locutio

Roma. 4. 5. 6 7

D est secundum beneplacitum Christi, & consona veritati ipsius, qui est mensura, causa & regula vniuersæ veritatis: id circo. *Non mentior, testimonium perhibente mihi conscientia mea in Spiritu sancto*, id est, nullum remorsum habente conscientia mea de aliqua falsitate: & hoc in spiritu sancto, ita quòd ipse est testis eius quod dico. Iste est modus iurandi Apostoli. Iuratio nãque dum rationabilis causa occurrit vel exigit, non solùm est licita, sed etiam meritoria, cum sit actus virtutis, quæ latria dicitur. Hoc superius declaratum est plenius. *Sup. ca. 8.* Iudæi autem difficiles erant ad credendum, ideo iurat Apostolus. Et item vt melius sibi credatur, quia quod dicit rarum est atque mirabile, imò penè incredibile. Quid igitur iurat? *Quoniam tristitia mea magna est*, tam in superiori quàm in inferiori appetitu. *Et dolor continuus cordi meo*, hoc E est, iugis afflictio atque compassio menti seu animæ, scilicet propter excæcationem Iudæorũ, *Infra. 11* sicut patebit. Hæc est tristitia bona ex charitate procedens, qua aliis condolemus in malis culpæ vel pœnæ, ad quam pertinet luctus: de quo dicitur, *Matth. 5. Luc. 6.* Beati qui lugent. Deinde ostendit causam motiuam, ac materialem huius tristitiæ. *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis*, puta Iudæis. Expositores quidam satis faciliter transeunt in expositione loci huius, qui meo iudicio difficillimus est, si quis diligenter inspiciat, Sic autem communiter exponunt, Optabam ego ipse anathema, id est, separatus esse à Christo, pro fratribus meis prędictis vt conuerterentur, id est, si fieri posset, vellem ad horam, siue in hac vita, siue post mortem separari à Christo, vt F isti crederent. *Sapien. 1* Sed cum in hac vita non separetur homo à Christo nisi per culpam, imò per mortale peccatum, si Apostolus optasset separari à Christo in hac vita propter conuersionem Iudæorum ad tempus, optasset mortale peccatum incidere, vt illi gratiam consequerentur, quod certum est dici non posse, præsertim cum secundum eundem Apostolum, non sint facienda mala, vt bona eueniant. Ideo alij, paulo planius loquentes, asserunt, quòd optabat ad tempus *Sup. ca. 3.* separari à Christo per dilationem gloriæ sibi paratæ: ita ꝙ optauit diutius manere in vita præsenti, quatenus Iudæorũ conuersioni intenderet: iuxta quem modum aiebat ad Philippenses, Coartor è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, permanere autem in carne necessariũ est

propter

propter vos. Quamuis autem expositiones huiusmodi ve A
re sint, non tamen (vt arbitror) satisfaciunt diligenter scru-
tanti. Primò, quia Apostolus dicit hæc, ad insinuãdum sin-
gularem affectum suum circa Iudæos, sed prędicto modo
optauit etiam pro Gentibus separari à Christo, vt patet ex
multis locis epistolarum eius. Secundò, quia Apostolus di-
cit hæc, quasi aliquid valde præcipuum, sed prædicto modo
velle separari à Christo, non esset ita præcipuum, cùm &
alij multi inferiores sancti hoc ipsum optauerint, sicut bea-
tus Martinus dixerit, Domine, si adhuc populo tuo neces-
sarius sum, nõ recuso laborẽ. Tertiò, quia nõ sequitur, si quis
velit differri à gloria sibi parata in cœlo vt aliis prosit, quòd
ideo optet esse anathema à Christo, absolutè loquendo si-
cut Apostolus loquitur, imò hoc pertinet ad maiorem vnio
nem cum Christo, tam quantum ad meritum, quàm quan- B
tum ad gloriam, cum hoc sit eximiæ charitatis Dei & pro-
ximi opus. Propter quod ad Philippenses idem dicit Apo-
stolus. Viuere in carne, hic mihi fructus operis est. Quartò, *Ibidem.*
quia Apostolus cùm esset sobrius in loquendo, præsertim
in his, quæ ad suam laudem spectabant, declinando videli-
cet magis ad minus quàm ad maius, quemadmodum (secun
dum Aristotelem) pertinet ad moralem, ideo propter præ-
dictam separationem tam modicam, seu gloriæ dilationem
nõ absolutè dixisset, optabã anathema esse à Christo. Pro-
pterea (vt videtur) aliud nihil insinuat Apostolus verbis
prædictis, nisi quod in Exodo Moses Deo loquutus est, di-
cens, Aut dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, de- *Exod.32.*
le me de libro quem scripsisti. Cùm enim non fuerit minor C
charitas Iudæorum in Paulo quàm Mose, non mirum est, si
vterque idem optauit. Sed quomodo intelligenda sint hæc
Pauli & Mosi verba, difficile est intueri. Cum etenim Chri- *Mat.16.*
stus in Euang. dicat Quid proficit homo si lucretur vniuer *Luc.9.*
sum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui
ciat? Nullus fidelium debet simpliciter velle de libro vi-
tæ deleri, aut à Christo separari. Quidam ergo dixerũt Mo
sen prædicta verba dixisse ex impetu passionis, non ex iu-
dicio rationis, sed hoc penitus falsum est. Nec decet hoc di-
ci de viro sancto qui erat mansuetus super omnes homines
qui morabantur in terra. Denique precem eius exaudi- *Num.12*
uit dominus, Ecce, inquiens, dimisi iuxta verbum tuum. Et *Exod.32.*

Diterum dixit, Qui peccauit delebo eum. Vnde patet Mosen
Ibidem. in dicta oratione non peccasse, sed vehementissimè meruisse. Simili ratione ostenditur Paulum non dixisse verba indu
August. cta ex impetu passionis. Augustinus verò dicit Mosen protulisse hęc verba ex confidentia & familiaritate diuina: vt sit sensus, Quemadmodum certus sum domine, quòd non delebis me de libro vitæ, sic peto certificari à te de remissione culpæ populi tui. Simili modo rationabiliter dici potest in proposito, quòd Paulus optauit, & fortè vocaliter exorauit anathema esse à Christo propter Iudæos: sic orans. Domine Iesu conuerte populum hunc, aut si non facis, aufer me à consortio electorum, id est, sicut ex magna familiaritate atque fiducia cordis mei ad te certus sum quòd non permittes me separari à te, sic oro certificari de conuersione Iudęo
Hieron. rum ad te. Sic quoque sanctus Hieronymus refert dixisse Paulum simplicem domino. Cum enim non exaudiretur solita celeritate pro cuiusdam sanatioué infirmi, dixit, Verè nõ comedam, nisi sanaueris eum. Mórque sanatus est ęger. Sic filius aliquis dilectus & amorosus dicere solet patri suo, de quo plenè confidit, Fac quod peto, vel eiice me de domo & hæreditate tua. Potest etiam (& vt reor melius) dici, quòd tam Mosi quàm Pauli verbum sit sermo hyperbolicus, id est, per excessum dictus, tamen sine mẽdacio. In huiusmodi namque sermone sensus non est qui per orationem directè importatur, sed qui à loquẽte intẽditur, qui propter rationabilem causam tali locutione vtitur, eo q̃ res melius significari seu clarius explicari nõ valeat, nisi per excessum. Scit tamen qui loquitur quousque credatur. Hoc modo loquendi sæpissimè vtitur sacra scriptura: vt cũ ait Manasses,
2. Para. 33 Peccaui super numerũ arenæ maris. Et Psalmista, Multipli-
Psal. 68. cati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.
Iudic. 20. Simili sensu scriptum est in libro Iudicum de habitatoribus Gabaa, scilicet filius Bẽiamin, quia erãt viri fortissimi, ita ad certum iacientes fundis lapidẽ, vt capillum possent percutere, & nequaquam iactus in alteram partem ferretur. Quo aliud nihil signatur, nisi quòd erant vltra modum boni fundibularij. Apostolus ergo magnitudinem sui desiderij, quo Iudæorum optat salutem plenè exprimere nequiens, per hyperbolem ait, Optabam enim ego ipse, id est, tam ardenter concupiui salutem fratrum meorum Iudæorum, quòd hunc

affectum

affectum apertius designare non possum, nisi vt dicam me voluisse separari à Christo secundum modum iam tactum. Et, vt probabiliter dicitur, Paulus & Moses aliquo modo optabant deleri & separari, nisi Deus parceret populo, videlicet secundum dispositionem inferioris partis animæ comparatæ & affectatæ ad proximos ardenti amore, qui nescit mensurã, licet ita non erat in voluntate superiore rationem sequente: quemadmodum & saluator orauit auferri à se calicem passionis, quem vtique simpliciter bibere voluit: iuxta illud, Oblatus est quia voluit. Hæc tam prolixè prosecutus sum, quoniã multi etiam deuoti ambigere solent, quomodo prænducta verba debeant accipi. Sic ergo optaui esse anathema à Christo pro Iudæis. *Qui sunt cognati*, id est, consanguinei. *Mei secundum carnem*, id est, generationem carnalem, cum sint filij Abrahæ sicut & ego, & quidam eorum sunt de tribu Beniamin vt ego. *Qui sunt Israelitæ*, id est, nati de semine Iacob, qui ab angelo dictus est Israël. *Quorũ adoptio est filiorũ*, hoc est, ad quos pertinerat grãtia adoptionis filiorũ Dei, si vellent conuerti: & eorum qui ex eis conuersi sunt, est gratia adoptionis, quia excellenter consecuti sunt eam, vt patet in Apostolis, qui primitias spiritus acceperunt, atque in aliis multis de quibus Iacobus aiebat ad Paulum, Vides frater quot millia ex Iudæis crediderunt. Vel hoc ideo dicitur, quia Iudæi specialiter appellati sunt filij Dei. Vnde loquitur dominus, Filius meus primogenitus Israël. Et alibi, Factus sum Israëli pater, & Effraim primogenitus meus. Christus quoque in Euãgelio nominat eos filios regni quorum etiam est, *Et gloria*, id est, magnificentia operum diuinorum, videlicet miraculorum, & reuelationũ cœlestium. Patribus enim Iudæorum sanctis prophetis collata fuit gratia miraculorum, & ad eos factæ sunt reuelationes diuinæ. *Et testamentum*, vetus, quod specialiter datum est eis. *Et legislatio*, id est, datio legis scriptæ seu decalogus præceptorum moralium, *Et obsequium*, id est, cultus vnius veri Dei, qui cultus in Iudæis permansit cæteris nationibus ad idololatriam deuolutis. *Et promissa*, de aduentu Christi, & gloria electorum. *Quorum patres*, quoniã ipsi sunt filij patriarchãrũ. *Ex quibus*, natus, *Est Christus secũdum carnem*, sicut in exordio huius epistolæ plenius dictum est. In hoc autem quod ait secundum carnem designat in Christo esse aliam

A

Mat. 26
Marci. 14.
Esa. 51.
Infrà. 11.
Philip. 3.

B

Gene. 32.
&. 35.
2. Cor. 11
Roma. 8.
Actu. 25.
Exod. 15.
Hiere. 3.
Matth. 8
Exod. 4.

C

Roma. 1

D naturam quàm humanam. Vnde clarissimè subditur. *Qui* Christ⁹. *Est super omnia*, creata, *Deus benedictus in secula*, Amẽ. id est, sine fine laudãdus. In quo apertissimè destruitur hæresis Arrij & Fotini, ac omnium Christum esse puram creaturam dicentium. Nam & in sua Canonica Ioannes dicit, *Ioan.5* Simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & *Hiere.23* vita æterna. Et Hieremias, Hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. In Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, quod non conuenit nisi Deo vero. *Esaiæ.9.* Item & in Esaia, Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Iam dixit Apostolus continuum sibi esse dolorem propter excæcationem Iudæorum, promissa quoq; diuina ad Iudæos E pertinuisse. Ne ergo quis æstimet apostolum sic testari, quasi totus populus Iudæorum periert, vel diuina promissa euacuata sint propter incredulitatem maioris partis populi huius: ideo addit. *Non autem quòd exciderit verbum Dei*, id est, ex prædictis non sequitur, quòd diuinæ promissionis sermo inexpletus & irritus manserit. Simile est quod per pro- *Esa.35.* phetam dominus ait, Egredietur de ore meo institiæ verbũ, *August.* & non reuertetur ad me vacuum. Quod licet Augustinus exponat de emanatione & missione increati verbi Dei, Hie- *Hierony.* ronymus tamen ad literam exponit de verbo prophetalium *Gene.32* sermonum de Christo, de quibus nunc est sermo. *Non enim omnes qui ex Israel sunt*, id est, non omnes geniti ex se- *Gene.35* mine Iacob, qui dictus est Israël. *Hi sunt Israelitæ*, veri ac spi- *Mat.3.* rituales, imitando fidem ac opera Iacob. F *Neque qui semen sunt Abrahæ*, id est, carnales filij eius. *Omnes filij Abrahæ*, id est, non omnes tales digni sunt vocari filij Abrahæ, quia nõ imitantur eius vestigia fide ac moribus. Vnde Saluator ait, *Ioan.8.* Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Quod quoniam *Ibidem.* non fecerunt, meruerunt audire, Vos ex patre diabolo estis. Hoc autem probat Apostolus authoritate scripturæ. *Sed in* *Gene. 21.* *Isaac vocabitur tibi semen*. Hoc dominus dixit in Abraham. Et est sensus, Isaac & filij eius sequentes fidem eius ac tuam, reputabuntur tibi in filios & hæredes. Ideo enim alibi habetur, Eiice ancillam & filiũ eius, videlicet Agar & Ismaëlem. Non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ. Promissio ergo impletur in filijs gratiæ, non in filijs naturæ, nisi *Galat.4.* sint & filij gratiæ, sicut apostoli. Deinceps exponit Apo-

stolus

ſtolus authoritatem præallegatam, videlicet in Iſaac vocabitur tibi ſemen *Id eſt, non qui filij ſunt carnis*, hoc eſt, naturali virtute generati ex Agar & Cethura. *Hi ſunt dei*, id eſt, ad diuinum cultum electi, ac diuinæ promiſſionis participes. *Sed qui filij ſunt promiſſionis*, hoc eſt ex Iſaac nati ſecundum diuinum promiſſum, videlicet qui erant conſortes benedictionis patrum ſuorum, vt Iacob & filij eius. *Aſtimãtur in ſemine*, id eſt, verè & dignè appellantur filij Abrahæ. A Gene. 16.

Deinde ponit formam promiſſionis. *Promiſſionis enim* diuinæ. *Verbum hoc eſt: Secundum hoc tempus*, id eſt, eodem die, anno vno elapſo. *Veniã* ad te ô Abraham: *Et erit Saræ filius*, id eſt, Sara coniunx tua me cooperante filium tunc habebit. Verba ſunt angeli loquentis ad Abraham in perſona Dei. Gene. 18. Mat. 3.

Sic ergo Iſaac filius erat promiſſionis, quia diuina virtute B ſterilem matrem viſitante, conceptus eſt, ſicut erat promiſſum. Allegat autẽ Apoſtolus has ſcripturas ſecundũ tranſlationem ſeptuaginta interpretum, qua vtebatur Eccleſia tẽpore Apoſtolorum, vſque Hieronymi tempora. Noſtra verò tranſlatio talis eſt, Reuertens reuertar ad te tempore iſto vita comite, &c. *Non ſolũ hæc illi*, id eſt, diuina promiſſio nõ tantùm facta eſt Saræ. *Sed & Rebecca* promiſſionem accepit. *Ex vno cõcubitu habens* in vtero filios duos *Iſaac* patriarchæ *Patris noſtri*, ſcilicet Iacob & Eſau. Sicut enim Sara ſterilis diuina virtute concepit, & ſicut vnus filiorum Abrahæ electus eſt altero ei poſtpoſito: ſic vnus filiorum Iſaac eſt electus, altero derelicto. Scriptum eſt enim, Deprecatus eſt Iſaac pro vxore ſua dominum, eo quòd eſſet ſterilis, & exaudiuit eum, dedítque conceptum Rebeccæ. Ex quibus patet, quòd filij non ſint electi merito parentum. Quòd autem Rebecca promiſſionem habuit de ſpeciali gratia vnius filiorum ſuorum oſtendit Apoſtolus. *Cum enim nondũ nati* Gene. 25. Mala. 1 C Exec. 4.

eſſent Iacob & Eſau. *Aut aliquid boni egiſſent aut mali.* Ex quo patet error dicentium animas hominum ante mundum ſenſibilem conditas, & ante vitam præſentis ſeculi bona aut mala egiſſe, propter quæ iam diuerſas gratias atque miſerias cõſequuntur. *Vt ſecundum electionem*, id eſt, liberã vnius præ alio acceptationem ſeu diuinã prædeſtinationem. *Propoſitum Dei*, id eſt, diuina voluntas præſentia vel decretum, *Maneret* ratum, & impleretur ſecundum quod erat præordinatum. *Non ex operibus*, id eſt, non propter præcedentia me- Ephes. 1.

D rita siue demerita. *Sed ex vocante*, id est, ex gratia Dei vocā
tis, *Dictum est ei*, puta Rebeccæ, *Quia maior seruiet minori*, id
est, Esau primò egrediés seruiet Iacob. Hoc enim modo dic-
Gene. 25. tum est Rebeccæ, Duæ gentes in vtero tuo sunt, populúsq;
populum superabit, & maior seruiet minori. Veruntamē ser
uitus ista non est impleta in Iacob & Esau. Imò Esau poten
Gene. 36. tior erat & ditior fratre suo Iacob, sed in posteris eorum im
Deu. 2. pleta est. Tempore enim Dauid descendentis à Iacob facta
2. Reg. 8. est Idumæa descendens ab Esau seruiens regi Dauid sub tri-
buto. Per hæc quoque figuratum est, q̄ populus Iudæorum
prior side seruiturus esset populo Christiano, posteriori vo
catione. Iudæi quippe capsarij nostri sunt, qui nobis libros
apportant. Quoniā autē seruitus ista, seu reprobatio Esau &
E prælatio Iacob, signum erat electionis Iacob ad gloriam &
reprobationis Esau ad pœnam, ideo Apostolus dicta confir
Mala. 1. mat authoritate prophetica. *Sicut scriptum est: Iacob dilexi,
Esau autem odio habui*, id est, reprobaui. Diligere dei, est velle
alicui bonum conferre. Odire verò, est gratiam iustè subtra
here. Quoniam ergo deus prædestinauit Iacob, ideo ldilexit
eum ab æterno, præparans ei gratiam in præsenti, & gloriā
Deu. 32. in futuro. Ex opposito autem dicitur Esau odisse. *Quid er-
go dicemus?* hoc est, si Deus sic vnum diligit, & alium odit ac
reprobat, quid ex hoc sequitur? *Nunquid iniquitas* est *apud
Psal. 91.* *Deum? Absit*, quoniam rectus dominus Deus noster, & non
est iniquitas in eo, Origenes autem qui dixit gratiam con-
ferri vel subtrahi propter merita & demerita præcedentia in
vita priori, sic arguit Sicut iustum est æqualibus dare æqua-
I lia: sic iniustum est, non inæqualibus dare inæqualia. Si er-
go nulla merita præcesserunt, iniustum esset vni potius quā
alteri dari. Sed hæc ratio non conuincit, quia in his quæ om
nino gratis ac liberaliter dantur, iniustitia locum non ha-
Mat. 20. bet. Quod Saluator noster in Matthæo euidenter testatur,
loquens de cultoribus vineæ & murmuranti respondens,
Amice non facio tibi iniuriam. Tolle quod tuum est & va-
de. An non licet mihi quod volo facere? Et hoc ostendit mo
Exod. 33. dò Apostolus authoritate scripturæ, quæ in Exodo conti-
Ezech. 19. netur. Apostolus autem non verba, sed sensum allegat, nisi
fortè secundum aliam translationem. *Misi enim dicit* do-
minus loco prædicto. *Miserebor*, dando gratiam in vita
præsenti. *Cui misereor*, in æterna præscientia, *Et misericor-*

diam

diam præstabo, dando gloriam in futuro. *Cui miserebor.* Tã- A
quam dicat, Dabo gratiam in præsenti ei quem ab æterno
prædestinaui: & dabo gloriam in futuro, cui nunc gratiam
tribuo. Nostra translatio habet sic, Miserebor cui voluero, *Deu.9.*
& clemens ero, in quem mihi placuerit. Ex his infert Aposto
lus. *Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*, id
est, non in potestate hominis volentis est velle aliquid me- *Ioan.15.*
ritoriè, nec in potestate hominis currentis seu operantis,
meritoriè operari, sed vtrunque dependet & oritur ex mise-
ricordia & gratia dei: sicut alibi dicitur, Deus operatur in *Philip.2.*
nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Cui consonat
illud Hieremiæ, Scio domine quia non est hominis via eius, *Hiere.10.*
nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. Ideo ait Psal- *Psal.118.*
mista, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor B
meum. Cũ enim finis creationis nostræ sit supernaturalis, sci
licet visio dei per speciem, non possumus velle, cogitare, vel
facere aliquid meritorium huius finis ex puris naturalibus,
sed inces∫abili gratia indigemus. Non ergo aliquid de no- *Iudith.6.*
stris viribus presumamus, sed semper cũ profundissima humi *Canti.6.*
litate ad diuinæ pietatis gratiam properemus, dicentes sin- *Ioan.6.*
guli Deo, Trahe me post te. Nam & Christus ait, Nemo po *Exod.9.*
test venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. *Dicit enim*
scriptura Pharaoni, id est, meritò dixi Deũ misereri cui vult,
nec esse hominis velle aut operari meritoriè. Dicit enim scri
ptura, id est, Deus in scriptura Pharaoni. *Quia in hoc ip-*
sum excitaui te, id est, ad hoc vel idcirco feci, & posui te, &
de somno peccati, quo eras sopitus suscitaui te, non ad gra-
tiam, sed ad malitiæ tuæ maiorem ostensionem. *Vt ostendam* C
in te virtutem, id est, potentiã *Meam* percutiẽdo Ægyptũ di- *Exod.10.*
uersis plagis, tẽque ad vltimum submergẽdo in mari rubro, *Exod.14.*
Et vt annuncietur nomen meũ in vniuersa terra, id est, fama ma-
iestatis meæ diuulgetur vbique, & omnes agnoscant poten-
tiam meam auditis mirabilibus, quæ feci in te. Dicitur au-
tem Deus Pharaonem excitasse seu posuisse, vt virtutem
suam in ipso ostenderet, & nomen suum hominibus reuela-
ret, plagando & ante plagarum illationem indurando Pha-
raonem, consecutiuè, quia tam potens ac bonus est Deus vt
non permitteret esse malos, nisi vellet, & posset ex hoc eli- *Exod.4.*
cere bona. Quamuis ergo agnouit Pharaonem sic obsti-
nandum, & perituũ, fecit tamen & posuit eum, quia ex eius

D obſtinatione elicere potuit, & voluit, per modum ſequelæ, diuinæ virtutis atque iuſtitiæ oſtenſionem, diuiníque nominis propalationē. Quòd autem ſit iſte ſenſus literæ allega-
Exod. 15. tæ, cōſtat ex concluſione Apoſtoli inferentis. *Ergo cui vult miſeretur.* Per gratiā deducendo ad gloriam. Hoc conuenit deo per ſe, ita vt prędeſtinatio eius ſit cauſa gratiæ & glorię. *Et quem vult indurat*, non influendo malitiam, ſed non con-
Eſa. 63. ferendo ſubſidium. Hoc cōuenit Deo per accidens, ſcilicet quia nō remouet prohibēs. Sicut nauta per ſuā abſentiā eſt cauſa ſubmerſionis nauigantiū, & ſol per ſuā elongationem eſt cauſa congelationis, non impertiendo frigiditatem, ſed non influendo calorem, ſic Deus indurat non adhibendo gratiam, cordis duritiam mollificantem. Porrò, reprobatio
F diuina non eſt cauſa culpæ, ſed pœnæ propter culpā. Sumēdo ergo reprobationem diuinam pro ordinatione alicuius ad pœnam: ſic ſecundum ordinem rationis præſcientia peccatorum reprobationem præcedit, quoniā Deus neminem ordinat ad pœnā, niſi quia agnoſcit & pręſcit eius malitiam. Sed prædicta miranda ſunt, & multis errandi occaſionem miniſtrant adeo mouet Apoſtolus, quod nouerat à carnalibus eſſe mouendū. *Dicis itaque mihi*, id eſt, ſi deus quē vult, indurat & cui vult, miſeretur, videtur quòd ſicut vocatio iuſti ita induratio reprobi ex diuina voluntate dependeat: vt ſicut nō ex meritis quod deus miſeretur, ita non erit ex meritis quod reprobat: ſicque imputabitur Deo, quòd vnus ſit
F bonus, & alius malus. Ideo ſubditur. *Quid adhuc quæritur?* id
Mich. 6. eſt, cū iſta ita ſe habeant, cur vltrà inquiritur, cur iſte ſit bonus, & cur iſte malus? Vel, quid ab aliquo requiritur, vt bene
Heſter. 13. operetur? Vel, cur deus aut alius quiſquam conqueritur, de hoc quòd quidam impiè viuunt? *Voluntati enim eius quis reſiſtit?* id eſt, cum nullus valeat diuinæ reſiſtere voluntati. Iſta obiectio fortis eſſet, ſi deus eſſet directa & effectiua cauſa indurationis, ſicut eſt directa & effectiua cauſa iuſtificationis. Hoc autem ita non eſt, ſicut iam patuit, Apoſtolus demum reſpondet ad hoc, primò redarguens temeritatem eorum, qui profunda dei ſcrutari præſumunt. O *homo* mortalis in ordine intellectualium ſubſtātiarum nouiſſimus, qui nec teipſum, nec inferiora te cōprehendere potes. *Tu quis es qui reſpondeas deo?* opera eius impugnando, intelligēdo, vel eius ſermonibus reſponſa præſtando. Nullum horum facere po-

tes

tes. Scriptum est enim, Intellexi q̃ omnium operũ Dei nul- A *Eccl.* 43
lam posset homo inuenire rationem. Et in libro Sapientiæ, *Eccle.* 8.
Difficilè inuenimus quæ in terra sunt, & quę in in prospectu *Sap.* 9.
sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt, quis *Iob.* 9.
inuestigabit? Hinc ait beatus Iob, Quis ego sum, vt respon- *Ibidem.*
deam deo, & loquar verbis meis cum eo? Et rursus, Si volue- *Thren.* 4.
rit homo cum deo contendere, non poterit respondere vnũ *Eccle.* 33.
pro mille. *Nunquid dicit figmentum*, id est, opus. *Et qui se fin-* *Esa.* 29.
xit, quid me fecisti sic? id est, sicut figmentum nõ dicit figulo,
cur sic fecerit se, quia nec seipsum, nec figulũ comprehendit:
sic homo non debet dicere incõprehensibili factori suo, cur
ita fecisti vnum eligendo, alium dimittendo, plus gratiæ cõ-
ferendo, seu etiam præparando isti, quàm mihi? Hoc verbũ
Apostoli sumptum videtur ex eo quod Esa. ait, Vę qui con- B
tradicit factori suo. Nunquid dicit lutum figulo, quid facis? *Esa.* 43.

Deinceps ponit Apostolus generãlem rationem, cur deus
quosdam prædestinauit, & quosdam præsciuit, ostenditque
propositum suum per simile: *An non habet potestatem figulus* 2. *Tim.* 2.
luti ex eadem massa, hoc est, ex eodem luto, quod est suæ artis
materia. *Facere aliud quidem vas in honorem*, id est, ad vsus ho-
nestos, & in forma decora vt collocetur in mensa *Aliud*
verò in contumeliam? id est, sicut figulus hoc potest, sic vtique
Deus in natura humana potest quosdam producere ad sa-
lutem, quosdam ad damnationẽ. Vnde per Hieremiam te- *Hiere.* 18.
statur, Nunquid sicut figulus non potero vobis facere do- *Psal.* 91.
mus Israël? Ecce sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu *Mat.* 3.
mea. Non tamẽ iniquus est deus, quoniam nulli aliquid de-
bet. Sed cum deus etiam multa bona impendat; peruersis & C
reprobis (sicut subiungitur) patet quòd nõ solũ sit non iniu
stus, sed etiam pius. *Quod si deus volens ostendere iram suam*,
id est, iustam vindictam. *Et notam facere potentiam suã*, id est,
iustitiæ suæ rigorem, & potestatem in reprobis, in hac vita,
vel postea vt in eis reluceat diuina iustitia, sicut in præde-
stinatis resplendet diuina clementia. *Sustinuit* tamen *In*
multa patientia, id est, longanimiter, & multum benignè ex-
pectauit pœnitentiam peruersorum: qui sunt *Vasa iræ apta*
in interitum, id est, digna morte æterna, quoniam habent in
se vitia, propter quæ deus offenditur, & iratum se monstrat
pœnas infligẽdo. Et quia impiorum damnatio cedit ad glo-
riam electorum. Apostolus subdit. *Vt ostenderet diuitias glo-*

D *riæ ſuæ*, id eſt, opulentiſſimam bonitatem ſuam, & copioſiſſimam gratiam, deſcendentem. *In vaſa miſericordiæ*, id eſt, in homines miſericorditer prædeſtinatos. *Quæ præparauit in gloriam*, id eſt, præordinauit & condidit ad conquirendã beatitudinem ſempiternam. In his verbis declarat Apoſtolus (quantum ab homine capi poteſt, vel ſciri expedit) quæ ſit communis ratio prædeſtinationis & reprobationis diuinæ. Quippe vt Salomon ait, Omnia propter ſeipſum operatus eſt dominus. Et in Eccleſiaſte, Fecit deus opera ſua vt timeatur. Ex quibus elucefcit, quòd deus propter ſeipſum ſimiliter omnia fecit, videlicet vt ſua perfectio in creaturis appareat, ſicque ex conſideratione earum Deus glorificetur ametur, ac timeatur Ad perfectionem autem diuinæ naturæ, præcipuè pertinent miſericordia & iuſtitia. Opera autem miſericordiæ faciunt deum amabilem, opera verò iuſtitiæ reddunt eũ terribilem. Vtraque tamen faciunt eum glorioſum & honorandum. Vt ergo diuina perfectio reluceret in rebus ſub ratione miſericordiæ, prædeſtinauit Deus nõnullos quibus ſola pietate præparauit gratiam viæ, & gloriã patriæ. Volens quoque relucere in creaturis ſuam iuſtitiam quoſdam reliquit quos dicitur reprobare, quod ſecundum Auguſtinum eſt nolle miſereri. Vnde Salomõ ait, Fecit deus impium ad diem malum. Et alibi dicit ſcriptura, In diẽ perditionis ſeruatur impius, & ad diem furoris ducetur. Verũtamen quoniam bonitas atq; perfectio Dei excellentius repræſentatur, ac ſplendet in electis, quàm reprobis, ideo prædeſtinati ſpecialiter facti dicuntur ad gloriam Dei: iuxta illud Iſaiæ. Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. Omnia hæc breuiter tangit Apoſtolus cum ait, q; Deus oſtendere volens iram & potentiam ſuam ſuſtinuit vaſa iræ, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſis miſericordiæ, hoc eſt, in prædeſtinatis, de quibus ſubiungitur. *Quos & vocauit* ad fidem & gratiam per prædicationem apoſtolorum. *Nõ ſolũm ex Iudæis ſed etiã ex Gẽtibus*, ex vtroquè enim populo quidam ad Chriſtum conuerſi ſunt.

Prou. 16. *Eccle. 1.*

Aug. *Prou. 16.* *Iob. 21.*

Eſa. 43.

Sup. ca. 3.

Sopho. 1.

Sicut in Oſee Propheta *dicit*, *Vocabo*, id eſt, nominabo. *Non plebem meam*, hoc eſt, populum Gentilem, *Plebem meã*. Nam ante conuerſionem ſuam erant non plebs mea ſecundum præſentem iuſtitiam, quamuis ſecundum æternam prædeſtinationẽ fuerint ſemper plebs mea, *Et non dilectam meã*.

id

id'eſt, eandem plebem, quam tempore ſuæ idololatriæ non dilexi, quantum ad culpam, vocabo *Dilectam meam*, id, eſt, mihi dilectam, cùm fidem & charitatem habuerint. Tunc enim amici erunt. *Et non miſericordiam conſecutam*, id eſt, gentilitatem, quæ ante Chriſti aduentũ expers erat gratiæ Dei vocabo *Miſericordiam conſecutam*, cum gratiẽ Chriſti receperit Hoc quod dicitur, miſericordiã conſecutam, cõſtruendum eſt ſeparatim, vt ſit ſenſus, quòd plebs Gẽtilis cùm fuerit conuerſa vocabitur, miſericordiam conſecuta. *Et erit*, id eſt continget quod ſubditur, quod etiam iamdudum cõſtat impletum. *In loco*, id eſt, in terris gentilium. *Vbi dictum eſt*, à me per ſeruos meos. *Eis, Non plebs mea*, eſtis vos ô Gentiles quandiu idolis ſeruitis. *Ibi vocabuntur*, gentes iſtæ ad fidẽ conuerſæ. *Filij* adoptiui. *Dei viui.* Quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Deinceps declarat Apoſtolus non omnes Iudæos incredulos eſſe domino ſaluatori. *Eſaias autem clamat*, id eſt, manifeſtè prophetat & dicit. *Pro Iſrael*, de ſaluatione Iudæorum. Si *fuerit numerus filiorum Iſrael, tanquam arena maris*, id eſt, quamuis populus Iſraël præ multitudine innumerabilis fuerit, *Reliquiæ ſaluæ fient*, id eſt, aliqui, numero pauci reſpectu aliorum, ſaluabuntur credendo in Chriſtum, ſicut in primitiua eccleſia factum agnoſcimus. Quomodo autem ſaluæ fient, adiecit, *Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate*, hoc eſt, doctrina Chriſti, ſeu verbum euangelij, eſt conſummans, id eſt, obſeruantem ad perfectionem perducens, & præcepta legis conſiliis ſuis perficiens & abbreuians, id eſt, breui ſermone perfectionem includens innumerabiles legis cæremonias, obſeruantiáſque excludens in æquitate, hoc eſt, in approbatione & obſeruatione preceptorum moralium, quę iuſta ſunt atque ſeruanda, cùm ſint de actibus virtutum. *Quia verbum breuiatum*, id eſt, compendioſum, *Facit dominus* Chriſtus. *Super terram*, Hoc verbum breuiatum, quod Chriſtus prædicauit in mundo, eſt charitatis præceptũ, qua deus proximúſque diligitur. De quo verbo dicit in Euangelio, In hoc tota lex pendet & prophetæ. Sciendum verò, quòd Iſaias vbi præallegata verba inducit, loquitur de impugnatione filiorum Iſraël à rege Aſſyriorum temporibus Ezechię regis Iuda, vel Oſeæ regis Iſraël, vt alij aſſerunt. Ideo quidam dicit prædicta verba Eſaiæ ad literam intelligenda eſſe

A

1. *Pet.* 2

B

Ioan. 1.

C

Eſa. 10
Gene. 22.
Matt. 5.

Pſal. 18.
Baruch. 3.

Matth. 12
Eſa. 10.

D de filiis Israël, euadentibus manum regis Assyriorum. Sed hoc non videtur, quia Apostolus hoc loco apertissimè ait, quod Esaias clamat pro filiis Israël qui saluantur per Chri-
Osee.1. stum, quemadmodum Oseas propheta clamat pro Gentibus
Esa.10. ad fidem conuersis. Præterea, quòd adiungit Esaias, Verbum enim consummans & abbreuians, &c. est ratio verbi
Hierony. prædicti de saluatione reliquiarum Israël per Christum fa-
August. cta. Hieronymus autem, Augustinus, Ambrosius, & omnes
Ambros. penè doctores catholici exponunt hoc ad literam de verbo euangelicæ legis. Ergo saluatio illa non est intelligenda de temporali & corporali liberatione à rege Assyriorum, sed de saluatione spirituali atque æterna facta per Christum.
Hierony Vnde Hieronymus prophetarum studiosissimus explana-
Esaiæ.1. tor, exponendo præmemorata verba dicit, quòd Esaias de-
August. scripta particulari, temporali, ac figuratiua liberatione Iu-
I dæorum à rege Assyriorum, oculum mentis conuertit ad saluationem vniuersalem, spiritualem, atque perfectã per Christum exhibitam. Et probat hoc sanctus Hieronymus authoritate Apostoli, qui præsenti capitulo probat conuersionem reliquiarum Israël prædicta authoritate Esaiæ. Probatio autem per scripturam non valet, nisi secundum sensum literalem, vt Augustinus frequenter commemorat. *Et sicut præ-*
Esa.9. *Hierony.* *dixit Esaias*, in libro visionum suarum. *Nisi dominus sabaoth*, id est, exercituum vel virtutum, præsertim cœlestiũ, de quo angeli clamant, Sanctus sanctus, sanctus dominus deus exercituum, Secundum Hieronymum pro eo quod est Sa-
Apo. 4 baoth, septuaginta interpretes ponunt omnipotens quibus
F cõsonare videtur, quod Ioannes in Apocalypsi verba Esaiæ
Esa. 61. inducens, sic ait, Requiem non habebant, dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens. Itaque nisi dominus Sabaoth. *Reliquisset nobis*, Iudæis. *Semen*, id est reliquias in Christum credẽtes, videlicet sanctos Apostolos & cæteros ex Iudaismo conuersos: de quibus per Prophetam dicitur, Isti sunt semen, cui benedixit dominus. *Sicut Sodoma fa-*
cti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus, id est, pœnitus damnati essemus propter nostrã incredulitatẽ, sicut perierũt habitatores Sodomæ & Gomorrhæ, cum aliis trium vrbiũ
Gene.19 habitatorib⁹, scilicet Adama, Seboim, & Segor. Quidã ex-
Hiere.49 posuit hæc verba Esaiæ ad literam de Iudæis nõ occisis à rege Assyriorũ, tempore Ezechiæ. Sed expositio talis repelli-

tur

tur eisdem rationibus, quibus præcedens. Mouet præterea Apostolus dubium, omni admiratione dignissimũ. *Quid ergo dicemus*, id est, cum ex verbis Esaiæ iam pateat paucos Iudæorum credidisse, & multos de gentibus, quod mirũ apparet, quid ergo dicemus ad hoc, scilicet, *Quòd gentes quæ non sectabantur iustitiam*, id est, Gẽtiles idololatriæ dediti, nõ obseruãtes iustitias legis diuinæ seu scriptæ. *Apprehenderũt* id est, consecuti sunt, *Iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est*, id est, iustitiam euangelicæ legis, quæ saluat per fidem, non iustitiam legis Mosaicæ. *Israel verò*, id est, populus Iudæorum. *Sectando legem*, id est præceptum. *Iustitiæ*, quæ in cæremoniis & sacrificiis consistebat: vel legem Mosi, vel legem iustitiæ veræ & Christianæ, sectando, id est, aliqualiter imitãdo, nõ quia lex Christi præcessit, sed quia prænunciata & declarata est eis aliquo modo per Prophetas, sicque cœperunt eam sequi, præstolando eam, & secundum eam aliquo modo viuendo. *In legem iustitiæ*, veræ & Christianæ, *Non peruenit*, recipiendo gratiam Christi, per quam euangelica adimpleretur iustitia. De qua dicit Saluator, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & Pharisæorum, non intrabitis regnum cœlorum. *Quare?* sic contigit? Et respondet Apostolus. *Quia non ex fide, sed quasi ex operibus*, hoc est: Iudæi quærebãt iustificari non virtute, & merito fidei Christi, sed per opera legis scriptæ, cùm tamen sine fide, & gratia Christi, nemo vnquam saluari potuerit, sicut ostensum est. *Offenderunt enim*, id est, impegerunt, *In lapidem offensionis*, id est, in Christum, qui bonis est lapis salutis: impiis autem est lapis offensionis. Quemadmodum enim tendens in via, & pede in lapidem impingens impeditur seu retardatur in via à progressu ad terminum viæ: sic Iudæi peccando per infidelitatem atque præsumptionem in Christum impingentes, retrusi atque impediti sunt à via salutis, nec peruenerunt ad finem beatum. Dicitur autem Christus lapis, propter constantię firmitatem. *Sicut scriptum est*, apud Esaiam. *Ecce pono in Sion*, id est, in populo Iudæorum, inter quos conuersatus est Christus: Vel in Hierusalem, & in templo vbi frequenter fuit, & docuit. *Lapidem offensionis, & petram scandali*, id est, Christum qui occasionaliter factus est Iudæis lapis offensionis, id est, peccati, quoniam contempserunt, blasphemauerũntque eum: quemadmodum Petrus ait in Actibus, Hic

A
Deute. 29
1. Cor. 6
Ephes. 2
Esaiæ. 51
B
Matth. 5.
Hebr. 11.
Esa. 8
1. Pet. 2
C
Esa. 28.

D est lapis qui reprobat⁹ est à vobis ædificãtibus. Factus quo-
Act. 4 que est eis petra scandali, id est spiritualis ruinæ. Sæpe enim
Mar. 4 Iudæi scã dalizabantur in verbis atque operibus Christi, nõ
Matth. 11 tamen nisi ex sua mera peruersitate, dicentes, Ecce, homo
Galat. 6 vorax potator vini, amicus publicanorum, & multa huiusmodi. *Omnis qui crediderit in eum*, fide per dilectionem operante. *Non confundetur*, in æternum, nec spe sua frustrabitur, sed honorificabit eum Christus cùm fuerit suo tribunali oblatus. Hanc etiam scripturam allegat Petrus in prima sua
Ioan. 12 canonica, dicens, Propter quod continet scriptura, Ecce po-
1. Petri. 2 nam in Sion lapidem summum, angularem. Quòd verò Petrus & Paulus adiecerunt, Qui crediderit in eum, non cõfun-
I. detur, secundum translationem septuaginta interpretum allegatur. Loco cuius, translatio nostra sic habet, Qui credi-
Dan. 2 derit, non festinet. Hic est lapis, qui iuxta Danielis oraculũ,
Zach. 3. excisus est de monte sine manibus. De quo scriptum est per
Esa. 11. Zachariam, Super lapidem vnum oculi septem sunt, quia in Christo fuerunt septem dona spiritus sancti.

Cap. X. *Fratres voluntas quidem cordis mei, &c.*

ARTICVLVS XIIII.

Rom. 9 OStendit beatus Apostolus affectum suum ad populum Iudæorum in præcedenti cap. de eorum damnatione
Act. 26 tristando. Iam idem agit pro eorum salute orando, & ait,
1. Reg. 12. *Fratres*, ô vos Christifideles. *Voluntas quidem cordis mei*, id est, desiderium animæ meæ. Sumitur enim hoc loco vo-
I. luntas pro actu voluntatis. *Et obsecratio ad deum*, id est, inuocatio Dei per aliqua sacra, vt cùm dicimus, Per incarnationem tuam libera nos. Quod genus orationis est ardentius, & ad impetrandum magis idoneum, quia non propriis, sed rei sacræ innititur meritis. *Fit pro illis*, incredulis Iudæis. *In salutem tanquam in finem*, id est, ad hoc vt saluentur. Cur autem
Ephe. 2. pro eis orandum sit, subdit *Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei*, id est, zelum honorandi deum *Habent*. Nam Christum, eiúsque discipulos persequendo pu-
Ioan. 16 tant se Deo præstare obsequium, eo quòd putent Iesum nõ esse Christum. *Sed non secundum scientiam*, id est, zelum istum non habent secundum veram discretionem, cuius ratio sequitur. *Ignorantes enim iustitiam Dei*. Cõmuniter enim dicunt doctores, non esse intelligendum hoc de increata Dei iusti-

tia

tia qua ipſe in ſe iuſtus eſt, ſed de iuſtitia quam efficit in no A
bis per fidē formatam, quæ iuſtitia facit dignū vita æterna:
erátque Iudæis ignota, quoniā non putabant hominē iuſtifi
cari per fidem Chriſti ſine operibus legis. Videtur tamen e-
tiā de increata Dei iuſtitia poſſe intelligi. Iuſtitia quippe vel
ſapientia, aut ſimilis diuinæ naturæ perfectio dupliciter no-
ſcitur. Primò, quo ad ſeipſum: ſecundò, quo ad ſuum effectū.
Quamuis ergo Iudæi agnouerint iuſtitiam Dei, quo ad ſeip
ſam, ſcientes deū eſſe iuſtum, non tamen quo ad homines &
iuſtificationes ipſorum. Non enim arbitrabantur iuſtum in *Roma.1*
conſpectu Dei, vel diuinæ iuſtitiæ congruere, vt homo per
fidē & gratiam ſine operibus legis conſequeretur ſalutem:
cùm tamen hoc iuſtū ſit ex parte Dei, qui adeò bonus eſt, vt
decens & iuſtum ſit eum taliter, támque gratioſè ſaluare. *Et*
ſuam quærentes ſtatuere, id eſt, propriam iuſtitiam allegantes B
& in legis carnalibus iuſtitiis confidentes, ſeque propriis vi-
ribus legem poſſe implere præſumentes, *Iuſtitiæ Dei non ſunt*
ſubiecti, quia ſic ſentiendo nec Deo obediunt, nec ad iuſti-
tiam, quā fecit deus in nobis per fidem confugiunt, pro eius
confuſione rogando, ſed contradicūt eidē. *Finis enim legis* *Galat.3*
ſcriptæ, eſt *Chriſtus*, quia lex vet⁹ diſpoſitio erat ad Chriſtū
& euangelicā legem: iuxta illud, Lex pædagogus noſter fuit
in Chriſto, & ſic Chriſtus eſt finis ad quē ordinatur lex ſcri
pta. Dicitur etiam finis terminans legem quantum ad cere-
monialia & iudicialia. Dicitur inſuper finis cōſummās atq;
perficiēs legē, & eius promiſſa exoluens. Vnde ait ſaluator,
Nō veni legē ſoluere, ſed implere. Et alibi quoque ſcriptura C
ait, Lex per Moyſen data eſt, veritas per Chriſtum facta eſt. *Matth.5.*
Sic ergo finis legis eſt Chriſtus valēs. *Ad iuſtitiam*, habitua- *Ioan 1*
lē & actualē iuſtificationē, vel ad iuſtitiā acquirendā & exer *Roma.8*
cendā. *Omni credenti*, tam ſub veteri, quàm nouo teſtaméto.
Omnes enim fideles per fidem ſaluatoris iuſtificati ſunt. *Leuit.4*
Quod probat apoſtolus authoritate Moſi. *Moſes enim ſcri-* *Num.18*
pſit, in Leui. atq; Nu. *Quoniā iuſtitiā quæ ex lege eſt qui fecerit* *Ezech.26*
homo, id eſt, qui legis præcepta ſeruauerit, *Viuet in ea*, id eſt, *Deute.5*
merito huius iuſtitiæ mortē tēporalē, quę trāſgreſſoribꝰ in-
fligebatur euadet, & viuet vita naturæ, imò & tēporalia ad *Deute.12.*
vitā neceſſaria ſortietur. Vnde & Moſes ſæpius ait, Fac hoc
vel hoc vt bene ſit tibi, & lōgo viuas tēpore in terra quā do
minꝰ dederit tibi. Qđ aūt nō vixerit hō in iſta iuſtitia virtute

D legis, vita gratiæ, patet ex eo quod per Ezechielem ait domi
Ezech. 20 nus. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent. De hoc dicta sunt multa superius. *Quæ autem ex fide est iustitia*, id est, de iustitia Christi, quæ datur per fidem, *Dicit sic*, Moses in Deut. *Ne dixeris in corde tuo*, id est, nec cogi-
Deute. 30 tare præsumas. *Quis ascendet in cœlum*, id est, nemo est qui in cœlum ascendere poterit. Noli sic cogitare, quoniam. *Id, est Christum deducere*, id est, sic æstimare, est dicere quòd nec Christus ascendit, sicque eum deducis ad inferos sicut & cæteros mortuos: & ita pertineres ad eos, de quibus ait in psal
Psal. 87 mo, Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Sed nec dixeris in corde tuo. *Aut quis descendet in abyssum?* id est, in infernum seu lymbū? Quasi dicas, Nul-
I. lus descendit. Noli hoc dicere, quia. *Hoc, est Christum à mortuis reuocare*, id est, hoc esset dicere, quòd Christus pro hominum liberatione nec mortuus esset, nec ad inferos descendisset. Si enim nullus descendit, opus nō fuit Christum mori atque descendere. Hæc expositio glossæ sumpta ex sanctis doctoribus, Lyræ non placet: ait enim circa hūc locum, quòd ista expositio in nullo concordare videtur cū scriptura Deuteronomij allegata nec cum litera sequenti. Ipse ergo exponit hoc modo. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum, negatiuè, id, est Christum deducere, id est, dicere quòd nondum venit in mundum adductus per obedientiam patris. Aut quis descendit in abyssum, negatiuè loquendo, hoc est Christum ex mortuis reuocare, id est, dicere quòd non fuit mortuus neque surrexit. Hanc expositio-
Deut. 30 nem probat, per literam sequentem: Quia si confiteris in ore tuo dominum Iesum venisse in mundum, & in corde tuo credideris quòd deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Hæc probatio bona esset, si verba ista immediatè iungerentur verbis prædictis. Verùm, quoniam interponuntur alia verba complura, videlicet. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, Hoc est, verbum fidei quod prædicamus. Et subditur, Quia si confitearis in ore tuo. & cætera. Ex quo patet insufficientia probationis. Denique quantum capio, melior & verbis Mosi consonantior est expositio glossæ, quàm Lyræ. Et (vt veritas certius eluceſcat) sciendum quòd Moses hæc verba inducit ad auferendam impossibilitatem & excusationem de obseruan-

tia legis per ipsum datæ. Sic nanque habet translatio no- A
stra, videlicet translatio Hieronymi, Mandatum hoc quod *Hieron.*
ego præcipio tibi, non supra te est, nec procul positum, nec *Exod. 31*
in cœlo situm, vt possis dicere, Quis nostrûm valet ascẽdere *Deu. 9.*
in cœlum vt deferat illud ad nos? neque trans mare positũ,
vt dicas, Quis ex nobis transfretare possit mare? sed iuxta
est sermo valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum, id
est, iam vobis data est lex, & in tabulis scripta digito dei, id
est, ideo de eius omissione ac transgressione excusationem
non habetis. Dicit itaque Lyra, quia Deuteronomium figu
ra erat nouæ legis, idcirco apostolus iam allegat scripturam
hanc figuraliter de noua lege, ad cuius custodiam omnes
tenentur, videlicet ad excludendum excusationem de præ-
uaricatione nouæ legis. Sed huic obuiare videtur quod nũc B
dicit apostolus, Mosen præinducta verba dixisse de iustitia
fidei. Est ergo pensandum. quòd scriptura sacra non semper
allegatur secundum sensum totalem, perfectum; seu inte-
grum, quia in eadem authoritate scripturæ multæ particu-
lares sententiæ includũtur, & ita scriptura talis allegari po-
test per determinationẽ ad sententias particulares inclusas.
Sic agitur in præsenti. In prædicta enim scriptura includi-
tur secundum intentionem Mosi, aliquem posse in cœlum
ascendere, & in abyssum descendere. Sed hoc credere perti
net ad iustitiam fidei. Ideo bene ait apostolus, Mosen ista
disseruisse de iustitia fidei etiam ad literam: quæ si quis di-
xerit impossibilia esse, derogat Christo qui descendit ad in-
feros, & ascendit in cœlos, ob id Moses prohibet dicere. *Luce. 24.*
Quis ascendit in cœlum? *Sed quid dicit scriptura?* in Deute- *Acto. 1.*
ron. de iustitia fidei. Et respondet. *Prope est verbum*, id est, ser *Deut. 30*
mo salutis, fideique doctrinã, *In ore tuo*, ad loquẽdum: *Et in* C
corde tuo, ad credẽdum. Iam enim deus omnibus obtulit ver
bum salutis. *Hoc est verbum fidei quod prædicamus*, id est, ver-
bum illud quod (teste scriptura) propè est tibi in ore & cor
de: est verbum Christi, vel scriptum de Christo quemadmo
dum ipse in Euangelio loquitur, de me ille scilicet Moyses, *Ioan. 5.*
scripsit, quod nos apostoli euangelizamus, dicentes.
Quia si confitearis, ô Christiane seu homo quicunque, *In ore*
tuo dominum Iesum, esse regem Messiam, & filium Dei coram
hominibus, etiam corã infidelibus si ratio exigat. Vel si so-
lus es coram Deo. *Et in corde*, id est, in intellectu. *Tuo*, qui est

D fidei subiectũ. *Credideris*, fide formata, *Quòd Deus*, pater vel trinitas illum *Suscitauit à mortuis saluus eris*, salute perpetua: de qua ait propheta, Verè in domino deo nostro salus Isra
Hiere.3 ël. Christus enim testatur, Qui me confessus fuerit coram
Mat.10 hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Et Io-
1.Ioan.5 annes, Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniá
Epist. Iesus est filius Dei? Deinde ostendit apostolus, quòd vera iustitia habetur & exercetur per fidem. *Corde enim creditur ad iustitiam*, id est, corde credendo tendit seu proficit homo ad iustificationis adeptionem vel augmentum. Credendo
Dani.6 enim meretur homo peccati remissionem, gratiæ infusio-
Rom.3. nem, iustitiæ exercitationem. Fides autem informis dispo-
nit ad hæc. Fides verò formata id est, charitati vnita, auget
F. ac perficit illa. Per fidem enim habitat Christus in cordibus nostris secundum apostolum. Secundũ Lucá quoque Deus
Act.15 fide purificat corda hominum. *Ore autem confessio fit ad salu*
tem, æternam adipiscendam. Quia (vt dictum est) per confessionem Christi prædictam meretur homo vitam æternã.
Esa.28. Confessio quippe oris, est effectus fidei cordis, quemadmodum oratio vocalis, effectus est latriæ. & eleemosynarũ largitio effectus est misericordię, *Dicit enim scriptura. Omnis qui*
Roma.9. *credit in illum, non confundetur.* Hoc in fine præcedentis cap.
Act.10. expositum est. *Non enim est distinctio Iudæi & Græci*, id est, gentilis fidelis, quantum ad consequutionem salutis & gratiæ Christi. In omni enim gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est deo: apud quem non est personarũ acceptio. Ideo omnes generaliter saluantur & iustifican-
F tur per fidem. *Nam idem dominus omnium*, ratione generalis
Hester.13 dominij: de quo scriptum est, Domine rex omnipotens in
Iudith.9. ditione tua cuncta sunt posita. Et alibi, Deus cœlorum, creator aquarum, & dominus totius creaturæ. *Dues in omnes qui*
Psal 144. *inuocãt illum*, id est, omnium bonorum, atque pulchrorum ac desiderabilium opulentia plenus, sufficiens ditare omnes, qui intimo cordis affectu eius pietatem implorant, imò indefinenter ditans huiusmodi. Propè enim est dominus omnibus inuocantibus eum. *Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini*, id est, ipsum dominum nomine designatum.

Saluus erit, modò in spe per gratiam: postmodum in re per gloriam, si tamen perseuerantur ac rationabiliter inuocet.
Iohelis.2. Hoc apud Iohelem enim scriptum est. Deinceps probat,

quod

quòd adeptio salutis per inuocationem presupponit fidem. A
Quomodo ergo inuocabunt eum, scilicet deum vel Christum, *In quem non crediderunt*? Nequaquã. Inuocatio enim fidem prę-
supponit, sicut alibi dicit apostolus, Accedentem ad Deum
oportet credere, Sed videtur obuiare, quod ait saluator Sa- *Heb.11.*
maritanæ, Vos adoratis quod nescitis. Et respõdendũ, quòd
Samaritani non habuerunt fidem, quæ est virtus theologi- *Ioan.4*
ca, sicut nec hæreticus discredens in vno articulo fidei: non
enim receperunt libros prophetarum, propterea nec veraci
ter adorauerunt, Vnde Christus adiecit, Eos qui adorant in
spiritu & veritate adorare oportet. *Aut quomodo credent ei*,
scilicet Deo. *Quem non audierunt*, id est, de quo nihil dictum
est eis? Fides enim est ex auditu. Nam (teste philosopho) *2. Cor. 2.*
auditus est sensus disciplinæ. Cùm ergo fides non habeatur B
nisi per reuelationem alterius: oportet vt primùm audiatur
vel per loquutionẽ internam ab angelo, vel per loquutionẽ
exteriorem ab homine. *Quomodo autem audiẽt sine prædicãte*?
id est, annũciante? Loquitur autem apostolus de auditu ex-
teriori per hominem, quia hoc modo communiter adducti
sunt homines ad fidem. Nihilominus secundum Dionysium *Diony.*
quidam gentilium solo angelorum ministerio ad fidem cõ-
uersi sunt. *Quomodo verò prædicabunt*, id est, qua authoritate
vel efficacia, prædicationis officium assument vel exequen-
tur hi, per quos alij conuertendi sunt. *Nisi mittantur*? à Deo
qui det eis os & sapientiam, miraculorumque gratiã? Actus *Luc. 12.*
nãque prædicandi præsupponit authoritatem officij, ideo
oportet vt à deo vel eius vicẽ gerẽte prædicator verbi Dei *Esaiæ. 52.*
mittatur. *Sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes euãgelizantium*
pacẽ, euãgelizantiũ bona, id est, valde decori sunt pedes & gres- C
sus atq; effectus apostolorũ prædicantium reconciliationẽ
mũdi factam per Christum, & bona seculi futuri, quæ ocu- *Nahum.1*
lus non vidit, nec auris audiuit. Hoc ad literam dictum est *Esaiæ. 25.*
de prædicatione euangelicæ legis per apostolos, quibus di- *Esa. 64.*
xit Saluator, In quamcunque domum intraueritis, primùm *1. Cor. 2.*
dicite, Pax huic domui. Nostra tamen translatio continet *Mat. 10.*
sic, Quàm pulchri super montes pedes annuntiãtis & præ- *Esa. 52.*
dicantis pacem, annuntiantis bonum. Ponit enim Esaias sin
gulare loco pluralis. *Sed non omnes obediunt euangelio*, id est,
annuntiationi nostræ de Christo fidem recipiendo. *Esa. 53.*
Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? id est, my

D steriis Christi, quæ ego aliíque prophetæ à spiritu sancto audiuimus, & aliis audienda proponimus? Tanquam dicat, Pauci credent. Hoc tamen ad literam de populo Iudęorum prædictum est, quorum pauci conuersi sunt. Vnde in Ioanne legitur, Cùm tanta signa fecisset coram eis Iesus, nō credebant in eum: vt sermo Isaiæ impleretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro? *Ergo fides, est Ex auditu*, tam eius qui in fide instruitur, quem oportet audire prædicantem, quàm eius qui prædicat, quem oportet audiri. *Auditus autem*, qui ad fidem exigitur, est. *Per verbū Christi*, quod venit ad aures corporis, & aperit aures mentis. Nisi enim proponeretur verbum Dei, non esset auditus fidem dispositiuè inducens. Ipse verò habitus fidei, non est nisi à deo per

E creationem. *Sed dico*, interrogando vt magis aptè respondeam. *Nunquid non audierunt?* prædicationem Euangelij, qui obedire noluerunt? Quasi dicat, vtique audierunt, quod probat authoritate Psalmistæ. *Et quidem in omnē terram*, Iudeæ, vel in principales plagas terræ. *Exiuit sonus eorum*, id est, prædicatio apostolorum, *Et in fines orbis terræ*, exierunt *Verba eorum*, quia vbique prædicauerunt apostoli per seipsos & suos discipulos, vt patet in diuersis legendis & historiis. Ioannes quippe implebit Christi ecclesiis Asiam, Petrus Italiam, Andreas Achaiam, Matthæus Æthiopiam, Thomas Indiam, Bartholomæus Armeniam, Paulus totum penè orbem. Hinc enim scriptum est: Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Et, Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

Ioan.12. Esa.53. Hebr.4 Psal.18 Finit Marci.16. Esa.52. Psal. 97.

F Deinde ostendit inexcusabilitatem Iudęorum. *Sed dico*, quærendo, *Nunquid Israel*, id est, populus Iudæorum. *Non cognouit*, Christum & eius doctrinam? Probat autem Apostolus quòd vtique cognouerunt. *Primus Moses*, id est, prophetarum præcipuus, & eius quod iam subditur primus assertor, *Dicit*, in Deut. *Ego ad æmulationem vos adducam, in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam.* Translatio Hieronymi talis est, Ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo. Loquitur autem in persona Dei, vt sit sensus: Ego ad æmulationem; id est, inuidiam vos Iudæos adducā, non efficienter, sed permissiuè: quomodo per prophetam dico. Propheta cum errauerit, ego dominus decepi prophe

Deut.32. Ezech.41.

tam

tam illum in non gentem,id eſt,Gentiles, ita quòd eis inui- A
debitis cũ receperint libros prophetarum ac legis,& in Chri *Eccle.14.*
ſtum crediderint,ſicut iam diu cernimus adimpletum, in gẽ *Eſa.2.*
tem inſipientem,id eſt,idola colentem,quod eſt ſumma ſtul *Iohe.3.*
titia,& diuinorum cognitionibus deſtituta. Dicuntur au-
tem Gentiles,non gens.Primò,quoniam tempore ſuæ ido-
lolatriæ non pertinebant ad deum,nec erant plebs eius. Se-
cundò,quia ob vitæ ſuæ vilitatem à Iudæis reputabantur vt
canes.Nam Chriſtus aſſerit, Non eſt bonum ſumere panem *Mat.15.*
filiorum,'& mittere canibus. Et Moſes, Proiicietis ea cani- *Exod.22.*
bus.Vbi per canes ſignificantur Gentiles.Vel ſic, Ego ad æ-
mulationem,id eſt,inuidiam contra Chriſtum vos inducam
in non gentem,in gentem inſipientem,id eſt, ita vt derelicti
à me propter veſtram malitiam , efficiamini non gens mea, B
& populus ſtultus. In iram vos mittam , id eſt , in indigna-
tionem & iracundiam contra Chriſtum & eius diſcipulos
mitti à dæmone permittam. Vel,in iram, id eſt,in vindictam
iuſtitiæ meæ, videlicet in pœnam vobis à Romanis inflictã,
mittam vos,effectiuè propter peccata in Chriſtum commiſ-
ſa. Poſt hæc oſtendit Apoſtolus authoritate Eſaiæ Iudęo-
rum excæcationem propter ſuam contra Chriſtum peruer-
ſitatem,& Gentium illuminationem. *Eſaias autem audet*, id *Eſa.65.*
eſt , audacter ſe habet prænuntiando cæcitatem Iudæorum
illuminationémq; Gẽtium. Ex qua prænũciatione immine-
bat ei perſequutio à Iudæis ſui temporis,imò periculũ mor-
tis. *Et dicit* in perſona Chriſti. *Inuentus ſum* , per fidem &
contemplationẽ. *A non quærentibus me*, id eſt, à Gentibus C
qui me non requirebant , quouſque miſi ad eos Apoſtolos
meos,& ita eos miſericorditer præueni. *Palam*,nõ per ſpe
ciem,ſed per fidem illuminatam,per ſcripturas & ſigna. *Ap*
paruibis,qui me non interrogabant, id eſt , prædictis Gentibus
qui non ſciſcitabantur ab aliis, quomodo poſſent venire ad
me, *Ad Iſrael autem*,id eſt,populum Iudæorũ. *Dicit* Eſaias *Ibidem.*
cap. præmemorato in Chriſti perſona, *Tota die*,id eſt,aſſi-
duè eo tẽpore quo inter Iudæos conuerſabar ac docui. *Ex-*
pandi manus meas corporales ac ſpirituales. *Ad populũ nõ cre*
dentem & contradicentem mihi,ingratos,perfidos,atque blaſ-
phemos Iudæos , quibus varia beneficia ſpiritualia & corpo
ralia præbui, eſurientes alendo, ægros ſanando, ignorantes
docendo , & tandem in cruce pro eorũ ſalute brachia exten *Ioan.15.*

D dendo. Quia hoc loco dicit Apostolus, Israël, seu Iudæos non cognouisse Christum, considerandum quomodo hoc intelligendum sit. Quidam igitur dicunt quòd legisperiti sciuerunt eum esse Christum, propter miracula & scriptu-
Ioan.3. ras. Vnde Nicodemus legisperitus dixit, Scimus quia à Deo
Mat.2. veniſti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quę tu facis, nisi fuerit Deus cum illo. Ex inuidia ergo auerterunt populum, ne crederent eum esse Christum. Glossa verò affirmat Iudæos sic cognouisse, vt nec ratione nec authoritate contradicere potuerint: sed non verè cognouerunt, ita vt menti eorum bene sederet. Thomas dicit (de cuius dicto sæpe miratus sum) idem dicit Ambrosius, quòd certè nouerũt
Act.3. eum esse Christum in lege promissum vt hominem, sed non
E cognouerũt naturam eius diuinam. Verùm cum Petrus Apostolus apertissimè dicat, Fratres, scio quia per ignorantiá
1.Cor.2. peccastis, sicut & principes vestri. Et Paulus, Si cognouissent (inquit) nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Christus quoq; pharisæos redarguit, quòd eius aduentum nõ cogno
Mat.16. uerunt ex vaticinio Danielis, qui tempus illud determina-
Danie.9. uit, Faciem (inquit) cœli iudicare nostis, signa autem tempo-
August. rum non potestis? Vnde secundum Augusti. diuino moderamine factum est, vt prius Christi aduentus esset occultus, quoniam si manifestus fuisset, nemo illum iudicare aut occidere præsumpsisset. Hinc igitur puto Iudæos sic agnouisse Christum, sicut cognouerunt diaboli: qui à principio natiuitatis vsque ad horam passionis, nunquam habuerunt certá & stabilem de Christo notitiam, sed coniecturalem, nutan-
F tem atque ambiguam. Interdum enim visis aliquibus mirabi
Mat.4. libus Christi dixerunt, Scimus quis sis. Et, Iesu fili Dei, quid
Mach.8. veniſti torquere nos? Interdũ verò visis humilitatibus & pœnalitatibus eius, æstimauerunt eũ non esse Christũ. Propter
Luc.8. quod mortẽ eius procurauerunt. Ita Iudæi quandoq; verisimiliter suspicabantur eum esse Christũ, vt cùm dixerunt,
Mat.4. Si tu es Christus, dic nobis palam. Quandoq; autem scanda
Ioan.10. lizabantur in verbis, factis, ac passionibus Christi, putantes eum non esse Christum. Tandem verò, prævalente inuidia, & sacerdotum ac legisperitorũ persuasione populum auertente, penè omnes opinati sunt eum non esse Christum, di-
Mat.27. centes cõcorditer, Sanguis eius super nos & super filios no-
Ioan.18. stros. Et, Si nõ esset hic malefactor, non tradidissemus eum.

Cap.

Cap. XI. *Dico ergo, Nunquid repulit deus populum suum?* A

ARTICVLVS XV.

DE reprobatione Iudæorum iam multa commemorauit Apostolus, ne ergo ex hoc Gentiles occasionem acciperent spernendi ac insultandi Iudæis, ostēdit Apostolus genus Iudæorum non omnino esse abiectum. *Dico ergo*, per modum interrogantis, vt aliorum quæstioni respondeam. *Nunquid repulit deus populum suum?* Nunquid omnino abiecit Iudæos? *Absit. Nā & ego* Paulus Apostolus, *Israelita sum* natus *Ex semine Abraham, de tribu Beniamin*, filij Iacob. *Nō repulit*, id est, non dimisit, sed gratioſē vocauit *Deus plebem suam* Iudaicam, *quam præscinit* per approbationem, id est, quā prædestinauit ad vitam, videlicet Apostolos & alia multa millia Iudęorum. Et hoc declarat apostolus per simile, quod contigit sub Helia. *An nescitis*, id est, scire & considerare debetis. *In Helia*, id est, de Helia propheta. *Quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat*, id est, ad iudicandum inuocat *deum* zelo iustitiæ, non affectu inuidiæ. *Aduersus Israel?* id est, decē tribus Idololatriæ deditas, dicens, *Domine, prophetas tuos occiderunt* tempore Achab & Iezabel. Quoniam reprehenderunt idololatriam eorum. *Altaria tua suffoderunt*, id est, funditus destruxerunt, nè remanerent loca cultus diuini. Solebant autem filij Israël etiam boni, immolare in excelsis seu locis sublimibus constructis illic primò altaribus. *Et ego relictus sum solus* cultor tuus. Putabat nanque Helias omnes bonos in Israël fuisse occisos, præsertim prophetas: nescions quomodo Abdias procurator Achab absco- B
disset centum quinquaginta prophetas in speluncis. Spiritus enim prophetiæ, nec semper, neque de omnibus simul illuminat corda prophetarum: quia & donum prophetiæ non inest per modum habitus. Vnde cum Dauid dixisset ad Nathan prophetam, quomodo vellet ædificare domum domino, statim respondit, Omnia quæ sunt in corde tuo fac. Quod paulò pòst Deus prohibuit. Helisæus quoque de muliere Sunamite loquens, Anima eius (inquit) in amaritudine est, & dominus celauit me. Propterea dicit Gregorius, quòd prophetæ ex magno vsu prophetandi, quædam dixerunt per spiritum proprium quæ putabant se dicere per spiritum prophetiæ. Hoc tamen de scripturis prophetarum veritatem non habet: quoniam nil scripserunt nisi C

3. *Reg.* 19.

Deu. 16.

3. *Reg.* 3.

3. *Reg.* 18.

2. *Reg.* 7.

4. *Reg.* 4.

D per spiritum sanctum. *Et quærunt animam meam*, id est, vitam meam extinguere quærunt. Iezabel enim cum suis ministris quærebat Heliam occidere. *Sed quid dicit illi* Heliæ.
3. Reg. 18. *Diuinum responsum?* tollēs eius terrorem. Deinde ponitur responsio Dei. *Reliqui mihi*, id est, ad gloriam nominis mei ab idololatria præseruaui. *Septē millia virorum.* Hoc dicitur, vel quia tot erant determinatè, vel ad designandum vniuersitatem bonorum relictorum. Per septenarium enim vniuersitas, per millenarium verò perfectio designatur. Porrò de mulieribus, & his qui infra annum vicesimum erant, Deum colentibus, non fit mentio secundum consuetudinem He-
Nume. 1. brærorum, qui nec pueros nec fœminas soliti sunt numerare. Hi tamen forsan plures fuerunt, quàm viri: maximè cum
E fœminæ soleant esse deuotiores viris. *Qui non curuauerunt*
Esa. 47. *genua sua ante Baal* Deum Achab & Iezabel. *Si ergo & in hoc tempore* nouæ legis, & primi aduentus Christi, seu prædi-
2. Cor. 6. cationis apostolorum, de quo scriptum est, Ecce nunc tempus acceptabile. *Reliquiæ*, id est, aliqui pauci ex multis Deo relicti, id est, à Deo conseruati. *Secundum electionem gratiæ*, id est, per gratiosam electionem, vel per gratiam ex diuina electione procedentem. *Saluæ factæ sunt*, id est liberatæ, vocatæ, & iustificatæ per Christum. *Si autem gratia*, id est, si per gratiam salutem hanc consequutæ sunt. *Iam non operibus*, id est, non propter merita propria sunt saluatæ. Ideo dicit
Titum. 3. alibi Apostolus, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos,
Ioan. 15. sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et Christus, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. *Alioquin gratia*
I *iam non est gratia*, id est, si dicantur saluæ factæ istæ reliquiæ per gratiam & etiam propter merita, tunc gratia nō erit gratia, quia non gratis præstatur, sed erit debitum. Dictum est
Rom. 4. enim suprà, Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. *Quid ergo*, restat con-
Esa. 6. cludendum ex his? Hoc vtique quod subditur. *Quod quærebat Israel*, id est, communis & maior pars Iudæorum. *Hoc non est consequutus*, scilicet saluationem veram per Christum. *Electio autem*, id est, prædictæ electæ reliquiæ. *Consequuta est* gratiam istam. *Cæteri verò* Iudæorum. *Excæcati sunt* corde, *Sicut scriptum est, Dedit* non influendo malitiam, sed permittendo eandem. *Illis* excæcatis Iudæis. *Deus spiritū compunctionis*, id est, animum inuidiosum eos pungentem ex

inuidia

inuidia Christi ac Christi fidelium, dedítque eis hoc mòdo A
Oculos interiores, *vt non videant*, id est, rationem obtenebratam, ne Christum & eius mysteria intelligant. *Et aures* cordis, vt non audiant obediéter prædicationẽ Euágelij. *Vsq; in hodiernum diem.* Hæc dictio, vt, tenetur hîc consecutiuè, nõ causaliter, Nostra translatio continet sic. Audite audientes & nolite intelligere: & videte visiones, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & cætera. *Et Dauid dicit* in *Psal. 68.*
Psalmo, *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum*, id est, mensa Iudæorum illaqueet eos. Quod & factum est. Siue per mẽsam intelligatur sacra scriptura, quam Iudæi carnaliter intelligendo, laqueo dæmonum strangulantur: Siue mensa quam Christo crucifixo fecerunt, offerétes ei acetum & fel. Propter quam mensam meruerunt illaqueari. Vnde prædi- B
ctis verbis proposuit Dauid in Christi persona. Et dederũt *Ioan 19.*
in escam meam fel; & cætera. Potest quoque per mensam *Psal. 68.*
intelligi corporalis mensa Iudæorum, quando post Christi ascensionem congregati sunt in Hierusalem, vt pascha celebrarent & epularentur, & antequam egrederétur, à Romanis obsessi sunt. Quælibet harum mensa facta est eis. *Et in captionem*, qui capti sunt ab inuisibilibus ac visibilibus hostibus, scilicet dæmonibus quantum ad animam: & Romanis quantum ad corpora. *Et in scandalum*, id est, ruinam de vno peccato in aliud. *Et in retributionem illis*, aliarum pœnarum ipsis inflictarum in vltionem sanguinis Christi. *Obscurentur oculi eorum* interiores, *ne videant*, id est luce fidei priuentur, ne suum errorem aut Christi veritatem intelligant. *Et dorsum eorum* affectum, qui more dorsi C
onera cordis portat. *Semper incurua*, à rectitudine iustitiæ atque amore cœlestium ad ista terrena. Vel dorsum eorum semper incurua, id est, seruituti aliorum subiice eos: sicut iam cernimus factum; quia Iudæi vbique seruiunt aliis. Sic enim in Psalmo habetur. Diuertit ob oneribus dorsum *psal. 80.*
eius. *Dico ergo, Nunquid sic offenderunt.* Excæcati Iudæi *vt caderent?* à statu salutis, videlicet, vt ex eorum peccato nulli sequatur vtilitas? *Absit.* Non enim permitteret deus mala, nisi aliqua bona consequantur ex eo. *Sed illorum delicto*, id est, Iudæorum obstinatio atque perfidia, *Salus est gentibus*, id est, occasionem salutis gentilibus prębuit: quia Iu *Actor. 13.*
dæis prædicationem Christi & apostolorum spernentibus

D facta est iusta ad Gentes trãsmigratio, prout in Actis Paulus Barnabásque dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui verbum domini: sed quia repulistis illud, ecce conuertimur ad
Act.13. Gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. *Vt illos æmulentur*, id est, quatenus Iudæi imitentur Gentiles ad fidem conuersos, exemplo eorum fidem amplectendo, sicut iam particulariter factum est, & circa finem seculi generaliter fiet, cũ
Matt.17. venerit Helias, & restituerit omnia. *Quod si delictum illorũ*, id est, incredulitas Iudæorum. *Diuitiæ sunt mundi*, id est, occasio spiritualium diuitiarum, videlicet cœlestium gratiarũ Gentilium, sicut iam dictum est. *Et diminutio eorum*, id est, si depauperatio vel paucitas Iudæorum ad fidem conuersorum, puta Apostoli. *Diuitiæ* sunt *Gẽtium*, id est, instrumen-
E tales causæ, per quas spiritualiter ditatæ sunt Gentes, participando copiosa munera gratiæ Christi. *Quantò magis plenitudo eorum?* id est, omnimoda & plena conuersio Iudæorum, in fine mundi futura, vtilis tunc erit aliis? Bonum enim
Act.22. est potior causa boni, quàm malum. *Vobis enim dico Gentibus* ad fidem conuersis. *Quandiu quidem ego sum Gentium apostolus*, id est, ad Gentium conuersionem specialiter deputatus. Sicut dominus aiebat ad me, Vade, quia ad Gentes longè mittã te. Hoc autem fuit toto tempore prædicationis meæ. *Ministeriũ meum honorificabo*, id est, apostolatus mei officiũ, scilicet actũ prædicationis reuerenter implebo, faciendo vltra debitum, intendendo videlicet non Gẽtium solùm, sed & Iudæorũ conuersioni. *Si quo modo* id est aliquo modo *ad æmulandum* fidem meam *Prouocem*, verbis, signis ac
F moribus. *Carnem meã*, id est, Iudæos mihi carnali affinitate coniunctos. *Et saluos faciam* dispositiuè ac instrumentaliter. *Aliquos ex illis*. Scio enim me non omnes posse conuertere,
Zach.10. cũ hoc in fine mundi futurum sit. *Si enim amissio*, id est, perditio *Eorum reconciliatio est mundi*, id est, Gentilium occasionaliter. *Quæ assumptio*, id est, quis erit fructus electorũ Iudeorum ad fidem, *Nisi vita ex mortuis*, id est, spiritualis viuificatio Gentium, à morte peccati resurgentium, per prædicationem electorum Iudæorum, videlicet apostolorum? Magis enim proficere debet electorũ assumptio, quàm reproborum repulsio. Denique, quod Iudæi quandam habilitatẽ habeant ad conuersionem, nec de eis desperandum sit; manifestat Apostolus per similitudinem de libationis & massæ radicis

radicis quoque & rami. Delibatio autem est modicum quid A
de re aliqua sumptum; ad experiendum valorem totius.
Itaque ait, *Quod si delibatio sancta est*, id est, si paruus grex ex
multitudine Iudæorum ad gratiam Dei assumptus, videli-
cet ordo apostolorum & aliorum ex Iudaismo credentium
sanctus est, *Et massa*, id est, tunc etiam tota multitudo pote-
rit sanctificari. *Et si radix sancta*, id est, cum ipsi patriarchæ
& prophetæ, de quibus velut radicibus pullulauit plebs Iu-
dæorum, fuerint sancti. *Et rami*, id est, nati ex eis poterunt
sanctificari. Hæ ergo similitudines intelligendæ sunt, quan- *Eccle.44.*
tum ad potentiam seu aptitudinem, non quantum ad actum
quia delibatio, massa, radix & ramus non conueniunt ho-
minibus; nisi metaphoricè. Deinceps Apostolus repri-
mit Gétes à contemptu Iudæorum, eo quòd Gentes per fi-
deles Iudæos conuersi sunt. *Quòd si*, id est, quamuis. *Ali-* B
qui ex ramis, id est, populo isto ex patriarchis nato. *Fracti* *Mat.22.*
sunt, id est, à fide & gratia patriarcharũ alienati ac mortui,
Tu autem Gentilis. *Cum oleaster esses*, id est, propter pec-
cata tua, similis oliuæ syluestri, amaræ ac sterili. *Insertus*, id
est, diuina miseratione incorporatus atque per gratiam a-
dunatus. *Es in illis*, id est, in ramis sanctis ac stantibus, scili
cet apostolis, cæterisque electis Iudæis. Vel, in illis, id est, lo-
co ramorum fractorum. *Et socius radicis*, id est, collega &
consors seu particeps patriarcharum, imitando fidem ipso-
rum. *Et pinguedinis oliuæ*, id est, socius spiritualis opulentiæ,
consolationis & gratiæ apostolorum seu electorum Iudęo-
rum, quorum quilibet erat sicut oliua fructifera in domo C
Dei. *Factus es: Noli gloriari*, inaniter & superbè. *Aduer-* *Psal.51.*
sus ramos, fractos. id est, infideles Iudæos, quasi non possint *1.Pet.2*
reparari. *Quòd si gloriaris*, contra illos inaniter, ecce dico
tibi verbum, per quod poteris errorem tuum aduertere.
Non tu radicem, id est, plebem Iudaicam. *Portas*, eam susten
tando aut roborando. *Sed radix*, id est, plebs ista portat
Te, docens ac roborans te in via Christi. Gentiles enim ex
Iudæis, spiritualiter nati sunt, recipiendo per eos fidem &
Euangelium CHRISTI, idcirco non debent insultare Iu-
dæis. Deinde Apostolus soluit obiectionem Gentilium
arguentium se posse gloriari contra ramos fractos, quam-
uis non contra radices, ramósque stantes. *Dicis ergo*, tu
Gentilis, *Fracti sunt rami*, id est, Iudæi à gratia exciderunt,

D *Vt ego inſerar*, ſecundum modum iam declaratum. *Bene*, id eſt, ita ſit & verum dicis. Nam *Propter incredulitatem*, ſuam & cordis obſtinationē. *Fracti ſunt, tu autem fide*, virtute & merito fidei tibi conceſſæ. *Stas*, corde erectus ad Deum. Verū tamen. *Noli altum ſapere*, id eſt, ſuperbire, vel de teipſo ſublimiter quid ſentire præferendo te illis: quaſi tu tantum dilectus ſis Deo, vt Deus permiſerit illos frangi, quatenus tu inſeraris. Illi enim fracti ſunt directè & per ſe, propter ſuā incredulitatem: ſed propter tuam inſertionem fracti ſunt in directè & occaſionaliter. *Sed time*, iudicia Dei, filiali ac caſto timore. Hoc quod dictum eſt, Noli altum ſapere, quidam allegare ſolent aduerſus ſtudioſos, qui libros difficiles & profundos legere ſolent, non intelligentes mentem apoſtoli, neque penſantes formam & finem introductionis horum verborū.

Eſa. 7

E

Pſal. 100

Aliqui tamen ambulant in mirabilibus ſuper ſe, quibus melius eſſet circa propriorum vitiorum eradicationem; atque dominicæ paſſionis meditationē occupari aſſiduè. Cur autem Gentilis contra Iudæū ſuperbire non debeat, ſubditur: *Si enim Deus naturalibus ramis*, id eſt, Iudæis filiis prophetarum ac patriarcharum, qui ratione originis videbantur ſpecialiter pertinere ad numerum electorum, qui à Chriſto appellati ſunt filij regni. *Non pepercit*, ſed eos propter ſuperbiā dereliquit & ſpreuit, vide, *Ne forte nec tibi parcat*, qui alienigena eras & oleaſter. Ex præinductis infert apoſtolus ſalutiferrimam admonitionem, *Vide ergo*, ô Gentilis Chriſtiane,

Matth. 8.

1. *Ioan. 2.*

id eſt, diligenter conſidera. *Bonitatem*, id eſt, miſericordiam.

F *Et ſeueritatem*, id eſt, rigorem iuſtitiæ Dei, vt dicas veraciter cum Pſalmiſta, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Et rurſus, Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. *In eos quidem qui crediderunt*, peccando & pœnam debitam ſuſtinendo ſcilicet in Iudæos, vide *Seueritatem*, id eſt, diſtrictam Dei iuſtitiam qua illos iuſtè reliquit, *In te autem*, ad Chriſtum conuerſo, vide, *Bonitatem Dei*, id eſt, clementiam Dei, *Si permanſeris in bonitate*, id eſt, in bona & virtuoſa cōuerſatione. *Alioquin & tu excideris*, à myſtico corpore Chriſti, atque à radice ac oliua prædictis, eríſque ſtirps inutilis, & igni traderis. Cùm ergo ignoremus an permanſuri ſimus in bonitate, oportet nos ſemper eſſe timoratos atque ſollicitos, attendentes & vigilanter implētes illud Deutero. Cuſtodi temetipſum, & animam tuam ſollicitè, & ne

Pſal. 24

Ioan. 15

Deute. 4.

obliuiſca-

obliuiſcaris verborum Dei tui, cunctis diebus vitæ tuæ. *Sed* A
& illi, fracti rami, infideles Iudæi. *Si non permanſerint*, finaliter. *In incredulitate, inſerentur*, conſortio electorum ſeu radici ſuæ, videlicet patriarchis: & erunt veri filij eorum non ſolùm carnali origine, ſed fide ac opere. *Potẽs eſt enim Deus*, cui nihil difficile eſt. *Iterum inſerere illos*, impios iuſtificando, ideo deſperandum non eſt. *Nam ſi & tu* Gentilis. *Ex naturali excíſus es oleaſtro*, id eſt, à conuerſatione vitiola & ſterili liberatus, & per hoc à teipſo mutatus, qui eras olealter naturalis per ſimilitudinem, quoniam in Gentilitate natus ac enutritus fuiſti. *Et contra naturam*, id eſt, ſolitum curſum naturæ, quæ non ſolet ſurculum malum inſerere arbori bonæ. *Iob. 8.* *Eſa. 43*

Inſertus, id eſt, intimè recopulatus, *Es per fidem*, charitatem & gratiam. *In bonam oliuam*, id eſt, oliuæ bonæ, pingui & fructuoſæ, videlicet ſanctis patriarchis atque apoſtolis ſpirituali pinguedine, internæ conſolationis, ſynceriſſimæ cõtemplationis ac feruidæ dilectionis copioſẽ repletis, *Quanto magis hi, qui* (ſunt) *ſecundum naturam*, id eſt, Iudæi qui ſunt naturales rami, vt patuit, *Inſerentur*, id eſt, incorporabuntur, *Suæ oliuæ?* id eſt, populo ſuo electo, ſi non permanſerint in incredulitate? Nempe (vt ait Origenes) facilius eſſe videtur propriè arboris ramos ſuæ radici reddere, quàm inſerere alienos. Si ergo Gentiles incerti ſunt fidei apoſtolorum ac prophetarum, multo facilius Iudæi inſeri potuerunt, ſi tamen fecerint, quod in ſe eſt. *Nolo enim vos ignorare* (ô) *fratres myſterium*, id eſt, diuinum ſecretum, ſeu occultum Dei iudicium. *Hoc*, quod ſubditur, *Vt non ſitis vobiſipſis*, id eſt, in propriis oculis. *Sapientes, quia cæcitas ex parte*, id eſt, quòd ſpiritualis excæcatio. *Contingit in Iſrael*, id eſt, in populo Iudæorum, quæ cæcitas duratura eſt. *Donec plenitudo gentium*, id eſt, vniuerſitas Gentilium prædeſtinata. *Intraret*, ſtatum ſalutis, & Chriſti ouile, *Et ſic*, ingreſſis Gentilibus. *Omnis Iſrael*, id eſt, totus populus Iudæorum. *Saluus fieret*, credẽdo in Chriſtum. Quod erit circa terminum mundi, prædicantibus Helia & Enoch, qui patefacta Antechriſti nequitia, populum Iudæorum tunc ſuperſtitem exiſtentem conuertent: quemadmodum per prophetam dominus proteſtatur, Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, de

B

Matth. 15

Origenes.

Epiſt. C

Hiere. 33.

Malac. 4.

D qua etiam finali Iudæorum conuersione & longa eorum interim desolatione scriptum est per prophetam, Dies multos sedebũt filij Israël sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephot, & sine Teraphin. Et post-
Osee. 3. hæc reuertentur filij Israël, & quærent dominum Deum, suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Per Dauid autem om-
Esa. 59. nes intelligunt CHRISTVM, *Sicut scriptum est*, apud Esaiã secundum translationem septuaginta: *Veniet ex Sion*, id est, ex populo Iudæorum nascetur & egredietur CHRISTVS, *Qui eripiat*, modò, quantũ ad aliquos. *Et auertat*, in fine mundi communiter. *Impietatem*, id est, infidelitatem & cętera vitia. *Ab Iacob*, id est, à populo Iudæorum. *Et hoc*
E *illis à me testamentum*, id est, Euangelica lex seu firma promissio hæreditatis æternæ dabitur Iudæis à me. *Cum abstulero peccata eorum*, in fine mundi, cùm conuertero eos ad
Matth. 7. CHRISTVM. Sic enim alibi scriptum est, Reuertetur &
Luc. 3. miserebitur nostri. Deponet omnes iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Porro translatio Hieronymi talis est, Timebunt qui ab occidente nomen domini, & qui ab ortu, gloriam eius, cum venerit quasi torrens violentus, & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob. Hoc fœdus meum cum eis. *Secundum Euãgelium quidem*, id est, propter Euangelium CHRISTI, cui contradicunt, sunt Iudæi iam *Inimici*, Deo & bonis hominibus. Et hoc. *Propter vos*, id est,
F ad vestram vtilitatem, quia (vt dictum est) ideo permisit eos
Esa. 6. Deus excæcari, vt eorum excæcatio esset occasio illumi-
Ioan. 12 nationis Gentilium. *Secundum electionem autem*, id est, propter gratiam eligentis, sunt quidam eorum. *Charissimi* Deo, id est, singulariter prælecti, sicut apostoli. *Propter patres*, id est, vt promissiones factæ patriarchis, implerentur, in his electis reliquiis Iudæorum. Vel, secundum electionem, id est, ob exhibitionem beneficiorum Dei eis collatorum, & quia ad cultum Dei specialiter deputati fuerunt sunt charissimi. Et hoc propter patres, id est, quia de semine patriarcharum sunt. Cur autem propter patres sint charissimi secundum electionem subiungitur. *Sine pœnitentia enim*, id est, sine variatione propositi & dolore. *Sunt dona*, Dei gratuita. *Et vocatio*, Dei qua vocat, vel vocare

decre

decreuit electos ad gratiam, hoc est Deus non pœnitet de A
hoc quòd aliquibus Iudæorum decreuit atque promisit sa-
lutem conferre. Idcirco sicut promisit patriarchis conuer-
sionem Iudæorum, sic fiet. Vnde scriptum est, Porrò trium- 1. Reg. 15
phator in Israël pœnitudine non flectetur: Neque enim ho
mo est, vt agat pœnitentiam. Et Iacobus, Apud quem non Iaco. 1
est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quod er-
go in Genesi ait. Pœnitet me fecisse hominem, metaphori- Genc. 6
cè dicitur. Sicut & illud, Tactus dolore cordis intrinsecus. Ibidem.
Vel sic; Sine pœnitentia enim hominis præcedente, sunt
dona Dei & vocatio ad fidem. Non enim propter meri-
tum proprium quisquam ad fidem vocatur, gratiamque pri
mam sortitur. Ponit præterea sanctus Apostolus conue-
nientiam quandam ad declarandum, quòd Iudæi tandem B
misericordiam consequentur. *Sicut enim aliquando*, scili-
cet tempore idololatriæ vestræ. *Et vos*, Gentiles. *Non*
credidistis Deo, sed idolis. *Nunc autem*, tempore euange-
licæ prædicationis. *Misericordiam*, id est, gratiam Dei, Actu. 13.
Consecuti estis propter illorum, videlicet Iudæorum. *Incre-*
dulitatem, id est, occasione incredulitatis eorum. Quia illo-
rũ damnatio & excisio fuit occasionaliter vestra salus, atque
insertio, sicut ostensum est. *Ita & isti*, Iudæi. *Nunc*, tem-
pore gratiæ. *Non crediderunt in vestram misericordiam*, id
est, non crediderunt quòd veraciter misericordiam consc-
cuti essetis. Vel non crediderunt, id est, credendo non per-
uenerunt in vestram misericordiam, id est, fidem & gra- C
tiam à Deo vobis clementer exhibitam. *Vt & ipsi miseri-*
cordiam consequantur, hoc est, miseratio vobis impensa fiat Deute. 7.
eis miserationis acquirendæ occasio. Quoniam Deus, 14. & 15
qui nunc misertus est Gentibus tandem dignum ducet mi- Matt. 28.
sereri Iudæis, qui olim fuerunt populus peculiaris. Sic ergo
de Iudæis & Gentibus factum est. *Conclusit enim*, id est,
esse conuicit, seu concludi permisit. *Deus omnia*, id est,
genera hominum, scilicet Iudæos & Gentiles. *In incredulı-*
tate, Vterque enim populus multoties idolis deseruiuit.
Vt omnium misereatur, id est, quosdam ex omnibus illis con-
uertat, ac saluet. Hæc dictio, vt, tenetur hîc consecutiuè, nõ
causaliter, quia non ideo permisit Deus illos errare, vt mi-
sereretur eis Sic enim nostra malitia esset directè causa glo-
rificationis, seu manifestationis pietatis diuinæ, & ita place-

D ret Deo. Indirectè tamen est causa eius, vt dictum est, secun
dum quod bonus deus non permitteret mala, nisi bona eli-
cerentur ex malo. Ex consideratione insuper mirabilium,
quæ de prædestinatione, ac reprobatione, & eorum quę se-
quuntur ex illis inducta sunt admirans Apostolus, stupens
Epist. ac tremens exclamat, O *altitudo*, id est, sublimis profunditas,
& profunda sublimitas. *Diuitiarum*, id est, plenitudinis. *Sa-
pientiæ*, quantum ad diuina & superiora, *Et scientiæ*, quátum
ad humana ac inferiora. *Dei*, omnia cognoscentis. Cuius no
titia quamuis in se vna & simplex consistat, multis tamẽ no
minibus designatur secundum diuersitatem eorum quæ co-
gnoscuntur. Quanta autem sit altitudo sapientiæ & scien
E tiæ Dei, ex scriptura aliquo modo innotescit. Ait enim Psal
Psal. 47 mista, Magnus dominus nolter, & sapientiæ eius non est nu
146. merus. Item, Mirabilis facta est scientia tua ex me, confor-
Psal. 118. tata est & non potero ad eam. Altitudo autem diuitiarum
sapientiæ Dei aliud non est, nisi sapientia dei altissima atque
plenissima. *Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius*? Siue per
iudicia Dei intelligamus dispositiones rerũ seu decreta dei
de rebus, secundum quod dispositiones istæ sunt in mente
diuina, siue effectus diuinæ iustitiæ, quos deus iudicando
efficit in rebus: certum est, quòd iudicia ista omnem capa-
citatem mentis humanę prorsus excedunt, quemadmodum
sapientia, scientia, & iustitia vnde procedunt. Propter quod
scriptum est, Fortissime, magne, & potens, deus exercituum
Hier. 32 nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogita-
Iob. 37. tu. Iob quoque ait, Dignè eum inuenire non possumus. Ma
I gnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non po-
test. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari
omnes, qui sibi videntur sapientes. *Et* (quàm) *inuestigabiles*
sunt. *Viæ eius*, id est, processus seu executiones operum diui-
norum, quia nec modum emanationis rerum à Deo, nec gu
bernationis, nec modum beatificationis electorum, intelli-
Eccle. 1. gere possumus. Ideo Salomõ dicit, Cunctæ res difficiles, nõ
Sapiẽ. 9. potest homo eas explicare sermone. *Quis enim cognouit sen-*
Esa. 20. *sum domini*? id est, dictamen intellectus diuini de rebus vi-
Eccle. 9 delicet, quid deus de creaturis suis facere cogitauit, quid
de singulis sentiat, quid de omnibus intra se iudicet? nescit
quoque homo an amore dignus sit, an odio. Ideo in libro sa
Sapien. 9. pientiæ legitur, Sensum tuum domine quis sciet, nisi tu de-

deris

deris sapientiam, miseris spiritum tuum de cœlis? *Aut quis consiliarius eius fuit?* hoc est quis dedit Deo consilium de dispositionibus & productionibus rerum? Nullus planè, quia nõ indiget alicuius auxilio, aut doctrina. *Aut quis prior dedit illi*, hoc est, quis aliquid perfectionis contulit deo, existés antè eum? *Et retribuetur ei*, à deo bonum cõdignum. Nullus vtique quia omnia alia habent à Deo quicquid habent boni, & sunt. Hoc sumpsit Apostolus ex eo quod scriptum est in Esaia, Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostẽdit illi? Cum quo iniit consilium, & instruxit eum? &c. *Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* De huius verbi intellectu multa dici possent: sed breuiter dico, quòd Deus est causa rerum in triplici genere causandi. Est enim causa efficiens, causa formalis, formans seu exemplaris, & causa finalis. Dicitur autem causa efficiens ratione potentiæ, qua cuncta creauit: causa exemplaris, ratione sapientiæ, qua vniuersa disposuit & distinxit: causa finalis ratione bonitatis, qua omnia ad seipsum reducit, conseruat, & ad proprios fines inclinat. Quoniam ergo potentia attribuitur patri, sapientia filio, bonitas spiritui sancto, idcirco quod dicitur, ex ipso, propriè refertur ad patrem: quod verò adiicitur, per ipsum, refertur ad filium: (Omnia enim facta sunt per ipsum) & quod subditur, in ipso, refertur ad spiritum sanctum, cui ratione clementiæ competit res conseruare, perficere, inclinare ad optima. Et ita in verbis Apostoli notatur trinitas personarum, & distincta proprietas causalitatis earũ. Veruntamen cùm vnaquæque diuina persona, sit verus creator, perfecta causa omnium rerum, & vni cuique earum conueniat potentia, sapiẽtia, & bonitas: ideo de qualibet trium personarum intelligi potest, quoniam ex ipsa, & per ipsam, & in ipsa sunt omnia. Nam & quelibet earum est omnium rerum causa efficiens creando, exemplaris secundum æternam rationem ideam seu speciem producendo: finalis vniuersa propter debitum finem, & maximè propter vltimum finem, agendo, & conseruando. De hoc primo sententiarum aptior locus est. *Ipsi* (Deo vni ac trino) *honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Nil iustius, nilque ad promerendum efficacius, quàm vt toto corde optemus deũ ab omnibus honorificari & glorificari, totísque viribus faciamus hoc ipsum.

A

Iohelus.1.

Esa.40.

1.Cor.11

B

Ioan.1.

C

1.Timo.1.

D Cap. XII. *Obsecro itaque vos fratres. &c.*

ARTIC. XVI.

Epistola. POst reductionem Romanorum ad sanctam concordiã iam instruuntur in moribus. *Obsecro itaque*, per sacrum
Matth. 18 aliquod rogo. *vos fratres* videlicet. *Per misericordiã Dei*, hoc est, per pietatem ac bonitatem diuinam, vt propter dignitatem ac reuerentiam eius acquiescatis petitioni meæ. Vel,
1. Cor. 7 per misericordiam dei. id est, per effectum diuinæ pietatis scilicet per gratiam Dei, mihi & vobis impensam. Potius autem dicit obsecro quàm iubeo, quia (vt Seneca ait) generosus est animus hominis, & facilius ducitur quàm trahitur.
Phile. b Vnde & Philemoni scribés Apostolus, Fiduciam (inquit) multam habens imperandi tibi, propter charitatem magis
E obsecro. *Vt exhibeatis*, id est, agatis & sponte offeratis domino. *Corpora vestra*, non solùm exteriora vestra, *Hostiam viuẽtem*, id est, viuificè mortificatam & mortificè viuificatã, quatenus corpora vestra fiant hostiæ per carnalium desideriorum mortificationem seu extirpationem: iuxta illud, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Et iterũ, Quo
Psal. 41. niam propter te mortificamur tota die. Sint verò hostiæ viuentes per operationes virtuosas vitam æternam mercãtes *Sanctam*, carnalibus sordibus expurgatam. *Deo placentem*, id est, ad vltimum finem deíque gloriam, ordinatam, *Rationabile*, id est, discretũ ac moderatũ sit. *Obsequium vestrum*, quod Deo offertis in corporis vestri castigatione, ne caro vltra vires macereturr & debilitetur, sicque de cætero operum bo-
F norum instrumentum esse nõ possit, & ne nimis delicatè tractetur, aut minus iustè affligatur. Cùm enim corpus sit animæ instrumentum, regendum est secundum exigentiam vtilitatémque animæ, vt tantum affligatur in parsimonia cibi, potus, somni, vestitus, & omnium exteriorum consolationum, quantum anima ferre potest sine corporis defectione: idcirco discretio summè necessaria est, quæ est mater & cu-
Leui. 2. stos ac sotrix virtutum. Propterea enim scriptum & iussum
Marci. 9. est, In omni oblatione offeres sal. Et Christus, Habete (in-
Hiere. 48. quit) in vobis sal. Hinc etiam scriptum est per Hieremiam Quia plus fecit quàm potuit, idcirco periit. Corporalis igitur exercitatio moderanda est, secundum quod expedit profectui animæ in interioribus suis. *Et nolite conformari*, affectu, actu, consensu, aut simili modo. *Huic seculo*, id est, mun-

dani

danis & vanis hominibus. Amicitia enim huius mundi, i- A
nimica est deo. Qui ergo voluerit amicus huius mundi fie- *Iaco.4*
ri, inimicus Dei constituetur. Ideo monet Ioannes. Nolite *1. Ioan.2*
diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. *Sed re-*
formamini, id est, amissam Dei similitudinem, rursus acqui-
rite. *In nouitate sensus vestri*, id est, adipiscendo spiritualem
atque internam mentis vestræ innouationem. Deformati
enim sumus in primo parente perdendo originalem iusti- *Gene.1*
tiam, per quam Deo assimilabamur, & incurrendo origina-
le peccatum & vulnera animæ; quibus primo parenti lapso
conformamur. Iubemur ergo exuere veterem hominem cũ
actibus suis, & induere nouum qui secundum deum creatus *Coloss.3*
est, vt renouetur, sicut aquilæ inuentus animæ nostræ, obti- *Psal.10*
nendo quotidie virorem virtutum, & gratiarum cœlestium
recentem decorem, sicque redeamus ad pristinam bapti- B
smatis innocentiam, atque originalis iustitiæ conformita-
tem. Hoc est, quod in prima Canonica admonet beatissi-
mus Petrus, Deponentes omnem malitiam, quasi modò ge- *1. Petr.2*
niti infantes rationabiles lac concupiscite, vt in eo crescatis *Thre.5.*
in salutem. Et Hieremias, Innoua dies nostros sicut à prin- *Psal.35.*
cipio. Sic itaque reformari studete *Vt probetis*, id est, ex- *1. Thes. 4*
perimento discatis & experiri possitis per gustum spiritus *Mich.6*
sancti habitantis in vobis, *Quæ sit voluntas Dei*, id est, quid *Col.3.*
Deus velit, quid deo complaceat: cuius vtique voluntas *Bo*
na est, quia non vult nisi bona. *Et beneplacens*, electis, fide C
libus & amicis, qui sunt vnum cum deo per vnionem affe-
ctuum. *Et perfecta*, id est, sanctissima, & cunctis rebus præ-
stantior. Aduertendum autem quòd voluntas Dei quan- *Esa.49.*
doque accipitur pro potentia siue actione volitiua existen- *Psal.134.*
te in Deo, qua vult, quæ semper impletur. De qua ait per
Isaiam, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea
fiet. Et Psalmista, Omnia quæcunque voluit Dominus, fe-
cit. Hæc est voluntas beneplaciti, & secundum hanc acce-
ptionem voluntatis diuinę procedit expositio iam inducta.
Secundò, voluntas Dei dicitur id quod vult, vel signum vo
luntatis diuinæ. Sicque præceptum & consilium, dicuntur
voluntas Dei, quæ non semper impletur. Ideo petimus eam *Mat.6*
impleri, dicentes. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in ter-
ra. Et de hac quacũque voluntate potest exponi litera, hoc
modo, Probetis per executionẽ, quę sit voluntas Dei, id est,

D iussio,consultio, prohibitio voluntatis diuinæ: quæ iussio consultio,&c. est bona inquantum concernit bona naturæ, & statum incipientium. Est & beneplacens deo ac bonis hominibus,prout respicit bona gratiæ, & statum proficientiũ. Est quoque perfecta secundum quod respicit bona gloriæ, quæ iubet finaliter appeti, & statum perfectorum Qui autẽ sanctam atque internam vitam ducit, experimentaliter no-

Esa.58, scit,& gustat quid placeat & quid displiceat Deo. Dũ enim remorsum nõ habet,sed deo sollicitè deseruit, & delectatur in ipso,omne peccatum detestans,tunc spiritus sanctus perhibet ei testimonium quòd voluntas sua vnita & concors sit

Ioan.12. Deo. Vnde ait Saluator, Si quis voluerit voluntatem dei facere,cognoscet de doctrina an ex deo sit. Deinceps iubet

E Apostolus vt omne obsequium, & exercitium nostrum internum sit rationabile seu discretum. *Dico enim* (id est, præcipio) *Per gratiam quæ data est mihi*, hoc est Apostolica authoritate mihi gratioſè collata. *Omnibus qui sunt inter vos*,Iudæis & Gentibus ad fidem conuersis. *Non plus sapere,quàm oportet sapere*, id est,non magis inuestigare, discutere,contẽplari diuina mysteria, fideiq; arcana, quàm oportet vel ex-

Diony. Damasce. pedit,quàm scriptura docet, quàm intellectus vester capere valet. Propter quod Dionysius & Damascenus testantur, Non est audendum aliquid de supersubstantiali deitate asserere,præter ea quæ nobis in sacris eloquiis tradita sunt.

Prou.25 *Eccle.3.* *Ioan.15* Denique scrutator maiestatis opprimetur à gloria, tãquam temerarius & præsumptor. Idcirco legitur, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus illa cogita semper. Per hæc tamen & similia nó

F prohibetur humilis perscrutatio,profunda & diligẽs inquisitio sacræ scripturæ in locis difficilibus & in his quæ huiusmodi loca concernunt:cùm dicat Psalmista, Mirabilia testimonia tua,ideo scrutata est ea anima mea. Sed semper in tali studio innitendum est auxilio gratiæ Dei. Propter quod

Psal.118 *Ibidem.* ait idem Psalmographus, Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua. *Sed sapere ad sobrietatem* (id est, temperatè) *& vnicuique*, vestrùm præcipio sapere. *Sicut deus diuisit mensuram fidei*, id est, secundum modum, quem fides docet esse seruandum in hoc, vt scilicet vnusquisque secũdum

Titum. 2. exigentiam sui officij occupet se in perscrutatione diuinorum. Vel,secundum mensuram fidei,id est, secundum qua-

litatem donorum quæ per fidem præstantur. Qui enim ma- A
iora dona sapientiæ & scientiæ receperunt, profundius inue
stigare possunt diuina, quam simplices: imò vt asserit Dio- *Dionysius.*
nysius, quòd vni cibus est, hoc alteri est venenum. Quòd
autem diuersis diuersa data sint dona mẽsuratè diuisa, diuer
sos actus habentia, ostendit per simile in corpore humano.
Sicut enim in vno corpore naturali, organico, animato, *Multa*
membra, videlicet oculos, manus, pedes, *Habemus, omnia*
autem membra non eundem actum habent, ita multi fideles.
Vnum corpus mysticum, charitate connexum *Sumus in Chri-* *Ephes. 5.*
sto capite nostro, à quo motum virtutũ, & vitam gratiæ par-
ticipamus, sicut à capite cætera mẽbra, motum & vitam na
turalem recipiunt. *Singuli autem sumus alter alterius mem-*
bra, id est, vnusquisque nostrũm est membrum alterius my- B
sticum, puta per similitudinem spiritualem. Quoniam sicut
vnum membrum seruit atque communicat alteri suam vti-
litatem, vt oculus videt toti corpori, manus operantur pro
sustẽtatione totius corporis: sic vnus fidelium communica-
re debet alteri dona sibi concessa. Quemadmodum Petrus
hortatur, Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum *1. Pet. 4.*
illam administrantes. Gratiæ etenim gratis datæ, quamuis *Mat. 16.*
aliquibus specialiter dentur, ordinantur tamen ad commo- *Epist.*
dum aliorum. Vnde de diuersitate donorum singulis con- *1. Cor. 12.*
cessorum subiungitur. *Habentes autem donationes*, id est,
sic singuli sumus membra alterius, sed habemus donationes.
Secundum gratiam quæ data est nobis, differentes. Hoc est, C
dona distincta secundum gratiam maiorem, vel minorem *1. Cor. 7.*
nobis impensam. Vnusquisque enim suum donum habet à
Deo, alius quidem sic, alius verò sic, secundum quod mise-
ricordia & gratia Dei maior est in vno quàm in alio. Cæte-
ra quippe dona supernaturalia siue gratuita, mensuram gra
tiæ habitualis & primæ, aliquo modo sequuntur. Deinde
explicat dona ista diuersis diuersimodè distributa. *Siue pro-*
phetiam, id est, reuelationem secretorum, maximè futurorũ,
humanam rationem transcendentium, sumus habentes: &
hoc *Secundum rationem*, id est, finem & exigentiam. *Fi-*
dei catholicæ. Prophetia nanque ordinatur ad fidei robora- *2. Pet. 1.*
tionẽ, & propriè respicit ea quæ pertinent ad salutẽ, quæ est
finis, quem fides docet atque proponit. Ideo secũdum fidei
rationẽ prophetia cõfertur diuinitus, & sic habetur à nobis

D *Siue* habentes, *Ministerium* ecclesiasticum, vt ordinati simus membra aliorum. *In ministrando* eis sacramenta ecclesiæ. *Siue qui docet*, id est gratiam instruendi habens, sit membrum alterius. *In doctrinam*, id est, in exhibitione doctrinæ. *Qui exhortatur*, id est, gratiam exhortationis fortitus, sit membrum aliorum. *In exhortando*, eos ad meliora.

Qui tribuit eleemosynam, tribuat *In simplicitate*, id est, simplici intentione, videlicet ad gloriam Dei, non propter laudem humanam. *Qui præest*, id est, prælatus seu princeps præsit subiectis. *In sollicitudine*, id est, vigilanter & timoratè, perpendens illud Sapientis, Iudicium grauissimum, in his qui præsunt, fiet. Si enim vnumquenque nostrûm, iuxta Micheam prophetam, oporteat solicitè ambulare cũ Deo suo: quanto magis aliorum prælatum? quem vtique tãtò sollicitius conuersari oportet, quantò plurium animarum constitutus est custos. *Qui miseretur*, hoc est, aliis condolet & succurrit. *In hilaritate*, cordis hoc faciat, ne suo mœrore miserum magis affligat. Vnde de quibusdam scriptum est, Consolatores onerosi vos omnes. Quo contra ait Psalmista, Iucundus homo qui miseretur & commodat. Nec obest, quod infrà dicit Apostolus, Flere cum flentibus. Quamuis enim qui miseretur aliis aliquo modo contristetur, & lugeat: totum tamen fieri debet, nõ in deiectione spiritus, sed in hilaritate: quia ad hoc niti debet, vt alterius miseriam releuet, eíque animo læto subueniat. *Dilectio* Dei & proximi sit. *Sine simulatione*, id est, non ficta, quemadmodum scriptum est, Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Simulatores autem & callidi, prouocant iram Dei.

Sap. 6. *Mich. 6.* *2. Cor. 9.* *Iob. 16.* *Psal. 111.* *Sap. 6.* *1. Ioan 3.* *Iob. 36.*

F *Simus quoque odientes malum* culpæ in nobisipsis & proximis. Naturam verò & gratiam diligamus in omnibus. *Adhærentes bono* id est, virtutibus, seu virtuosis hominibus. Iuxta illud, Cum viro sancto assiduus esto. Et iterum ait scriptura, Cùm videris sensatum, statim euigila ad illum. *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes*, id est, quòd fratres se inuicẽ diligant. Ne sitis seminatores discordiæ, sed amãtes cõmunem charitatem in omnibus. *Honore inuicẽ præuenientes* ex humilitate. Quilibet enim potest cõsiderare aliquid boni in alio, quod ipse non habet, vel ex alia rationabili causa potest alteri primo reuerentiam exhibere, vel intus in corde, vel foris. Exteriore autem honore inuicem præuenire, maximè

Eccle. 7. *Eccle. 7.* *1. Ioan. 4.* *1. Pet. 4.*

maximè pertinet ad æquales, & ſubditos, ac iuniores, & hoc A
vtique multum nutrit charitatem fraternam. Propter quod
Petrus, Omnes, inquit, honorate. Et Chriſtus in Euágelio: *1. Pet. 2.*
Qui maior eſt veſtrũ, ſit veſter miniſter. Deniq; ſcriptũ eſt: *Mat. 22.*
Quantò maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiã *Eccle. 3.*
coram deo & hominibus. Aliqui verò ſunt dura ceruice, qui
nec honorantes ſe ſciunt rehonorare, nec ſuperioribus ſuis
debitam reuerentiã exhibere. Iſta honoratio proximi eſt a-
ctus duliæ, quæ eſt virtus, debitã creaturis reuerentiam aſſe-
rens. *Sollicitudine non pigri* ad habendam ſollicitudinẽ bo-
nam, quæ eſt vigilátia cordis in bonis. Vel nõ pigri, ad exe-
cutionem ſollicitam veræ & intimæ ſollicitudinis. Eſt autem
quædam ſollicitudo vana atque ſuperflua, quæ verſatur cir-
ca hæc temporalia: de qua Salomon ait, Expectatio ſollici- B
torum peribit. Et Apoſtolus, Nihil, inquit, ſolliciti ſitis. *Spi-* *Prou. 11.*
ritu feruentes calore diuini amoris, ne charitas refrigeſcat in *Philip. 3.*
nobis, & euomat nos Chriſtus. *Domino ſeruientes*, ſeruitute *Apo. 3.*
latriæ, de qua ſcriptum eſt, Dominum deum timebis, & illi *Deu. 6.*
ſoli ſeruies. *Spe gaudentes*, id eſt, de certa expectatione fu- *Mat. 4.*
turæ beatitudinis ſpiritualiter iucundãtes in Deo. Qui vos *Hierony.*
ad æternam beatitudinem inuitauit. Propter quod gratiæ
referendæ ſunt ei indeſinenter. Nihil enim Chriſtiano fœli
cius, cũi promittuntur regna cœlorum. *In tribulatione* iuſtè
vel iniuſtè illata, à mũdo vel dæmone, eſtote *Patientes*, re-
pellendo à vobis paſſionem triſtitiæ quoniam ſcriptum eſt:
Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et *Mat. 5.*
alibi habetur, illi qui tentationes non ſuſceperunt in timore *Iudith. 8.*
Dei & patientia, exterminati ſunt. Denique omnes qui vo- C
lunt pie viuere in Chriſto, perſequutionẽ patientur. Et per *2. Tim. 3.*
multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cœlorũ.
Idcirco in tribulationibus tanquam in optima via peruenié
di ad Deum, oportet nos cordialiter exultare. Ait enim Pſal-
miſta, Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde. Et
Dominus, Cum ipſo, inquit, ſum in tribulatione. *Orationi* *Pſal. 3.*
inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum, id eſt, penuriis ſeruo- *Pſal. 90.*
rum Chriſti eſtote *Communicantes*, hoc eſt, communia
facientes bona veſtra ſupplendo eorum inopiam. Vnde
ad Hebræos dicit Apoſtolus, Beneficentiæ & communio-
nis nolite obliuiſci. *Hoſpitalitatem ſectantes*, peregrinos *Hebr. 13.*
& pauperes recipiendo gratis in propria domo. *Eſa. 58.*

D Iuxta illud, Egenos vagósque induc in domum tuam. Itẽ
Esa. 58. & illud, Hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc alibi
1. Pet. 4. dicit Apostolus, Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc
Hebr. 13. enim placuerunt quidam, videlicet Abraham & Loth, ange
Gene. 18. lis hospitio receptis. Ioánes quoq; in sua canonica de quo-
Gene. 19. dam peruerso conqueritur. Ipse non recipit fratres: & eos
Ioan. 3. qui recipiunt, prohibet. Ecce quantum amanda, sectanda &
continuanda est Christianis virtus hospitalitatis, quæ tot
Apostolorum testimoniis comprobatur. Nam & Christus
Mat. 25. in die iudicij dicturus est reprobis. Hospes fui, & non colle-
Iob. 31. gistis me. Ideo ait beatus Iob, Foris non remansit peregrinus
ostium meum viatori patuit. *Benedicite*, id est, bona dicite
& orate pro *Persequentibus vos, benedicite* eis, *Et nolite ma-*
E *ledicere* eis. Repetitio, confirmationis & magnæ seriositatis
Mat. 5. indicium est. Hoc est quod ait Saluator, Orate pro perse-
Luc. 6. quentibus & calumniantibus vos. Et, Benedicite maledicẽ-
1. Pet. 2. tibus vobis. Hoc faciendo, veraciter sequimur vestigia Chri
sti. De quo Petrus affirmat, Cùm malediceretur, non male-
dicebat: cum pateretur, non comminabatur. Hortor insu-
per vos. *Gaudere cum gaudentibus*, id est, congratulari his,
qui de bonis operibus gaudent in domino. Non autem de-
bemus cum peruersis & vanè iucundis gaudere. De quibus
Ioan. 16. scriptum est, Mundus gaudebit, vos autem contristabimini.
Flere cum flentibus cõdolẽdo afflictis, sicut Iob ait, flebã quó-
Iob. 30. dam super eo, qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea
pauperi. Veruntamen non debemus cum omnibus flentibus
æqualiter flere. Est enim fletus alius inordinatus, quo pro-
F pter amissionem temporalium rerum quis superfluè luget.
Sic flentibus conflere debemus, compatiendo eorum errori
quatenus cessent sic flere. Alius est fletus ordinatus propter
peccata, seu gloriæ dilationem. Sic flenti conflere debemus
quatenus veniam consequatur, seu gloriam. Non autem vt
fletus talis statim tollatur ab eis, nisi fortè per accidens ob-
esset spiritui, inducendo corporis debilitatem, aut aliud no
cumentum. imò simpliciter gaudendum est de bono fletu al
terius. *Idipsum inuicem sentientes*, id est, conformantes vos
mutuo in affectu & intellectu, vt sitis cõformes in domino.
Non alta sapientes de vobismetipsis, id est, non magna præ-
Psal. 130. sumentes de vobis: sicut ait Psalmista, Domine, non est exal
tatum cor meum, neque ambulaui in magnis. *Sed humilibus*

cogita.

cogitationibus estote *Consentientes*, vt parua & vilia æsti- A
metis de vobis. *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos*, id est, *Finis.*
in oculis propriis, reputando vos sapientes, aut cæteris ma- *Epist.*
gis sensatos. Imò si aliquid sapientiæ vel scietiæ in vobis est, *1. Reg. 15.*
totum Deo asscribite, & nolite in vobisipsis inaniter exul- *Prou. 16.*
tare, & simplices spernere. Vnde Salomon dicit. Vidisti ho- *Prou. 29.*
minem sapientem sibi videri, magis illo spem stultus ha- *Prou. 23.*
bebit. Et iterum, Prudentiæ tuæ pone modum. Et rursus ali- *Esa. 5.*
bi habetur. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram
vobismetipsis prudentes. *Nulli malum pro malo reddentes.*
Nam & Psalmista fatetur, Si reddidi retribuentibus mihi ma *Psal. 7.*
la, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Sed nec hoc suf-
ficit, quoniam Christus ait, Benefacite his qui oderunt vos. B
Et Petrus, Non reddentes malum pro malo, sed econtrario *Mat. 5.*
benedicentes. In hoc enim vocati estis. Hæc impleri non va *1. Pet. 3.*
lent, nisi priuatus amor radicitus extinguatur, & amor diui-
nitus mentem prorsus possideat. *Prouidentes*, hoc est, circũ
spectè seu prouidè disponentes ac operantes *Bona, non tã-*
tum coram deo, videlicet in secreto, vel quantum ad cordis
intentionem, *Sed etiam coram omnibus hominibus*, ne quis
scandalizetur in vobis, salua tamen veritate vitæ, iustitiæ &
doctrinæ. Vnde alibi dicit Apostolus. Honestè ambuletis ad *1. Thes. 4.*
eos qui foris sunt. Et saluator, Luceat lux vestra coram ho- *Mat. 5.*
minibus. Et, Videte ne scandalizetis vnum ex pusillis istis. *Mat. 18.*
Si fieri potest, quod dicam. *Quod ex vobis est*, id est, vestram *Mar. 9.*
possibilitatem facite ad ad hoc, vt sitis. *Cum omnibus homi-* *Iob. 22.*
nibus pacem, veram ac spiritualem. *Habentes*, non carnalem *Mat. 10.*
& secularem, De qua ait Saluator, Non veni pacem mitte- C *Lu. 12*
re. *Non vosmetipsos defendentes charissimi*, repercutiẽdo per- *Mat. 5.*
cutientem: cùm dicat saluator, Si quis percusserit te in vnam
maxillam, præbe ei & alteram, scilicet quantũ ad animi præ-
parationem. *Sed date locum iræ*, id est, vindictæ seu iracun-
diæ cedite, ne percutiendo alium magis prouocetis, vel pro-
priam passionem exerceatis. *Scriptum est enim* in Deute- *Deu. 32.*
rono. *Mihi vindictam* cõmittite. *Et ego retribuam*, *dicit*
dominus, qui facio iudicium omnibus iniuriam patientibus *Mat. 5.*
Nostra translatio talis est, Mea est vltio talis, & ego retri-
buam eis, in tempore. *Sed si esurierit inimicus tuus*, qui te o-
dit. *Ciba illum* pane spirituali ac corporali si potes. *Si si-*
tit potum da illi, & pari ratione, si veste eget, operi eum, *Hoc*

D enim faciens carbones ignis, id est, materiam dilectionis. Congeres, id est, congregabis, & pones. *Super caput*, id est, in mente *Ipsius*. Hoc enim extinguere potest rancorem, & inflammare amorem. Hoc idem Salomon dicit in prouerbiis. Ex quo patet error Iudæorum, dicentium, quòd secundum legis intentionem inimici sint odiendi, non solùm quantum ad culpam, sed etiam quantum ad naturam. Sic enim non esset eis benefaciendum, sed malum faciendum. Contra quod scriptum est. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas. Sanctus etiam Iob ait, Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui, eo quod inuenisset eum malum. Sed & Samuel deplanxit Saulem hostem suum lætalem vsq; ad diem mortis suæ. *Noli vinci* per impatientiam, *A malo, sed vince*, per E fortitudinem animi, *In bono*, id est, tua bonitate. *Malum* alterius, non apponẽdo malum malo, sed quò alter amplius malignatur, eò tu magis pium te præbeas.

Prou. 25 Mat. 5. Prou. 24. Iob. 31. 1. Reg. 15. Hier. 9.

Cap. XIII. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.*

ARTIC. XVII.

Rom. 12. 1. Pet. 5. ERudiuit Apostolus omnes fideles in moribus generaliter capitulo præcedenti, iam specialiter instruit, subditos, dicens: *Omnis anima*, hoc est, omnis homo existens sub alio: A parte enim significat totum, sicut & in Actibus ait Lucas, Eramus autem vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex. *Potestatibus sublimioribus*, id est, in potestate constitutis, principibus secularibus, spiritualibúsque F prælatis. Non solùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis, *Subdita sit* per obedientiam promptam ac humilem, dum modo nihil præcipiant contra Deum & iustitiam. Vnde tyrannis obediendum non erat in his, quibus impugnauerant fidem: & ministri, qui eis placebant martyres persequendo, grauiter peccauerunt: sicut & angeli inferiores, consentientes Lucifero. *Non est enim potestas nisi à Deo* omnipotente à quo processit, atque dependet omnis potestas, creata ac limitata. Quamuis enim potestatis abusio seu nocendi voluntas sit ab animo creato, ipsa tamen potestas à Deo profluxit. Propter quod dixit Christus Pilato. Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper.

Act. 27. 1. Pet. 2. 2. Mac. 7. Esa. 14. Ioan. 19

Et ſapiens dicit, Præbete aures, qui continetis multitudines, quoniam data eſt vobis poteſtas à Deo, & virtus ab altiſſimo. *Quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt*, id eſt, ſapienter & rationabiliter inſtituta ſunt. Omnia namque in méſura, numero, & pondere conſtituit deus. Denique ſapiétia attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit vniuerſa ſuauiter. Ad ſapientem enim pertinet ordinare. *Itaque qui reſiſtit poteſtati*, per rebellionẽ, *Dei ordinationi*, id eſt, rei à Deo ordinatæ, ſeu iuri diuino, vel etiam Deo. *Reſiſtit*, quantum in ſe eſt. Vnde deus dixit ad Samuelem, Non te abiecerunt, ſed me. Et Chriſtus, Qui vos ſpernit, me ſpernit. Moyſes quoque ad filios Iſraël, Non contra nos, inquit, eſt murmur veſtrũ, ſed contra deum. *Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem*, æternã *Acquirunt*, peccando mortaliter. Interdum etiam incurrunt damnum temporale. Deinde oſtendit cur ſuperioribus obediendum ſit. *Non enim principes non ſunt timori boni operis*, hoc eſt, ad timorem, his qui bene agunt. *Sed mali*, id eſt, his, qui agũt peruerſe. Officium enim & intentio principis eſt, ſubditos iuſtè diſponere, bonos ad meliora prouehere, impios verò reſtringere & punire. Hoc tamen verum eſt de his qui poteſtate ſibi conceſſa bene vtuntur. Aliqui verò ſunt principes mali, qui iuſtos opprimunt & impios fouent. De quibus per prophetam dominus profitetur, Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Sed nec hi inordinatè timendi ſunt cum dicat Saluator, Nolite timere eos, qui corpus occidunt. *Vis autem non timere*, nec cauſam timendi habere. *Poteſtatem?* id eſt, in poteſtate poſitum principem ſeu prælatum? *Fac bonum* id eſt, iuſtitiam, *Et habebis laudem ex illa.* poteſtate, id eſt, à poteſtatem habente laudaberis, ſi bonus eſt. Si verò ſit malus, habebis laudem ex eo occaſionaliter, quoniam erit tibi cauſa maioris coronæ, laudis & gloriæ. *Dei enim miniſter eſt*, prælatus ſeu princeps, etiam ſi ignoret. Nam diuinæ diſpoſitioni aliquo modo ſubſeruit, *Tibi in bonum*, id eſt, ad tuam vtilitatem, quatenus retrahat te à malo, promouecátque ad bonum. *Si autem malefeceris time*, poteſtatem tuæ peruerſitatis vltricem. *Non enim ſine cauſa gladium portat*, Poteſtas ſecularis portat gladium materialem, eccleſiaſtica ſpiritualem. Vtraque verò habet iudiciariam poteſtatem quæ per gladium deſignatur. *Dei enim miniſter eſt*, princeps.

A *Sapien. 9.*

Sapien. 11. *Sapien. 8* 1. *Reg. 18.* *Exod. 16* *Luc. 10*

B

Oſee. 8

C

Matth. 10 *Eſa. 41*

1. *Tim. 1.*

2. *Mac. 5.*

D *Vindex in iram*, id est, in punitionem, seu pœnam infligendam, *Et qui malum agit.* Hæc est ratio, qua gladium portat, vt vindicet mala, quatenus culpa ordinetur per pœnam.

Ideóque necessitate, id est, obligatione iuris & propter vim coactiuam superioris, videlicet quia tenemini & potestis ad hoc compelli. *Subditi estote* superiori. *Non solùm propter*
1. Pet. 2 *iram*, hoc est, timore pœnæ. *Sed etiam propter conscientiam*, mũdam habendam, id est, amore iustitiæ ne habeatis remorsum conscientiæ, si inuiti obedieritis. Vnde alio loco dicit Apostolus, Non ad oculum seruientes, sed sicut domino.
Colo. 3. *Ideo enim*, scilicet ad profitendum vestram subiectionem. *Et tributa præstatis*, quod est signum subiectionis, *Ministri enim Dei sunt*, principes, cum sint executores iustitiæ diuinę. Propter quod dicitur per Sapientem, Cùm essetis ministri
E regni eius, &c. *Et hoc ipsum seruientes*, id est, propter tribu-
Sapien. 6. torum receptionem ministrantes vobis, defendendo rempublicam, & pugnãdo pro vobis. *Reddite ergo*, statim cum
Matth. 22 potestis, omnibus debita Cui debetis, *Tributũ* præstate *Tri-*
Marci. 12. *butum*, & Cui debetis, *Vectigal* reddite, *Vectigal*, Dicitur autem tributum, quod soluit tota patria pro se domino suo. Vectigal autem quod soluit singularis persona, vt cùm negotiator soluit vecturas & pædagia rerum suarum. Vel, vectigal vocatur stipendium, quod datur dominis, quãdo per terras vehuntur. *Cui timorem*, debetis, videlicet domino terreno, vt cœlesti exhibete *Timorem*: cui debetis *Hono-*
rem, interiorem vel exteriorem, videlicet Deo, parentibus,
F & virtuosis hominibus, date *Honorem*. Ait enim dominus
Malach. 1 per prophetam, Filius honorat patrem, & seruus timet do-
Epist. minum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis*, quia dilectio, quotiescunque alteri impendatur, permanet iugiter in præcepto. Per dilectionem verò intelligũtur alij actus virtuosi, quorũ vnus te-
Ioan. 14 netur alteri. *Qui enim diligit proximum, legem impleuit.* Ratio quippe diligendi proximum, est Deus. Ergo qui proximum diligit, Deũ diligit. Qui autem diligit Deum, implet
Exod. 20. mandata decalogi scripta in prima tabula, quæ ordinantur
Deute. 6 ad charitatem diuinam. Et qui diligit proximum, implet mãdata decalogi scripta in tabula secunda, quæ ordinantur ad charitatem fraternam, Et qui diligit proximum, legem impleuit,

pleuit,præsertim quo ad præcepta moralia. Quod declarat A
Apostolus. *Nam non adulterabis,non occides,non furaberis, non* *Exod. 20.*
falsum testimonium dices, non concupisces, rem proximi tui, id
est,præceptum de vitandis,adulterio,homicidio,furto,fal-
so testimonio,concupiscentia rei alienæ. *Et si quod*,id est,
aliquod. *Aliud est mandatum*,inclusum vel reducendum ad *Deute. 6.*
ista. *In hoc verbo instauratur*, id est, comprehenditur,atque *Matt.5.*
impletur, videlicet. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* *Matth. 7.*

Qui enim sic diligit proximum,sic facit ei quomodo vult
fieri sibimetipsi: cum diligere aliud nihil sit,nisi alicui bonũ
velle. Voluntas autem procedit in opus si potest: si tamen
fuerit vera, & perfecta voluntas. Ideo subditur, *Dilectio*
proximi malum non operatur,quia nec habens eã,peccat mor- B
taliter,nec proximo nocet quandiu eam habuerit. *Plenitudo* *Finis.*
ergo,id est,consummatio perfecta,impletio ac finalis perfe-
ctio. *Legis*, antiquæ & nouæ, *Est dilectio* Dei & proximi,
quoniam omnium virtutum regina, origo, motrix ac finis
est charitas qua Deus amatur & proximus. Omnia ergo pre
cepta disponunt & referuntur ad plenam obseruationem
præcepti charitatis. Propter quod alibi habetur, Finis præ- *1. Tim.1*
cepti est charitas de corde puro, & conscientia bona,& fi-
de non ficta, Hoc autem pensandum, quod licet sint duo *Matth.22*
præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetę,
vnum tamen frequẽter ponitur pro vtroque,quia nec Deus
sine proximo, nec proximus sine Deo diligitur. Hinc enim
Saluator ait,Hoc est præceptum meum,vt diligatis inuicem *Ioan.15*
sicut dilexi vos. Et iterum dicit,Mandatum nouum do vo- *Ibidem.*
bis, vt diligatis inuicem, Ideo quoque scriptum est, Hæc C
est annunciatio, quam audistis, ab initio, vt diligatis alter- *1.Ioan.3*
utrum.

Deinceps declarat apostolus quòd actibus charitatis ma-
ximè insistendum sit tempore euangelicæ legis quæ est lex
charitatis ac libertatis, quemadmodum vetus lex erat lex
timoris ac seruitutis, prout prolixè manifestatum est suprà.
Ait ergo, *Et hoc scientes tempus*, id est, conditionem & op- *Epist.*
portunitatem considerantes præsentis temporis, quod est
tempus gratiæ, de quo scriptum est, Ecce nunc tempus ac-
ceptabile,ecce nunc dies salutis. *Quia hora est iam*, scilicet *1. Cor.6*
tempore isto,imò omni momento. *Nos de somno,surgere*, id
est,de torpore & negligẽtia ad opera charitatis procedere, *Esa.49*

Datque ad vigilantiam mentis ascendere: sicut alibi clamat apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Otium autem, torpor & negligentia, somno comparantur, quoniam sicut somnus vitam naturæ abscondit: sic illa vitã gratiæ perimunt. Ad quod spiritualiter pertinet illud Ionæ, Quid tu sopore deprimeris? Surge & inuoca Deum tuum. Denique non dormientibus, sed vigilantibus prouenit regnum Dei.

Ephes. 5

Ionæ. 1.

Subinde ponit rationem, cur tempus est à somno surgere. *Nunc enim*, cum charitatem & gratiã Dei habemus. *Propior*, id est, vicinor. *Et* nobis *Nostra salus*, id est, vita æterna. *Quã cum credidimus*, hoc est, quàm tunc cũ solam fidem habuimus. Quoniam fides sine operibus non vnit nos Deo, nec perducit ad vitam æternam. Vel, cum credidimus. id est, quàm ante Christi aduentum: quia tunc omnes sancti descenderunt ad lymbum inferni. Nunc verò patefacta est nobis per Christũ ianua fœlicitatis æternæ, cui tanto amplius approximamus, quanto eam ardentius desideramus. Ambulamus enim ad eam contemplando, amãdo, & bene agendo. *Nox*, id est, tempus infidelitatis & vitiorum, vel tempus veteris testamenti, quod dicitur nox propter obscuritatem legalium figurarum, & prophetalium visionum, quæ omnia in noua lege reuelantur. Vnde dicitur ad Hebræos, Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerũ. Hęc igitur nox *Præcessit*, id est, præteriit, & modò non est. *Dies autẽ* id est, claritas euangelicæ veritatis, splendor gratiæ, & tempus noui testamenti, seu beatitudo promissa. *Appropinquauit*, quia iam præsens est in re, vel in spe. Gratia namque & veritas per Iesum Christum facta est. *Abiiciamus ergo opera tenebrarum*, id est, peccata quæ ex tenebris ignorantiæ prodeunt, mentem deformãt, & ad tenebras inferi protrahunt. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur operà eius. *Et induamur*, spiritualiter *Arma lucis*, id est, virtutes & dona spiritus sancti, quę animã roborant & defendunt contra insidias dæmonum, & cõtra iacula seu prælia vitiorum. De quibus armis, dicit alio loco, Accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo, induti loricam iustitiæ, sumentes scutum fidei, & galeam salutis. Hæc ergo agamus. *Sic*, *vt in die*, id est, quatenus tẽpore gratiæ, scilicet tempore isto. *Honestè ambulemus*, id est, reuerenter coram Deo, & exemplariter corã hominibus conuersemur,

Hebr. 10.

Galat. 2

Iacob. 1.

Ioan. 1

Ioan. 3.

Ephe. 6.

2. Cor. 6

uersemur, nemini dantes vllam offensionem, vt non vitupe A
retur ministerium nostrum. *Non in commessationibus & ebrie tatibus*, id est, frequentibus gulosis atque superfluis manducationibus & potationibus, fugiendo videlicet vitia gulæ, quę valde inhonesta sunt. Propter quod ait Saluator, Videte, ne grauẽtur corda vestra crapula vel ebrietate. Et Esaias, *Luc.21*
Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam & po- *Esa.5.*
tandum vsque ad vesperum. *Non in cubilibus*, id est, voluptatibus carnis, quæ exercentur in cubiculis. Vnde scriptum est, Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. *Et impudicitiis*, id est, cæteris luxuriæ vitiis, quæ sunt maximè impudica, ac bestialia: iuxta illud, Fornicatio & ebrie *Amos. 6*
tas auferunt cor. *Non in contentione*, id est, lite. *Et æmulatio- Oseæ. 4.*
ne*, id est, inuidia. Scriptum est enim, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Et alibi Apostolus, B
Cùm sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis? *Iaco. 3.*
Sed induimini dominum Iesum, id est, brachiis sanctæ dilectio- *1. Cor.2*
nis complectimini eum in cordibus vestris, dicentes cũ spõ- *Finis.*
sa, Tenui illum, nec dimittam. Vel, induimini dominum Ie- *Canti 8*
sum, id est, formam cõuersationis eius sequimini, vt ipse per charitatem commoretur in vobis, ornet ac vestiat vos. *Et curam carnis*, id est, prouisionem victus & vestitus, quibus caro sustentatur, *Ne feceritis in desideriis*, superfluis, id est, secundum concupiscentiam carnis, sed quantũ necessitas exigit, & ratio dictat. Quemadmodum alibi legitur, Habentes *1. Tim. 6.*
victum & quibus tegamur, his contenti simus. Vnde Salo- *Prou. 30.*
mon, Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tan- *1. Mac.1*
tùm victui meo necessaria. Quid enim prodest morituram C
hanc carnem, citò futuram vermium escam delicatè nutrire, & nobilem, immortalémque animam, summæ trinitatis imagine insignitam negligere?

Cap. XIIII. *Infirmum autem in fide assumite.*

ARTICVLVS XVIII.

MAnifestauit Apostolus in superiori capitulo, quomodo inferiores ad superiores se debeant habere, iam docet quomodo superiores se habeant ad inferiores. Agnoscendum verò, quòd in ecclesia Romanorum (cui scribit Apostolus) erant quidam ex Iudaismo conuersi, qui erant legis æmulatores, cæremonialia legis obseruanda *Roma. 13.*

D putantes, propter quod inter cibos discernebant secundum legis præcepta. Isti vocantur infirmi, id est, imperfecti in fide catholica. Quia secundum fidei veritatem, cæremonialia legis cessare cœperunt post Christi passionem, vt dictum est. Alij erant ex Gentilitate conuersi, & isti non discernebant in cibis humano vsui deditis, prout ad Timotheum dicit Apostolus, Nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione sumitur. Ait ergo, *Infirmum autem*, id est, imperfectè edoctum. *In fide assumite*, id est, charitatiuè instruite, & nolite ægrum abiicere vos qui perfectiores estis in fide, exemplo CHRISTI qui ait, Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Talem ergo assumite. *Non in disceptationibus cogitationum*, hoc est, non discutiendo seu iu-
E dicando secreta cordis eius, quæ soli Deo sunt cognita.
Alius enim, ille, scilicet qui nouit cessasse legalia. *Credit*, id est, fideliter nosci t. *Manducare se*, licitè *Omnia*, cibaria, humanæ vitæ sustentationi apta, ita, vt præceptum legis de discretione ciborum cum non obliget. *Qui autem infirmus est*, in fide, ita non putans, sed inter cibos discernens, *Holera manducet*, cuius esus semper licitus fuit ad vitandum conscientiæ scrupulum. Notandum autem quòd legalia seu cæremonialia, quamuis statim post Christi passionem mortua erant, non tamen mortifera. Nam à tempore passionis vsque ad Euangelij publicationem, poterant sine periculo obseruari, præcipuè à Iudæis conuersis, dummodo non ponebatur spes salutis in eis, sed firmiter credebatur, quòd si-
F ne obseruatione eorum, sufficeret ad salutem fides & gratia Christi. Sic nempe in actibus Apostolorum legũtur apostoli ea seruasse. Ideo apostolus dicit hunc infirmum in fide, non satis instructum de cessatione legalium, suo iudicio relinquendum, donec melius informetur. *Is qui manducat*, indifferenter quemlibet cibum homini aptum. *Non manducantem*, hoc modo, sed inter cibos discernentem. *Non spernat*, tanquam iniquum, cum legalia nondum essent mortifera. *Et qui non manducat*, hoc est, iste inter cibos discernẽs, & ab aliquibus abstinens. *Manducantem*, indifferenter. *Non iudicet*, tanquam legis transgressorem, quia lex cessauit quantum ad vim obligatiuam. *Deus enim illum*, manducantem *Assumpsit*, ad fidem, sicut & non manducantem. De his itaque, quæ bono animo fieri possunt & malo, non iudicemus,

Act. 15

1. Tim. 4

Matt. 7

sed

sed potius in melius interpretemur. Præterea probat A- A
postolus quam irrationabile sit, alium iudicare inordinatè, *Tu quis es*, id est, cuius vel quantæ authoritatis. *Qui iudicas*, iudicio reprobationis. Iudicium enim approbationis nō est ita illicitum. *Alienum seruum?* id est, proximum tuum, qui est seruus Dei, & cōseruus tuus, super quem iurisdictionem non habes? *Suo domino stat aut cadit*, id est, ad gloriam vel irreuerentiam Dei bene agit aut male, & ad eum pertinet iudicare de hoc, non ad te. *Stabit autem*, id est, erectus erit corde ad Deum, & bene aget. Hoc est verbum bonæ spei, tanquam diceret, Hoc piè præsumi potest, quòd stabit etiā si iam iacere videatur. *Potens est enim Deus statuere*, id est, per gratiā à casu peccati erigere. *Illum.* Per hoc ergo quod ait B
Apostolus, stabit autem, duo docentur. Primum, vt dubia trahamus in melius. Secundum, vt nec impium simpliciter iudicemus, quia nescimus qualis futurus sit. De hac autem materia, scilicet quomodo iudicare sit licitum vel illicitum plurima dicta sunt suprà. Quæ illic diffusè induxi, ne cogerer eadem sæpe repetere, sed semper ad illum locum lectorem remitterem. Adhuc ostendit apostolus vitandum esse iudicium inordinatum. *Nam alius iudicat diem*, certum pro exercenda abstinentia eligendum. diem, inquam interpositum. *Inter diem*, alium, quo putat non esse abstinendū. *Alius iudicat omnem diem*, in abstinentia expendendum. Tanquam dicat, Vnus putat certis diebus abstinendum; vt pharisæus qui ieiunabat bis in sabbatho, seu in hebdomada. Alius iu- C
dicat singulis diebus abstinendum, vt Iudith, quæ ieiunabat *Luce. 18*
cunctis diebus, præter sabbatha, neomenias & festa. Et san- *Iudith. 8*
ctissima illa euangelica Anna de tribu Aser, quæ non discedebat de templo, die ac nocte seruiens domino, in orationibus atque ieiuniis. *Luc. 2.*
Quoniam verò vtrumque horum bono animo fieri potest seu licitè, ideo vnus alium iudicare non debet. Vnde subiungitur, *Vnusquisque in suo sensu*, id est, in proprio intellectu, sententia, seu consilio. *Abundet*, in bonum, id est, quilibet relinquatur suo iudicio in hoc, permittaturque agere, quod secundum suam conscientiam iudicat melius esse, dummodo tamen non exeat limites rerum quæ licent. *Qui sapit diem*, id est, certum diem, vel omnem diem discernit seu iudicat abstinentiæ deputandum. *Domino sapit*, hoc est, ad gloriam Dei hoc agit intendens Deo placere,

Roma. 2

D Deo de actibus suis, quia omnino irrationabiliter vixerunt.
Heb. 13. Aliqui etiam non exigentur reddere rationem, vel quia nullam culpam habebunt, & in hac vita satisfecerunt, vel quia
Ioan. 3. infideles fuerunt, & iam iudicati sunt, qui in die iudicij non iudicabuntur iudicio discussionis. *Non ergo amplius inuicem iudicemus*, iudicio vsurpato vel temerario. *Sed hoc iudicate magis*, hoc est, bonum & obseruandum esse discernite. *Ne ponatis offendiculum*, id est, occasionem peccati. *Fratri*, scilicet proximo, viro vel fœminæ. *Vel scandalum*, hoc est, occasionem tristitiæ. Communiter autem vnum pro alio sumitur. Aduertendum verò, quòd duplex est scandalum, puta actiuum & passiuum. Scandalum actiuum, est dictum vel factum mi-
E nus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ: & de hoc scâ
Mat. 18 dalo nõ est dubium, quin fit semper vitandum. Scandalum
Marci. 9. verò passiuum, est malum seu casus, quem alter incurrit ex
Matth. 19 dicto vel facto alterius. De hoc scandalo quæstio est, an
Luc. 19. sit semper vitandum. Prò quo sciendum quòd scandalum passiuum est duplex: Vnum quod nascitur ex malitia scandali, qui ex sua peruersitate non vult dicta sua seu facta alterius, quàuis bona, bene interpretari, quod appellatur scandalum phariſæorum. Alterum quod nascitur ex infirmitate vel ignorantia scandalizati, quod dicitur scandalum pusillorum. Præterea quædam sunt bona spiritualia, quædâ temporalia, & vtraquæ sunt duplicia. Nam spiritualium bonorum quædam sunt de necessitate salutis, vt obseruatio præceptorum in omnibus, & consiliorum in religiosis. Hæc
F ergo bona nullo modo omittenda sunt, propter quodcunque scandalum euitandum. Plus enim tenetur homo prouidere propriæ saluti quàm alienæ. Quædam verò nõ sunt de necessitate salutis, & hæc ad tempus occultanda vel deferenda sunt propter scandalum pusillorum vitandum, videlicet donec ratio eius reddatur, & melius informentur. Si verò ratione reddita non acquiescunt, nec cessant scandalizari, non erit scandalum tale amplius ex ignorãtia vel in-
Mat. 15. firmitate, sed ex eorum malitia. Propter quod bona ista omittenda non sunt, propter scandalum tale vitãdum. Sicut nec Christus vitare curauit scandalum phariſæorum. Similiter bonorum temporalium quædam aliquibus committũtur conseruanda, vt bona ecclesiæ prælatis, bona reipublicę rectoribus, & deposita certis personis. Et quia ad horũ con-

seruatio-

seruationem homo tenetur, ideo propter nullius scandalum sunt deserenda. Vnde beatus Thomas Cantuariensis repetiuit bona ecclesiæ cum ingenti scandalo regis. Alia bona tẽporalia, sunt nostra, & ista omittenda sunt, vel dãdo ea aliis, vel non repetendo si alius ea habet, propter vitandum scandalum pusillorum: vel scandalum tale sedandũ est bono modo. Non autem propter scandalum ex malitia nascens, dimittenda sunt bona propria temporalia. Daretur enim peruersis libertas, & magna occasio retinendi, aut rapiendi bona aliorum, quod maximè obesset eorum saluti. *Scio* per rationem *Et confido in domino Iesu* per gratiam eius. *Quia nihil commune*, id est, nullus cibus humanæ vitæ aptus, immundus est *Per seipsum*, id est, per creationẽ ipsius. Omnia enim per ipsum facta, sunt valde bona. Vel minus dicit, & maius significat, vt sit sensus. Nihil commune per ipsum, id est, omnia munda facta sunt per eius aduentum. Omnes videlicet cibi apti, in lege prohibiti. Christus enim absoluit à legali prohibitione ciborum, iuxta illud. Quæ deus purificauit, tu commune ne dixeris. *Nisi ei qui existimat quid commune esse*, id est, aliquem cibum esse immundum propter legis præceptum *Illi* sic existimanti *Commune*, id est, immundum *Est* aliquid alimentorum secundum suam opinionem & conscientiam. Sicut fricare barbam illicitum est ei, qui hoc putat illicitum, quàm diu sic putat, quia contra conscientiam faceret, si fricaret. *Si enim propter cibum*, id est, ob hoc quod quemlibet cibum indiscretè manducãs, vel ab aliquibus abstinẽs. *Frater*, id est, proximus *Tuus contristatur* putans te impiè agere, & nesciens quid debeat securius facere, cum tamen licitè possis alterum horum eligere, sicque fratris tui contristationem vitare. *Iam non secundum charitatem ambulas*, id est, non charitatiuè te habes, quia nõ vitas offensam fratris, sed eius saluti præponis cibum tuum. *Noli cibo tuo*, id est, vsu vel abstinentia ciborũ *Illum perdere*, hoc est, ad mortale peccatum inducere, *Pro quo Christus mortuus est*, ne videaris precium mortis & sanguinis Christi paruipendere. *Non ergo blasphemetur*, id est, contra Dei honorem vituperetur *Bonum nostrum*, hoc est, fama nostra. Scriptum est enim. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Et alibi. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis proderit tibi, quã mille thesauri. Porrò, vt ait Ambrosius, qui habet opera bo-

A

Gene. 1.

B

Psal. 13.

Actor. 10.

C

Prou. 22.

Eccl. 41.

Ambros.

D *Et qui mãducat*, quemlibet cibum ſine diſcretione legis, vel, qui non ieiunat quotidie. *Domino manducat*, id eſt, ad Dei
Coloſſ.3 honorem hoc facit, cuius dona manducat. *Gratias enim agit Deo*, omnium bonorum datori, pro beneficiis ſuis. *Et qui non manducat*, id eſt, quemcunque cibum, ſed iuxta legis tenorem inter cibos diſcernit, vel omni die ieiunat. *Domino non manducat*, id eſt, ad gloriam domini abſtinet. *Et gratias agit Deo*, & ita vterque benefacit pro tẽpore, ſicut oſtenſum eſt.
Eſaiæ.24 Sic ergo agere debemus, omnia referendo ad Deũ, vt glo-
Hiere.13. rificetur ipſe in omnibus. Cuius ratio ſubditur. *Nemo enim*,
2.Petr.1 noſtrũm. *Sibi viuit*, finaliter, hoc eſt, ad gloriam propriam: quoniam vita naturæ & vita gratiæ quam habemus, ad gloriam & laudem Dei eſt ordinanda, tanquam ad vltimum finem. *Et nemo noſtrum ſibi moritur*, ideſt, ad propriã laudẽ, ſed ad gloriã Dei quatenus ſeparatus corpore laudet atq; glo-
E rificet Deũ in patria indeſinenter. *Siue enim viuimus, domino viuimus*, id eſt, ad gloriam domini. *Siue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, domini ſumus*, id eſt, non ſolũ iure creationis & gubernationis, ſed per charitatem & cultum deuotiſſimũ, ad dominum pertinemus. Beati qui ita
1.Reg.2. coniuncti Deo ſunt, vt tota vita, morſque ipſorũ, Deũ hono-
Ruth 2 ret. Ipſe enim ait, Qui glorificauerit me, glorificabo eum. Omnia ergo opera noſtra interiora & exteriora ad dei glo-
2.Tim.4. riam referamus, & propter Deũ omnia finaliter operemur. *In hoc enim*, id eſt, propter hoc. *Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorũ dominetur*, hoc eſt, dominari cognoſcatur. Nã ante paſſionẽ erat vtique viuorũ, mortuorúmque dominus, etiã ſecundum naturam aſſumptã vt verbo vnitã: quæ à primo inſtanti vnionis ſuæ cũ verbo prælata eſt omni creaturæ, dominiũque vniuerſale ſortita. Pro-
Ioan.13. pter quod ait Saluator, Pater diligit filiũ, & omnia dedit in
Ioan.17. manu eius. Et alibi Dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis. Verumtamen Chriſtus dicitur paſſus, vt omnium dominetur, propter duo. Primò, quoniam ſua paſſione meruit iudiciariam poteſtatẽ, & generalẽ dominationẽ, non obſtãte quòd ante habuerit iſta. Nõ enim incõueniẽs eſt, idem alicui propter diuerſas cauſas cõpetere: Secũdo, quia poſt paſſionem cœpit vbiq; manifeſtari atque cognoſci dominium Chriſti.
Matth.28 Propter quod ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo &
Ioan.12. in terra. Poteſt etiam ita exponi: Vt & viuorum & mortuorũ

domine-

dominetur, id est, spiritualiter viuos ac mortuos, scilicet iu- A
stos & impios, in suo obsequio occupet. Vnde ipse loquitur: *Matth. 7.* Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. *Act. 10.* Cùm ergo Christus cõstitutus sit omnium iudex, *Tu autem* iudicande *Quid*, hoc est, qua temeritate, quo fructu, *Iudicas*, sententia diffinitiua. *Fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrẽ tuum?* tanquam peccatorem aut vilem? Vnde scriptum est, Væ qui spernis, nónne & ipse spernêris? Cùm fatigatus de- *Esa. 33.* sieris contemnere, contemnêris. Et alius propheta, Nũquid *Malac. 2* non pater vnus omnium nostrûm, nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque nostrûm fra trem suum? Male ergo agis ô homo, iudicando spernendó- que proximum. *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi*, id est, coram Christo, sedente in sede iudiciaria in die iudicij: tanquam iudicandi ab eo. Tribunal autem est sedes iudicis. B
Quod verò iam dicitur, quòd omnes stabimus ante tribu- nal Christi tanquã iudicandi, intelligendum est vel de iudi- cio condemnationis vel remunerationis. Scriptura autẽ fre quenter per iudicium, intelligit dãnationis iudicium: sicut alibi, Omnis qui credit in eum nõ iudicatur. Et: Si nosipsos *1. Timo. 3* iudicaremus, non vtique iudicaremur. *Scriptum est enim*, in *Ioan. 3.* Esaia, *Viuo ego, dicit dominus*, id est, per meipsum, qui maio- *1. Cor. 11* rem per quem iurem, non habeo. *Quoniam mihi flectitur o- Esa. 45.* *mne genu*, cœlestium, terrestrium, & infernorũ, id est, omnia mihi subiicientur, præsertim in die iudicij. *Et omnis lingua confitebitur domino*, hoc est, omnis conscientia confitebitur mihi tunc opera sua. Vel, omnis lingua, id est, omne genus C
hominum, cuiuscunque loquelæ, confitebitur domino, con- fessione laudis diuinæ, vel propriæ culpæ. Nostra translatio est talis, In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iusti- tiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Quod licet ad literam dictũ videatur de conuersione, adoratione, & genuflexione om- nium gentium in primo Christi aduentu, & tempore præ- dicationis euangelicæ, Apostolus tamen spiritu sancto copiosissimè adimpletus præsenti loco insinuat, hoc pos- se intelligi de subiectione & adductione omnium homi- num, in secundo Christi aduentu. *Itaque vnusquisque no- strum pro se rationem reddet Deo*, id est, reddere compelletur seu exigetur. Multi tamen non poterunt reddere rationem

Deo de actibus suis, quia omnino irrationabiliter vixerunt.
Heb. 13. Aliqui etiam non exigentur reddere rationem, vel quia nullam culpam habebunt, & in hac vita satisfecerunt, vel quia
Ioan. 3. infideles fuerunt, & iam iudicati sunt, qui in die iudicij non iudicabuntur iudicio discussionis. *Non ergo amplius inuicem iudicemus*, iudicio vsurpato vel temerario. *Sed hoc iudicate magis*, hoc est, bonum & obseruandum esse discernite. *Ne ponatis offendiculum*, id est, occasionem peccati. *Fratri*, scilicet proximo, viro vel fœminæ. *Vel scandalum*, hoc est, occasionem tristitiæ. Communiter autem vnum pro alio sumitur. Aduertendum verò, quod duplex est scandalum, puta actiuum & passiuum. Scandalum actiuum, est dictum vel factum mi-
E nus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ: & de hoc scã
Mat. 18 dalo nõ est dubium, quin fit semper vitandum. Scandalum
Marci. 9. verò passiuum, est malum seu casus, quem alter incurrit ex
Matth. 19 dicto vel facto alterius. De hoc scandalo quæstio est, an
Luc. 19. sit semper vitandum. Pro quo sciendum quod scandalum passiuum est duplex: Vnum quod nascitur ex malitia scandali, qui ex sua peruersitate non vult dicta sua seu facta alterius, quãuis bona, bene interpretari, quod appellatur scandalum phariseorum. Alterum quod nascitur ex infirmitate vel ignorantia scandalizati, quod dicitur scandalum pusillorum. Præterea quædam sunt bona spiritualia, quædã temporalia, & vtraque sunt duplicia. Nam spiritualium bonorum quædam sunt de necessitate salutis, vt obseruatio præceptorum in omnibus, & consiliorum in religiosis. Hæc
F ergo bona nullo modo omittenda sunt, propter quodcunque scandalum euitandum. Plus enim tenetur homo prouidere propriæ saluti quàm alienæ. Quædam verò nõ sunt de necessitate salutis, & hæc ad tempus occultanda vel deferenda sunt propter scandalum pusillorum vitandum, videlicet donec ratio eius reddatur, & melius informentur. Si verò ratione reddita non acquiescunt, nec cessant scandalizari, non erit scandalum tale amplius ex ignorãtia vel in-
Mat. 15. firmitate, sed ex eorum malitia. Propter quod bona ista omittenda non sunt, propter scandalum tale vitãdum. Sicut nec Christus vitare curauit scandalum phariseorum. Similiter bonorum temporalium quædam aliquibus committũtur conseruanda, vt bona ecclesiæ prælatis, bona reipublicę rectoribus, & deposita certis personis. Et quia ad horũ con-

seruatio-

seruationem homo tenetur, ideo propter nullius scandalum A
sunt deserenda. Vnde beatus Thomas Cantuariensis repetiuit bona ecclesiæ cum ingenti scandalo regis. Alia bona temporalia, sunt nostra, & ista omittenda sunt, vel dãdo ea aliis, vel non repetendo si alius ea habet, propter vitandum scandalum pusillorum: vel scandalum tale sedandũ est bono modo. Non autem propter scandalum ex malitia nascens, dimittenda sunt bona propria temporalia. Daretur enim peruersis libertas, & magna occasio retinendi, aut rapiendi bona aliorum, quod maximè obesset eorum saluti. *Scio* per rationem *Et confido in domino Iesu* per gratiam eius. *Quia nihil commune*, id est, nullus cibus humanæ vitæ aptus, immundus est *Per seipsum*, id est, per creationẽ ipsius. Omnia enim Gene. 1.
per ipsum facta, sunt valde bona. Vel minus dicit, & maius B
significat, vt sit sensus. Nihil commune per ipsum, id est, om- Psal. 13.
nia munda facta sunt per eius aduentum. Omnes videlicet cibi apti, in lege prohibiti. Christus enim absoluit à legali prohibitione ciborum, iuxta illud. Quæ deus purificauit, tu Actо. 10.
commune ne dixeris. *Nisi ei qui existimat quid commune esse*, id est, aliquem cibum esse immundum propter legis præceptum *Illi* sic existimanti *Commune*, id est, immundum *Est* aliquid alimentorum secundum suam opinionem & conscientiam. Sicut fricare barbam illicitum est ei, qui hoc putat illicitum, quàm diu sic putat, quia contra conscientiam faceret, si fricaret. *Si enim propter cibum*, id est, ob hoc quod quemlibet cibum indiscretè manducãs, vel ab aliquibus abstinẽs. *Frater*, id est, proximus *Tuus contristatur* putans te impiè a- C
gere, & nesciens quid debeat securius facere, cum tamen licitè possis alterum horum eligere, sicque fratris tui contristationem vitare. *Iam non secundum charitatem ambulas*, id est, non charitatiuè te habes, quia nõ vitas offensam fratris, sed eius saluti præponis cibum tuum. *Noli cibo tuo*, id est, vsu vel abstinentia ciborũ *Illum perdere*, hoc est, ad mortale peccatum inducere, *Pro quo Christus mortuus est*, ne videaris precium mortis & sanguinis Christi paruipendere. *Non ergo blasphemetur*, id est, contra Dei honorem vituperetur *Bonum nostrum*, hoc est, fama nostra. Scriptum est enim. Me- Prou. 22.
lius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Et alibi. Curam Eccl. 41.
habe de bono nomine: hoc enim magis proderit tibi, quã mille thesauri. Porrò, vt ait Ambrosius, qui habet opera bo- Ambros.

D na,si reprehendatur in re minima, bonum suum obfuscat, & incipit bonũ eius blasphemari. Propterea virtuoso vitanda sunt minima. Ideo autem non debes cibo tuo proximũ perdere. *Non est enim regnum dei*, hoc est, regnatio & inhabitatio dei in anima tua, *Esca & potus*, id est, victus exterior. Esca nanque non commendat nos deo. Nec cibus damnatur, sed concupiscentia immoderata. Ideo subditur, *Sed iustitia* reddens deo quæ dei sunt, proximo quæ proximi sunt, & sibiipsi quæ expediunt. *Et pax*, id est, vera tranquillitas mentis. *Et gaudium* quod habetur *In spiritu sancto*, id est, per gratiam spiritus sancti ex contemplatione & dilectione diuinorum. Ista sunt regnum Dei, quia per ista regnat Deus in nobis. Quemadmodum ait scriptura, Regnum dei intra E vos est. Vel sic. Non est enim regnum Dei, causaliter esca & potus, id est, per ista non acquiritur regnum cœlorum: sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto, sunt regnũ Dei. Quia per talia regnum cœlorũ obtinetur. *Qui enim in hoc regno dei*, id est, in iustitia, pace & gaudio spirituali *Seruit Christo*, non scandalizans aliquem propter cibum, seu cibi delectationem, vel aliam irrationabilem causam *Placet deo*, quia beneplacitum est domino in populo suo. *Et probatus*, id est, approbatus *Est hominibus*, quia exemplaris est ipsis, & laudatur ab eis. *Itaque quæ pacis sunt*, id est, ea quæ pacẽ pariunt, fouent, conseruant. *Sectemur* & operemur. Beati enim pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. In pace nanque vocauit nos dominus: & non est deus dissensionis sed pacis. Vnde per prophetam dominus loquitur, Veritatem tantùm & pacem diligite. *Et quæ ædificationis sunt*, hoc est, ad bonũ prouocant, videlicet morum probitatem. *Inuicem custodiamus* F quatenus vnus, non tantùm alium non scandalizet, sed spiritualiter eum ædificet. *Ideo noli* ô homo. *Propter escam*, id est, amore cibi. *Destruere opus dei*, id est fratrem tuum spiritualiter occidere, seu fidem & gratiam eius extinguere. *Omnia quidem* cibaria *Munda sunt* & licita, inquãtum sunt creaturæ boni dei: *Sed malum*, id est, nociuum *Est homini* quæcunque cibaria sumere. *Qui per offendiculum manducat*, id est, manducando fratrem suum scandalizat, & deum offendit, sicut malum erat primo paréti de fructu ligni vitæ comedere. Ne autem quis putet simpliciter vtile esse vel melius quolibet cibo & potu vti, eo quòd omnia munda sint, adiecit

Mat.5. Rom.14. 1.Cor.8. Mat.22. Luc.17. Psal.149. Mat.5. 1.Cor.7. 1.Cor.14. Zach.8. 1.Cor.8. Gen.2. Mat.18.

cit. *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinũ.* Per hoc enim concupiscentia minoratur, corpus castigatur, & gratia obtinetur. *Neque* mãducare & bibere id *In quo frater tuus offenditur*, id est, impedimentum seu obicem proficiẽdi, in via dei incurrit. *Aut scandalizatur*, id est, cadit peccãdo, quod est maius & grauius quàm offẽdere. Potest enim quis pede in aliquid impingere, nec cadere. *Aut infirmatur* in fide, hæsitans quid sit tenendum, quod valde pœnale periculosumque est. Deinde hortatur apostolus ad hoc: *Tu fidem quam habes pene temetipsum*, hoc est, intra te firmiter credis omnes cibos per Christum purificatos seu licitos factos, *Habe coram deo*, id est, sufficiat tibi hanc fidem habere in cordis secreto Deo spectante, nec fratri tuo aliter æstimanti eam ostendas, ne scandalizetur. *Beatus* est iam in spe bene agẽdo. *Qui non iudicat*, id est, damnabilem facit *Semetipsum*, alium scandalizando. *In eo quod probat*, id est, faciendo quod licitum esse cognoscit in se quamuis sit illicitum, propter scandalum euitandum. Vel sic, Beatus qui non iudicat, id est, non redarguit semetipsum in eo quod probat, hoc est, approbat, id est, qui nihil agit contra conscientiã suam. *Qui autem discernit*, id est, iudicat quosdam cibos vitandos. *Si manducauerit* tales cibos, *Damnatus est* causaliter: id est, peccando mortaliter damnari promeruit. *Quia* manducat. *Non ex fide*, hoc est, contra id quod secundum fidem & cõscientiã suam sentit agendũ. *Omne autem quod non est ex fide*, id est, quod fit contra fidẽ, & propter finẽ contrariũ fini quẽ edocet fides. *Peccatum est*, quia inordinatum & contra legẽ diuinam. Circa hæc duo quæruntur. Primò, verum ratio seu conscientia errans, obliget: Secundò, an quælibet actio infidelium sit peccatum. Et respondendum ad primum, quòd operatio recipit speciem à termino ad quem, rationem autem boni vel mali moralis sumit ab intentione agentis, seu formali ratione obiecti. Cum ergo ratio dicit aliquid bonum vel malum, quamuis ita non sit, tamen si voluntas fertur in id, quod ratio ei proponit sub ratione mali licet sit bonum, certum est, quòd fertur in illud sub ratione mali, & ideo formaliter peccat. Quemadmodũ putãs falsum asserere mentitur etiam si verum dicat, eo quòd falsum dicere existimet. Simile est, si quis bonum agat putans illud esse malum, peccat enim. Ideo ratio seu errans conscientia obligat.

A

Act. 10.
2. Cor. 1.


B

1. Cor. 10.

Tit. 1.

C

D Non est tamen homo perplexus, id est, necessitate peccandi astrictus, quoniam potest errorem rationis abiicere. Ad secundum dicendū, ꝙ infidelitas, sicut & cætera peccata mortalia, aufert vitam gratiæ, non autem tollit bonum naturæ. Quamuis ergo infidelis non agat aliquid meritoriè, potest tamen facere opus bonum in genere moris seu bonum mo-
Matt.10. rale, ad quod se extendit naturalis potentia. Et in tali actu non peccat directè, & per se, vt si honoret parentes, vestiat nudum, cibet esuriētem. Quicquid verò refert ad finem suæ perfidiæ, in eo peccat, quamuis sit bonum. Nam finis peruer-
Heb.11. sus est. Quod ergo nunc ait Apostolus. Omne quod nō est ex fide, peccatum est: ad quod glossa adiicit, omnis infidelium vita peccatum est, accipiendum est secundum sensum
E præactum. Et quia qui fidem non habet, protinus in diuersa peccata collabitur.



Cap. XV. *Debemus autem nos firmiores. &c.*

ARTICVLVS XIX.

D*Ebemus autē nos firmiores*, id est, in vrtutibus fortiores *Imbecillitates*, hoc est, defectus & imperfectiones, *Infirmorum sustinere*, id est, æquanimiter ferre & sustentare atq; erigere, vt sanentur. Sicut alibi dicitur, Libenter sustinetis in-
2. Cor.11. sipientes, cū ipsi sapientes. Et iterū, Alter alterius onera por-
Gal.6. tate. Nam & in corpore naturali, membra fortiora (vt nerui & ossa) sustinent teneriora. Sed quia ex hoc, quod aliquis sustinet imperfectionem alterius, tanquam infirmioris, protinus insurgere solet inanis gloria, qua quis de sua perfe-
F ctione stultissimè gloriatur, & alteri se præponit, ideo optimè iunxit Apostolus. *Et non nobis placere*, id est, non habe-
1. Cor.4. re complacentiam in nobis ad nosmetipsos reflexam, nec gloriari in nobis, nec proprium placitum sequi: sed potius displicere nobis in nobis, cùm nihil ex nobisipsis habeamus, nisi quod meritò inducere debet cum displicentiam nostri. Vnde de reprobis scriptum est, Audaces sibi placentes. Si
2. Pet.1. pensamus proprias imperfectiones & vitia, non placebimus nobisipsis. Et quò nobisipsis magis placemus, eò amplius displicemus Deo. *Vnusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum*, id est, ad bonum finem, seu tendendo in opus bonū. *Ad ædificationem* ipsius, vt ex nobis sumat profectum. *Et-enim Christus*, secundum quod homo. *Non sibi* in se *Placuit*,

id

id eſt, in ſeipſo gloratus nō eſt, quaſi à ſeipſo aliquid habēs, A
nec proprium placitum ſed Dei patris voluntatem quęſiuit.
Ideo enim in Euangelio loquitur, Deſcendi non vt faciam
voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Et, Non poteſt fi- *Ioan. 5.*
lius à ſe facere quicquam Et, Ego non quæro gloriam meā, *Ioan. 8.*
ſed quæ placita ſunt patri, facio ſemper. Et, Non quod ego *Mat. 26.*
volo, ſed quod tu. Et ſi Chriſtus, qui non ſolùm caruit om- *Luc. 22.*
ni culpa, ſed inſuper vt homo plenus fuit omni virtute & *Ioan. 1.*
gratia, ſibi ipſi non placuit: cur nos miſeri defectibus pleni,
nobiſmetipſis placemus? *Sed ſicut ſcriptum eſt* in Pſalmo, qui
ad literam de Chriſti paſſione conſcriptus eſt *Improperia,* *Pſal. 68.*
id eſt, detractiones, opprobria, iniuriæ. *Improperantium ti-*
bi ô pater æternæ, in me. Nam Iudæi improperando mihi, *Ioan. 5.*
improperauerunt & tibi. Qui enim non honorificat filium, B
non honorificat patrem, qui miſit illum. Improperabunt
autem Iudæi patri & vnigenito filio eius, ac ſancto ſpiritui,
aſcribentes miracula Chriſti dæmonibus, eiúſque vitam im-
piam eſſe dicentes. Dixerūt enim, Nónne benedicimus nos, *Ioan. 8.*
quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Et alibi, In *Mat. 12.*
Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Hæc i-
taque improperia. *Ceciderunt ſuper me*, hoc eſt, in mea hu
manitate habuerunt effectum, & me hominem occiderunt:
Tibi nocere non potuerunt. Et hoc ideo paſſus ſum, quo- *Ioan. 14.*
niam tuam in omnibus feci voluntatem, increpando vitia
Iudæorum, *Quæcunque enim ſcripta ſunt.* Quaſi dicat A- *Ioan. 17.*
poſtolus, Meritò allegaui ſcripturam iſtam de Chriſto. *Epiſt.*
Quæcunque enim ſcripta ſunt, in libris diuinis, præſertim de C
Chriſto, & eius myſteriis. *Ad noſtram doctrinam*, id eſt, *Gregorius*
informationem, *Scripta ſunt.* Nam Chriſti actio noſtra
eſt inſtructio. *Vt per patientiam* in aduerſis, quam verbis & *Luc. 21.*
exemplis docet ſcriptura, dicendo, In patientia veſtra poſ- *Iaco. 5.*
ſidebitis animas veſtras. Et Iacobus, Exemplum accipite lō
ganimitatis & patientiæ, prophetas. Ecce beatificamus eos
qui ſuſtinuerunt, *Et conſolationem ſcripturarum* conſolan-
tium animas ſtudioſas ac pias, quoniam multa iucunda &
delectabilia continent. Vnde primo Machabæorum Iona- *1. Mac. 12.*
thas & alii dicebant, Habemus ſolatio ſanctos libros. *Spem* *2. Tim. 3.*
habemus, id eſt, certam fiduciam obtinēdi gratiam in præ-
ſenti, & gloriam in futuro. Omnis nanque ſcriptura, diui-
nitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, & argueudū ad eru-

Dicendum iniustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum. Porrò vt hanc gratiam consequamur orat Apostolus. *Deus autem patientiæ* dator, conseruator & remunerator, de quo ait Psalmista. Nónne Deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim patientia mea. Et, Quoniam tu es patientia mea domine. *Et solatij*, id est, consolationis infusor, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, de quo in Tobiæ libro dicitur, Post tempestatem, tranquillum facis: & post fletum, exultationem infundis. *Det vobis idipsum sapere in alterutrum*, hoc est, idem sentire adinuicem. *Secundum Iesum Christum*, id est, secundum voluntatem & doctrinam saluatoris, non secundum sensum vestrum, vt sitis conformes & eadem sentientes: iuxta illud, Viriliter agite, confortamini, idem sapite. Sic etiam multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Hanc identitatem non facit, nisi magna gratia Dei, quæ humanarum opinionum, falsitatum, imaginationum & inflationum diuersitatem nebulámque expellit, & corda diuersa in vno veritatis ac sanctitatis splédore recolligit. Vnde ait beatissimus Dionysius, quòd sicut lumen naturæ, ratione suæ defectuositatis, est causa diuersitatis in assertionibus hominum: sic lumen gratiæ à diuersitate in vnitatem reducit, & omnes idem asserere, facit. *Vt vnanimes*, id est, affectu & sensu conformes. *Vno ore*, hoc est, simili vocis laudatione. *Honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi*, id est, Deum patrem, qui est Deus Christi secundum naturam assumptam: & pater ipsius, secundum naturam diuinam. De quo ait ipse, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. *Propter quod*, videlicet vt Deum vnanimiter honorificetis. *Suscipite inuicem*, id est, vnus suscipiat alium in omni charitate & pietate, mutuò consulendo, condolendo, succurrendo, & cætera opera misericordiæ corporalia ac spiritualia impendendo. Vnde prima ad Thessalonicenses ipse ait, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. *Sicut & Christus suscepit vos* sub alis suæ protectionis, sanauítque vos. Qui apud Ioannem ait, Eum qui venit ad me non eiiciam foras. Et Esaias ait, Verè languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Denique, Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Et Dauid in Psalmo.

Psal.61. *Psal.70.* *2.Cor.11.* *Tob.3.* *Hier.32.* *2.Par.12.* *& 2.2.28.* *Act.4.* *Dionysius.* *1.Cor.1.* *Deu.32.* *Ioan.21.* *Mat.18.* *1.Thes.5.* *Ioan.6.* *Esa.53.* *Luc.1.*

Misit

Misit inquit, de cœlo, & accepit me, & assũpsit me de aquis multis. *In honorem Dei*, Hoc ad vtrunque refertur, quia & nos debemus susc ipere inuicem, & Christus susc epit nos, ad honorem & gloriam Dei. Quòd autem Christus susceperit nos, ostendit Apostolus, primo de populo Iudæorum. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis*, id est, Deo patri seruiuisse, secundũ formam seruilem, in prædicatione, qua prædicauit Iudæis. Imò & Christus se seruum præbuit Iudęorum: iuxta illud, Ego in medio vestrũm sum, sicut qui ministrat. Et alibi, Filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare. Dicitur ergo Christus minister circumcisionis, id est, prædicator atque Apostolus Iudæorum, ad quos specialiter missum se perhibet, dicens: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et hoc *Propter veritatem Dei*, id est, quia Deus ita prædixit, & vt Deus verus esse cognosceretur. *Ad confirmandas*, id est, approbandas & adimplendas. *Promissiones patrum*, id est, promissiones diuinas, patriarchis, prophetisque factas de Christo. Vel sic. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circũcisionis, id est. circumcisioni subiectum, ipsam in se recipiendo, propter veritatem Dei, qui misit filium suum factum sub lege, ad confirmandas promissiones patrum, hoc est ad ostendendum, quòd Deus daturus sit patribus bona promissa, quæ promisit Iudæis, circumcisionem recipientibus. Abrahæ enim promisit, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ita susceptio Iudæorum quodammodo pertinet ad iustitiam, propter præcedentem promissionem. Susceptio verò gentium ad misericordiam maximè spectat. Propter quod subditur.

A

Psal.17

B

Act.13
Luc.22
Matth.20
Matth.15

C

Luc.2

Galat.4

Gene.22

Gentes autem, id est, Gentiles conuersos, dico. *Super misericordia*, id est, de pietate & gratia sibi impensa. *Honorare Deũ*, id est, gratias agere Deo, eíq; seruire. *Sicut scriptũ est* in Psal. *Propter hoc cõfitebor tibi in Gentibus*, Verbum est filij ad patrẽ dicẽtis, Propter hoc, quod in Psal. illo huic versiculo pręmittitur, Deus, qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, &c. confitebor tibi Deo patri, in Gentibus, id est, Gẽtes faciam tibi cõfiteri confessione laudis tuæ & culpæ suę, cum per apostolos conuertero eos ad fidem. *Et nomini tuo cãtabo*, per ora Gentiũ conuersarum, & etiam per meipsum, secũdũ quod homo sum. Ex hoc sequi videtur, quod psalmus ille ad literam de Christo loquatur. Apostolus enim per verba psal

Psal.17

Dmi huius probat gentes susceptas à Christo. Probatio verò
August. non valet, nisi per sensum literalem, vt Augustinus testatur: Lira tamen exponit psalmum illum & verba hic allegata ad literam de Dauid: Et vtique nisi psalmus esset excellenter notabilis tanquam mysterius Christi redundans, non toties inueniretur in sacra scriptura expressus. Non enim vt cæteri psalmi communiter habetur in libro psalmorũ, sed etiam
2. Reg. 22 in secundo Regum. Ideo exposui psalmum illum de Chri-
Esa. 66 sto loco suo. *Et iterum dicit*, de Gẽtium susceptione seu con
Deute. 32. uersione in Esaia, vel secundum Bedam, in Cantico Deuteronomij, tamen secundum aliam translationem. *Lætamini gentes*, id est, Gentiles conuersi. *Cum plebe eius*, id est, Iudęis qui erant populus peculiaris. Nostra translatio talis est, Lau
E date gentes populum eius. *Et iterum*, dicit dominus per pro phetam in Psal. *Laudate omnes gentes*, ad fidem vocatę, *Do-*
Psal. 116. *minum & magnificate*, id est, magnificè honorate, & verbis ac
Esa. 11. factis magnum esse ostẽdite. *Eum omnes populi*, hoc est, duodecim tribus Israël. *Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes: in ipsum gentes sperabunt.* Nostra trãslatio habet sic, Radix Iesse, qui stat in signũ populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Est itaque sensus, Erit Radix Iesse, id est, Christus de semine Iesse (seu Isai) patris Dauid descendens. Quamuis autem Christus de Iesse sit natus, & per hoc posterior eo, secundum naturam humanam, est tamen radix illius quia secundum diuinitatem est origo & fundamentum ipsius Iesse, & qui (scilicet Christus) exurget procedendo in actum. Vel, exurget à mortuis, regere gẽtes, id est,
F ecclesiam ex Gentibus congregatã quam regit per seipsum, per angelorum custodiam, & per prælatos, in eũ gentes spe
Hebr. 1 rabunt, tanquam in saluatorem. *Deus autem spei*, id est, in
Psal. 100. quo speramus, & à quo spes vera infunditur. *Repleat vos*, in hac via inchoatiuè. *Omni gaudio*, spirituali. *Et pace*, hoc est, interna tranquillitate, passionibus extirpatis. *In credendo*, per fidem formatam: illa enim ex fide formata procedunt.
Matth. 18 Orat ergo apostolus, vt diuina fideliter contemplando, im-
Iacobi. 2. pleamur omni gaudio spirituali ac pace, cõsiderando vide-
Grego. licet bonitatem & beatitudinem Dei, beneficia quoque ipsius exhibita & promissa. *Vt abundetis in spe*, id est, in actu spei, certius atque auidius expectando fœlicitatem futuram ex prælibatione eius in hac vita. Ex perceptione nẽpe præ-

sentium

sentium munerum certa sit expectatio futurorum. *Et virtu* A
te, id est, gratia. *Spiritus sancti*, vel in virtute, hoc est, effica- *Finis.*
cia bonæ operationis spiritus sancti, id est, quæ datur à spiri
tu sancto. *Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis*,
vel per reuelationem diuinam, vel per operationem vestrâ
quam percepi. Quemadmodum scriptum est, Ex fructibus *Matt.7*
eorum cognoscetis eos. *Quoniam ipsi pleni estis*, secundum
conditionem status vestri, & exigentiam huius viæ, vel quá-
tum requiritur ad salutem, *Dilectione* Dei & proximi. Non
tamen simpliciter plenus est aliquis viator dilectione diui- *Matth. 5.*
na, cum nullus viator possit perfectè implere præceptũ cha-
ritatis diuinæ. Et durãte vita præsenti, quilibet potest in cha
ritate proficere. Et estis. *Repleti omni scientia*, ad salutem ne- *2. Tim.3.*
cessaria, non autem absolutè omni scientia. *Vt positis alter-*
utrum monere, id est, vos mutuò exhortari. Hoc dicit apo- B
stolus ne videatur eis scribere, quasi ignaris & imperfectis, &
vt hac laude prouocet eos ad meliora. Veruntamen quoniã
à principio huius epistolæ declarauit discordiam, infirmita-
tem, & imperfectionem Romanorum, mirum videtur, quo-
modo iam dicat eos dilectione & omni scientia plenos. Et
respondendum, quòd ista non sunt ad eosdem referenda.
Nam quidam eorum valde perfecti erant, de quibus iam lo
quitur: alij imperfecti fuerunt, quos superius increpauit, &
concordauit. Deinde excusat se de præsumptione. *Au-*
dacius autem scripsi vobis fratres, id est, quamuis ô Romani ita *Hebr.5*
perfecti sitis, vt dixi, tamen audacter ex magna fiducia scri- *Roma.7*
psi vobis præsentem epistolam. *Ex parte*, id est, aliquibus C
vestrũm præcipuè, scilicet imperfectioribus, qui magis in- *Marc. 4*
formatione hac indigent. Vel ex parte, id est, non plenè, sed *Prouer. 6*
partim ac breuiter. *Tanquam in memoriam*, id est, ad actua
lem considerationem eorum, quæ habitualiter scitis. *Vos*
reducens, & excitans. Scientibus enim legem loquor, vt dixi
superius. Scribo tamẽ vobis, vt actualiter memores sitis eo- *1. Cor.7*
rum, quæ scribo. Vnde Salomon, Da sapienti, inquit, occa- *Matth.28*
sionem, & addetur ei sapiẽtia. Doce iustum, & festinabit ac *Act. 10.*
cipere. Cur autem scripserit, subdit. *Propter gratiam quæ*
data est mihi à Deo, id est, propter Apostolatum, vel sapien-
tiam mihi diuinitus præstitam, ad hoc. *Vt sim minister Iesu*
Christi in Gentibus, id est, Christo deseruiam, Gẽtes instruen
do, sicut ipse milu præcepit, sicque gratiam mihi collatam

D vobis communicem. *Sanctificans*, id est, sanctum ostendens
Ioan. 12 per diuina miracula. *Euangelium* Dei, id est euangelicam doctrinam quam prædico. *Vt fiat oblatio*, id est, seruitus *Gentiũ*, vel oblatio, qua Gentes seipsas domino offerunt. Vel oblatio, qua ego eas offero. *Accepta*, Deo per deuotionem eorũ *Et sanctificata*, ist est, purgata à vitiis. *In spiritu sancto*, hoc est, virtute & gratia spiritus sancti. *Habeo ergo gloriam*, id est, cũ data sit mihi gratia tanta ideo habeo gloriam, hoc est, gloriationem internam, non vanam, sed veram. *In Christo Iesu*, id est, secundum voluntatem ipsius. *Ad Deum*, id est, ad sanctæ trinitatis honorem. Ex consideratione enim beneficiorum sibi collatorum lætabatur apostolus in Deo, quod
E & nos imitari debemus. Vel habeo gloriam, id est, meritum gloria dignum, seu apostolicam authoritatem. *Non enim audeo*
1. Tim. 1. *aliquid eorum loqui quæ per me non efficit Christus*, id est, nihil præsumo dicere, nisi quod à Christo percepi. Nihil doceo alios quod ipse non facio: nec maiora affirmo de me in verbo vel facto, quàm Christus operetur per me, vel quæ ego efficio virtute Christi. *In obedientiam Gentium*, id est, ad hoc vt Gentes euangelio Dei obediant. Itaque non audeo aliquid loqui quod Christus non facit per me, *Verbo* prædicationis. *Et factis*, bonæ conuersationis. *In virtute signorum*, id est, minorum miraculorum. *Et prodigiorum*, hoc est, miraculorum maiorum factorum non arte magica, sed. *In virtute spiritus sancti*. Hoc dicit Apostolus contra pseudoapostolos, & vt cæteris Apostolis qui cum Christo corporali-
F ter sunt conuersati, probet se parem: non ob propriam laudem, sed vt omnes suam doctrinam veram agnoscant, diligentiúsque intendant ac impleant. In tantum ergo operatus est Christus per me. *Ita vt ab Hierusalem*, vnde cœpit
Luc. 24. prædicatio Apostolorum. *Per circuitum*, id est, diuersis locis & vrbibus. *Vsque ad Illyricum*, mare in fine Græciæ situm. *Repleuerim*, id est, plenè disseminauerim. *Euangelium Christi*, hoc est, Euangelio Christi tot Gentes impleuerim, conuertendo eas ad euangelicam fidem. In quo admiranda potestas spiritus sancti apparet, qui per vnum virum, sine humano præsidio, tantos populos, ad tam supernaturalem, arduam, & incomprehensibilem legem conuertit. Agnoscatur ergo operata diuinitas, habeatúrque semper fides certissima, tanquam à Deo firmata ac infinita. *Sic autem*, in illis

locis

locis. *Euangelium hoc prædicaui non vbi nominatus est Chri-* A
stus, id est, non illis Gentibus, quibus ab aliis prædicatus fue
rat Christus, *Ne super alienum fundamentum*, doctrinam ab
aliis traditam. *Aedificarem*, id est, verbum spiritualis ædifi
cationis adiicerem. Et in hoc prædicatio Apostoli compro
batur fuisse laboriosior & efficacior, quia materia non fuit
disposita. *Sed sicut scriptum est*, in Esaia. *Quoniam quibus nō*
est annunciatum de eo, id est, Gentes, quibus non erat factus
sermo de Christo per prophetas, sicut Iudæis. *Videbunt*,
Christum & opera eius, oculo fidei, per prædicationem apo
stolicam. *Et qui non audierunt*, prædicationem euāgelij prius
ab aliis Apostolis. *Intelligent*, euangelica documenta per *Esa.* 12.
prædicationem Pauli. *Propter quod*, id est, propter occupa
tionem meam in prædicando his Gentibus. *Et impediebar* B
plurimum, id est, vehementer & diu. *Venire ad vos*, Roma- 1. *Thess.* 2
nos, *Et prohibitus sum*, id est, impeditus, vel à spiritu sancto
vetitus. *Vsque adhuc. Nunc verò vltetium locum*, id est, neces
sariam causam manendi, seu locum conuenientem. *Non ha
beni in his regionibus*, Græciæ, vbi præcipuè prædicaui. Iam
enim competenter instructi, & reformati fuerunt, erántque
per ciuitates & loca ordinati episcopi, presbyteri, atque dia
coni, qui sufficerant supplere vicem Apostoli. *Cupiditatem*
autem, id est, desiderium magnum. *Habens veniendi ad vos* *Mach.* 18.
ex multis iam præcedentibus annis. Quoniam enim Roma e-
rat caput mundi, sciebat Apostolus, quòd conuersio Ro-
manorum exemplaris, & vtilis esset toti mundo, ideo pe-
nè à principio suæ conuersionis optauit prædicare Roma- C
nis. Nam & ideo appellauit Cæsarem, quatenus occasio- *Act.* 19.
nem haberet veniendi Romam. *Cum in Hispaniam profici-* 21. 28
scitæpero, vt in ea Euangelizem. Optabat nanque Apo-
stolus etiam in Occidente prædicare CHRISTVM, sicut
in Orientalibus partibus fecerat. *Spero quod præteriens*,
id est, per loca vestra velociter transiens Hispaniam ver-
sus. *Videam vos*, id est, aliquanto tempore apud vos ero.
Non enim proposuit diu manere in vrbe, eo quòd Petrum
sufficere sciret ad conuersionem Romæ, qui tunc cum suis
discipulis Romæ sedit, & per loca Italiæ discipulos suos mi-
sit. *Et à vobis*, Romanis. *Deducar illuc*, id est, ad Hispaniam,
quæ tunc erat Romanis subiecta. *Si vobis*, id est, præsen-
tia vestra: *Primum ex parte*, temporis, id est, modico tempore

D *Fruitus*, id est, delectabiliter vsus *Fuero*, habendo aliquem fructum in vobis, & de vestro profectu lætando. Frequenter sumit apostolus, frui, communiter. Propriè autem frui, est
Matth. 13 summo bono inhærere seu vltimo fini. *Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis*, id est, eleemosynas Gētium deferre ecclesiæ Hierosolymitanorum, quibus præfuit Iaco
1. *Cor. 9* bus. Qui vt omnibus credentibus essent forma Christianæ perfectionis, vendiderunt omnia sua, & in paupertate volū-
Lucæ. 19. taria Christo seruierunt. Pro quorum sustentatione apostoli erant solliciti. Petrus quoque & Ioannes cōmiserunt Paulo & Barnabæ, vt gētes conuersas inducerent ad mittendū eleemosynas Hierosolymitis, quod & diligenter fecerunt.

E *Probauerunt enim*, id est, opere ostenderunt & sponte acquieuerunt. *Macedonia & Achaia*, id est, fideles harum terrarū, quæ sunt partes Græciæ. Metropolis autem Macedoniæ est Philippi, vnde dicuntur Philippenses, & Thessalonica. Me-
1. *Cor. 9* tropolis verò Achaiæ est Corinthus. *Collectionem*, id est, eleemosynarum collationē ac dationem. *Aliquam facere in pauperes sanctorū*, id est, ad sustentationē sanctorum pauperum. *Qui sunt in Hierusalem* & erant ex Iudaismo conuersi. *Placuit enim eis*, collationem hanc facere. *Et debitores sunt eorum*, hoc est, sanctorum in Hierusalem. *Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles*, id est, quoniam Gētes conuersæ spiritualia bona, videlicet fidem, instructionem & sacramen
F ta Christi à Iudæis conuersis receperunt, mediatè vel immediatè. *Debent*, id est, tenentur debito necessitatis vel debito honestatis, imò vtroque modo. *Et in carnalibus ministrare eis*, id est, necessaria vitæ corporalis eis præbere. *Hoc ergo cum consummauero*, hoc est, eleemosynas ista detulero in Hieru-
1. *Cor. 16* salem ad prædictos sanctos. *Et assignauero eis fructum hunc*, hoc est, collationē Gentium eis missam. *Proficiscar per vos in Hispaniam*. Quæritur an Paulus prædicauit in Hispania? Dicunt quidam, quòd non, sed proposuit, non autem executus est superueniente impedimēto. Vnde quod nunc dicit, proficiscar in Hispaniam, intelligendum est conditionaliter, scilicet si deus permiserit, vel ita concesserit. Allegant autem pro se decretū quæstione. 11. Quis nesciat. Vbi dicitur, quòd de apostolis solus Petrus prædicauit in his prouinciis, scili-
Isidorus cet Italia, Gallia, Hispania. Aphrica, & Sicilia. Isidorꝰ verò in libro de ortu & obitu sanctorum dicit oppositū, asserens

Paulum

Paulum in Hiſpania prędicaſſe. Hieronymus quoq; in libro de viris illuſtribus dicit, Paulus in prima ſatiſtactione à Nerone dimiſſus in partibus occidentis prædicauit. Ad decretum autem diuerſimodè reſpondetur. Lira verò reſpondet, quòd decreti intentio eſt, quòd nemo prædicauit in prædictis prouinciis, niſi Petrus, vel alij de ordinatione ac miſſione ipſius. Sed huic non conſonat, quòd Paulus ſæpe teſtatur ſibi imminere prędicationis officium in omnibus Gentibus quantum fieri potuit, ratione ſui apoſtolatus, imò authoritate ſibi commiſſa. Vnde non indiguit ex ordinatione Petri in Hiſpania prædicare, præſertim cum propoſuerit hoc facere antequam veniſſet Romam ad Petrum. Conſtat autem ſanctum apoſtolum Iacobum in Hiſpania prædicaſſe. Nec poteſt negari, quin Paulus Romæ (quæ eſt caput Italiæ) prædicauit, & per conſequens in Italia. Scriptum eſt enim in actibus, Manſit autem biennio toto in ſuo cõductu, prædicans regnum dei & docens quæ ſunt de domino Ieſu Chriſto, cũ omni fiducia ſine prohibitione. Melius ergo dici poſſe opinor, quòd decretum ideo aſſerit ſolum Petrum ex apoſtolis in his prædicaſſe prouinciis, quoniam alij apoſtoli, ſcilicet Paulus & Iacobus, non diu prædicauerunt in terris præfatis. *Scio autem*, hoc eſt, certe confido, vel per reuelationem agnoſco. *Quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti*, id eſt, in magna plenitudine gratiæ. *Veniã*, ita, quòd meus aduentus ſit vobis multum proficuus, & mihi ipſi non parum meritorius. *Obſecro igitur vos fratres*, hoc eſt, per rem ſacram vos rogo, imò per ſanctum ſanctorum, videlicet.

A *Hieronym.*

Galat. 1
1. Timo 2.

Supra 1
Actu. 15.
B
Actu. 28

Per dominum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſpiritus ſancti, quam nobis infudit ſpiritus ſanctus. *Vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me*, ſuſis. *Ad Deum*, id eſt, orando deum pro me, mihi ſubueniatis. *Vt liberer ab infidelibus*, id eſt, obſtinatis Iudæis. *Qui ſunt in Iudæa*, ne rapiãt quod affero ſanctis. *Et obſequij mei oblatio*, id eſt, repræſentatio eleemoſynarum, quas porto ſecundum miniſterium mihi iniunctum. *Acceptus*, id eſt placens & grata. *Fiat in Hieruſalem*, ſanctis illic degentibus, quatenus affectum meum erga ipſos intelligant. *Vt veniam ad vos in gaudio*, ſpirituali, id eſt, ſpiritualiter gaudens, negotiis meis ſalubriter expeditis. *Per voluntatem Dei*, id eſt, diuina voluntate annuẽte ac operante. *Vt refrigerer vobiſcum*, id eſt, inſimul refrigerium ſpiritualis conſo-

C

1. Cor. 6.
Philip. 2.

D lationis habeamus, vobis ad concordiam reuocatis, & vno quoque nostrûm de profectu alterius gloriante. *Deus autem pacis dator & amator, sit cum omnibus vobis, Amen.* per gratio
Prouer. 15 sam inhabitationem. Quamuis enim vbique sit, tamẽ (vt Salomon ait) Longè est dominus ab impiis.

Cap. XVI. *Commendo autem vobis.*

ARTICVLVS. XX.

HVcusque apostolus instruit Romanos moraliter verbis prædicationis, iam agit idem exemplo operis, proponens eis personas imitatione dignissimas. *Commendo autem*, id est, commendabilem dico, laudo, commito. *Vobis, Phœben sororem nostram*, spiritualem fide & religione. *Quæ*
E *est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchris*, id est, ministrat ecclesiæ, existenti in loco, qui dicitur Cenchris. Cenchris autẽ est portus maris Corinthi: Phœbe verò mulier nobilissima erat atque ditissima, & de suis facultatibus ecclesiam illam nutriuit. *Vt eam suscipiatis in domino*, hoc est, secundum voluntatem Dei, & sicut Deus requirit, videlicet charitatiuè, reuerenter & piè. *Dignè sanctis*, id est, prout decet recipi sanctos. *Et assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit.* Venit
Philip. 4. enim hæc mulier Romam propter certa negotia sua, & fortè in curia Cæsaris habuit aliqua expedire, sicque indiguit auxilio Romanorum. Meruit etiam ipsa, vt sibi subueniretur hoc modo. *Etenim ipsa quoque astitit*, id est, subuenit. *Multis*, fidelibus, *Et mihi ipsi.* In ecclesia autem Romanorum e-
Actо. 1 rant quidem de familia imperatoris, iuxta illud, Salutãt vos
F qui sunt ex Cæsaris domo, & isti præcipuè poterant auxiliari fidelibus. *Salutate priscam & Aquilam*, virum Priscę, de quibus in Actibus habetur, vbi etiam Prisca hæc appellatur
Actо. 8 Priscilla, & erant ambo valde eruditi in via domini. Nam & Apollo plenius instruxerunt, veneruntque Romam vt confirmarent Romanos. Quod secundum glossam, intelligendu est de omnibus, quos hîc salutat apostolus, scilicet quòd venerunt Romam ad confirmandum Romanos in fide & gratia. *Adiutores meos in Christo Iesu*, hoc est, in prædicatiõe euangelij Christi. *Qui pro anima mea*, id est, defensione vitæ meæ, *Ceruices suas supposuerunt*, id est, seipsos mortis periculo exposuerunt. Debemus enim pro fratribus animas pone
1. Ioan. 3 re. *Quibus non solus ego gratias ago*, pro beneficiis mihi impen
Actо. 20 sis, qui in Corintho in domo eorum mansi, & operabar cum

eis

eis manibus propriis. *Sed & cunctæ ecclesiæ Gentium*, gratias A
agit quoniam mihi Gentiũ apostolo taliter astiterunt. Salutate quoque. *Et domesticam eorum ecclesiam*, id est, eorum familiam vel congregationem fidelium, in domo eorum existentem. *Salutate Ephenetum dilectum mihi*, id est, familiarem *Qui est primitiuus Asiæ in Christo*, id est, ex Asia primò cõuersus, ac regeneratus in Christo, & sic erat aliis exemplar credulitatis, seu fidei, *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis*, id est, pro vobis concordandis. Nunciauit enim Apostolo discordiam Romanorum. *Salutate Andronicum & Iuliam, cognatos & concaptiuos meos*, id est, de tribu mea existentes, & interdum capti fuerunt pro fide, & multa perpessi, vt ego. *Qui sunt nobiles*, nobilitate sanctissimæ conuersationis. B
In apostolis, Secundũ Origenẽ, hi duo viri erãt de numero septuaginta discipulorum, quorum aliqui (vt Sileas) nominãtur apostoli. Sic & isti dicuntur nobiles in apostolis, id est, inter apostolos, quia apostoli dicti sunt ratione discipulatꝰ, & validæ prædicationis. *Qui & ante me fuerũt in Christo*, per fidem. *Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo*, id est, ad eius familiam pertinẽt. Narcissus iste (vt dicitur) presbyter fuit, & circumeũdo confirmabat fideles. *Salutate Russum electum*, ad sacerdotium. *Et matrem eius*, carnalem. *Et meam*, spiritualẽ. Propter præcipuam huius fœminæ sanctitatem, nominat eam matrẽ. Cætera patent. *Salutate inuicem in osculo sancto*, spirituali, charitatiuo, quod sit veræ concordiæ, & ineternæ dilectionis indicium: non in osculo carnali, impudico, adulatorio, C
simulatorio aut proditorio. Absalon osculabatur populum adulatoriè, Ioab Amasan simulatoriè, Iudas Christum proditoriè. Erat quippe in primitiua ecclesia consuetudo recipiendi ac salutandi fideles cum osculo oris. Tũc enim arsit spiritualis dilectio, nec erat periculum de carnalitatis mixtura, vt modò. *Rogo autẽ vos fratres vt obseruetis*, hoc est, notetis & discernatis ab aliis. *Eos, qui dissensiones*, id est, discordias & cõtrarias opiniones circa fidei veritatẽ. *Et offendicula*, id est scandala. *Præter*, id est, contra *Doctrinam*, euãgelicã. *Quã vos didicistis*, à Christi discipulis. *Faciunt*, inducendo vos ad mutuã offensionẽ ac dissensionẽ. *Et declinate ab eis*, nõ solũ mẽte, sed etiã corporali recessu, si fieri potest, ne peruertamini cũ peruersis. *Huiusmodi enim, puerili Christo domino nostro Nõ*

Origenes.
Actũ. 15.
Titum. 3.
Psal. 17.

D *ſeruiunt*, qui talia vitia ſuis ſeruis prohibuit, *Sed ſuo ventri*, quem quærunt implere, cum ſint guloſi, *Et per dulces ſermones*, hoc eſt, verba compoſita atque placentia. *Et benedictiones*, id eſt, falſas laudationes, *Seducunt corda innocentium*, id eſt, inexpertorum & incircunſpectorum, qui in ſe boni ſunt ſine dolo & felle, putantque alios tales eſſe, quales ipſi ſunt, ideo citò credunt & falluntur. Vnde in prouerbiis ſcriptū eſt, Innocens credit omni verbo, aſtutus conſiderat greſſus ſuos. Debetis autem ô Romani ab his declinare. *Veſtra enim obedientia*, qua veræ fidei & apoſtolicæ traditioni paretis. *In omnem locū*, hoc eſt, per omnes eccleſias. *Diuulgata eſt*. Quoniam enim Romani monarchiam tenebant, quotidie erat confluxus extraneorum ad Romam, qui redeuntes ad ſua, E diuulgabant facta Romanorum, & ita fideles venientes Romam, cum vidiſſent gratiam Romanorum, reuertentes nuntiauerunt cæteris Chriſtianis fidem & opera eorum, ſicque alij animabantur, & confortabantur in fide. Propterea error Romanorum magis omnibus nocuiſſet quàm aliorum. *Gaudeo igitur in vobis*, in conſideratione gratiæ vobis conceſſæ: & congratulor vobis. *Sed volo vos ſapientes eſſe in bono*, hoc eſt, in cognitione & operatione eorum, quæ bona ſunt, vt diſcernatis precioſum à vili, virtutem à vitio, verum à falſo. *Et ſimplices*, hoc eſt, ignaros & inexpertos, *In malo*, vt nec operando experiamini, nec approbando ſciatis, nec ſtudioſè diſcatis quæ mala ſunt. *Deus autem pacis conteret*, id eſt, deiiciet. *Satanan*, id eſt, diabolum, de quo legitur in Iob, Dixit dominus ad Satan. Et in Zacharia, increpet dominus in te Satan. *Sub pedibus*, id eſt, affectibus. *Veſtris velociter*, de quibus pedibus in Canticis ſcribitur, Laui pedes meos, quo modo inquinabo eos? Et in Pſalmo, Non veniat mihi pes ſuperbiæ, hoc eſt, dominus dabit vobis virtutem reſiſtendi diabolo, eumque vincendi, propter quod ait Saluator, Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Itemque in Pſalmis, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Salutat vos Timotheus adiutor meus*, in cultura vineæ Chriſti, Epheſiorum epiſcopus. Cum quo (ſecundum Hieronymum) miſit apoſtolus iſtam epiſtolam. Alij dicunt quod prædicta Phœbe detulit eam. Et puto quòd vtriſque commiſit hanc baiulationem, vt ſi quid vni in via occurre-

Proue. 14

2. *Theſ.* 2.

1. *Mac.* 38

Philip. 1

Hiere. 15.

Iob. 1.

Zach. 3.

Cant. 3.

Pſal. 35.

Luce. 10

Pſal 90

1. *Tim.* 3.

Hieron.

ret

ret impedimenti, alter negotium expediret. *Et Lucius*: Qui- A
dam dicit, & Lucas, exponitq; de Luca Euangelista: sed nec
textus correctus, nec glossa sic habet. *Et Iason & Sosipater*
qui sunt *Cognati mei* secundū carnē. *Saluto vos ego Tertius*,
id est, taliter nominatus. *Qui scripsi epistolam* hanc *In do-*
mino, hoc est, ad dei honorem, tanquā notarius apostoli: de
cuius licentia ego nominatus vos saluto, & nomen meū hīc
exprimo, ad perpetuam rei memoriā. *Salutat vos Caius hos-*
pes meus iam in ciuitate Corinthi, vnde mitto præsentem e-
pistolam. Iste Caius erat Corinthiorū episcopus, ad quē scri
bit Ioannes apostolus tertiam suam canonicā, laudans eum
de virtute hospitalitatis: vnde & Paulus in domo eius mane
re solebat. *Et vniuersa ecclesia* Caij huius. *Salutat vos Era-* *alias,*
stus archarius *ciuitatis* Athenienſium secundum glossam. Di- *arcarius.*
citur autē Archarius, ab ἀρχός quod est princeps, vel ab ar- B
ca, quoniam præerat arcæ custodiens eam, in qua ponebā-
tur vectigalia & tributa. *Et Quartus frater.* Quartus propriū
nomen est, sicut & Tertius, eratque frater religione, non na
tione. *Gratia domini nostri Iesu Christi cū omnibus vobis, A-* *Philip. 1.*
men. Ex ardenti amore resumit apostolus quod prædixit de
præsentia gratiæ Christi. *Et autem*, videlicet Deo trinitati.
Qui potens est vos confirmare in omni bono. *Iuxta euangeliū*
meum, id est, secundum prædicationem meam. *Et prædica-tio-*
nem Iesu Christi, à cuius prædicatione euangeliū meum non
dissonat, prædicationem inquā Christi factam. *Secundum re*
uelationem mysterij, id est, in manifestatione diuini secreti de
incarnatione Christi & redemptione generis humani. Vel
secundum quod reuelatū est mihi de isto mysterio. Myste- C
rij dico *Temporibus æternis taciti*, id est, ab æterno in deo ab-
sconditi. Tempora autem æterna Apostolus dicit duratio-
nem præcedentem hunc mūdum, quæ aliud nihil est nisi æ-
ternitas, quam exprimit apostolus per æterna tempora quia
non potest apprehendi à nobis, nisi per comparationē ad tē
pus infinitum. Vnde & ad Titum dicit, Ante tempora secu- *Titum. 1.*
laria. *Quod* mysterium *Nunc*, tempore nouæ legis in Christi
aduentu. *Patefactum est* mundo. *Per scripturas prophetarum*
ab ipso Christo declaratas. Qui (vt apud Lucā legitur) ape- *Luc. 24.*
ruit illis sensum vt intelligerent scripturas. Et iterum pro- *Ioan. 16.*
misit apostolis. Cùm venerit ille spiritus veritatis, docebit
vos omnem veritatē. Tunc nanq; apparuērūt fontes aquā- *Psal. 17.*

m

D rum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Quod totum factum est. *Secundum præceptum æterni Dei.* Christus enim secundum formã serui erat minister Trinitatis in hac
Ioan.14. reuelatione. Propter quod ait, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et facta est reuelatio ista. *Ad obeditionem fidei in cunctis gentibus*, hoc est, vt omnes gentes obediant fi-
Ephes.3. dei, credendo & operando. Mysterij dico *Cogniti*, pienariè
Iob.15. atque perfectè. *Soli sapienti deo*, id est, deo trinitati, qui solus
Ioan.8. est sapiens per essentiam, cuius tanta est sapientia vt comparatione ipsius omnis sapientia creata pro nihilo reputetur,
2.Pet.4. sicut in comparatione diuinæ puritatis cœli dicuntur immũ
1. Tim.1. di, & comparatione aliorum solus dicitur esse. Patefacti autẽ
Ibidem. *Per Iesum Christum* (vt dictum est) *Cui* sit *Honor*, id est, debi-
E ta exhibitio reuerentiæ. *Et gloria*, id est, clara cum laude notitia, vel vera lætitia: ita vt honor sit ei à nobis, gloria autem in se. Ipse enim est cum patre & spiritu sancto super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

IN EPIST. I. AD CORINTHIOS PRÆFATIO.

Eccle.12. VErba sapientũ sunt quasi stimuli, & quasi claui in altũ defixi. Quemadmodũ iuxta documẽta
Dionysius. magni atque diuini Dionysij in cœlesti Hierarchia, superiorum angelorum est inferiores purgare, illuminare & perficere: inferiorũ verò angelorum est, à superioribus purgari, illuminari ac per-
F fici: (purgantur autem non vtique à culpa, cum nõ sit in eis aliqua macula, sed à dissimilitudine seu luminis minoratione) sic in Ecclesiastica Hierarchia, doctorum ac prælatorũ officium est, inferiores purgare, illuminare, perficere: inferiorum verò est, à superioribus purgari, illuminari ac perfici. Purgantur verò homines non solùm à dissimilitudine,
Heb.4. sed etiam à peccatis: illuminantur autem, vt veritatem cognoscant, perficiuntur quoque, dum in Dei amore proficiunt. Cum ergo sapientes vitiosos, & negligentes efficaciter arguunt, verba eorum sunt quasi stimuli, quoniam corda
Hiere.23. dura pungunt, penetrãt & impellunt. Propter quod per Hieremiam dominus loquitur, Nunquid non verba mea sunt quasi malleus conterens petram? Sermo quippe diuinus eradicat,

dicat, abscindit & eiicit, de cordibus nostris spinas & tri- A
bulos vitiorum ac passionum, sicque circumscindit & polit animam nostram, vt capax sit illustrationis internæ, & perfectionis diuinæ. Et quantum ad hoc, verba sapientum sunt quasi claui in altum defixi. Itaque verba sapientissimi nostri doctoris, magistríque Gentium diuinissimi & glorioſissimi 2. Cor. 4.
Pauli, in ea quæ iam exponenda restat epistola, sunt quasi stimuli. Quia Corinthios de multis excessibus fortiter increpat, bonos verò commendat, & secundum diuersam dispositionem eorum quibus scribit diuersimode loquitur, nunc exhortando, nunc blandiendo, nunc collaudando, nunc arguendo. Porrò Corinthus est metropolis Achaiæ, quæ est pars Græciæ, vnde Corinthij dicuntur Achaici. Hi ab Apostolo instructi, & conuersi fuerunt, sed post eius re- B
cessum, variis modis subuersi sunt à philosophis & Iudæis. Quo cognito Apostolus existens in Epheso, scribit eis præsentem epistolam, mittens eam per Timotheum. In qua reuocat eos ad Euangelicæ fidei veritatem, & Christianæ iustitiæ puritatem.

Cap. I. EPIST. I. AD CORINTH.

ARTICVLVS I.

MOre solito, iuxta consuetudinem scribendi epistolas seu literas missiuas, Apostolus in huius epistolæ exordio nomen suum præmittit, & alterius secum scribentis, sicque procedit ad salutationem, narrationem & con- Rom 1.
clusionem, vt fieri solet. Et ait. *Paulus vocatus*, id est, ex diuina prædestinatione assumptus & factus, vel à Deo electus. C

Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, id est, à volũtate Gal. 1.
diuina, tanquam à causa principali ac libera. Hoc dicit Apostolus, vt ostendat eos Deo resistere, qui suo apostolatui cõtradicunt: & etiam, vt demõstret quòd ipse non ingesserit seipsum, nec sibi assumpsit honorem, vt illi de quibus dominus ait, Ego non mittebam eos & ipsi currebant. Et rursum: Hiere. 23.
Principes extiterunt, & non cognoui. Osee. 8.

Quæri potest cur Paulus humillimus, in ista epistola, cum nomen suũ cõmemorasset, statim adiecerit nomina eximiæ dignitatis, non solitæ humilitatis, dicens, Apostolus, non seruus Iesu Christi, & hoc per voluntatem Dei, quasi impium

D sit aliter opinari, Et respondendum, quòd virtus discretionis id exigit in prælato; vt ita se habeat verbis & factis circa
1. Reg. 2. subiectos, sicut eorum saluti expediens est. Oportet autem
Roma. 13. prælatum à subditis timeri, amari, ac honorari. Cũ ergo subiecti ita se habent circa prælatum, non est prælato necesse, vt verbis seu factis authoritatem suam ostendat. Cùm verò contemnitur, ostendere debet collatæ potestatis authoritatem, quatenus subditis timorem, reuerentiámque nominis suis incutiat. Apostolus autem Corinthiis viluit, quia (vt asserit glossa) contempto Paulo Apostolo, de sapientibus huius seculi se iactitabant, quorum vana eloquentia, sapientiáque terrena delectabantur. Idcirco apostolus, vt eorum præsumptionem argueret, eos quoque ad suæ personæ reuerentiam
E inclinaret, cum dixisset Paulus, mox addidit Apostolus &c. quod totum factum est, non ad propriam laudẽ, sed propter illorum salutẽ. *Et Sosthenes frater.* Hunc Sosthenẽ associat sibi Paulus, quia pro Corinthiorum correctione multũ sollicitus fuit, & eos (vt dicitur) apud apostolum accusauit. Vnde nunc dicitur, Sosthenes frater, ad insinuandum quòd accusatio illa prodiit ex fraterna charitate, non aliunde. Itaque ego Paulus, & Sosthenes frater spiritualis, scribimus. solus tamen Paulus dictauit, Sosthenes verò consentiendo cõscripsit *Ecclesiæ dei*, id est, congregationi fidelium. *Quæ est Corinthi*, id est, in ciuitate Corintho, vtpote *Sanctificatis*, id est, à vitiis emundatis, in sacramento baptismi, ac pœnitentiæ. *In Christo Iesu*, id est, in virtute & gratia saluatoris *Vocatis sanctis*, id est, à deo sanctitatem adductis atque electis. *Cum*
F *omnibus qui inuocãt*, id est, ex intimo cordis affectu implorãt, *Nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum*, id est, vbicunque in prouincia Corinthiorum. *Et nostro*, id est, loco nobis primùm concesso. Hic enim locus Paulo commissus est, vt habitatores eius conuerteret. Et cum Deus vbique sit, non solùm in templo materiali, sed vbique inuocandus est, quatenus veri adoratores adorent eum in spiritu & veri-
Ioan. 4. tate. Quia nec contemplatio, neque oratio exigit locum, aut loci determinationẽ ex necessitate, sed ex quadam decentia, vnde sicut contemplationi beatorum deputatur cœlum empyreũ ex congruẽtia: sic ecclesia materialis deputatur orationi fideliũ ex congruentia quadam. Sed sicut angelus vbicunque fuerit extra cœlum empyreum incessabiliter

deum

deum contemplatur, ita fidelis vbicunque fuerit, nomẽ Chri A
sti inuocare debet, & sumitur hic nomen pro re nominata.

Deinde salutatio ponitur. *Gratia*, gratum faciens (de qua in expositione primi capituli Epistolæ ad Romanos dictum *Roma.1.*
est plenius) detur & semper insit *Vobis* Corinthiis. *Et pax*, id est, quies mentis à vitiorum inordinato impulsu. *A Deo patre nostro* per gratiam adoptionis, qui est pater Christi per
realem relationem ac relatiuam proprietatem, & pater Chri *Psal.2.*
sti per æternam ac naturalem generationem. *Et à domino Ie su Christo* filio patris, qui secundum diuinam naturã est vna
& eadem causa efficiens gratiæ & pacis cum patre. Quæ- *Psal.190.*
cunque enim facit pater hæc & filius similiter facit. Secun- *Ioan 5.*
dum naturam verò assumptam est causa gratiæ & cæterorum donorum gratuitorum instrumentalis ac meritoria. Pa B
tre autem & filio nominatis, datur intelligi spiritus sanctus *1. Ioan.5.*
qui est amor, nexus & germen amborum. Totius superfœlicissimæ Trinitatis indiuisa est operatio foris transiens, si- *Ioan.5.*
cut & trium personarum est vna natura, & vna potestas.

Quoniam verò inter Corinthios erant aliqui boni laude digni, Apostolus primò agit de bonis, & pro beneficiis Dei eis collatis gratias agit, & ait: *Gratias ago* verbis, factis, at- *Epist.*
que affectibus *Deo meo*, qui licet omnium Deus, tantò ta- *Thes.2.*
men specialius ac singularius est Deus vniuscuiusque ipsum *Actо.20.*
colentis, quantò ab eo deuotius colitur, ardentiúsque ama- *Dionysius*
tur. Vnde & princeps theologorum Dionysius in libris suis vix dicere audens Deus meus sic dicit, Deus, & si tas est di-
cere, meus. Propterea non quorumlibet, sed perfectorum fer
uenter amantium est dicere, Deus meus, Fortiter tamẽ pro- C
ficientes, ex quadam humili confidentia dicere possunt deus meus, alij passim non dicant, Deus meus, nisi in persona Christi hominis, vel Ecclesiæ seu perfectorum. Itaque gratias ago Deo meo, à cuius amore nulla creatura me potest auellere. *Semper*, id est, omni hora conuenienti ac debita, iuxta quem modum iubemur semper orare *Pro vobis*, quorum imperfectum supplere desidero, eo quòd diligam vos tanquam meipsum. *In gratia Dei quæ data est vobis*, id est, *Rom.11.*
pro omnibus donis supernaturalibus, vobis diuinitus condonatis. *In Christo Iesu*, hoc est, per Christum mediatorem, seu merito eius, per quem omnia dona diuina nobis *Luc.18.*

D præstantur. *Quia in omnibus* spiritualibus diuitiis. *Diuites facti estis in illo*, id est, per Christum abundatis in omni gratia Dei, secundum conditionem & statum huius fragilis vitæ, videlicet quia in his quæ ad salutem requiruntur, abunda-
Psal 33. tis. Secundum quem sensum ait Psalmista, Nihil deest timentibus eum. Vel ideo dicuntur in omnibus diuites facti quoniam spiritualia bona quæ nondum sortiti sunt in re, iam habent in spe.

Has autem diuitias explicat Apostolus in speciali. *In omni verbo euangelicæ prædicationis.* Hoc dicit Apostolus, vel quia donum linguarum receperunt, ita vt omnibus linguis loquerentur. In primitiua enim Ecclesia, per impositionem
E manuum apostolorum, dabatur baptizatis donum linguarum. Vel, in omni verbo, id est, in omni modo docendi. *Et*
Act. 5. *in omni scientia*, vera ad salutem necessaria, videlicet in intel-
Act. 8. lectu scripturarum sanctarum. *Sicut testimonium Christi con-*
Act. 17. *firmatum est in vobis*, id est, eo modo diuites facti estis in his, sicut, id est, prout testimonium Christi confirmatum est in
Ibidem. vobis, id est, promissio seu contestatio, qua Christus contestatus est, se dicaturum suos fideles, in vobis impleta est. Ipse
Ioan. 7. enim prædixit, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et alibi, Quicquid petieritis patrem
Ioan. 15. in nomine meo, hoc faciam. *Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia* necessaria ad salutem. Vel quia omnia dona ad gratiam gratũ facientem pertinentia, habetis & in aliis gratiis, scili-
F cet gratis datis, notabiliter abũdatis. Virtutes enim & dona spiritus sancti ita connexa sunt, vt habẽs vnum, cætera quoque aliqualiter habeat. Non tamen ita perfecti fuerunt, quin potuerint proficere, perfectioréſque fieri: iuxta illud, Om-
Apo. 22. nem qui fert fructum, purgabit eum pater, vt fructum plus
Ioan. 15. afferat. Itaque nihil gratiæ deest vobis. *Expectantibus reuelationem*, id est, manifestam apparitionem. *Domini nostri Iesu Christi*, in die iudicij, quando (iuxta Esaiam prophetam) vi-
Esa. 40. debit omnis caro salutare Dei nostri. De qua reuelatione
Apo. 1. scriptum est, Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus & qui eum pupugerunt. Vel reuelationem Christi, id est, claram visionem eius in patria, quæ visio est tota
Ioan. 14. merces: de qua ait in Euangelio, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum

sum. *Qui & confirmabit vos*, vt piè confido. Verbum A
est bonæ ipei, non absolutæ assertionis, nisi fortè ex reuelatione diuina. *Vsque in finem*, vitæ præsentis inclusiuè. *Sine crimine*, id est, mortali peccato; ita quod gratiam perseuerantiæ conferat vobis, ne peccetis mortaliter, sed in gratia decedatis; ad hoc, vt sine peccato appareatis. *In die aduentus domini nostri Iesu Christi*, id est, in die iudicij. Vel, aduentus Christi, intelligitur spiritualis eius aduentus, quo quotidie venit per gratia ad electos, prout ipse Christus profitetur, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et alibi, Ego sto ad ostium & pulso. Vel visitatio eius, qua visitat vnúquemque in morte. Vnde ait, Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus est. De hoc aduentu cõminatur quodam loco cuique negligenti. Si non vigilaueris veniam ad te tanquam fur: & nescies qua hora veniam. Sed & Iacobus dicit, Patientes estote vsque ad aduẽtum domini, id est, vsque ad mortem. Vnde subiũgitur ibidem, Ecce iudex ante ianuam assistit. Quandocunque autem confirmamur à Deo, Christus spiritualiter venit ad nos. *Fidelis Deus*, non à fide, sed à fidelitate, quam conseruat ad suos, cum quibus fideliter agit, secundum quod charitas dictat. Vel, Fidelis Deus, id est, verax in promissis, iuxta illud in Psalmo, Fidelis dominus in omnibus verbis suis. *Per quem*, id est, à quo. *Vocati estis*, per inspirationem internam, ac prædicationem apostolicam. *In societatem*, id est, ad communionem & participationem gratiæ & gloriæ. *Filij eius domini nostri Iesu Christi*. De plenitudine siquidem eius accepimus omnes. Prædestinauit enim nos conformes fieri imaginis filij sui, vt alio loco dictum est. Ecce quanta gratia & beneuolentia Dei sancti & benedicti, qui non solum vocauit nos ad consortium apostolorum & angelorum, sed vnigeniti filij sui. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ideo scriptũ est. Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ cõsortes naturæ. Et alibi, Societas nostra sit cũ patre & filio eius Iesu Christo. In effabilis prorsus nobilitas societatẽ habere cum Deo. Et summa miseria, propter tẽporales delitias ac transitoria bona vilissima atque caduca, societatem hanc deiformem amittere. Non ergo negligamus gratiam Dei, quæ data est nobis, sed carnẽ domemus, affectũ purgemus.

1. *Ioan.* 3. B
Ioan. 14
Apoc. 3.
Matt. 24.
Apo. 1
Iac. 5.
Ibidem.
Iosue. 1.
Psal. 144
Ioan. 1 C
Rom. 7
Ioan. 1.
2. *Pet.* 1
1. *Ioan.* 1
2. *Par.* 26
1. *Tim.* 4.

D cœlestibus infatigabiliter intendamus. Hucúsque laudauit Apostolus perfectos: iam alios hortatur ad perfectionem illorum. *Obsecro autem*, id est, per rem sacram, imò per sanctũ sanctorum rogo. *Vos fratres*, videlicet *Per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum*, id est, vnũ & idem secundum Dei voluntatem. *Dicatis omnes*, sicut faciunt quos iam laudaui, *Et non sint in vobis schismata*, id est, diuisiones atq; discordiæ.

Esa. 22 Scriptum enim est, Diuisum est cor eorum, nũc interibunt. Sed videtur cõtrarium his, quod dominus ait per aliũ pro-

Ioel. 2. phetam, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et respondendum, quòd loquitur de spirituali cordis circunci sione, & apertione, qua cor antea durũ aperitur verbo Dei,

E & recipit illud. *Sitis autem perfecti*, id est, perfecti seu omnino concordes. *In eodem sensu*, id est, in cognitione practica, vt idem agatis. *Et in eadẽ scientia*, id est, in cognitione speculatiua, vt idem credatis ac sapiatis. Duæ enim sunt partes legis diuinæ, videlicet testimonia & præcepta. Testimonia pertinẽt ad credenda, præcepta verò ad operanda. Vult ergo apostolus, vt in horum vtroque conformes sint. Hæc hortor & obsecro. *Significatum est enim mihi de vobis (ò) fratres mei ab his qui sunt Cloes*, id est, qui habitant in loco qui dicitur Cloes. Vel in domo religiosæ fœminæ Cloes vocatæ, quorum vnus fuerat Sosthenes, iam prædictus. Secũdum quosdam, Cloes est nomen loci propè Corinthum: secundũ alios verò est nomen mulieris deuotæ, in cuius domo multi fideles manebant. Isti doluerunt de contentione ac schis-

F mate Corinthiorum, dixerúntque Paulo, quod subditur. *Quia contentiones inter vos sunt*, sicut subiungitur. *Hoc autem dico*, id est, refero. *Quod vnusquisque vestrum dicat*. Percepi eum verba vestra in propria forma, & ideo omniũ vestrum verba iam enarro. Alius enim è vobis dicit. *Ego quidem sum Pauli*, id est, ad Paulum pertineo, tanquam filius & discipulus eius, quia ab eo baptizatus seu doctus sum. *Ego autem sum Apollo*, id est, discipulus eius. Iste est Apollo vir eloquẽs & potens in scripturis, sicut in Actibus legitur, qui (vt dici-

Act. 18 tur) erat Corinthiorum episcopus. Alius dicit. *Ego verò Cephæ*, id est, ego ad Petrum pertineo. Alius dicit. *Ego autem Christi* sum, tanquam eius seruus atque discipulus. Qui ita dixerunt, non errauerunt vt alij. Contentio autem Corinthiorum fuit ex hoc, quòd putabant sacramentum baptisma-

tis

tis aliquid virtutis habere ex meritis miniſtri,& ita baptiza- A
tus ab vno prætulit ſe baptizato ab alio, prout vnus mini-
ſtrorum excellentior extitit alio. Quilibet etiam nominauit
ſe ab illo,à quo fuerat baptizatus, ſicque vnus vnus dicebat,
Ego ſum Pauli. Hi errauerunt, quia baptiſmus non habet ef 1. Pet. 3
ficaciam,niſi merito Chriſti,tanquam à cauſa meritoria,qui
ractu ſuæ mundiſſimæ carnis vim regeneratiuam cõtulit a-
quis. Vnde de latere Chriſti moriẽtis dicuntur omnia ſacra-
menta fluxiſſe,quoniá virtute paſſionis dominicæ operan-
tur. Chriſtus verò, vt Deus, ſeu tota beatiſſima trinitas, eſt
cauſa effectiua & principalis virtutis baptiſmi, quoniam ſo-
lus Deus intus baptizat peccata lauádo ſeu abluẽdo,& gra-
tiam infundendo,ſine cuius infuſione nemo iuſtificatur,ne-
que peccatum dimittitur. Vnde quodam loco de Chriſto ha
betur, Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manen B
tem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ali-
bi, Ipſe baptizabit vos ſpiritu ſãcto & igni. Vnde legitur, ad Ioan. 1
vitandum prædictum Corinthiorum errorem, eccleſia Grę Matt. 3
corum mutauit formam baptiſmi, dicendo, baptizo ſeruus
Ieſu Chriſti. Ad oſtendendum ergo errorem Corinthio-
rũ quærit apoſtolus. *Diuiſus eſt Chriſtus?* id eſt, nũquid Chri
ſtus in corpore ſuo myſtico huiuſcemodi diuiſionem admit
tit & approbat, vt vnus dicatur Pauli, alius Cephæ, & non Acto. 11.
potius omnes ſint Chriſti, & ab ipſo Chriſtiani vocentur?
Quaſi dicat, Non, Chriſtus enim ait, Pater ſancte, ſerua eos Ioan. 17.
in nomine tuõ, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos.
Vel ſic, Diuiſus eſt Chriſtus? id eſt, nunquid Chriſtus diuer-
ſimode ſe habet ad ſuos miniſtros baptiſtas, aliter operan- C
do in baptiſmo vnius quàm alterius? *Nunquid Paulus eſt cru* Roma. 6
cifixus pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? id eſt, cũ nec 1. Cor. 5
Paulus nec aliquis alius, præter Chriſtum pro veſtra ſalute
ſit paſſus, nec in nomine Pauli vel alterius, ſed in nomine
Chriſti baptizati ſitis, conſtat quòd nó plus valet baptiſmus
miniſtratus ab vno miniſtro Chriſti, quàm ab alio. Quoniã
virtus baptiſmi, eſt ab ipſo qui pro mundi ſalute occiſus eſt,
& in cuius nomine adminiſtratur, hic verò CHRISTVS eſt.
Quamuis autem Chriſtus dixerit, Eũtes docete omnes gen
tes, baptizantes eas, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſan- Acto. 2
cti: Apoſtoli tamen in primitiua eccleſia ex familiari conſi-
lio ſeu inſtinctu ſpiritus ſancti, videlicet vt nomen Chriſti

D magis celebre fieret, quod à Iudeis iugiter blasphemabatur,
Act. 2 baptizauerunt in nomine Christi. Vnde Petrus disseruit, Baptizetur, inquiēs, vnusquisque vestrūm in nomine Iesu Christi. Hoc tamen fecerunt, secundum quod in nomine Christi, tota supersancta trinitas intelligitur, videlicet pater vngens, & spiritus sanctus, qui est vnctio. *Gratias ago Deo meo, quòd neminem vestrūm baptizaui, nisi Crispum & Caium.* Ille
Act. 18. videtur esse Crispus archisynagogus, qui (vt in Actib⁹ legi-
Roma. 16. tur) credidit domino. Caius quoq; ille forsitā est, de quo ad
3. Ioan. 1 Romanos dixit apostolus, Salutat vos Caius hospes meus: cui (vt ibidem dictū est) Ioannes tertiam suam misit epistolam, erátque Corinthiorum episcopus. Itaque gratias ago,
E quòd neminem vestrūm baptizaui, præter hos paucos, qui etiam non sunt de vestra contentione, cum sint viri perfecti. Non quia baptizare sit actus malus, sed, *Ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati sitis*, id est, ne actus bonus à me factus, esset vobis occasio mali. Ex quo elucescit, quòd interdum ab aliquibus bonis operibus ex charitate cessandum sit, vt aliorū culpa seu scādalum deuitetur. *Baptizaui autem & Stephanæ domum*, id est, deuotæ matronæ familiam, fortè simul cum ea, quæ etiam non contendit vobiscum. *Cæterū nescio, si quem alium vestrum baptizaui*, & quia apostolus bonæ memoriæ erat, probabile est, quòd non baptizauit, nisi
Act. 9. prædictos tam paucos: cuius ratio subditur. *Non enim misit me Christus baptizare*, id est, principaliter ad baptizandū, cū
F hoc ab inferioribus & parum doctis fieri possit tam perfectè, sicut à perfectioribus: *Sed euangelizare*, id est, euangelium prędicare quod nō potuit perfectè fieri, nisi à valde perfectis atque doctissimis. Non tamen est sic intelligendum
Matth. 10 quod nunc dixit apostolus, non misit me Christus baptizare, quasi ipse, & alij apostoli nequaquam missi sint baptizare: cum dicat eis saluator, Docete omnes gentes, baptizantes eas: sed hoc ideo dicitur, quia apostoli non sunt principaliter missi ad baptizandum, videlicet ne baptizando retardarentur à prædicatione, Ideóque, quemadmodum Christus per seipsum docuit, & per discipulos baptizauit, vt pa-
Matth. 28 tet apud Ioannem: sic & Apostoli verbo prædicationis in-
Ioan. 4. stabant, & per discipulos suos frequentius baptizabant ne-
Luc. 14. cessitate aut magna ratione exigente baptizationis Itaque misit me CHRISTVS Euangelizare. *Non in sapientia verbi,*

bi, id est, non in sapientia naturali, seu philosophica, verbis A
ornata, atque verbosa, quæ comparatione diuinæ sapientiæ
potius est sapientia nominalis, quàm realis. *Vt non euacue-*
tur, hoc est, incredibilis aut inutilis reputetur. *Crux Chri*
sti, id est, fides passionis dominicæ. Naturali enim rationi vi
sum est impossibile, incredibile atque inutile, vt Deus pate-
retur. Ideo Apostolus fidem crucis Christi non prædicauit
in sapientia verbi. Vel sic, vt nō euacuetur crux CHRISTI
id est, ne fides CHRISTI videatur humanæ rationi inni-
ti, & per consequens, facilè posse reprobari. Denique do-
ctrina Christiana non indiget cultu, & pompa verborum, *Ioan. 5.*
ne videatur ex humanæ subtilitatis calliditate procedere,
non ex veritate. Ibi enim compositio sermonis exquiritur,
vbi ipsa se veritas non commendat. *Verbum enim*, id est, fi-
des & prædicatio. *Crucis*, CHRISTI. *Pereuntibus qui-* B
dem, id est, mundi huius sapientibus & reprobis. *Stultitia*
est, id est, stulta & irridenda videtur. Sicut de Græcis refert *Rom. 1.*
Dionysius, quòd audita prædicatione fidei Christianæ, la- *Dionysius*
to ore riserunt. *His autem qui salui fiunt, id est nobis*, puta
electis, *Virtus Dei est*, id est, potens effectus diuinæ poten-
tiæ, per quem obtinemus gratiam & gloriam, victoriam
quoque contra insidias hostis: iuxta illud, Hæc est victo-
ria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis enim est qui *1. Ioan. 5*
vincit mundum, nisi qui credit, quoniam IESVS est filius
Dei? Quod autem verbum crucis pereuntibus, scilicet
prudentibus huius seculi stultitia sit, probat Apostolus.
Scriptum est enim, in Esaia, *Perdam*, id est, damnabo ego C
dominus Deus. *Sapientiam sapientium*, id est, sapientiam *Esa. 29*
eorum, qui seipsos sapientes reputant in diuinis, videli-
cet in naturali notitia diuinorum, sicut philosophi. *Et*
prudentiam prudentium, id est, falsam prudentiam impio-
rum, qui in rebus humanis astuti & callidi sunt, vt faciant
mala. *Reprobabo*, id est, à prædicatoribus sanctis exclu-
dam, & eam in iudicio condemnabo, quia non fuit sub-
iecta simplicitati fidei sanctæ. Hinc enim ait saluator, Con-
fiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti
hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.
Nostra translatio habet hic, Peribit sapientia à sapientibus,
& intellectus prudentium abscondetur. *Vbi sapiens*, huius *Matth. 11*
mundi, quantum ad diuina naturaliter nota? *Vbi scriba?* id *Lucæ. 10.*

D est doctor moralis in lege peritus? *Vbi conquisitor huius seculi?* id est, inuestigator rerum mundanarum ac naturalium artium? Tanquam dicat, Ecce quàm subitò omnes isti perierunt, eo quod veram ac Christianam sapientiam non receperunt. Hæc verba ex Esaia, sumpta sunt, sic dicente, Vbi est literatus? vbi verba legis ponderans? vbi doctor paruulorũ? *Nónne stultam fecit*, id est, vanam & falsam ostendit. *Deus sapientiam huius mundi?* asserendo quod illa negat, videlicet articulos fidei, & agendo quod illa impossibile reputat, vtpote opera supernaturalia ad fidei cõfirmationem, cum tamẽ naturalis sapientia dicat, ea non posse fieri, quæ naturalẽ entium cursum excedunt. *Nam quia in Dei sapientia*, id est, secũdum Deum, seu diuino iudicio, *Non cognouit mundus*, id est, E homo quilibet mundũ inhabitans. *Per sapientiam*, naturalem *Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis*, id est, per prædicationem euangelicam, quam mundus fatuam reputauit, *Saluos facere credentes*, id est, electos, conuertendo eos ad fidem & gratiam per apostolorum prædicationem. Mundus autem aliquo modo cognouit Deum per sapientiam naturalem. Dictum est enim ad Romanos: Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, à creatura mundi conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Nec dubiũ quin philosophi multa vera atque subtilia de diuinis conscripserint: sed quoniam ista cognitio Dei erat sine fide & opere meritorio, informis fuit, & Deo inaccepta. Idcirco non cognouit mundus Deum per sapientiam humanam, in sapientia F Dei, id est, secundum Deum, seu acceptionem diuinam. Propter quod ait Ioannes, Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Et saluator ad impios, Nescio, inquit, vos, cognitionem qua dicitis mihi, domine domine, non approbo. Potest quoque per sapiẽtiam Dei intelligi æterna sapientia increata, in qua mundus Deum non cognouit, quia nec eá cognouit. Propter quod filius ait, Pater iuste, mundus te non cognouit. Lux quippe in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Itaque nõ cognouit mundus per sapientiam Deum cognitione formata ac salutari. Cuius signum vel ratio est. *Quoniam & Iudæi signa petunt*, id est, ea quæ ipsis dicuntur per signum aliquod diuinæ virtutis quærunt confirmari, vt sciant illud esse à deo per experientiam alicuius miraculi, quod sæpe illicitum est,

Esa. 29
2. Thess. 2
Esa. 53.
Roma. 1
Ioan. 14
1. Ioan. 2
Luc. 13
Ioan. 1
Ioan. 17
Lucæ, 13

&

& ad tentationem Dei pertinet. Vnicuique enim sufficere A
debet assertio Dei. Quoniam autem Iudæi primò legẽ re-
ceperunt in monte Sinai, cum ingenti gloria miraculorum
diuinorum, assueti erant petere signum, cum aliquid magni *Leui. 26*
dicebatur. Vnde & Christo dicebant: Quod signum ostendis nobis? Sic Abraham, Gedeon, Ezechias, & alij multi Iu- *Ioan. 2.* *Gene. 17*
dæorum signa petierunt, sicut & Zacharias pater Ioannis.
Et Græci, præsertim philosophi, & multi gentilium. *Sapientiam*, naturalem. *Quærũt*, id est, per rationes naturales & de- *Iudith. 6.*
monstratiuas volunt sibi probari, quod dicitur. Assueti sunt *2. Reg. 20*
enim argumentationibus humanis insistere. Nullus ergo i- *Lucæ. 1.*
storum per sapientiam suam Deum nouit salubriter, quan-
tum ad ea quæ concernunt salutem. *Nos autem*, apostoli. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum*, id est,
confusionem, & ignominiæ causam. Hoc enim ad maximã
Iudæorum confusionem pertinet, quòd apertè docemus eos B
Christum in lege promissum, Dei vnigenitum filium occi-
disse, quod est eis æternę ignominiæ causa. Vel dicitur Chri
stus Iudæis scandalum, quoniam fuit eis, & adhuc est, occa- *Matth. 24*
sio ruendi in culpam & pœnam. Nam (vt Euangelista testa *Ioan. 6.*
tur) sæpe scandalizabantur in eo. Propter quod dixit, Bea- *Lucæ. 7*
tus est, qui non fuerit scandalizatus in me. *Gentibus autem*, *Mat. 11.*
id est, infidelibus. *Stultitiam.* Nã stultum putabant, quod e- *Lucæ. 2.*
uangelizabatur de Christo, videlicet quòd Deus æternus fa *Matth. 2.*
ctus esset homo tẽporalis, quòd impassibilis esset mortuus,
immẽsus in vtero clausus, immutabilis de nouo incarnatus,
quòd virgo peperisset. Hæc omnia fabulosa putabant, quo-
niam non potuerunt videre, nec credere voluerunt, in vna
persona duas perfectas esse naturas, diuinam atque huma- C
nam, saluis vtriusque naturalibus proprietatibus. *Ipsis autem vocatis*, id est, ad fidem gratiamque electis. *Iudæis atque Græ-* *Ephes. 2.*
cis, id est, Gentilibus, ex quibus tãquam duobus parietibus,
in Christo lapide angulari cõcurrentibus, cõstructa est san- *Sapien. 9.*
cta ecclesia. His ergo prædicamus, *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam*, id est, & hoc eis affirmamus, quòd Christus
sit virtus ac sapiẽtia patris. Ipse enim est virtus & manus &
brachium patris, per quẽ facta sunt omnia. De quo Esaias, *Esa. 52.*
Parauit (inquit) dominus brachium sanctum suum in oculis
omnium gentium. Præterea secundum vtranque naturam *Ioan. 1.*
dicitur Christus virtus & sapientia patris. Secundum diui-

Dnam enim naturam est virtus patris, quia per ipsum omnia
Psal.32. facta sunt: iuxta illud, Verbo domini cœli firmati sunt. Et quia potentia patris perfectè atque pleniſſimè relucet in filio, in hoc nanque quòd pater genuit filium sibi consubstantialem coæternum & coæqualem, apparet infinita potentia patris. Dicitur quoque sapientia patris, cùm sit verbum mentis paternæ: quoniam enim ab intellectu patris procedit, ea quæ ad intellectum pertinent, appropriata vel propria sunt filio, ideo dicitur veritas & sapientia patris. Et
Psal.106. etiam, quia sapientia patris in ipso plenè relucet. Est enim
Sap.7. filius perfecta expressio sapientiæ patris, conceptus & di-
1.Timo.2. ctio intellectus paterni. Secundum humanam quoque naturam vocatur virtus & sapientia patris, propter maximam
E participationem atque præcipuam relucentiam diuinæ virtutis ac sapientiæ in ipso Dei & hominum mediatore. Nam ipse secundum humanam naturam passus est, & toti mundo æternam vitam promeruit, & dæmonem strauit, infernũ confregit, cœlos aperuit. Sapientia verò Dei in Christi incarnatione, passione, & mundi saluatione ineffabiliter manifestatur, vt scilicet per Dei incarnationem homo deificaretur, per illius humiliationem homo exaltaretur, per illius
Sap.2. occisionem homo viuificaretur, per illius indebitas pœnas homo à debitis pœnis solueretur, per illius charitatem homo repararetur qui per diaboli inuidiam perditus fuit. Nec potuit peccati enormitas, diuinæ charitatis ardor, diuinæ iustitiæ magnitudo, æternæ beatitudinis dignitas, infernalis
F pœnæ acerbitas, humanæ naturæ nobilitas, diuinæ pietatis immẽsitas, subtilius, euidẽtius, aut speciosius declarari, nisi
Matth.1. vt ipsemet Deus, Dei vnigenitus filius hominem per suam
Luc.1. incarnationẽ ac mortem redimeret. Longũ esset hæc prosequi, ideo legentis contemplationi istorum pleniorem cõsiderationem committo. Vt enim beatus Thomas in summa contra Gentiles testatur, quantò homo deuotus ac pius incarnationem Dei humilius & affectuosius pensat, tantò plures sibi rationes occurrunt huius supersanctissimæ incarnationis, quæ sapientibus & prudentibus in propriis oculis absconduntur. Postremò sciendum quòd Christus secundum neutram naturam dicitur virtus & sapientia patris formaliter, quasi pater non esset potens & sapiens, nisi per filium. Imò pater in seipso potens & sapiens est, vel

potius

potius virtus & sapientia, sicut & spiritus sanctus. Quomodo enim generaret filium potentem ac sapientem, si ipse in seipso potens nō esset ac sapiens? Quælibet ergo diuina persona cum sit absolutè perfecta, est virtus infinita, & sapictia vera immésa, & omnes simul sunt vna virtus & vna sapictia absolutè accepta. A

Quòd autem in Christo reluceat virtus & sapientia Dei, declarat apostolus. *Quia quod stultum est Dei*, id est, quod sapientibus seculi videtur insipienter dici de deo, videlicet incarnari, mori, & sepeliri. *Sapientius est hominibus*, id est, magis sapientiale, seu sapientialius factum est, quàm homo excogitare valeat, vel intelligere. *Et quod infirmum est Dei*, id est, ad infirmitatem & imperfectionem Dei spectare videtur puta laborare, fatigari, occidi. *Fortius est hominibus*, id est, efficacius ad saluandū, quàm capere possit homo, omnemque humanam fortitudinem superat, quia cœlestia vincunt terrena. Efficacia nanque & meritum passionis, laboris, totiusque conuersationis Christi, ratione vnitæ deitatis, quodammodo infinita consistunt. Hæc autē sic se habere, patet in predicatoribus euangelicæ legis, & in conuersis per eos ad fidem. Ideo subditur, *Videte*, id est, diligenter perpendite. *Vocationem vestram*, actiuā & passiuam, *Fratres*, id est, à quibus vocati estis ad fidem & quales vos qui conuersi estis, sitis. *Quia non multi sapientes secundum carnem*, hoc est secundum humanam sapientiam. *Non multi potentes*, subiectorum multitudine, seu lata dominatione. *Non multi nobiles*, carnis origine, quantum ad proximos parentes, sunt *Inter vos*. Hoc intelligi potest tam de prædicatoribus, quàm de Corinthiis conuersis. Apostoli enim & alij primi discipuli, pro maiori parte illiterati, simplices, pauperesque fuerunt. Tales enim elegit Deus in prædicatores & apostolos, ne promulgatio fidei asscriberetur humanæ alluuiæ atque potétiæ. Et ne attribueretur omnino simplicitati & ignorātiæ, voluit Deus quosdā paucos habere predicatores literatos, potétes ac nobiles, quales fuerunt, Paulus iste, Nathanael, Manahem, Barnabas, &c. Et similiter illi qui primò cōuersi fuerunt, pro magna parte simplices, ignobiles, & impotétes fuerunt. *Sed quæ stulta sunt mūdi*, id est, illiterates, quos mūdus stultos putauit. *Elegit Deus*, scilicet apostolos & alios plures. *Vt confundat sapientes*, seculi huius, hoc est, eos verè insipientes ostēdat, abscondendo eis diuina mysteria.

Sapien. 12

Sap. 7.

B

1. Petr. 2

C

Act. 4.

Act. 28.

D Per apostolos quoque victa, in nihilumque redacta est, ho-
Luc. 12. rum vana sapientia, sicut & prædixit, Ego dabo vobis os &
1. Reg. 2. sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. *Et infirma mundi*, id est, homines impotentes. *Elegit Deus, vt confundat fortia*, id est, potentes, dū isti impotentes per humilitatem saluantur: potentes verò cum sua præsumptione damnantur. *Et ignobilia mundi & contemptibilia*, id est, homines ignobiles, à mundo contemptos.
Mat. 11
Luc. 10. *Elegit Deus*, ab æterno, id est, tales prædestinauit ad vitam. *Et ea quæ non sunt*, id est, qui nihili reputabantur. *Vt ea quæ sunt destrueret*, id est, illos qui magni habentur in mūdo, & aliquid esse se putant humiliaret, præferendo eis abiectos & inopes. *Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius*, id est,
Apoc. 3. E ne aliquis homo glorietur inaniter in conspectu diuino, aliquid boni ascribendo sibimetipsi, quasi sua sapientia, potentia seu nobilitate saluat⁹ sit. *Ex ipso autem*, id est, dono & gratia Dei. *Vos estis*, per fidem & opera bona, *In Christo Iesu*, capite nostro. *Qui factus est nobis sapientia à Deo*, id est, datus & missus est nobis à patre, vt nos illuminaret. Ipse enim est
Ioan. 1. lux illuminans omnem hominem: de quo scriptum est, Tem-
Oseæ. 10 pus requirēdi dominum cum venerit qui docebit nos iustitiam. Et alibi, Exultate in domino, quia dedit vobis doctorem iustitiæ. Ad Christum quoque pater ait per Esaiā, De-
Iohelis. 2 di te in lucem Gentium. Factus est nobis quoque Christus,
Esaiæ. 49 *Iustitia*, id est, causa iustitiæ, satisfaciēdo pro nobis per viā
Num. 3. iustitiæ, & suo merito nos iustificans. Propter quod & dictum est Romanis, Sicut per vnius inobedientiam peccato-
Roma. 5 F res constituti sunt multi: ita per vnius obedientiam iusti cō stituentur multi. *Et sanctificatio*, quoniam in baptismo mundauit nos ab omni inquinamento, deinde in pœnitentiæ sacramēto. *Et redēptio*, quia patiēdo pro nobis, redemit nos. Totum igitur bonum, dependet ac fluit à Christo, Vt quē-
Heb 13. admodum scriptum est per Hieremiā prophetam. *Qui glo-*
Hiere. 9. *riatur, in Domino glorietur*, non in seipso, nec in aliquo bono sibi concesso ibi sistendo, nec in rebus caducis vanè exultet, sed solum in domino, laudando, regratiando, contemplando, diligendo, & bene viuendo. Sic enim in Hieremia legi-
2. Cor. 10 tur, Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nō glorietur
Luc. 1. fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis
Hiere. 9 suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Sic

glorie-

gloriabatur virgo Christifera, Exultauit (inquiens) spiritus A
meus in Deo salutari meo. Et Abacuc propheta, Ego autem *Abac.3*
in domino gaudebo, & exultabo in Deo salutari meo.

Cap. II. *Et ego cum venissem ad vos fratres.*

ARTIC. II.

DEscripto conuenienti modo prædicationis euangelicæ, nũc declarat Apostolus, se vsum fuisse hoc modo, & ait, *Et ego cum venissem ad vos* ô Corinthij *Fratres mei*, ad prædicandum vobis Euangelium Christi. *Veni*, id est, vos accessi atque affatus sum. *Non in sublimitate sermonis*, id est, non verbis altis, difficilibus & ornatis. *Aut sapientiæ*, id est, non in altitudine naturalis philosophiæ. *Annuncians vobis testimonium Christi*, id est, ea quę de Christo credẽda sunt. B
De quibus habetur in Psalmo, Testimonia tua credibilia fa- *Psal. 92.*
cta sunt. *Non enim iudicaui*, id est, non existimaui nec manifestaui, *Me scire*, quantũ ad vsum scientiæ exteriorem. *Aliquid inter vos* mihi capaces. *Nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*, id est, nisi ea quæ ad humilitatem, imitationem, & passionem pertinent Christi, quia sublimia de diuinitate ipsius, & profunda eius mysteria vobis nõ prædicaui. Per hoc reprehenduntur præsumptuosi & scioli, qui vbique optant suam scientiam demõstrari: & styli decorẽ ac sententiarum profunditatẽ proponunt, vt docti putentur. *Et ego in infir-* *1. Cor. 9.*
mitate, id est, in infirmitatis similitudine, qua factus sum infirmis infirmus, proportionando fortitudinem perfectionis meæ capacitati eorum & conformando me vobis quantum fieri potuit. *Et timore* cordis, non propter mala mihi immi- C
nentia (non enim timui eos qui corpus occidunt, nec timui *Mat. 10.*
deum offendere mortaliter, sciens me cõfirmatum in bono) *Psal. 36.*
sed propter pericula imminentia vobis nondum perfectis. Timui enim ne à diabolo, mundo, & propriis concupiscentiis falleremini: *Et tremore multo* corporis, procedente ex timore mentis. Intantum enim timui corde, vt passio timoris redundaret in membris, & faceret ea tremere. *Fui apud vos, & sermo meus* factus quibusdam seorsum, *Et prædicatio mea* omnibus vobis palam proposita. *Non* fuit. *In per-* *Ephe. 4.*
suasibilibus humanæ sapientiæ verbis. id est, non in argumen- *Act. 2.*
tatione dialectica verborum decore ornata, seu persuasione humana, quasi per talia principaliter vellem vos ad cre- *Acto 10.*
dendum inducere, seu fidem probare. *Sed fuit in ostensione* *Act. 19.*

D *spiritus*, id est, in manifestatione operum spiritus sancti. *Et* declaratione *Virtutis*, miraculorum. Hoc dicit, vel quia credentes per prædicationem ipsius receperunt spiritū sanctum in signo sensibili, sicut in primitiua ecclesia sæpe fiebat. Vel, quia spiritus sanctus per gratiam specialem atque miracula ostendit prædicationem Pauli esse salubrem, & fidem catholicam roborauit. Ideo subditur. *Vt fides vestra non sit in sapientia hominum*, id est, non innitatur humanæ rationi, nec putetur ab hominibus excogitata & ficta. Errant ergo qui fidem naturalibus rationibus demonstrari posse affirmant. *Sed in virtute Dei*, id est, diuina potestate stabiliatur per certa miracula, sicque æternæ veritati innitatur vt fundamento. *Sapientiam autem*, id est, cognitionem sublimē re-

E rum diuinarum, profunda mysteria fidei, & ea quæ Christi diuinitatem concernunt, quam sapientiam inter vos loqui non possumus, propter imperfectionem & incapacitatē vestram, *Loquimur inter perfectos*, id est, inter sapientes per mo

Hebr. 5. dum collationis. Vel inter perfectos seu capaces auditores

Iaco. 3. per modum instructionis. Perfectorum nanque est solidus cibus. *Sapientiam verō non huius seculi*, id est, non secularem sapientiam humana ratione suffultam. *Neque principum huius seculi*, id est, nec sapientiam fallacem à dæmonibus acquisitam, vel à philosophis seu terrenis principibus traditam. *Loquimur*, *qui*, principes, *Destruuntur*, id est, cum omni sua sapientia pereunt & damnantur. *Sed loquimur*, id est, prædicamus *Dei sapientiam*, id est, Christum, qui est virtus

F & sapientia patris. *In mysterio*, id est, in sacro secreto seu

Baruch. 3. sacramento incarnationis, docendo hanc sapientiam ines-

1. Cor. 1. fabiliter incarnatam. iuxta illud, Verbum caro factum est,

Ioan. 1. Vel in mysterio, explanando mysteria eius, quibus in veteri testamento præsignata est. Vel, loquimur eam in myste-

1. Cor. 13. rio, id est, sub quodam occulto velamine, nunc enim vide-

Esa. 64. mus per speculum in ænigmate. *Quæ abscondita est*, id est, ignota filiis huius seculi. Vel hoc ideo dicitur, quia perfectè comprehendi non potest. *Quam prædestinauit*, id est, ordinauit ac præparauit, *Deus* pater, *Ante secula*, id est, ab æterno. *In gloriam nostram*, id est, ad hoc vt per eam consequamur vitam glorioſam, beatitudinémque æternam. Ideo enim decreuit eam incarnari, vt glorificemur per ipsam. Vnde in Prouerbiis ait hæc sapientia, Ab æterno ordinata sum

&

& ex antiquis, antequam terra fieret. Disposuit eam pater, A
vt ipsa sit obiectum beatitudinis nostræ, & ita præparauit *Prou.8.*
eam nobis, quibus & seipsum præparauit, vt eum fœliciter *Ioan.1.*
possideamus. *Quam sapientiam* æternam & incarnatam. *Ioan.17.*
Nemo, id est, nullus *principum huius seculi*, id est, dæmonum,
vel legisperitorum seu philosophorum, *Cognouit* cognitione certa ac stabili. Quomodo autem principes & dæmones cognouerũt Christum in mundo conuersanté, & quomodo non, in expositione epistolæ ad Rom. ar. 14. diligenter tractatũ est, ideirco nunc prætermitto. Sed videtur, ꝙ illud nõ possit exponi de principibus seu legisperitis Iudæorum: de illis quippe scriptum est, Ex principibus multis crediderunt in eum. Et respondendum, quòd licet multi eorum crediderint, tamen comparatione incredulorum pauciſſimi erant. B
Potest etiam dici, quòd non permanserunt stabiles in credẽ *Ioan.12.*
do, maximè tempore passionis. *Si enim cognouissent* principes isti Christum cognitione certa. *Nunquam dominum gloriæ*, id est, Christum deum verum, & dominum maiestatis. *Crucifixissent.* Si enim dæmones cognouissent, certe nequaquam suggessissent ad mortem illius, à quo moriente nouerunt se vincendos ac spoliandos. Similiter si principes Iudæorum cognouissent, non procurassent à Pilato mortem Christi. Per hoc autem quòd Christus vocatur hic Dominus gloriæ, manifestè probatur, quòd sit verus Deus, *Ibidem.* *Esa.42.*
quoniam nulla creatura pura habet dominium gloriæ, sed solam participationem subiectam. Quod verò ista sapientia nobis ab æterno parata, sit abscondita & principibus huius mundi ignota, probat Apostolus authoritate scripturæ. C
Sed sicut scriptum est, per prophetam. *Quod oculus* corporalis, imò & spiritualis. *Non vidit*, id est, perfectè non *Esa.64.*
cognouit. *Nec auris*, scilicet corporalis seu spiritualis. *Audiuit* ab homine puro, *Nec in cor hominis ascendit*, id est, à corde humano cogitari seu concipi nequit, imò nec ab affectu hominis capi potest. *Mat.15.*
Quæ præparauit Deus his qui diligunt illum, id est, præmium illud æternum amatoribus Dei paratum, videlicet sapientiam increatam, diuinitatis fruitionem, & cætera bona electis præstanda, quæ vtique omnem notitiam, & affectum hominis inæstimabiliter superant, nec aliquo modo sciuntur, nisi per reuelationem diuinam. Ideo subditur, *Nobis autem*, videlicet Apostolis

D & prophetis, *Reuelauit Deus per spiritum suum*, id est, per spiritum sanctum, qui corda nostra omni sapientia copiosè perfundit. Possit enim aliquis dicere Paulo, Si bona ista sunt inuisibilia, inaudibilia, & inexcogitabilia, quomodo tu
1. Cor. 13. nosti ea? Et respondet Apostolus quòd nō per seipsum, neque perfectè per speciem nosci iam ea, sed per illuminationem spiritus sancti in fide, sed per speculum in ænigmate. Sciendum quoque, quòd Apostolus hoc loco magis allegat sensum, quàm verba Esaiæ. Sic enim ibi scriptum est, Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus
Esa. 64. te. Nec potest dici quòd Apostolus alleget scripturam hanc secundum translationem septuaginta interpretum. Illa nanque non habet scripturam hanc, sicut Hierony. sæpe testa-
Hierony. E tur. Quòd autem spiritus sanctus potuit nobis ista reuelare, patet per hoc. *Spiritus enim omnia scrutatur*, id est, spiritus sanctus vniuersa cognoscit non solùm creata, sed *Etiā profunda*, id est, diuina secreta seu incomprehensibilia Dei quæ soli Deo sunt cognita, videlicet diuinam essentiam, diuinam sapientiam, & quicquid in Deo est. Et hoc probat
Hiere. 7. Apostolus per simile. *Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* id est, sicut nemo scit affectus & cogitationes atque secreta alterius, nisi anima eius, non alter, nec anima alterius: *Ita & quæ Dei sunt*, id est, diuina secreta & quæ in Deo sunt, *Nemo*, id est, nullus *Nouit, nisi spiritus Dei*, id est, spiritus sanctus, & cui ipse reue-
Luc. 10. lat. Per hoc non excipitur filius à cognitione diuinorum,
Mat. 11. sed nec spiritus sanctus ab ista cognitione excipitur: cum fi- F lius ait, Nemo nouit filium, niſi pater: neque patrē quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Tanta quippe est diuinarum personarum connexio, vt vna expressa, alia detur intelligi, nisi in his quæ relatiuè dicuntur. Ex his verbis apostoli probatur, quòd spiritus sanctus sit verus Deus du-
Rom. 11. pliciter. Primò, quoniā perfectè cognoscit diuina seu Deū, quod vtique nulli creato intellectui conuenit, imò in infinitum deficit à plena comprehensione Dei. Secundò, quia Apostolus ponit simile de spiritu hominis, qui ideo nosci quæ hominis sunt, quoniam intimus & consubstantialis est homini. Ergo & spiritus dei cognoscens quæ Dei sunt, intimus & consubstantialis est deo, quod creaturæ nō cōuenit. *Nos autem nō spiritum huius mundi*, id est, nō animū secularē,

non

non affectum inflantem, nõ ſpiritum pythonicum coniectu A
raliter diuinantem *Accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt,* *Ioan.14.*
id eſt, ſpiritum ſanctum ex patre & filio, tãquam ex vno fon *Rom.5.*
te procedentem. *Vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis,* id eſt,
beneficia diuina cognoſcamus, & grati ſimus, gloriemúrque
in domino, non in nobis. Vtile ergo eſt, vt homo diligenter *Hiere.9.*
conſideret gratiam & miſericordiam Dei ſibi conceſſam,
imò vniuerſa beneficia Dei, naturalia & ſupernaturalia, cõ-
munia & ſpecialia, exhibita & promiſſa, quatenus ex hoc in
Dei amore accendatur, Deo promptius famuletur, gratiáſ- *Mat.25.*
que agendo mereatur, nõ ſolùm cõſeruari in bono, ſed quo- *Luc.19.*
tidie donis amplioribus adimpleri. Habẽti enim dabitur, ei
verò qui nõ habet (id eſt, ingrato) & quod videtur habere,
auferetur ab eo. Vnde virgo deifera, hunc ſpiritum habens, B
agnouit quæ à Deo donata fuerant ſibi, cum dixit, Beatam *Luc.1.*
me dicẽt omnes generatiões. Quia fecit mihi magna qui po
tens eſt, & ſanctum nomen eius. Et Pſal. Benedic anima mea *Pſal.102.*
domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Itémq; *Pſal.115.*
Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?
Quæ beneficia nobis à deo collata. *Loquimur*, id eſt, aliis enũ
ciamus. *Non in doctis humanæ ſapientiæ verbis*, id eſt, non ſty
lo rhetorico atque põpatico, *Sed in doctrina ſpiritus*, id eſt,
ſecundũ doctrinã nobis à ſpiritu ſancto infuſam; loquendo
humili, ſimplicique ſermone & vera ſcientia. *Spiritualibus* au
ditoribus, *Spiritualia* documẽta. *Cõparantes*, id eſt, proportio
nabiliter dantes ſeu proponentes, videlicet ſecundũ capaci
tatem ipſorũ. Inter tales enim ſapientiã loquimur, quã inter
imperfectos non loquimur, quoniã capere nequeunt. Vnde C
ſubiungitur. *Animalis autẽ homo*, id eſt, carnalis & vitioſus,
cuius affectus & intellectus in ſenſibilibus detinentur. *Non*
percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, id eſt, ſpiritualia bona. Sermo
enim iuſtitiæ, myſticus intellectus, cætera quoque diuina ei
nõ ſapiunt, nec delectatur in eis, propter ſui interioris gu-
ſtus infectionẽ. Sicut febricitans nõ guſtat mellis dulcedinẽ *Prou.8.*
propter exterioris ſui guſtus corruptionẽ. Imò etiam quam-
uis ſit homo in gratia, tamen ſi nondũ profecit in bonis, ſed *Matt.16.*
adhuc partim inclinatur ad iſta terrena, non ſapit quæ Dei *Eccle.1.*
ſunt. Nã & Petro dixit ſaluator, Vade retro me Satana, non *Pſal.81.*
ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominũ. *Stultitia enim eſt illi*, *Mat.13.*
id eſt, prædicta ſpiritualia & diuina vidẽtur homini animali *Pſal.11.*

D stulta & vana, quemadmodum in Ecclesiastico dicitur, Exe-
Mat. 16. cratio peccatori sapiẽtia. *Et non potest intelligere* per internũ saporem ista diuina, quãdiu permanet talis. *Quia spiritualiter examinatur*, id est, per spiritualem inquisitionem seu considerationem cognoscitur esse animalis, ideo scitur nõ posse intelligere illa. Vel, spiritualiter examinatur, id est, ideo non intelligit hæc, quia spiritualia nõ nisi spiritualiter discutiuntur. *Spiritualis autem homo*, in quo est spiritus dei, *iudicat*, id est, bene discernit, *Omnia*, ad saluté pertinentia, vel de singulis talibus verum iudiciũ proferendo, inter bonum & malum, verum & falsum, veraciter distinguendo. Habet enim sanum intellectum, & purum affectum, ideo eius iudicium, nec errore decipitur, nec passione corrũpitur. *Et ipse*
E *à nemine iudicatur*, id est, alius nullus carnalis potest eum reprehendere, vel de ipso rectè iudicare. Non enim intelligit opera eius. Nihilominus videmus quotidie spirituales homines à carnalibus iudicari & reprobari: sed hoc est iudiciũ vsurpatorium, & falsum. Interdum etiam carnales de spiritualibus iudicant, approbando vitam eorum: sed est iudiciũ imperfectum, ex leuitate procedens. Sed aduertendum, q̃ licut ex verbis principis theologorum, de diuinis nominibus elicitur, dupliciter iudicat homo de aliqua re. Primò per solam cognitionem informem & nudam, quemadmodum habens moralem scientiam iudicat de virtutibus quas non habet, & istud est imperfectum iudiciũ. Sic enim homo carnalis, tamen ingeniosus & eruditus, de rebus spiritualibus iudicat, sermocinatur & dictat. Secundò, iudicat homo de re-
I bus per connaturalitatem seu conformitatem sui affectus ad eas, vt castus, de his quæ castitatem respiciunt. Vnde de virtutibus hoc modo iudicare non potest, nisi virtuosus. Item de spiritualibus bonis & rebus diuinis ad fidem pertinentibus, iudicat homo per sapientiam, quæ est donum spiritus sancti, & consistit in sapiendo quodam gustu spiritualium, de quibus iudicium profert; nec habetur sine gratia gratum
Sap. 1. faciente. Propter quod scriptum est. In maliuolam animam
Hebr. 7. non introibit sapientia. Ex quibus elucescit, quòd non nisi spiritualis homo percipit, gustat; verèque iudicat ea quæ Dei sunt per donum sapientiæ, per quod etiam de aliis inferioribus rebus iudicat, secundum rationes diuinas. Quòd autẽ carnalis homo nõ intelligat quæ dei sunt, probat Apo-

stolus authoritate scripturę. *Quis enim cognouit sensum domi-* A
ni, hoc est, iudicium seu censuram mentis diuinæ de rebus,
Aut quis instruxit eũ? nullus vtique. Hoc scriptũ est in Esaia, *Rom.11*
& allegatum est ab apostolo ad Romanos, Vbi plenius ex- *Sapien.6*
positum est. Tantum autem vult apostolus dicere, quòd de
diuinis & spiritualibus rebus nullus veraciter iudicat, nec
eas intelligit, nisi qui habet sensum domini. Animalis verò
homo, non habet sensum domini. sed spiritualis. Ideo sub-
ditur. *Nos autem sensum Christi habemus*, id est, intellectum
à Christo illuminatum. eiúsque sensui conformatum, ideo
cognoscimus, approbamus, & sapimus ea quæ Dei sunt, si- *1.Ioan.5*
cut & Christus. Habemus enim sensum domini, sicut eruditi
discipuli habere dicuntur sensum sui magistri. B

Cap. III. *Et ego fratres non potui vobis loqui.*

ARTICVLVS III.

ADhuc autẽ apostolus clarius prosequitur imperfectio-
nem Corinthiorum, & causam contentionis eorũ au-
fert. Et ait, *Et ego fratres non potui vobis loqui, quasi spiritua-*
libus, sed quasi carnalibus, alta mysteria fidei, & sublimia de di
uinitate Christi, perfecta quoque internæ perfectionis exer-
citia non potui vobis proponere, sed parua & rudia atque
humilia de Christi humanitate vobis proposui, non iudicãs *1.Cor.2*
me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc cru- *1.Pet.2*
cifixum. *Tanquam parvulis*, id est imperfectis. *In Christo lac*, *Hebr.5.*
id est, facilem doctrinam & teneram institutionem. *Vobis*
potum dedi, id est, tali doctrina spiritualiter vos potaui, & a- C
nimas vestras rigaui. *Non escam*, id est, non solidum cibum,
non profundam sapientiam, non sublimem vitæ perfectio-
nem vobis tradere potui. *Nondum enim poteratis*, spiritualiter
capere talia, *Sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim estis car-* *Iaco.3*
nales, id est, carnalibus vitiis subiacentes. *Cum enim sit inter*
vos zelus, id est, inuidia latens, *Et contentio*, id est, lis verbo-
rum inde procedens. *Nónne carnales estis?* Pro eodem sumit
apostolus carnalem & animalem. *Et secundum hominem am-*
bulatis? id est, secundum humanam fragilitatem, imperfectio
nem, & ignorãtiã virtutis & sentitis. *Cum enim quis*, hoc est,
aliquis vestrùm, dicit, Ego quidem sum Pauli, alius autem,
Ego Apollo. i. vnus dicit se baptizatũ à Paulo, alius ab Apol
lo, & idcirco vn⁹ se alteri præfert, *Nónne homines estis?* id est,
vitia hominibus consueta sectamini, & non estis diuini, sed

D homines nudi, humanum ſenſum ſequentes, non ſpirituſſan
ctiinſtinctum? Ex prædictis conſtat, quòd prædicator ſeu
doctor moderari debet ſenſum, & ſtylum doctrinæ ſuæ, ſe-
cundum audientium capacitatem. Sciendum quoque, quod
nomine lactis in ſcriptura interdum ſignatur carnalis vo-
Pſa.28. luptas: vt ibi, Quem docebit dominus ſcientiam, & quem
intelligere faciet auditum? Et reſpondet, Ablactatos à lacte,
auulſos ab vbere. Interdum per lac ſignificatur innocentia
ſeu puritas vitæ, propter naturalem lactis nitorem ac vtilita
tem. Iuxta illud, Quaſi modò geniti infantes rationabiles
1. Petri. 1. lac concupiſcite vt in eo creſcatis in ſalutem. Quandoque
verò per lac imperfecta doctrina exprimitur, ſicut hoc lo-
E co, & item apud Hebræos, Omnis qui lactis eſt particeps,
Hebr. 5 expers eſt ſermonis iuſtitiæ. Præterea in ſcriptura per ho-
minem aliquando deſignatur quædam perfectio & maximè
pietas, ſeu diſcretio. Vnde quod diſcretum & pium eſt, dici-
mus eſſe humanum. Quòd verò irrationabile & crudele,
Gene.8. dicimus inhumanum. Aliquando autem per hominem da-
tur intelligi vitioſitas quædá, ad quam homines proni ſunt.
In quantum enim conſideratur in homine pars intellectiua,
deſignatur per ipſum perfectio: inquantum autem notatur
in eo ſenſualitas, quam maior pars hominum ſequitur, ſigni-
ficatur per eum vitioſitas iſta. Et ita nunc ſumitur, cum ait
Apoſtolus, nónne carnales eſtis? & ſecundum hominem am
bulatis? & nonne homines eſtis?

F Deinceps tollit Apoſtolus Corinthiorum errorem, dicen
tium aliquid gratiæ ineſſe baptiſmo virtute miniſtri. *Quid
igitur eſt Apollo?* Epiſcopus vel baptiſta veſter. *Quid verò
Paulus?* id eſt, quid de nobis ſentire debetis? Et reſpondet.
Miniſtri ſunt *Eius, cui credidiſtis*, id eſt, Chriſti cuius fidem re-
cepiſtis. *Et vnicuique*, eorum ac aliorum conuenit eſſe Chri
ſti miniſtrum. *Sicut dominus dedit*, hoc eſt, ſecundum quod
deus præſtitit gradum officij & gratiæ donum. *Ego planta
ui*, id eſt, primò fidei fundamenta annuntiaui, & prædican-
do conuerti. *Apollo rigauit*, id eſt, vos in fonte baptiſmatis
Act.8. lauit, & doctrinam vobis à me traditam ſua prædicatione
perfudit. Sed nec ego nec ipſe gratiam contulit. *Deus autem
incrementum dedit*, id eſt, fructum, ſalutem & gratiam dedit,
illuminando, purgando, ac perficiendo interius. Propter
Ioan.15 quod ſcriptum eſt, Pater meus agricola eſt. Non eſt autem

ficintelligendum,quin etiam Deus ſit principalis plantator A
atque rigator. Ait nempe Saluator, Omnis plantatio,quam *Matth. 15*
non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Et rurſus,
Ego te plantaui vineam electam. Sed hoc vult Apoſtolus di
cere, quòd ſua inſtrumentalis plantatio,inſtrumentalis riga *Hiere. 2*
tio Apollinis & cæterorum,erat diſpoſitio ad recipiendum
ſalutem à Deo. *Itaque neque Paulus* aut alius ei ſimilis. *Qui*
plantat,ſecundum modum prædictum, *Neque* Apollo vel ſi-
milis. *Qui rigat*, vt dictum eſt. *Eſt aliquid*, ex ſe, vel compa
ratione eius,qui operatur interius, *Sed qui incrementum dat*
Deus,id eſt,is qui ſalutem & gratiam donat, reputandus eſt,
& ab illo debet ſe quiſque nominare,non à Paulo aut Apol
line. *Qui plantat autem & qui rigat*, extrinſecus operãdo. B
Vnum ſunt,id eſt,eiuſdem cõditionis & deputationis. Vter-
que enim eſt ſeruus,nullus verò corũ eſt operator interior.
Quamuis autem hi vnum ſunt,non tamẽ æqualiter præmia
buntur: Subditur enim. *Vnuſquiſque autem*,miniſtrorũ Dei
Propriam,hoc eſt ſibi congruam *Mercedem* in patria *Acci-*
piet à Deo *Secundum ſuum laborem*,exteriorem vel interioré,
ad Dei gloriam ordinãtum, hoc eſt, ſecundum exigentiam
meriti ſui laboris. Quomodo autem hoc intelligi debeat,
multa poſſent induci.

Sed breuiter tangendo,ſciendum, quòd merces ſeu præ-
mium eſſentiale, debetur & reſpondet feruori charitatis di-
uinæ. Quantò autem quis Deum plus diligit,& à vitiis pu-
rior,atque in bonis magis habituatus eſt, tantò delectabi- C
lius facit opus Dei atque feruentius, & per conſequens mi-
nus laborioſè, præſertim loquendo de corporali labore, &
prout labor pœnam ac fatigationem includit. Quantò au-
tem delectabilius & feruentius operatur, tantò ampliùs
mereretur. Poteſt ergo contingere(imò contingit quoti-
die)vt homo perfectus qui minus laborioſè facit opus Dei,
plus mereatur, quàm homo imperfectus, tamen gratiam
habens, qui cum graui labore eadem facit quæ perfectus.
Dicendum ergo quòd exteriori ac corporali labori reſpon
det præmium accidentale, charitatis autem feruori præmi-
um eſſentiale. Quilibet ergo recipiet præmium accidenta-
le ſecundum ſuum laborem corporalem: ſed quantò hic la-
bor ex ampliori charitate procedit: tantò plus recipiet de
præmio eſſentiali, quod eſt viſio Dei,quæ eſt tota merces,

D & vita æterna. Quod autem quilibet ſecundum ſuum labo-
1.Cor.6 rem accipiet, patet, *Dei enim ſumus adiutores*, Hoc eſt, coope-
Ioan.3 ratores inſtrumentaliter operando, materiámque forinſecus
Dionyſius pr æparando: Ait autem Dionyſius, quòd omnium diuino-
rum diuiniſſimum eſt Dei cooperationem exiſtere in redu-
ctione rationalis naturæ ad ſuum principium, *Dei agricultu-
ra*, id eſt, ager à Deo colédus, *Eſtis*, per hoc, quod de⁹ de cor-
dibus veſtris vitiorum, & paſſionum ſpinas extirpat, virtu-
tum ſemina inſerit, gratiæ fœcunditatem largitur. Et ita dici-
tur homo agricultura Dei, per ſimilitudinem campi, qué ru-
ſticus colit. Sicut enim eccleſia appellatur vinea domini, ſic
E dicitur agricultura ipſius. *Dei ædificatio*, id eſt, domus ſeu æ-
Eſa.5 dificium myſticum à Deo per gratiá ædificatũ *Eſtis*. Cõgre-
Matth.20 gatio quippe fidelium dicitur domus & templum ſeu taber-
naculum Dei. Primò, quoniam Deus fidelis per charitatem
conſolidat, atque connectit. Secundò, quia per gratiá men-
Marci.12. tes eorum inhabitat. *Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi,*
Genc.28 hoc eſt ſecundum apoſtolatum, & ſapientiam mihi à ſpiritu
ſancto infuſam. *Vt ſapiens*, id eſt, in diuinis eruditus atque
diſcretus. *Architectus*, id eſt, ſpiritualis huius ædificij prin-
cipalis conſtructor, per comparationem ad alios; qui vobis
prædicauerunt, quamuis non ſim inter Apoſtolos architec-
1.Cor.15. tus (cum mea reputatione ſim minimus Apoſtolorum) &
hoc ipſum quod meipſum architectum appello, non iactan-
ter dico, quia non mihi, ſed gratiæ Dei illud attribuo. *Fun-
damentum*, id eſt, fundamentalem doctrinam, initialem præ-
F dicationem, fidem ſeu Chriſtum *Poſui*, in cordibus veſtris
Epheſ.2. inſtrumentaliter & diſpoſitiuè, quoniam primò vobis prę-
dicaui, vóſque conuerti ad fidem. *Vnuſquiſque autem ve-
ſtrùm Videat*, id eſt, diligenter perpendat. *Quomodo ſuper-
ædificet*, id eſt, qualem ſtructuram operum huic fundamen-
Titum.1. to fidei ſuperponat, ne opera eius diſcordent à fide, ne Deú
quem ore confitetur factis neget. Vel ſic, & melius, vt ſequen
tia verba inſinuant. Vnuſquiſque prædicatorum docentium
vos videat quomodo ſuperædificet, id eſt, qualia documen
ta vobis proponat, ne ſua, doctrina fundamento à me poſi-
to contradicat. *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere*,
id eſt, veraciter prædicare, aut ſalubriter collocare. *Præter
id quod poſitum eſt*, id eſt, euangelizatum eſt nobis, & conſti-
tutum à patre. *Quod eſt Chriſtus Ieſus*, qui eſt ſolus fundá-
mentum

mentum vniuersale, principale principium vniuersæ eccle- A
siæ, quoniam ex se stabilitatem habet, & stabilit alios. De 2. *Tim.2.*
quo Petrus ait in Actibus, Hic est omnium dominus, & non *Acto.10*
est in aliquo alio salus. Apostoli verò dicuntur fundamen- *Act.4*
ta secundaria & particularia in Christo fundamento. Ipsi e-
nim post Christum fundauerunt ecclesiam. Propter quod in
Apocalypsi scribitur, quòd murus ciuitatis habet fundamé-
ta duodecim. Et Psalmista pluraliter ait, Fundamenta eius *Apoc.21.*
in montibus sanctis.

Porrò Christus secundū diuinam naturam, & pater ac spi *Psal.86*
ritus sanctus, sunt vnum fundamentum electorum simplici-
ter, primum, & fundans non fundatum. Christus autem vt
homo, verbo vnitus, vel potius vt humanitatem verbo vnitā
habens, est fundamentum immediatum, & proximum post B
trinitatem, & tamen in Deo fundatum, & toti ecclesiæ con
ferens stabilimentum. Quemadmodum enim caput Christi
deus, sic & fundamentum Christi deus. *Si quis autem super-* *Ephe.4*
ædificat, docendo vel operādo, *Supra fundamentum*, hoc quod
est Christus seu fides. *Aurum*, id est, amorem vel contempla
tionem diuinorū *Argētum*, id est, dilectionem proximi seu
speculationem intellectualiū, atque cœlestium creaturarum,
per quas deus euidentius subtiliusque cognoscitur. *Lapides*
pretiosos, id est, opera virtuosa seu verba efficacia. *Ligna, fœ-*
num, stipulam, id est, vnam doctrinam magis vel minus noci-
uam, non tamen hæreticā nec mortaliter vitiosam. Vel, per
lignum, fœnum, stipulam, intelliguntur peccata venialia tri-
plicem gradum habentia, vt per ligna designentur peccata C
venialia magis tenacia & mortalibus viciniora, quæ arde-
būt diutius, nisi modò purgentur, quemadmodum lignum
diutius ardet quàm fœnum aut stipula. Per fœnum verò si-
gnantur peccata venialia medio modo se habentia. Per sti-
pulam peccata leuissima, quæ citius purgantur quàm prædi-
cta, sicut & stipula citius consumitur quàm fœnum aut li-
gnum. Denique venialia ista dicuntur ædificari supra fidei
fundamentum, iuxta illud: Non enim procedūt ex fide nec
innituntur ei, sed sunt simul cum ea. Non enim charitatem
extinguunt. Simili modo dicimus aliquam ciuitatem stam
suprā mare, id est, iuxta mare, secundū quē sensum ait Psal-
mista, Qui fundauit terram super aquas, id est, iuxta eas.
Vnius cuiusque opus manifestū erit, id est, in publicū deducetur

D & innoteſcet, nó ſolùm Deo & propriæ conſcientiæ, ſed etiam aliis, quando dominus illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium. Vnde ait ſaluator, Nihil opertum quod non reuelabitur. *Dies enim domini*, id eſt, dies iudicij, vel potius dominus in die iudicij (Dies nanque & tempus dicuntur facere ea quæ fiunt in die & tempore) *Declarabit*, opera ſingulorum qualia ſint. *Quia in igne*, conflagrationis, *Reuelabitur*, id eſt, manifeſtabitur dies domini, vel dominus qui venturus eſt iudicare per ignem, cuius maieſtatem ignis ipſe oſtendet. Vel, reuelabitur opus cuiuſlibet, ſicut ſubiungitur. *Et vnicuique opus quale ſit, ignis probabit*, id eſt, oſtendet. Quod poteſt intelligi vel de igne purgatorij, quantum ad eos qui interim moriuntur, vel de igne conflagrationis præcedente iudicium, quo exuretur facies mundi, de quo in Pſalmo, Ignis ante ipſum præcedet. Vel de igne æterno, ſequente iudicium. Ignis autem conflagrationis mundabit & emundabit eos, qui ſuperædificauerunt lignum, fœnum, ſtipulam. Qui vero ſuperædificauerunt aurum, argentum, lapides pretioſos à quolibet igne hoc erũt ſecuri. Ideo ſequitur. *Si cuius*, id eſt, alicuius. *Opus manſerit*, id eſt, intactum & inconſumptũ perſeuerauerit ab igne, tanquam non habens culpam admixtam, *Quod ſuperædificatum eſt* id eſt, opus tale in fide fundatum, *Mercedem accipiet*, plenam & indilatã. Nihil enim de opere ſuo amittet, & quod amauit inueniet. *Si cuius opus arſerit*, id eſt, ignis pœnam pertulerit propter veniale admixtum. *Detrimentum patietur*, id eſt, minus de gloria obtinebit, quantò opus ſuum imperfectius ac cremabilius fuerit. *Ipſe autem*, homo ſola venialia habens, *Saluus erit*, ſatisfactione completa. *Sic tamẽ quaſi per ignem*, id eſt, ignis ſuſtinendo ardorem, ſecundum culpæ ſuæ exigentiam. Denique ſicut expoſita ſunt hæc pro tempore iudicij vniuerſalis, ita intelligi poſſunt de die particularis iudicij, vt dies domini dicatur dies mortis, quo Deus hominem viſitat, tollens eum de vita præſenti. Illa itaque dies, ſeu dominus in die illa, declarat quale ſit opus hominis, quem ſtatim cum mortuus fuerit, iudicat, quia in igne purgatorij reuelatur ſeu declaratur, quale ſit opus hominis, & vnuſcuiuſque opus quale ſit, ſcilicet purum vel impurum, ignis purgatorij probabit: non quòd omnes illum ignem ſuſtinebunt, quia nec de omnibus ſimpliciter eſt

E

Pſal. 115

1. Cor. 4

Luca. 12.

Pſal. 42

Pſal. 66

F

Eſa. 40

Pſal. 65

iam

jam ſermo, ſed de his omnibus qui manent in fundamen- A
to, hoc eſt, in Chriſto per gratiam, & ſuperædificant opera perfectionis, quæ non ardent, vel opera imperfecta quæ ardent. Si cuius opus manſerit immune ac liberum ab igne purgatorij, vt ſunt opera ſignificata per aurũ, argentũ, & lapides precioſos, quod ſuperædificatum eſt, hoc eſt, opus hoc in Chriſto, ſeu in fide fundatum, mercedem accipiet & gloriam ſempiternam ſine mora, ita quòd euolabit. Si cuius opus arſerit in purgatorio, detrimentum patietur, pœnam luendo, gloriámque minorem habendo. Ipſe autem ſaluus erit, cum fuerint opera eius dignè cremata & expurgata: ſic tamen quaſi per ignem purgatorij, per quem tranſibit ad gloriam, quoniam non diſceſſit à fundamento, nec aliquid prætulit Deo: ſed vltimo fini magis inhæſit, quàm alicui bono B
creato, quamuis à terrenis affectibus non fuerit ſatis mundatus. Deinceps oſtendit apoſtolus, cur aliquis mereatur omnino perire, æternaliterque damnari. *Neſcitis*, imò ſcire debetis. *Quia templum Dei eſtis*, vos, in quo dominus habitat per charitatem & gratiam. Qui enim manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *Et ſpiritus Dei*, videlicet ſpiritus ſanctus. *Habitat in vobis*? de quo ſpiritu dicit ſaluator, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Omnes autem fideles
re & nomine ſunt vnum templum Dei, id eſt, vna eccleſia propter myſticam vnitatem, ſeu vnam fidem, atque indiuiduam charitatem. Et vnuſquiſque eorum eſt templum Dei. Dicitur autem homo templum Dei nõ ſolum propter animam, in qua Deus per gratiam commoratur (nam anima C
iuſti ſedes eſt ſapientiæ) ſed etiam propter corpus rationi & Deo ſubiectum, in quo gratia mentis, & per conſequens inhabitatio Dei redundat. Dicit enim alio loco apoſtolus, Neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti? Et iterum, Glorificate & portate Deũ in corpore veſtro. *Si quis autem templum Dei violauerit*, hoc eſt, credentes peruerterit, falſa docendo aut impiè operando, *Diſperdet*, id eſt, diuerſimode perdet. *Illum Deus*, dãnando illum anima & corpore in æternum. Sed & ſi quis materiale templum violauerit, erit ſacrilegus. *Templum enim Dei*, viuum & ſpirituale, *Sanctum eſt*, formaliter. *Quod eſtis vos*, qui in baptiſmo ſanctificati eſtis, & per opera bona exercitati. *Nemo vos ſeducat*,

Epheſ.2.
1. Ioan.4
Ioan.14
2. Cor.6.
Sapien.7.
Epheſ.4.§
1. Cor.6.
Mat.18
Pſal. 64.
Coloſſ.2

laudan-

D laudando,blandiendo,simulando,ornatè loquendo,aut si-
mili modo. *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo*, id
est,secularem sapientiam habere,se sapientem putare, & ab
aliis sapiens reputari. *Stultus fiat*, mundo,id est,talem sapié-
Iob.40 tiam à se repeliat,seipsum stultum reputet,saltem in se, quia
ex seipso non habet nisi ignoratiæ tenebras : nec cupiat in
mundo sapiés reputari,sed amet nesciri. *Vt sit sapiens*,Deo,
id est, vt veram sapientiam mereatur à Deo acquirere. *Sa-
pientia enim huius mundi*,id est,carnalis prudétia(de qua di-
Roma.8 ctum est ad Romanos, Prudentia carnis mors est) *Stultitia
est apud Deum*, id est, à Deo stulta iudicatur. Imò & natu-
ralis seu philosophica sapientia ,quæ fide à dono sapientiæ
non ornatur,stulta est coram Deo,id est, infructuosa & tu-
E mida. Quod authoritate scripturæ probat apostolus. *Scri-
Iob.5. ptum est enim*,in libro Iob,*Comprehendam*,id est,concludam
& capiam. *Sapientes*,mundi, *In astutia*,id est,in apparente sa-
Esa.44. pientia. *Eorum*. Nostra translatio habet sic, Qui apprehen-
Psal.93. dit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dis-
sipat. Cui consonat quod per Isaiam de domino dicitur,
Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stul-
tam faciens. *Et iterum*,scriptum est. *Dominus nouit cogitatio-
nes sapientium*,seculi huius. *Quoniam vanæ sunt*. Nostra lite-
Hier.9 ra talis est, Dominus scit cogitationes hominum, quoniam
vanæ sunt. *Itaque nemo glorietur in hominibus*,iactando se ba-
2.Cor.10. ptizatũ seu doctum ab illo, vel illo,sed in solo domino glo-
rietur. *Omnia enim vestra sunt*,id est, vestræ seruituti & vtili-
tati parata & deputata. *Siue paulus,siue Apollo,siue Cephas*,
F id est,Petrus archiapostolus. *Siue mundus*,iste sensibilis,sci-
licet corpora cœlestia, elementa & mixta. De corporibus
Deut.4. enim cœlestibus Moses in Deute. Solem, lunam, & omnia
astra cœli creauit dominus Deus tuus in ministerium cun-
Psalm.8. ctis gentibus. Et Psalmista, Omnia,inquit,subiecisti sub pe-
Gene.1. dibus eius. Et in Genesi dominus loquitur, Faciamus ho-
Heb 1. minem, & præsit bestiis terræ, & piscibus maris, & auibus
cœli, vniuersæque creaturæ. Sed & angeli administratorij
spiritus sunt. *Siue vita*, id est, operatio nostra vt vobis pro-
ficiat. *Siue mors*, corporalis vt pro vobis si opus fuerit, su-
stineatur. *Siue præsentia*, beneficia Dei quæ habetis in re.
Siue futura, promissa quæ habetis in spe. *Omnia enim*, hæc
Roma.14. *Vestra sunt*, aliquo modo vt dictum est. *Vos autem estis*,seruj

atque

atque discipuli *Christi*, & estis eius, iure creationis, gubernationis ac liberationis. *Christus autem Dei.* Christus secundum diuinam naturam est Dei patris tãquam vnicus & naturalis filius eius. Secundum humanitatem verò est Dei, tãquam minister ipsius factus obediens vsque ad mortem. De quo Deus ait per Esaiã, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur. Hinc etiam filius dicit ad patrem, omnia mea tua sunt. Et, Ego non quæro gloriam meam. A *Psal.2.* *Ioan.1.* *Philip.2.* *Esa.42.* *Ioan.17.* *Ioan.8.*

Cap. IIII. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi.*

ARTICVLVS IIII.

PRæterea docet Apostolus, quid debeant subditi de superioribus suis sentire, ne eos plus quàm decet, magnificent: nec eos contemnant, si fortè in aliquibus minus excellentes videntur. *Sic nos*, Apostolos, & prædicatores, ac Christi vicarios. *Existimet homo*, quicunque fidelis. *Vt ministros Christi*, non vt principales, aut gratiæ collatores. B *Epist. Galat.4.* *Et* (vt) *dispensatores*, hoc est, exhibitores seu distributores.

Mysteriorum Dei, id est, diuinorum sacramentorum. Vel, mysteriorum Dei, id est, ecclesiasticorum officiorum. *Hic iam quæritur*, id est, à vobis Corinthiis interrogatur, atque discutitur. *Inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur*, id est, quis dispensatorum istorum sit verus dispensator, cui possit dispensatio securè committi. Corinthij enim inter dispensatores hos discernebant, vnum approbantes, alium reprobantes. Sed quia homines sanctitatis iudicium non formidant, nec reputant, subditur. *Mihi autem pro minimo est*, id est, nihili pondero. *Vt à vobis*, adhuc carnalibus. *Iudicer*, iudicio reprobationis, tanquam dispensator indignus. *Aut ab humano die*, id est, ab homine in hoc tempore peregrinante. *Sed neque meipsum iudico*, iudicio absoluto ac definitiuo, damnando videlicet meipsum. Debet tamen homo iudicare seipsum iudicio discussionis & reprobationis opinatiuæ, æstimando se peccatorem vilem ac miserum. *Nihil enim mihi conscius sum*, id est, de nullo peccato remorsum conscientiæ habeo, de præteritis enim satisfeci, & scio quia indulta sunt mihi. Nec obstat, quod alibi dicit, Venit CHRISTVS peccatores saluos facere, quorum ego primus sum. Hoc enim dixit habendo respectum ad tempus præteritum quo persequebatur ecclesiam. *Qui autem iudicat me*, id est, ad quem pertinet absolutè iudicare de secretis C *2.Cor.2.* *Luc.12.* *1.Thess.2.* *1.Tim.1.* *Ioan.5.*

D cordis mei. *Dominus est*, qui solus nouit corda humana, nam
Matth. 7. & pater omne iudicium dedit filio. *Itaque nolite ante tempus*,
extremi iudicij. *Iudicare*, iudicio definitiuo de secretis &
Mat. 10. dubiis, maxime aliorum. *Quousque veniat dominus*, ad iudi-
Marci. 4. cium. *Qui & illuminabit abscõdita tenebrarũ*, hoc est, pecca-
Luce. 18. ta occulta faciet manifesta, ponendo ea in lumine cognitio
nis. Sicut ait. Nihil occultum quod non sciatur. *Et manife-*
Esa. 66. *stabit consilia cordium*, an bona & iusta fuerint an non. Prout
Fumi per Esaiam protestatur, Ego autem opera eorum & cogita-
tiones eorum venio vt congregem. *Et tunc laus*, id est, sentẽ-
tia saluatiua & meritorum protestatio. *Erit vnicuique*, bene
agenti. *A Deo*, id est, Christo iudice, quasi dicat: Tunc nul-
lus laudabitur, nisi quem Deus laudauerit, & omnem laude
dignum Deus laudabit. *Hæc autem fratres transfigurau i in me*
E *& Apollo*, id est, ista quæ scripsi de vestra gloriatione inani
qua quilibet gloriatur in eo qui sibi eloquentior videtur, &
doctior, vel cui magis afficitur, gratiã exempli seu figurali-
ter dixi de me atque Apollo, quum tamen non gloriaremi-
ni in nobis, sed magis in pseudoapostolis, & mundi huius
philosophiæ magistris: quos nolui nominatim exprimere,
ne maior dissensio fieret. sed loco illorum expressi me & A-
pollo, quatenus eisdem rationibus quibus probaui non esse
gloriandum in Apollo & me, intelligatis non esse glorian-
dum in his, in quibus gloriamini. Quod vtique feci,
Propter vos, id est, ad vestri instructionẽ, videlicet. *Ne supra*,
Hiere. 9. id est, vltra. *Quàm scriptum est*, in Hieremia vbi iubemur in
Deo, non in hominibus gloriari. *Vnus*, vestrum. *Aduersus al-*
F *terum inflatur*, tumore superbiæ, *Pro alio*, id est, zelo baptistæ
1. Cor. 10. vel doctoris ad quẽ inclinatur. Si enim apostolus illos pseu
do nominasset, Corinthij superbissent contra seinuicẽ, vno
quoque eorum zelante pro suo doctore siue baptista.
Sapien. 4. Non autem debes ô homo contra alium intumescere.
Quis enim te discernit? id est, quis te ab alio facit differre?
Quis te ab alio distinguit ac separat, dignitate & merito, vt
contra eum inferis, & ei te præferas? Et quoniam posset
quis allegare suam perfectionem, dicendo, quòd virtuosior
esset ac melior seu doctior alio, huic vanitati respondet A-
postolus. *Quid autem*, boni in donis naturæ vel gratiæ, *Ha-*
Iaco. 1. *bes quod non accepisti?* à Deo mediatè vel immediatè, à quo
est omne donum optimum, & datum perfectum. *Si autem*

accepisti

accepisti hoc modo. *Quid gloriaris* in te vel creaturis. *Quasi* A
non acceperis? ista bona à Deo. Itaque Deo gratias age, & in 1. *Thes.5.*
ipso lætare, & quantò maior es, humilia te in omnibus, vt *Eccle.1.*
Deo humilitatem iubenti tantò promptius pareas, quantò *Mat.11.*
plura bona ab eo receperis. Vnde ait Gregorius: Tantò esse *Gregorius*
humilior, atque ad seruiendum Deo promptior quisquis de- *Luc.12.*
bet ex munere, quantò obligationem se conspicit in reddenda ratione. Quantò enim quis maiora à Deo suscipit dona, tanto amplius obligatur Deo in omnibus obedire ex charitate syncera. Insuper amplius ironicè loquens, Corinthiorum præsumptionem redarguit dicens. *Iam saturati estis*, saturitate spirituali, de qua dicitur, Beati qui esuriunt iusti- *Mat.5.*
tiam, quoniam saturabuntur. Itaque saturati estis cibo ani- *Eccl.15.*
mæ, scilicet pane vitæ, & aqua sapientiæ. *Iam diuites facti estis*, B
id est, diuinis charismatibus adimpleti. *Sine nobis regnatis*, id est, auxilio nostro nõ indigetis regendo vosipsos. Quòd autem hoc non asserendo, sed increpando & condolendo dicatur, pandũt verba sequentia. *Et vtinam regnetis*, veraciter iustè regẽdo vos inuicẽ, & vitiis prævalendo. *Vt & nos regnemus vobiscum*, id est, consortes simus atque participes meriti vestri, atque tantæ perfectionis. Et hoc merito dico: *Puto*
enim, ironicè autẽ loquitur, *Quòd deus nos Apostolos* vniuer- *Psal.44.*
sos. *Nouissimos*, id est, imos & vilissimos. *Ostendit* cum tamen secundum veritatem simus à Deo constituti principes mundi. Ostendit autem nos. *Tanquam morti destinatos*, id est, ad moriendum missos, quasi ad nihil vtiles simus, nisi vt occidamur. *Quia spectaculum*, id est, obiectũ, præcipuæ & C
cuiusdam admiratiuæ inspectionis. *Facti sumus mundo*, id est, hominibus impiis & mundanis. *Et angelis* bonis ac malis, *Et hominibus*, rationabiliter ac piè viuentibus. Quem admo- *Epist.*
dum enim ad spectaculum aliquod magna hominum confluit multitudo: sic ad inspiciendum personas & persecutiones Apostolorum, homines concurrerunt: impij, vt irriderent: dæmones, vt fortitudinem mentis auferrent: angeli sancti, vt intus confortarent: homines pij, vt condolerent. Potest tamen legi assertiuè sine ironia: vt sit sensus, Puto enim id est, agnosco, quòd Deus nos Apostolos nouissimos, id est, infimos & abiectos, ostendit, id est, apparere fecit dando nobis præcepta spernendi mundum & cuncta quæ mundi sunt, prædicandi quoque crucem Christi, & mundi con- *Heb.10.*

D temptum. *Nos stulti propter Christum*, id est, amore Christi, sicut agimus quod à mundo stulti & insensati putamur. *Vos autem prudentes estis in Christo*, secundum æstimationem vestram superbam. *Nos infirmi* reputamur, & propriam infirmitatem agnoscimus. *Vos autem fortes*, id est, virtuosi estis, vt opinamini, qui putatis vos non indigere nostro auxilio. *Vos nobiles, nos ignobiles*. Totum ironicè dicitur, vt confundantur & corrigantur carnales. Apostoli quippe carne & spiritu nobiliores erant Corinthiis, quoniam semen Abrahæ erant, & primitias spiritus sancti receperant. *Vsque in hanc horam*, id est, assidue. *Et esurimus, & sitimus, & nudi sumus*, id est, inopiam cibi, potus ac vestium patimur. Vnde alibi dicit apostolus, In fame, & siti, & frigore, & nuditate. Tunc impletum est verbum Christi, quod dixit, Veniet tempus, cũ auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. *Et colaphis cædimur*, tanquam blasphemi. *Et instabiles sumus*, fugiendo de loco ad locum. Iuxta illud, cum persecuti vos fuerint in vnã ciuitatem, fugite in aliam. *Et laboramus operantes manibus nostris*, pro victu atque vestitu. *Maledicimur* à peruersis. *Et benedicimus*, id est, bona eis dicimus, precando ipsis verbum salutis. *Persecutionem patimur* propter iustitiam. *Et sustinemus*, libenter amore Christi. Ibant enim Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. *Blasphemamur*, id est, crimen blasphemiæ nobis imponitur. *Et obsecramus*, Deum pro blasphemantibus. *Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus*, id est, reputamur à perditis, quasi immunditiæ quædam, inficientes hunc mundum nostra doctrina. Ideirco cũ occidimur, putant mundum purgari ab hominibus pestilentibus, sicque efficimur mundi purgamenta: factique sumus. *Omnium peripsema vsque adhuc*, id est, velut superfluitas quædam generis humani, ita vt apti non simus hominibus sociari sed tolli. Peripsema autem vocatur purgamentum ferri vel pomi seu alterius rei, illud videlicet quod aufertur à materia rei vt purgetur, sicut est limatura æris aut ligni. *Non vt confundam vos, hæc scribo*: finaliter. Est autem confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam, vt dicitur in Ecclesiastico. De prima confusione loquitur modò Apostolus. Non enim intendebat eos finaliter confundere, sed corrigere, sicut subiungit. *Sed vt*

Hebr.12.

2.Thess.1.

Rom.8.

2 Cor.7.

Mat.5.

Mar.8.

Luc.5.

Mat.10.

Luc.6.

Rom.3.

Ioan.15.

Eccle.14.

filios

filios meos spirituales *Charissimos*, id est, valde dilectos. Etsi non propter bonitatem & merita vestra, tamen propter bonitatem diuinam. *Moneo*, hoc est, ad meliora exhortor. Merito autem vocaui vos filios. *Nam si decem millia pædagogorum*, id est, quantamcunque multitudinem erudientium vos. *In Christo Iesu*, id est, in fide & in Euangelio saluatoris. *Habeatis*. Dicitur autem pędagogus instructor pueri. *Sed non multos patres* spirituales habetis ad hoc, hoc est, genitores qui vos in Christo genuerunt, conuertendo vos primò ab esse carnali & infideli ad esse spirituale atque diuinum. Talis autem pater ego fui. *Nam in Christo Iesu*, id est, in esse Christiformi seu statu Christiano. *Per euāgelium*, id est, per euangelicæ sapientiæ prædicationem. *Ego vos genui*, instrumentaliter, scilicet ante alios proponendo vobis euangelium Christi, & ad fidei susceptionem animas vestras disponendo. Veruntamen vnus est pater noster in cœlo, quem solum debemus patrem vocare, id est, omnis paternitatis efficientiam & gratiam ei præsertim adscribere. *Rogo ergo vos fratres imitatores mei estote*, tanquam boni discipuli, obedientésque filij: quatenus sicut ego Christi vestigia sequor, ita & vos viam meam, id est, virtutes sequamini. *Ideo misi ad vos Timotheum*, latorem huius epistolæ. *Qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino, qui vos commonefaciet*, id est, admonendo vos instruet. *Vias meas*, id est, præcepta & documenta. *Quæ sunt in Christo Iesu*, hoc est, secundum voluntatem & doctrinam ipsius: in nullo enim à Christo discordo. *Sicut vbique in omni Ecclesia doceo. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam*, ex vobis, tumore superbiæ, gloriantes in eloquentia & doctrina philosophorum, & tam imperterritè sic inflantur, quasi non essem venturus ad vos. Solent autem discipuli à malis retrahi timore aduentus magistri. *Veniam autem ad vos cito, si dominus voluerit*, cuius voluntas supponenda est semper. Iuxta illud, Dicatis, si dominus voluerit. Et si vixerimus faciemus hoc vel illud. *Et cognoscam*, id est, attendam & examinabo. *Nō sermonem* rhetoricum *Eorum qui inflati sunt sed virtutem*, id est, vitam virtuosam an habeant, seu opera miraculorum. *Non enim in sermone*, id est, verbis pulchris. *Est regnum Dei*, id est, meritum attingendi, ac percipiendi regnum cœlorum. *Sed in virtute* bonæ conuersationis consistit. Ait enim Saluator,

A

Finis. Rom. 11.

B

Mala. 1.

Rom. 4. Ioan. 13.

Philip. 2.

C

Iaco. 4.

D Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœloru, sed qui facit voluntatē patris mei. Et rursus:
Ibidem. Qui audit verba hæc, & non facit ea, cōparabitur viro stulto. Verba enim sine opere sunt folia sine fructu. Arbor autē
Mat. 3. quæ non facit fructū bonum, excidetur & in ignē mittetur. *Quid vultis*, id est, quod ex his duobus eligitis, scilicet *In virga*, id est, rigore iustitiæ & occulto charitatis affectu, videli-
Ephes. 4. cet animo disciplinandi. *Veniā ad vos, an in charitate* aperta. *Et spiritu mansuetudinis?* id est, animo mansueto & indulgēti? Quamuis hoc secūdum sit præoptandū, potius tamen optādum esset primū, quàm carere boni patris aduentu, quāuis rigoroso. Meliora nempe sunt vulnera diligentis, quàm oscu-
Prou. 26. la adulantis, vt ait scriptura. In præinductis omnibus consi-
Luc. 10. deratur discretio sancti apostoli, qui verbis duris & increpa-
E toriis, verba charitatiua atque suauia miscet, infundens vinū iustitiæ, & oleum pietatis, vt sanet animas vulneratas. Virtutes quoque suas tam diligenter describit, non ob propriam laudem, sed vt imitemur semitas eius.



Cap. V. *Omnino auditur inter vos fornicatio.*

ARTICVLVS V.

ACcedit demum Apostolus ad particulariorem increpationem Corinthiorum, & ait, *Omnino auditur inter vos fornicatio*, id est, omnibus modis scitur, narratur, atque percipitur à me, & ab aliis, quòd inter vos sit fornicatio, quę est illicitus concubitus: *Et talis*, hoc est, tam infamis & nefaria fornicatio. *Qualis nec inter Gentes*, incredulas auditur seu esse percipitur. *Ita vt vxorem patris sui* defuncti.
F *Aliquis* vestrūm *Habeat* coniugem. Lira videtur hæc sic intelligere, quod mulier illa fuerit etiam mater istius: sed verius creditur quòd erat eius nouerca. Talis autē fornicatio
Leuit. 20. est incestus, pœna mortis prohibitus Vnde in Leuitico· Qui
Gene. 49. dormierit cum nouerca sua, morte moriatur. Vnde & Ruben dicitur in Genesi, Non crescas quia ascendisti cubile patris tui. *Et vos inflati estis*, tumore elationis, id est, ex superbia neglexistis tantum scelus corrigere, scilicet propter mutuas vestras contentiones, quibus occupati omittis opera charitatis. *Et non magis luctum*, id est, compassionem & fletum *Habuistis*, deplorando tam horrendum piaculū proximi. *Vt tolleretur de medio vestrum*, id est, separetur à vobis

per

per excommunicationem. *Qui hoc opus fecit*, cuius omnes A
participes estis quodammodo, iustinendo talem inter vos.
Ego quidem Paulus *Absens* à vobis iam *Corpore, præsens spi-*
ritu, id est, consideratione, & animi sollicitudine. Sicut & 4. *Reg.* 5.
Helisæus præsens erat, cum Giezi accepit munera Naaman
Syri. *Iam iudicaui tanquam præsens* spiritu. Vel sic, ac si cor-
poraliter præsens essem. *Eum qui sic operatus est*, id est, fornica
rium illum. Sic autem iudicaui eum. *In nomine domini nostri*
Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, hoc est, cum colle
cti fueritis publice in nomine Christi & in meo spiritu, id
est, in vera concordia, habendo videlicet spiritum seu chari-
tatis affectum adinuicem, sicut & ego ad vos habeo. *Cum*
virtute domini nostri Iesu Christi, hoc est, potestate & authori
tate Christi, qui cooperabitur vobis. *Tradere huiusmodi Sa* B
tanæ, id est, vt tradatur talis fornicator diabolo, per senten-
tiam excommunicationis. Et hoc. *In interitum carnis*,
id est, ad hoc, vt dæmon eum corporaliter afligat. In pri-
mitiua nanque Ecclesia, ad fidei confirmationem, solebat
excommunicationem sequi corporalis vexatio dæmonis,
quousque peccator pœniteret: & si non pœnitebat, vexa- *Mat.* 10.
batur quousque animam exhalaret. Hanc potestatem præ-
sertim habebant Apostoli, vt sicut ab obsessis poterant dæ-
mones eicere, ita enormiter delinquentes poterant dæ-
moni tradere, corporaliter tribulandos. Sed quia hanc
corporis pœnam ordinauerunt ad animæ salutem, subdi-
tur, *Vt spiritus saluus sit*, id est, anima eius salua fiat. *In*
die aduentus domini nostri Iesu Christi, in die iudicij vniuersa- C
lis, seu particularis, vel in die mortis, quod redit in idem. Nã
qualis quis moritur, talis Deo in die iudicij præsentabitur. *Iaco.* 3.
Ex prædictis concludit Apostolus, *Non est bona gloriatio ve*
stra ô Corinthij, qua vel de baptistis & ministris gloriando
contenditis, mutuóque præfertis, & ex hoc fraternam corre
ctionem negligitis. Vel, gloriatio, qua vos iustos iactatis bo *August.*
na non est, eo q̃ tantum peccatum inter vos toleretis. Qui
enim non corrigit cum potest & debet, communicat delin-
quenti, & particeps est peccati. Post hæc ostendit, quàm *Act.* 15.
periculosum sit congregationi sustinere peruersum. *Nescitis*
quia modicum fermentum, id est, parua pars infectiua. *To-*
tam massam corrumpit? id est, vniuersam materiam inficit? sic
vnum peccatũ seu vnus pestilens & peruersus videlicet con-

D sensus huius peccati, & fornicator huiusmodi totã massam, id est, vestram congregationem contaminat, inficit & seducit, nisi auferatur tale fermentum. *Expurgate ergo vetus fermentum*, id est, consensum peccati illius, & authorem peccati huius amouete à vestra cómunione. *Vt sitis noua conspersio*, id est, gratia baptismatis & virtutũ operibus innouati. *Sicut estis azymi*, id est, à peccati fermento alieni effecti in fonte baptismi. Azyma dicitur, ab ἀ, quod est sine, & ζύμη quod est fermentum, quasi sine fermento. Conspersio autem & azyma idem sunt, vtpote farina per aquam glutinata sine fermento: sicque significant puritatem à corruptione peccati. Denique in fermento duo pensantur, videlicet sapor virtualis, quo efficit panem saporosum, & ita per fermentum E signatur doctrina euangelica ibi, cum dicitur, Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ tribus satis, donec fermentatum est totum. Secundò consideratur in fermento corruptio adipis, & ita significat culpam, quæ alios inficiendo corrumpit, & ita nunc sumitur. Sitis itaque noua conspersio. *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus*, id est, agnus paschalis pro nostra salute oblatus, est Christus qui loquitur, Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. De quo ait Ioannes: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Itémque alibi: Dignus est agnus qui occisus est &c. Ipse enim verus est agnus, qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostram sumpsius oblatione, seu morte destruxit. Ipse quoque est pascha nostrum, id est, transitus noster, præbendo nobis exemplum transeundi de hac peregrinatione ad patriã. Propter quod ait, Ego sum via veritas & vita. Pascha enim transitus dicitur. Huius agni figura fuit agnus ille paschalis seu legalis, de quo in Exodo legitur. Vnde quod ibi habetur: Os eius non confringetis, ab Euangelista allegatur de Christo. Similiter sicut per effusionem sanguinis agni illius liberabantur filij Israël ab angelo deuastante, seu plaga Ægypti: sic nos per effusionem sanguinis Christi liberamur à potestate diaboli & à ruina peccati. Insuper sicut carnes agni illius manducabantur cum azymis panibus: sic fideles viuere & Christi corpus comedere debent sine fermẽto peccati. Ideo subditur. *Itaque epulemur*, id est, in domino deliciemur ac nutriamur, Christi sacramentis reficiamur, & ei incorporemur.

Epist. 1. *Ioan.* 13. *Matt.* 13. *Luc.* 13. *Hiere.* 11. *Ioan.* 1. *Apo.* 6. *Exod.* 12. *Ioan.* 14. *Exo.* 12. *Ioan.* 19. 1. *Cor.* 5. *Apo.* 20. 1. *Pet.* 1. *Ioan.* 6.

Non

Non in fermento veteri, id est, non iniquitatibus nostris antiquis ac solitis. *Neque in fermẽto malitiæ*, id est, peccato ex deliberatione animi facto: iuxta illud Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso, *Et nequitiæ*, id est, non fraudulẽta, aliisque nociua conuersatione: prout Petrus monet, Deponẽtes omnem malitiã & dolum & simulationes & inuidias. *Sed in azymis*, id est, operib⁹, *Sinceritatis*, id est, internæ puritatis, vt habeamus cor mundũ. *Et veritatis*, id est, iustitiæ, etiam quantum ad proximos. Vel, in azymis veritatis, id est, actibus sanctæ contẽplationis, & illuminatę cognitionis. *Scripsi vobis in epistola*. Sciendũ quod apostolus ante missionẽ prẽsentis epistolæ, misit Corinthiis epistolã quãdam, quæ nõ habetur, in qua iussit vt nõ miscerentur fornicariis, quod Corinthij nõ bene intellexerunt, putãtes Apostolũ loqui de spirituali fornicatione, quæ est idololatria. Ideo nunc exponit verba illic scripta, & ait. Scripsi vobis in epistola illa quam non habemus. *Ne commisceamini fornicariis*, familiaritate, cõmunione, aut cohabitatione, & *Non vtique fornicariis huius mũdi*, id est, hoc scripsi, vt non misceamini fornicariis huius mũdi, id est, publicè criminosis, de quibus subiũgitur. *Aut auaris, aut rapacibus*, id est, violentis ablatoribus rei alienæ. *Aut idolis seruientibus*, id est, idololatris, qui tamen Christiani esse volunt. *Alioquin debueratis de hoc mũdo exisse*, id est, si aliter intellexissem quàm fic, oporteret vos mundũ omnino exire, si velletis mihi acquiescere. Nã si de Gentilibus loquutus fuissem, nõ posſetis verba mea implere, nisi mundũ exeundo, cũ vbiq; demorẽtur Gẽtiles. *Nũc autẽ scripsi vobis*, in ista epistola clarius. *Non cõmiscere*, prædictis criminosis Christianis. De infidelibus nanque nõ loquor, quibus etiã quomodo verbũ salutis annunciaretur, si vitarentur? Ideo additur. *Si is qui frater*, id est, si Christianus. *Nominatur inter vos fornicator*, id est, notorius fornicator fuerit & conuictus. *Aut auarus*, aliena tenẽdo. *Aut idolis seruiens, aut maledicus*, id est, detractor vel blasphemus. *Aut ebriosus, aut rapax*, vel simili crimine vitiatus. *Cum huiusmodi nec cibum sumere*, sed eũ in omnibus euitare, vt erubescẽdo pœniteat. Vnde alibi dicit apostolus: Subtrahat vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Nõ ergo prohibet cũ infidelibus atque Gẽtilibus sumere cibũ, prẽsertim cum alias asserat, Si quis vocat vos infidelium ad cœnã & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate.

A

Psal. 135

1. *Petri.* 2.

Psal. 50

Ioan. 1.

Finis.

B

C

2. *Thess.* 3

Ibidem.

D Deinceps ostendit apostolus, quòd de infidelibus nō habet dare præceptum. *Quid enim mihi de his quæ foris sunt*, id est, quid spectat ad me de infidelib⁹, qui extra ecclesiā sunt, nomine, numero, & re *iudicare*? id est, dare sententiam vt vindentur? Imò potius debet se fidelis illis piè applicare, vt conuertantur. *Nonne de his qui intus sunt*, id est, fidelibus qui intra ecclesiam sunt nomine vel merito. *Vos iudicatis*? & nō de his qui foris sunt? quasi dicat, Si vos non iudicatis de his qui foris sunt, ita nec ego. Non enim authoritatem habeo super eos: *Nam eos qui foris sunt*, id est, infideles. *Deus iudicabit*, iudicio damnationis, non discussionis seu disceptationis: sic enim iudicati iam sunt: iuxta illud, Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. *Auferte malum*, id est, prædictum fornicarium, qui habet vxorem patris sui. *Ex vobismetipsis*, id est, vestra societate. Qui enim tetigerit picem, inquinatur. Et in Deuteronomio dominus. Auferes, inquit, malum de medio tui, vt cæteri timorem habeant. Debemus etiam auferre cogitationes malas, & omne peccatum de cordibus nostris, prout per prophetam dominus iubet: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

Hebr. 10. Ioan. 3 Esa. 17. Eccle. 13. Deute. 21. Psal. 118 Esa. 1.

Cap. VI. *Audet aliquis vestrùm habens negotium,*

ARTICVLVS VI.

REuocatis Corinthijs ab errore circa matrimonium, iā reuocātur ab errore circa iudicium, in quo multis modis errauerunt, vt patebit. *Audet aliquis vestrùm*, fidelis, ausu temerario, non metuens in hoc Dei offensam. *Habens negotium*, id est, causam iudicialem. *Aduersus alterum*, fidelem, *Iudicari apud iniquos*, id est, pro habendo iudicio accedere iudices infideles, qui semper aduersantur fidelibus. *Et non apud sanctos*? id est, iudicib⁹ fidelib⁹ nō interpellatis? Quod erat multipliciter malum. Dabatur enim per hoc infidelibus occasio opprimendi pauperes Christianos, & aspernandi ecclesiam, quasi non habentem personas ad iudicandum actiuè idoneas. Dabatur quoque infirmis fidelibus occasio reputādi infideles, cum tamen dicat scriptura, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Et occasio redeundi ad idololatriam. Post hæc ostenditur, quòd fideles digniores sunt iudicare, quàm perfidi. *An nescitis, quoniā* (id est, quòd) *sancti* videlicet perfecti, vt apostoli & apostolici viri. *De hoc*

Deute. 17 Psal. 14

mundo

mũdo, id est, homines habitãtes in hoc mũdo inferiori, *Iudicabũt*? per assessionẽ & approbationẽ. Assidebũt enim Christo, eiúsque sententiam omnes electi approbabũt. Vnde ait saluator, Vos qui secuuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Et Sapiens, Iudicabunt iusti nationes, & dominabuntur populis. *Et si* (id est, quia) *in vobis*, id est, per sanctos, qui inter vos sunt, *Iudicabitur mundus*. Est autẽ mundus perditionis, id est, collectio hominum reproborũ. De quo mundo ait Christus apostolis, De mũdo non estis, sed ego elegi vos de mũdo. Et alibi Nõ pro mundo rogo. Est etiã mundus saluationis, de quo dicitur. Sic Deus dilexit mundũ. i. collectionẽ hominũ electorum, vt filium suũ vnigenitum daret. Sancti ergo iudicabũt mundum perditionis, iudicio reprobationis, sicut & Christus. Mundũ verò saluationis iudicabũt iudicio beatæ præmiationis. Si ergo iudicabitis mũdũ, hoc modo. *Indigni estis qui de minimis iudicetis*? id est, indigni non estis iudicare de paruis & secularibus causis, quod patet per locum à maiori. Etiam. *Nescitis*, id est, scire vos cõuenit. *Quoniã angelos iudicabimus*? Hoc cõmuniter de angelis apostatis intelligi solet, de quibus scriptũ est in Apoca. Draco pugnabat & angeli eius, quos sancti cum Christo damnabunt. Sed quoniam dictum est, quòd omnes electi iudicabũt per approbationẽ sententiæ iudicis, possumus dicere, quòd homines electi iudicabunt etiã angelos sanctos. Pro cuius pleniori intelligentia aduertendũ, quòd meritũ & demeritum præmij essentialis, seu pœnæ principalis, non cõuenit his qui sunt in termino, sed qui in via Angeli autẽ boni & mali à principio mundi in termino positi sunt, per inauertibilem conuersionẽ ad dominum, & incõuertibilem auersionem à Deo, sicut Damascenus declarat. Ergo à principio mundi iudicati sunt, quantũ ad remunerationẽ principalẽ, quæ est vel adoptio, vel carentia visionis diuinæ essentiæ. Veruntamẽ sicut angeli boni in præmio accidentali proficiunt per hoc, quòd homines eorũ ministerio saluãtur: sic angeli mali pœnam accidentalẽ sibi accumulãt, inducẽdo homines ad peccata. Propterea angeli boni & mali in die iudicij iudicabũtur, quãtũ ad præmiũ meriti accidentalis, illud plenè & vltimatè percipiẽdo. Et iudicabũt homines electi angelos sanctos iudicio approbationis. *Quantò magis secularia*? id est, multò amplius

Matth. 19
Luc. 22.
Sapien. 3
Ioan. 15
Ioan. 17
Ioan. 3.
Ioan. 8.
Luc. 10.
Apo. 2.
Damasc.

D digni ſumus iudicare cauſas terrenas, & res téporales. *Secularia ergo iudicia*, id eſt, negotia mũdana *Si habueritis contẽptibiles qui ſunt in eccleſia, illos cõſtituite ad iudicandum.* Propter diligentẽ conſiderationẽ ſequentiũ cogimur iſta dupliciter explanare. Primò ironicè, id eſt, cum ironia ſeu irriſione, non vtique paſſionata ſed charitatiua, iuſta, qua ad correctionẽ rectè ordinantur: vt ſit ſenſus, Contẽptibiles qui ſunt in eccleſia, id eſt, viros improbos & cæteris viliores, cõſtituite ad iudicãdũ, id eſt, tales facite. Propter quod fratres coacti ſunt interpellare iudices infideles. Simili ſenſu dicitur illud propheta, Immolate laudem de fermento, *Ad verecundiam veſtram dico*, id eſt, ad veſtram confuſionẽ enarro vos ita feciſſe. *Sic non eſt*, id eſt, ex veſtro facto ſe qui videtur, quòd non eſt. *Inter vos ſapiens quiſquam*, id eſt, circunſpectus quiſquam & expertus, *Qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum*, id eſt, inter proximũ & protimum fide germanũ. *Sed frater cũ fratre*, id eſt, vnus fidelium cõtra alium *In iudicio contendit, & hoc apud infideles*, ſcilicet iudices. Secũdò exponitur ſine ironia, hoc modo, Secularia iudicia ſi habueritis, cõtemptibiles qui ſunt in eccleſia, id eſt, minus deuotos, inter vos ac deformes, conſtituite ad iudicandũ, id eſt, hortor vt tales ordinetis iudices. Sæpe enim cõtingit, vt minus contẽplatiui & ſpirituales ſint magis actiui, & in temporalibus aptiores. Ad verecundiam veſtram dico, quòd non feciſtis hoc modo. Dicit autẽ beatus Gregorius, Terrenas cauſas examinent, qui rerum exteriorum ſapientiam perceperunt: qui verò ſpiritualibus donis ditati ſunt, terrenis non debẽt negociis implicari. Auguſtinus quoque Chriſtũ (aiẽ) teſtem inuoco quia mallẽ quotidie aliquid manibus operari, quàm tumultuoſiſſimas cauſarum prolixitates pati. *Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos*, id eſt, hoc ipſum veſtro peccato agitur, atque peccatum eſt, quod inter vos negocia iudicio determinãdo habetis, inter quos quies & pax eſſe deberent. Vnde cõcludit Auguſtinus, Peccatũ eſt, iudiciũ habere contra fratrẽ. Pro cuius ſano intellectu habendo addit periphraſtes: Perfectis licet repetere ſua ſimpliciter, ſed ſine cauſa, ſine lite, ſine iudicio: ſed non cõuenit eis inde mouere cauſam ante iudicẽ. Infirmis verò licet repetere ſua, cauſam mouẽdo coram iudice, & iudiciũ habẽdo cõtra fratrẽ: ſed nõ cõtẽtioſè vel fraudulẽter, nec apud iudices infideles.

Amos. 4

Greg.

Auguſt. 2. Tim. 2.

Auguſt.

Sed

Sed nec hoc videtur satis resolutũ. Ecclesia enim non errat habẽdo iudicia. Religiosis etiã licet sua repetere coram iudices fideles quoque qui in terris sunt infideliũ, cum fideles iudices habere nõ valent, ad infideles iudices recurrere possunt. Alij igitur dicunt quòd liceat, non autẽ expediat secularia habere iudicia. Et quòd religiosi ac perfecti possunt repetere sua, tanquam communia, non vt propria. Item, quòd fideles inter infideles habitantes, possunt corã iudice infideli causam suam mouere, si fideles iudices nõ possint habere. A

Quare non magis iniuriam accipitis? id est, cur non potius violentiam manifestam sufferetis, quam habeatis iudicia litigiosa? *Quare non magis fraudem*, id est, occultam bonorum vestrorum ablationem, seu quamlibet machinationem dolosam. *Patimini?* Simile est quod ait Saluator: Si quis voluerit iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Rursusque ait: Qui abstulerit tua, noli repetere. Hoc dominus consulit ad vitandũ inquietudinẽ mentis. *Sed vos iniuriam facitis*, aliis. *Et fraudatis*, id est, dolum eis inferitis. *Et hoc fratribus*, id est, fidelibus quibus hoc minus facere congruit, & in hoc pessimè facitis. Etenim. *An nescitis*, quod vtique scire vos arbitror. *Quia iniqui*, id est, iniusti. *Regnũ Dei non possidebunt?* id est, terram viuentiũ, seu vitã æternam non hæreditabunt? Iusti enim fulgebũt vt sol in regno patris corũ. Et in Apocalyp. dicitur dicitur de iniustis, Nõ intrabit in illam aliquid coinquinatũ. *Nolite errare*, recipiendo falsum pro verò, vel malum pro bono. *Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles*, in seipsos insanientes, prouocando, vel exercendo libidinem, *Neque masculorum concubitores, neque fures neque auari, neque ebriosi, neque maledici*, id est, detractores, *Neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis*, id est, his vitiis subiacuistis, ante vestram conuersionem ad fidem Christi, *Sed abluti estis*, à maculis peccatorum in baptismo, *Sed sanctificati estis*, splendorem gratiæ atque virtutum, pulchritudinémque recipiendo. *Sed iustificati estis*, bene operando, *In nomine*, id est, virtute & inuocatione, vel ad honorem nominis. *Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri*, id est, operatione spiritus sancti. Quoniam verò præinducta verba de nõ repetendo sua obscura sunt, exponit modo Apostolus quomodo intelligi debeant. *Omnia mihi licent*, id est, permittitur, B C

Hebr. 10.
Matth. 5.
Luc. 6.
Matt. 7.
Matth. 13
Sapien. 3.
Apo. 22.

D mihi omnia mea iustè repetere tanquam licitum: *Sed non omnia expediunt*, id est, non semper expedit omnia repetere in foro iudiciali. Primò propter conseruationem honoris: iuxta illud Prouerbiorum, Honor est homini, qui separat se
Prou. 20. à contentionibus. Secundò, quoniam est maioris boni impeditiuum. Tertiò, propter nimiam sollicitudinem atque angustiam animæ. Quarto, propter periculum iurgiorum: iux-
Eccle. 8 ta illud Ecclesiastici, Ne contendas cum homine locuplete, ne fortè constituat tibi litem. *Omnia mihi licent*, secundum sensum prætactum, cum nō sit lege naturali vel scripta prohibitum. *Sed ego sub nullius redigar potestate*, id est, libertatem animæ meę nolo amittere, subdendo me terrenarum rerum amori, ac iudicis potestati, quod facerem si iudicio litigaré, I. fratremque meum offendere mallem, quàm perdere rem
Gene. 1. temporalem. Quod autem mea repetere liceat, patet. Nam
2. Time. 6 *Esca* debetur. *Ventri* pro corporalis vitæ sustentatione. *Et venter*, indiget. *Esca*. Ideo licet temporalia bona repetere, vt habeamus victum & quibus tegamur. Non tamen debemus importunè & nimis anxiè pro istis contendere,
Matth. 6 quoniam temporaliter transeunt, & venter & esca: propter quod sequitur, *Deus autem & hunc*, ventrem. *Et hanc escam Destruet*, quia vtrūque naturaliter corruptibile est. Et quāuis venter maneat substantialiter post resurrectionem communem, non tamen secundum statum & pristinum actum. Ideo pro necessitatibus ventris minor esse debet sollicitudo. Præ-
Philip. 3 terea redit Apostolus ad id, vnde cœperat loqui, videlicet I ad reprobanda luxuriæ vitia. *Corpus autem*, vniuscuiusque fidelis. *Non fornicationi, sed domino* Deo subiiciatur & obsequatur, *Et dominus corpori*, principetur, & præmium tribuat. *Deus* verò pater seu trinitas. *Et dominum* Iesum *Suscitauit* tertia die à mortuis. *Et nos suscitabit* in die iudicij. *Per virtutem*
Luca. 1 *suam* omnipotentem, cui nō est impossibile omne verbum.

Ratio autem cur corpus non fornicationi sed domino
Ephe. 1. reddendum est, redditur. *Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi?* Ipse enim est caput nostrum, cui in baptismo incorporamur, & ipsa ecclesia est mysticum corpus Christi. Ideo quilibet verè Christianus est mysticū membrum eius. *Tollens ergo*, id est, assumens seu diuino cultui auferens. *Mēbra Christi*, id est, corpus meum, & alterius, quem ad voluptatem meo exemplo induco. *Facīā*, de eis. *Membra meretri-*

cu?

eis? concúbendo cum ea, ſicque vna caro fiendo cum carne A illius? Abſit, vt rem adeo impiam agam. *An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici*, carnali amore, & copula corporali, Mat. 19

Vnum corpus, cum ea *Efficitur*, per ſeminis communionem ſeu affectuum trá formationem? *Erunt enim*, inquit dominus in Geneſi. *Duo*, id eſt, vir & mulier. *In carne vna*, id eſt, pro eadem carne reputabũtur propter mutuam vnionem, quãuis numeraliter atque realiter differant. Hoc ad literam de legitimè coniunctis prædictum eſt. Apoſtolus tamen allegat hic de illicitis copulis fornicantium, quoniam ratio identitatis partim eadem eſt. Nam concubitus licitus & fornicatio conueniunt in eſſe naturæ, non autem in eſſe morali. *Qui autem adhæret domino*, adhæſione amoroſa & obedientiali. *Vnus ſpiritus eſt*, id eſt, diuino ſpiritui per charitatem vnitur, in Deum trãſformatur, eique indiſſolubiliter colligatur. Vnde B aiebat Saluator loquens ad patrem, Notum feci eis nomen Ioan. 17 tuum, vt dilectio tua in eis ſit, & ego in eis. Amor nanque eſt virtus vnitiua diuerſos cõiungens, quamuis eſſentialiter differant. *Fugite fornicationem*, id eſt, omnem illicitum concubitum. Quædam peccata in ſe quamdam pœnam & amaritudinem habent, vt ira, inuidia, & iſta melius ſuperantur luctã Tob. 4. do & reſiſtendo. Nam quantò diligentius & particularius conſiderantur, tantò plus diſplicent, ſicque facilius repellũ- Zachæ tur. Alia autem peccata quandam delectationem includũt, vt gula, luxuria, quæ melius vincuntur fugiendo quàm colluctando. Quo enim particularius, diligentiusque pẽſantur & reuoluũtur, eo appetitus magis prouocatur. Vitãda ergo C ſunt fomenta, occaſiones, & cauſæ luxuriæ. Ratio quoque fugiendi fornicationem ſubiungitur. *Omne enim peccatum*, 1 Petri. 1 præter fornicationẽ. *Quodcunque fecerit homo*, cogitando, loquendo, vel operãdo. *Extra corpus eſt*, id eſt, non ita nocet corpori, ipſum debilitando, contaminando, ac diuerſis periculis exponendo, vt fornicatio. *Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat*, ipſum (vt dictum eſt) lædendo, polluendo & deſtruẽdo, præſertim ſi multum exerceat actum huiuſmodi. *An neſcitis quoniam membra veſtra*, non ſolum corpora propter aliqua mẽbra, ſed omnia membra veſtra, id eſt, corpus totũ. *Templum ſunt ſpiritus ſancti*, id eſt, conſecratum inhabi- 1. Cor. 6 tationi ſpiritus ſancti in baptiſmo, vbi expulſo diabolo, abrenunciaſtis pompis eius, & deo dicati eſtis? *Qui in vobis eſt*,

D per gratiam, primò atque directè in anima, secundariò autē in corpore. *Quem* spiritum sanctū. *Habetis à Deo* patre, qui misit & dedit nobis spiritum sanctum. Imò & à filio, sed
Ioan.20 & spiritus sanctus dat seipsum. Propter quod ait Christus: Cùm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre. *Et*
Ioan.14 *nō estis vestri* id est, proprij iuris ac potestatis? Sed totū quod
Ioan.16 habetis & estis, tenemini dare vt ad eius honorem & gloriā omnia ordinētur. Nam & de omnibus rationem reddemus, tāquam de bonis mutuatis. Deo quippe debemus nosipsos,
Roma.4. nō solùm ratione creationis ac gubernationis, sed etiam ra
2.*Cor.5.* tione saluationis. Ideo sequitur. *Empti enim estis*, id est, à pote
Mat.12. state & iure diaboli liberati, quivenūdati fuistis in iniquitati
I. b*vestris. *Pretio magno*, videlicet morte & sanguine Christi,
Roma.14 de quo scriptum est in Apoca. Redemisti nos deo in sangui
Esa.62. ne tuo. Hinc itaque dicit Anselmus, Certe domine quia me
Roma.6 fecisti, debeo me totum: quia redemisti me, debeo me totū:
Apoca.5. imō tantò debeo amori tuo plus quàm meipsum, quantò tu
Anselm. maior es me, pro quo dedisti teipsum, & cui promittis teipsum. *Glorificate ergo*, id est, bonis operibus honorate. & glorioſum ostēdite. *Et portate Deum in corpore vestro* id est, eius
2 Petr.2 voluntati corpora vestra subiicite, quæcunque aduersa æquanimiter tolerando. Itaque Deum in corpore proprio porta
Matth.11 re, est iugū domini super se ferre, sicut monet Saluator, Tol
Mat.16 lite iugum meum super vos. Et alibi: Tollat crucem suam
Hiere.2. quotidie. Ideo denique inobedienti populo dominus loquitur per Hieremiam. A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea & dixisti, Non seruiam.
I

Cap. VII. *De quibus autem scripsistis mihi.*

ARTICVLVS VII.

DE *quibus autem scripsistis mihi.* Agit apostolus hoc loco de matrimonio. Pseudo enim apostoli vt puriores cæteris viderentur, magisque eis crederetur, prædicauerunt nuptias esse vitandas. Quo audito, scripserunt Corinthij Apostolo, quid tenendum esset de hoc. Quibus respondet.

De quibus autem scripsistis mihi, videlicet de nuptiis obseruandis vel fugiendis. Respondeo. *Bonum*, simpliciter, id est, perfectum, *Est homini*, nondum coniugato.

Mulierem non tangere, id est, penitus continere, & in ca-

stis

simonia domino ministrare. In carne enim sine carne viue- A
re, non humana sed angelica vita est. De talibus ait Salua- *Hieronym.*
tor: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlo *Mat. 19*
rũ: de quibus ait dominus per Esaiam, Dabo eis nomẽ me- *Esa. 56.*
lius à filiis & filiabus. *Propter fornicationem autẽ*, vitãdã. *Vnus*
quisque, vir vxoratus, *Vxorẽ suam*, id est, vnã ac propriã, nõ
plures nec concubinam. *Habeat*, id est, retineat, non reiiciẽs
eam, quasi nuptiæ deo displiceant. *Et vnaquæq.*, mulier ma-
ritata. *Suum virum*, propriũ *Habeat*, id est, retineat. Vel si in
telligatur de nondum coniũctis, sensus est, vt qui aliter con
tinere non possunt, nubant. Multæ autem sunt causæ insti-
tutionis matrimonij, scilicet multiplicatio hominum, inimi
corum reconciliatio, integratio pacis, euitatio fornicationis,
institutio & educatio prolis. *Vxori vir debitum reddat, simili-*
ter autem vxor viro, exponendo se mutuæ voluntati, quãtum B
ad commixtionem carnalem. Cuius ratio subditur: *Mulier*
potestatem, plenam & liberam *Sui corporis non habet sed vir*,
quia nõ potest viro debitum denegare, potestque vir illud
exigere. *Similiter autem & vir sui corporis potestatem non ha-*
bet sed mulier. In lege enim debiti huius pares sunt, quãuis in
alius mulieres subditæ esse debeant suis maritis. *Nolite frau-*
dare, id est, corporis vsum subtrahere. *Inuicem nisi fortè ex con*
sensu, communi, & hoc *Ad tempus*, certum. Tempus enim
amplexãdi, & tempus longè fieri ab amplexibus. *Vt vacetis*,
id est, deuotè insistatis. *Orationi*, quæ est ascensus mentis in *Eccle. 3.*
Deum. Propter quod indiget spirituali eleuatione, quæ per
actum carnalem maximè impeditur, etiam post actum ta-
lem sensus manent ad tempus minus idonei ad spiritualia C
opera. *Et iterum*, tempore orationis completo, *Reuertamini*
in idipsum, id est, ad pristinam debiti huius persolutionem.

Ne tentet vos Satanas, id est, diuturnior elongatio à con-
cubitu hat vobis occasio tentationis à dæmone, & inci-
datis adulterij crimen, *Propter incontinentiam vestram*, id
est, eo quòd proni sitis ad vitia carnis. *Hoc autem*, videli-
cet vt reuertamini in idipsum propter incontinentiam ve-
stram, ne in grauiora mala cadatis, *Dico secundum indulgen-*
tiam, id est, secundum permissionem seu concessionem. Ma
trimonium enim ordinatur etiam in remedium culpæ. Hæc
videtur intẽtio Augustini hoc loco. *Non secundum imperium*,
id est, non imperando hec dico: nõ enim necessarium est ad *Augustin.*

D salutem ita reuerti. Imò melius esset ex consensu abstinere. Incontinentiæ autem malum est, vt vir vxorem cognoscat vltra necessitatem procreandi liberos, reddendique debitum, nisi faciat hoc, ne coniunx in adulterium ruat seu peccet: quia hoc fit ad satisfaciendum concupiscentiæ, quod est veniale quando concupiscentia sistit intra limites matrimoniales, videlicet quòd aliam nollet cognoscere. Si verò limites istos excedat, erit peccatum mortale: quando videlicet tanto impetu fertur, quòd etiam, quamuis non esset sua cognosceret eam. Denique tria sunt bona matrimonij quibus excusatur, videlicet fides, quam mutuò coniuges seruát: proles religiosè educanda: & sacramentum, ne coniugium separetur. Cùm igitur actus matrimonialis sit causa prolis generándæ, diuinoque cultui mancipándæ, est actus religionis

I nec aliquam habet culpam, sed est meritorius, si fiat ex charitate: similiter si fiat causa reddẽdi debitum, tunc enim est actus iustitiæ. *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum*, id est, quantum in me est, mallem omnes simpliciter continere omnes inquam determinatè, non singulos. Vel, omnes, si conuenienter fieri posset: sicut & ego contineo, qui etiam virgo sum. *Sed vnusquisque*, electorum fidelium. *Proprium donum*, id est, gratiam sibi singulariter datam. *Habet ex deo.* Vnde de quolibet sancto cantatur, Non est inuentus similis illi. *Aliud quidem sic aliud verò sic*, id est, vnus habet gratiam secundum hunc perfectionis gradum, alius secundum alium gradum. Ideirco nõ possunt omnes ad æqualem perfectionem induci, sed vni consulendum est, vt in castitate permaneat, alij vt fidem cõiugalem obseruet, quorum vtrúque dei est donum. Hinc etiam cum Christus de virginitate differeret, dixit, Non omnes capiunt verbum hoc. Et, Qui potest capere, capiat. *Dico autem non nuptis*, id est, virginibus & nondum ligatis. *Et viduis bonum est illis*, id est, vtile & magis meritorium. *Si sic permaneãt sicut & ego*, id est, omnino contineant. *Quod si se non continent* id est, concupiscentiam non refrenant. *Nubant*, matrimonium contrahendo. *Melius est enim nubere quàm vri*, id est, igne libidinis æstuare, angi & vinci. Et est comparatio impropria: velut si dicatur, Melior est angelus quam diabolus. Nubere enim in se bonum est & sine culpa. Vri verò simpliciter malum. Deinde agit de inseparabilitate matrimonij. *His autẽ qui matrimonio iuncti*

Luc. 4 4

Matth. 16

Ibidem.

iuncti sunt, id est, legitimè coniugatis, quando vterque fide- A
lis est. *Non ego præcipio*, quasi author præcepti. *Sed domi-* *Mat. 15.*
nus per seipsum. *Vxorem à viro non discedere*, habitatione & *Mat. 5.*
thoro, causa fornicationis excepta; quæ non exprimitur tã-
quam notissima, quam solam Christus excepit. Quicunque
(inquiens) vxorem dimiserit & aliam duxerit, excepta cau-
sa fornicationis, mœchatur. Cæteras quippe vniuersas mo-
lestias iubet Christus pro fide coniugij & castitate fortiter
sustineri, secundum August. Ait enim Saluator. Quos deus *August.*
coniunxit, homo non separet. *Quòd si discesserit* mulier à *Mat. 19.*
viro causa fornicationis, ab ea inexcusabiliter commissæ,
præcipit dominus *Manere innuptam*. id est, alteri non pos-
se matrimonialiter copulari: iuxta illud, Qui dimissam du- *Mar. 10.*
xerit, mœchatur. *Aut viro suo reconciliari*, quod fieri potest. B
Nam sicut vir potest in adulterio deprehensam apud se sub *Mat. 15.*
spe correctionis tenere: sic potest repulsam ad thorum ami-
citiámque recipere. Quamuis autem matrimonium soluatur
per fornicationem quantum ad thorum, non tamen quan-
tum ad vinculum. Matrimonium enim sic definitur. Matri-
monium est personarum legitimarũ coniunctio, indiuisam
vitæ consuetudinem retinens. Porrò personæ plenè legiti-
mæ sunt, quas non impedit votum continentiæ, ordo, co-
gnatio, dispar cultus, conditio vel frigiditas. Personæ verò *Luc. 18.*
omnino illegitimæ sunt, quas impedit votum, ordo, cogna-
tio, dispar cultus. Personæ verò nec plenè legitimæ, nec ple-
nè illegitimæ sunt per conditionem & frigiditatem. Si ergo
personæ sunt plenè legitimæ, separari non possunt post co-
pulam carnalem, nisi de communi consensu, causa fornica- C
tionis excepta. Nam & lepra quamuis diuidat coniugatos
quantum ad cohabitationem, non tamen simpliciter quan-
tum ad thorum. *Et vir vxorem non dimittat*, nisi ob forni-
cationem. Nec semper ob fornicationem potest eam dimit-
tere, vt si ipsemet eam prostituit, vel cum alia fornicatus fue-
rit, vel debitum reddere noluit, vel eam post adulterium ma
nifestè deprehensam tenuerit, vel si mulier violenter oppres
sa ab alio, sub specie propri viri decepta, aut proprium virũ
probabiliter mortuum existimans, alteri est cõiuncta. Sup-
plendum est hic de viro quod de muliere prædictum est, sci
licet, si discesserit, non ducat aliam vel reconcilietur vxori.
Deinceps agitur de matrimonio eorum quorum est dispar

D cultus, vbi videlicet vnus est infidelis. *Nam cæteris*, quorum non est vterque fidelis. *Ego dico*, non imperando, sed cõsulendo. *Non dominus*, dicit hoc propriè seu immediatè, aut imperatiuè. *Si quis frater*, id est, Christianus. *Vxorem habet infidelem*, ita quòd eo ad fidem conuerso illa in infidelitate permansit. In exordio nanque Ecclesiæ multoties alter coniugum conuertebatur ad fidem, alio non credente. *Et hæc* vxor fidelis. *Consentit habitare cum illo*, sine iniuria seu blasphemia fidei. *Non dimittat illam*, hoc consulo. *Et si qua mulier* ad fidem conuersa. *Habet virum infidelé*, *& hic consentit habitare cum illa* pacificè. *Non dimittat virum*. Huius consilij ratio subditur. Intelligenda tamen sunt hæc (vt aliqui tenent) de his qui in infidelitate contraxerunt, nõ de his qui in dispari cultu contrahunt: quia tunc non est ma-
E
1. Esdr. 10. trimonium, sed separandi sunt, quemadmodum & Esdras fecit. *Sanctificatus est enim*, id est, ad fidem conuersus. *Vir infidelis per mulierem fidelem*, id est, ex admonitione & instructione, seu optima conuersatione vxoris fidelis. *Et sanctificata est mulier infidelis*, scilicet conuersa. *Per virum fidelem*. Hoc in primitiua Ecclesia sæpius accidit, vt vnus coniugum conuerteret alium. Vnde ob hanc vtilitatem consulit Apostolus vt cohabitent, eo quòd cohabitatio sit salutis occasio. Hinc etiam princeps Apostolorum in sua canonica. Mulieres (inquit) subditæ sint viris suis, vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem, sine verbo lucrifiant, considerantes in timore sanctam conuersationem earum.
1. Pet. 3.
F *Alioquin*, id est, nisi secundum consilium meum feceritis, pariter habitando. *Filij vestri* & etiam filiæ quę nomine filiorum dantur intelligi. *Immundi essent*, id est, in infidelitate manerent. Si enim fidelis recedit, puer sequitur eum parentem qui manet in domo & maiorem populi partem, & ita in primitiua Ecclesia dum pauci erant fideles infidelibus dominis subditi, puer sequebatur ritum parẽtis infidelis manentis in domo. Imò si sequutus fuisset fidelem parentem abeuntem, parens infidelis facilè recuperasset eum auxilio infidelium principum. *Nunc autem sancti sunt*, id est, filij vestri conuertuntur ad Christum, vobis simul manentibus. Poterat enim alter coniugum instruere filium. Præterea aduertendum, q̃ quia causa cohabitationis coniugum disparis cultus, erat spes conuersionis errantis, idcirco in primiti-

ua

ua Ecclesia quando passim conuertebantur Iudæi atque Gen- A
tiles, licuit Christianis manere cũ vxore seu viro infideli siue Gentili, siue Iudæa vel Iudæo. Procedente autem tempore obdurat.s Iudæis, non licuit fidelibus cohabitare coniugi infideli Iudæo. Nunc verò Gẽtilibus quoque obstinatis: nõ licet alicui infideli coniugi cohabitare. Et in hoc sensu loquuntur sacri canones, cohabitationem coniugum disparis cultus prohibentes. Apostolus verò loquitur pro tempore primitiuæ Ecclesiæ. *Quòd si infidelis* vir aut vxor, *Discedat* à fideli in ex odio fidei. *Discedat*, nil enim mali contingit Christiano, sed liberatus est, potéstque cum alio contrahere. *Non enim est subiectus frater aut soror in eiusmodi*, id est, vir aut mulier fidelis non obligatur sequi infidelem discedentem, vel cum repetere, aut à matrimonio fidelis abstine- D
re. *In pace autem vocauit nos deus*, id est, ad hoc nos in domo sua, quæ est ecclesia, posuit, vt pacificè cõuiuamus. Ideo nõ oportet cum infideli discedẽti litigare. Deinceps persuadet apostolus, vel quòd non oporteat discedentem sequi; vel q̃ expediat habitare cum infideli pacificè se habenti. *Vnde enim scis ô mulier* fidelis. *Si virum* infidelem *Saluum faciesi* conuertendo eum ad fidem, *Aut vnde scis ô vir* fidelis. *Si mulierem* infidelem, *Saluam faciesi* perducendo eã ad Chri- *Ibidem.*
stum. *Nisi vnicuique sicut deus diuisit?* id est, hoc certò sciri non potest, nisi per gratiam specialis reuelationis, quam Deus vnicuique cui vult diuidit, dans vni gratiam ampliorem, alteri verò minorem. Vel sic, nisi vnicuique sicut Deus diuisit, id est, nisi cognoscas hoc ex futuro euentu, expe- C
ctando gratiam, quam Deus singulis tradit, vbi, & quando, & quantum, & quomodo sibi placuerit. Ex præinductis autem infert Apostolus commune documentum. *Et vnumquemque sicut dominus vocauit, ita ambulet*, id est, quilibet fidelium in ea vocatione & statu perseueret, & Christo deseruiat, in quo à Deo ad fidem vocatus est, scilicet vt qui in cõiugio existens conuertitur, maneat in coniugio: qui autem non ligatus conuertitur seu vocatur, non contrahat. Hoc est consilium, non præceptum, estque intelligendum, quantum ad ea quæ non repugnant fidei, bonisque moribus. Sũt autem conditiones, & consuetudines prauæ, in quibus non est ambulandum. Nec idem est dicere, ambulare in statu, in quo, & à quo vocatus est homo. Nam in statu à quo

Rom. 12.

Ephes. 4.

1. Thes. 4.

1. Pet. 1.

D quisquam vocatur, non est, standum nec ambulándum, sed in statu in quo. Sicut enim coniunx, ita & latro vocatur, sed cõiunx, vocatur à cõiugio, latro à latrocinio, quod fidei Christi repugnat, & ob id relinquendum est, non autem coniugium. Per hæc quoq; non auferetur licentia tendendi ad status perfectiores. Hæc ergo doceo vos, *Et sicut in omnibus ecclesiis doceo*, id est, sicut & aliis omnibus prædico, vt sit distributio in genere. Hæc insuper per exempla declarat. *Circumcisus*, id est, in ritu Iudaico seu statu Iudaismi. *Aliquis vocatus est*, id est, ad fidem Christi cõuersus est. *Non adducat præputium*, ist est, non compellatur ritum gentilem assumere seu gentiliter se habere, quantum ad ea quæ non sunt de necessitate salútis. In primitiua enim ecclesia Iudæi & Gentiles cõuersi, in aliquibus obseruantiis differebant magis quàm posses. *In præputio*, id est, in statu & ritu Gẽtiũ. *Aliquis vocatus est, non circũcidatur*, imò nec ad cæteros ritus Iudaicos se trãsferre cogatur. Vnde & alibi dicitur, Si circũcidamini, Christus nihil vobis proderit. Seruat ergo apostolus, quod congruere videt ecclesiis, tam Gentilium quàm Iudæorum, nec aufert consuetudinem, cuius obseruatio non obest saluti, vt asserit August. Horũ autem rationẽ subiungit, *Circumcisio*, id est, ritus Iudaicus. *Nihil est*, sub ratione finis, quia nil proficit ad obtinendã salutem. Legalia enim quantũ ad cæremonialia cessauerant. Est tamen aliquid sub ratione formæ. Similiter modo, *Et præputiũ* id est status seu ritus Gentilis. *Nihil est*, id est, non obest nec prodest saluti. Quod intelligendum est quantũ ad ea quæ indifferẽtia sunt, non quantũ ad opera idololatriæ. *Sed obseruatio mandatorum dei*, aliquid est, quoniã promeretur vitã æternã: iuxta illud. Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Item & illud, Qui seruat verbũ Christi, verè in hoc charitas dei perfecta est. Cui consonat illud Sapientis, Custoditio legum, consummatio incorruptionis. Hinc concludit apostolus, *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* Cuius intellectus patet in prædictis. Intellectus tamẽ verbi huius diligenter pensandus est, quoniã multi malè intelligunt & per cõsequens nec intelligunt (quia falsum nescitur) & impertinenter allegant hoc verbũ, quasi non deberet homo æmulari charismata meliora. Verba sancti apostoli sicut in stylo simplicia sunt, ita in sensu profunda consistunt, quia ex corde doctissimo profluxerunt.

Philip. 3.
Gala 2.
Gala 5.
August.
Matt. 22.
Matt. 19.
1. Ioan. 2
Sap. 6.
Ephes. 4.
Philip. 3.
1. Cor. 12.

His

His autē quę nunc de circuncisione & præputio dicta sunt, A
consonat quod ad Galatas scribitur. In Christo Iesu nec cir- *Gala. 6.*
cuncisio aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura.
Post introductionem exempli de ritu viuendi ponitur exē-
plum de statu seu officio conditionis. *Seruus*, id est, in ser-
uitute hominum existēs. *Vocatus es* ad fidem vel opera bona, *1. Tim. 6.*
Non sit tibi cura, id est, non doleas de seruitutis conditione,
nec cupias eam effugere. *Sed & si potes liber fieri*, id est, à ser
uitute hac liberari. *Magis vtere*, seruitute, id est, potius elige *Mat. 17.*
in seruitute manere, quoniā est tibi occasio humilitatis, vel
ad veram atque in domino existentem libertatem pertinen
tis. Liberat nempe à seruitute peccati, & libertate peccandi.
Vnde ait sanctus Ambrosius. Quātò quis propter Deū de- *Ambros.*
spectior est in hoc seculo, tantò sublimius exaltabitur in fu- *Iaco. 4.*
turo. Gregorius quoq; ait, Tantò est homo precioſior Deo, B
quantò propter eum vilior est mundo. Et Boëtius, Cū om- *Gregorius*
nis (inquit) fortuna timenda sit, magis tamen prospera quā *1. Pet. 1.*
aduersa. Deinde ponitur ratio huius exempli. *Qui enim in* *Rom. 1.*
domino, id est, in fide, seu opere dei. *Vocatus est*, existēs *Seruus*,
id est, in conditione seruili, loquendo de seruitute humana,
& corporali *Libertus est domini*, id est, de seruitute peccati li-
beratus est à domino, estq; seruus domini, & per consequēs
verè & spiritualiter liber. Quoniā Deo seruire, regnare est.
Sicut & beatissima Agatha dixit, Sūma ingenuitas est serui-
tus Christi. Facit enim liberū ab obligatione peccati, & ser-
uitute diaboli. Ideo quoque Saluator testatur. Si filius vos
liberauerit, verè liberi eritis. *Similiter qui vocatus est liber*, id *Ioan. 8.*
est, à prædicta seruitute humana immunis. *Seruus est Chri-* C
sti, dum ei obedit. Vnde nec seruitus nec libertas repugnant
obsequio Christi. Seruitus tamen maioris boni occasio est.
Non ergo despiciatur à libero. Hinc quoq; in vitis patrum *Apo. 14.*
narratur de quodam sancto patre qui nequaquam acquie-
uit à seruitute dominorum suorū liberari. *Pretio*, id est, pre-
tioso sanguine Christi. *Empti, estis* ab obligatione mortis
ęternę. Idcirco tā liber quā seruus, serui sunt Christi. Emit e-
tiam nos Saluator de manu dei patris, qui paratus erat pro- *Roma. 8.*
iicere nos in infernum, vt essemus cohæredes consortēsque
sui. *Nolite* ergo *Fieri serui hominum*, id est, hominibus nolite
vos finaliter aut principaliter subdere, sed vicem reddite sal
uatori, & ei estote subiecti. Scriptum est enim, Dominum *Deu. 6.*

D Deum tuum timebis, & illi soli seruies. Quod licet de seruitute latriæ accipi possit, tamen de omni seruitute bona intelligi valet, eo quòd quicquid seruitutis impenditur homini, propter Deum, in Deo, & secundum Deum impendendum sit illi. Ex his infert Apostolus, quod tamen prædictũ est, quatenus repetitio sit confirmationis indicium. *Vnusquisque in quo vocatus est frater*, id est, quilibet frater fidelis, in quo statu ad Deum conuersus est. *In hoc maneat apud deũ*, id est, in tali statu studeat Deo dignè seruire. Expleto matrimonij documento, de virginitate ait apostolus. *De virginibus autem*, id est, de virginitatis atque perpetuæ continentiæ obseruatione. *Præceptum domini non habeo*, quoniam nec in veteri, neque in noua lege præcipitur. Imò in veteri E lege maledicitur sterilis. In noua verò lege habetur. Qui potest capere, capiat. *Consilium autem do*, de virginitate seruanda, quasi de perfectione maiori, quod vtique consilium Christus in Euangelio tradit, Si quis, inquiens, venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & vxorem, non potest meus esse discipulus, hoc est, imitator perfectus. Potest tamen esse seruus. Itaque consilium do. *Tanquam misericordiam consecutus*, hoc est, gratiã apostolatus adeptus. *A domino*, vt sim *fidelis* in officio mihi commisso. *Existimo ergo*, hoc est, cum sim apostolus, cuius consilio est credendum, puto & consulendo affirmo. *Hoc*, videlicet in virginitate & iugi continẽtia permanere. *Bonũ esse propter necessitatem*, hoc est, ad vitandam occupationem coniugatis necessariam, quibus necesse est sollicitari circa temporalem prouisionem domus, F & prolis, atque familiæ. Infirmis & imperfectis infirmam & imperfectam rationem proponit. Poterat enim digniorem causam indicare, videlicet quòd status matrimonialis ratione sollicitudinis sibi adiunctæ, plurimùm retrahat à puritate atque feruore, ac stabilitate contemplationis & dilectionis diuinæ. Et sicut Augustinus fatetur virginitas supergreditur conditionem naturæ humanæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen est victoria virginum quàm angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, virgines verò in carne triumphant. Ideo subditur. *Quoniam bonum est homini sic esse*, hoc est, in virginitate manere. Est enim bonum atque honestum, propter vitæ veritatem. Delectabile, propter animi libertatem. Vtile propter copiosam mercedem.

Virginibus


Mat. 4. *1. Thes. 4.* *Mat. 24.* *Epist.* *Deu. 7.* *Mat. 15.* *Luc. 14.* *Rom. 1.* *Luc. 2.* *Hebr. 5.* *August.* *Luc. 19.*

Virginibus quippe debetur aureola, & fructus cæteſimus, vt A
patet ibi, ſequuntur & agnum quocunque ierit. *Alligatus es* *Matth. 19*
vxori, non tolùm vinculo matrimoniali, ſed etiam copula *Apoc. 14*
carnali. *Noli quærere ſolutionem*, hoc eſt, ſeparationem à coniuge. Hoc dicit Apoſtolus conſulendo infirmis, ne incidant culpam maiorem. Experti enim delectationem veneream, faciliter reuertuntur ad eam. Nihilominus licet & expedit quærere ſolutionem cauſa intrandi religionem, ſi inſit animo firmum continendi propoſitum, nec aliunde occurrat rationabile impedimentū, videlicet, negligentia prolis, vel periculum coniugis, aut ſimile aliquid. *Solutus es ab vxore*, id eſt, ſi vxorem non habes. *Noli quærere vxorem*, ſi videris te poſſe continere. *Si autem accepiſti vxorem*, bono fine atque legitimè. *Non peccaſti*, cum non ſit illicitum. B
Imò & bene feciſti. *Et ſi nupſerit virgo*, votum virginitatis *1. Tim. 4*
non habens. *Non peccauit. Tribulationem tamen carnis*, hoc eſt, corporalem afflictionem in prouiſione temporalium rerum, & in variis curis ſeculi huius. *Habebunt huiuſmodi*, id eſt, vir & mulier. *Ego autem vobis parco*, hoc eſt, fortiores rationes continendi vobis non profero, cum ſitis incapaces & infirmi. Deinceps oſtendit Apoſtolus coniugatis formam viuendi, & ad virginalem perfectionem, quantum fieri poteſt, appropinquandi. *Hoc itaque dico fratres, Tempus*, peregrinationis noſtræ ſeu vitæ præſentis. *Breue eſt*, prout ſcriptura teſtatur, Dies noſtri ſicut vmbra ſuper terram, & C
nulla eſt mora. Et Iacobus, Quæ eſt vita veſtra? Vapor eſt *1. Par. 29*
ad modicum parens, deinceps exterminabitur. *Reliquum* *Iacob. 4*
eſt, id eſt, hoc reſtat. *Vt & qui habent vxores, ſint tanquam* *Titum. 2.*
non habentes, id eſt, non nimis carnaliter afficiantur ad eas, nec actibus carnis totaliter immergantur: ſed quantum fieri poteſt, ſtudeant ſpiritualibus occupari, intentionémque finalem ad Deum referre. *Et qui flent*, id eſt, triſtantur, ſint.
Tanquam non flentes, id eſt, conſideratione breuitatis vi- *2. Theſſ. 2*
tæ præſentis & ſpe conſolationis æternæ reſpirent, & om- *Malac. 5.*
nem inordinatam ac ſecularem triſtitiam procul abiiciát. *Et*
qui gaudent, quocunque modo, ſint *Tanquam non gaudentes*, *Ioan. 16.*
id eſt, in gaudio huius vitæ non quieſcant, nec illud perfectum reputent, ſed potius horam mortis, diem iudicij, pœnas inferni, propria mala, totiúſque mundi peccata péſantes ingemiſcant, & omnem inanem exultationem contemnant.

D Vnde per Sapientem dicitur, In die malorum ne immemor
Eccle. 11 sis bonorum, & in die bonorum, ne immemor sis malorum. *Et qui emunt* sint, *Tanquam non possidentes*, id est, temporalia habeant non quasi semper mansura, sed citò auferenda sal-
Psal. 141. tè in morte: nec inordinatè afficiatur ad ea, pensantes quod ait scriptura. Homo cum dormierit, non sumet omnia. Et,
Psal. 61 Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. *Et qui vtuntur hoc mundo*, hoc est, diuitijs & cæteris rebus creatis, sint *Tanquam*
1. Tim 5. *non vtantur*, id est, non finaliter inhæreant rebus creatis, nec
1. Pet. 5. per eas retardétur à Deo, sed pro nihilo reputét cuncta terrena, vt ad Dei fruitionem perringant. *Præterit enim*, id est, indesinenter cadit, senescit & variatur. *Figura huius mũdi*, id est, dispositio, pulchritudo, & status terrenarum ac tempora
E lium rerum, quæ sunt in transmutatione continua. Propter
1. Ioan. 2. quod ait Ioannes, Et mundus transit, & concupiscentia eius.
Eccle. 1. Et in Ecclesiaste habetur. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Quidam exponunt de innouatione mundi circa iudicium, quando qualitas & modus exiſtentiæ rerum mundanarum peribit, non ipsa substantia. *Volo autem vos sine sollicitudine*, id est, superflua cura circa sensibilia. *Esse.* Hæc enim sollicitudo mala impediens libertatem mentis in Deo. De qua dicitur in Pro
Prouer. 11 uerbis, Expectatio sollicitorum peribit. Et Philippensibus
Philip. 4 dicitur, Nihil solliciti sitis. Est quoque sollicitudo bona, quę est vigilantia mentis circa diuina. De qua legitur apud Mi-
F chæam. Indicabo tibi homo quid sit bonum, vtique sollici-
Mich. 6 tum ambulare cum Deo tuo. Et ad Ephesios Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: De hac sollicitudine
Ephe. 4 subditur, *Qui sine vxore est, sollicitus est quæ sunt domini*, id est, circa spiritualia cura eius versatur. *Quomodo*, scilicet, *Placeat Deo*, id est, quatenus corde mundo, & animo diligẽti domino obsequatur, eiq; placeat. *Qui autẽ cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi*, id est, circa tẽporalia sollicitatur, *Quomodo placeat vxori & diuisus est*, id est, animo vagus, & affectu partitus, partim quærens placere Deo, partim vxori: & partim temporalia, partim spiritualia, quærens. Hæc idcirco dicit apostolus, quoniam vxoratus minorem aptitudinẽ habet seruiendi Deo quàm solutus, sæpe tamen contingit, vt coniugati deuotiores sint, quàm soluti vel etiam religiosi.

Simili sensu de mulieribus subditur. *Et mulier innupta*, id est, vidua.

vidua. *Et virgo, cogitat quæ Dei sunt*, id est, diuina præcepta A
reuoluit, in lege domini meditatur, & diuina recogitat. *Vt* *Tob. 3.*
sit sancta, hoc est, impolluta, munda, & virtutibus perornata, *Psal. 1*
Corpore & spiritu, id est, anima, quatenꝰ nec corporalia nec
spiritualia habeat vitia, sed vtrunque diuinis obsequiis man
cipet. *Quæ autem nupta est cogitat ea quæ sunt mundi, quomodo*
placeat viro, vnde & ipsa diuisa est, sicut maritus quoniã nul-
lus eorum toto corde intentus est illi vni quod solùm neces
sarium est. Si tamen nihil diuinæ dilectioni præponant, vi- *Finis.*
uunt in statu salutis, nec sunt simpliciter à Deo diuisi, vt illi *Lucæ. 10.*
qui mortali vitio diuiduntur à Deo. De quibus ait per O-
seam, Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. *Porrò hoc,* *Oseæ. 10.*
puta non nubere. *Ad vtilitatem vestram dico*, id est, ad ma-
iorem profectum vestrum consulo. *Non vt laqueum*, id est, B
fornicationis occasionem. *Vobis iniiciam*, id est, proponam, Si
enim Apostolus iuberet non nubere, daret imperfectis ad vi
tia carnis procliuibus occasionem fornicandi, *Sed* dico &
consulo hoc. *Ad id*, id, propter id, *Quod honestum est*, scili-
cet ad continentiam obseruandam, *Et quod facultatem præ-*
bet, id est, hominem aptet. *Sine impedimento*, id est, sine di-
stractione & molesta sollicitudine. *Domino obsecrandi*, id est,
Deum per sacra inuocãdi. Casta enim vita efficit hominem
aptum ad obsecrandum dominum mente pura & stabili.



Insuper agit Apostolus de custodibus virginum, quia in
primitiua ecclesia erant patres carnales & etiam spirituales
vt episcopi, quorum custodiæ virgines committebantur. *Si*
quis autem, custos virginum. *Turpem se videri existimat*, id C
est, hoc putat, quòd ipse aliis turpis videtur, seu male gratio
sus, & inhonestè se habens. Vel turpem se videri existimat,
id est, intra se turpem suspicionem habet. *Super virgine sua*,
id est, de virgine suæ custodiæ deputata. *Quod sit superadul-*
ta, idcirco, quòd virgo iam attigit annos pubertatis, seu nu-
biles, appareantque in ea probabilia signa quòd nubere cu-
piat. *Et ita oporteat fieri*, vtpote vt virgo contrahat, eo quòd
cõtinere nõ velit. *Quod vult*, virgo *Faciat*, custos eius, tradẽs
eam marito, *Non peccat custos*, Si nubat virgo. *Nam qui statuit*
in corde suo firmus, id est, custos virginis, qui stabili proposito
mentis ordinauit virginem suam in virginitate seruare, *Non*
habens necessitatem, tradendi eam viro, eo quòd velit cõtine
re, *Potestatem autem habens suæ volũtatis*. i. de secura custodia

D virginis, ita quòd potest voluntatem suam implere, per hoc quod virgo sibi consentit. *Et hoc iudicauit in corde suo*, id est, ex iudicio rationis dictauit. *Seruare virginem suam*, quam custodit in virginitate. *Bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit*, id est, marito legitimo tradit. *Virginem suam, bene facit*, facit enim rem licitam. *Et qui non iungit*, virginem viro, vinculo matrimoniali. *Melius facit*, Magis enim meritorium est, virginé in virginitate seruare, quam maritari cæteris paribus: quia ad maius bonum cooperatur virgini, qui seruat eam in virginitate, quàm qui copulat eam viro. *Mulier alligata est*, viro, vinculo coniugali, quia nec potest discedere, nec alteri nubere. *Quanto tempore vir eius viuit*, id est, toto tempore corporalis vitæ sui mariti. *Quod si dormierit*, somno mortis, id est, obierit. *Vir eius, liberata est*, à vinculo coniugali. Vnde infertur, q̃ si vir eius resuscitaretur, non teneretur eum recipere. *Cui vult nubat*, hoc est, virũ sibi placentem recipiat, si continere non velit. *Tantum in domino*, id est, secundum voluntatem Dei hoc fiat, videlicet secundum ordinationem ecclesiæ. Per hoc apostolus innuit, quòd debẽt nuptiæ esse spontaneæ. Coactæ enim seu inuitæ, malum exitũ cõsueuerunt sortiri. Propterea in Genesi de Rebecca inducitur, Vocemus puellam, & quæramus eius voluntatem.

Genes. 24.

Postremo, Apostolus dat consilium continentiæ vidualis. *Beatior autem erit*, vidua in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. *Si sic*, id est, in statu viduitatis. *Permanserit secundum meum consilium*, id est, secundum intentionem finalem mei consilij, vtpote propter hoc vt domino liberius vacet. Si autem vidua permanendo in deliciis vixerit, viuens mortua est, & melius esset ei nubere, atque statum coniugalem bene seruare, quàm taliter viduam esse. Ne autem quis putet consilium Apostoli esse humanum & parum curandũ, adiecit. *Puto autem*, Sobriè loquitur, minúsque dicit, & maius significat: vt sit sensus, *Puto*, id est, certò scio. *Quòd & ego spiritum Dei*, id est, spiritum sanctum. *Habeam*, habendo dona ipsius, prout gradus apostolatus requirit, ideo consilium meum (Deo inspirante) cõceptum est, & tutè creditur mihi. Romanis enim dixit suprà, Nos ipsi primitias habentes.

Matth. 19.

1. Tim. 5.

Rom. 8

Cap.

Cap. VIII. *De his autem quæ idolis sacrificantur.* A

ARTICVLVS VIII.

POstquam Corinthios instruxit Apostolus de virginitate, matrimonio & viduitate, nũc plenius instruit eos de idolothytis, id est, immolatitiis idolorum, seu rebus quæ idolis immolantur. Et ait, *De his autem quæ idolis sacrificantur*, id est, de materiis quas Gentiles offerunt idolis suis, an liceat talibus vesci, vel non *Scimus*, ego & vos, quid sit tenendum. *Quoniam omnes* nos *Scientiam habemus*, tantum de creatore & creaturis, vt non dubitemus de isto negocio. Hoc dicit Apostolus de se, & perfectioribus inter Corinthios. Denique quidam Corinthiorum in sua scientia gloriantes mã- 1. *Tim.* 4
ducabant idolothyta indistinctè coram omnibus, etiam in idolio. Scientes enim omnia creata munda esse, ex creatione in suo genere, nec aliquem cibum reiiciendum qui cũ gra B
tiarum actione sumitur: nec carnes idolis immolatas aliquã *Actor.* 2
consecrationem habere ex tali oblatione, vt opinabantur Gentiles, nec aliquam immundiciam contrahere, ita vt arb i trabantur Iudæi: sed omnia munda esse mundis, comedebãt idolothyta indifferenter: & ex hoc scandalizabantur infirmi, putãtes eos talia edere sub idolorum veneratione. Hos ergo apostolus increpat, innuens scientiam eorum fuisse nõ discretam, nec perfecta charitate formatã, sed vanam: Ideo subdit. *Scientia inflat*, id est, si non sit charitati coniuncta, occasio est superbiendi. Omnia enim quæ ad excellentiam pertinent, vt scientia, eloquentia, pulchritudo, &c. si nõ charitate regantur, inducunt superbiam. Homines autem artes do ti, scientiæ nobilitatem scientes, faciliter intumescunt & C
indignantur, si aliquid fiat cõtra voluntatem ipsorum. Vn- *Eccle.* 1.
de in Ecclesiaste dicitur, In multa scientia, multa est indi *Esa.* 47
gnatio. Et in Esaia, Sapientia tua & scientia tua decepit te. *Ioan.* 3.
Si autem scientia perficiatur charitate, plurimùm prodest. Sicut ergo caro non prodest quicquam, ita scientia inflat. Hoc tamen est per accidens, non per se. *Charitas verò ædificat*, id est, aliis exempla virtutum præbet: faciet enim hominem charitatiuè se habere ad proximum promouendo 1. *Cor.* 10.
bonum illius, & condescendendo defectibus eius, nec quæ- 2. *Cor.* 10.
rit quæ sua sunt, sed quæ aliorum. *Si quis autem se existimat scire aliquid*, quasi ex seipso, & gloriatur in se non in domino. *Nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum scire,*

D id est, imperfectam scientiam habet, nec scit quid sibi desit.
1. Timo. 1 Nō enim humiliter sentit de semetipso, nec gratus est Deo, nec exemplarem se exhibet proximo. Ideo in Prouerbiis Sa-
Prou. 26. lomon dicit. Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis
Esa. 5 illo spem stultus habebit. Et dicit Esaias, Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Modus ergo sciendi discendus est, scilicet, vt scientia in humilitate fundetur, charitate perficiatur, bonis operibus comprobetur ac manifestetur, secūdū quod
Jac. 3 Iacobus dicit, Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansue-
2. Timo. 1 tudine sapientiæ. *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est*
Exod. 33. *ab eo*, cognitione approbationis. De qua Deus ait ad Mo-
Matt. 25. sen, Teipsum noui ex nomine. Vnde reprobis loquitur, Nescio vos. Loquendo autem de scientia visionis, Deus bonos & malos cognoscit. *De esis autem quæ idolis immolantur scimus*, id est, scientiam veram habemus, sic quòd liceat eis vti dummodo fieri valeat sine scandalo aliorum: non enim cō secrationem vel abominationem consequūtur ex hoc quòd idolis immolantur. Cuius rationem assignat Apostolus, *Quia idolum nihil est in mundo*, id est, idolum nihil est, quantum ad id quod esse putatur, quia nec aliquam diuinitatem sortitur, nec repræsentat aliquid quod veram deitatem par-
Esa 41. ticipet. Tamen materia idoli aliquid est, scilicet aurum, argē
Hier. 10. tum, æramentū, &c. Forma quoque artificialis inducta materiæ aliquid est, scilicet qualitas. Porrò vt refert Valerius Maximus, quidam Gentilium coluerunt idola tanquam animata & diuinitatem quandam habentia. Nam vt recitat
August. Augustinus, Hermes dicebat, Sicut cœlestium deorum fi-
F ctor est summus Deus, sic deorum qui in templis coluntur, fictor est homo. Statuas, inquit, animatas dico, sensu & spiri-
Hiere. 2 tu plenas, futurorum præscias, hominibus imbecillitatem & sospitatem inducentes. Cùm ergo secundum veritatem ido la non sint animata, patet quòd idolum nihil sit, quantum ad id quod isti senserunt de idolo. Alij verò coluerunt idola tanquam deorum imagines, sed quoniā non sunt dij qui per idola repræsentabantur, videlicet Iupiter, Mercurius, Mars, Saturnus, Hercules &c. omnes dij Gētium dæmonia,
Psal. 95 constat quòd idolum nihil sit, secundum id quod isti de ido lo putauerunt. Quòd autem iste sit sensus Apostoli, sequentia verba testantur. *Et quòd nullus Deus nisi vnus*, videlicet tri-

nitas

nitas benedicta, quæ est vnus verus simplicissimus deus, qui A
in Deuteronomio dicit, Videte, quòd ego sim solus & non *Deut.32.*
sit alius Deus præter me. De quo ait Psalmista, Quoniam *Psal.17*
quis Deus præter dominum, aut quis Deus præter Deũ nostrum? Quod verò non sit nisi vnus Deus, declarat Apostolus. *Nam & si sunt*, id est, quãuis sint aliqui. *Qui dicantur dij*, participatione diuinitatis, videlicet, propter excellẽtiã gratiæ, & imitationem perfectionis diuinæ. *Siue in cœlo*, sicut sunt angeli, & cõprehensores vniuersi. Vnde dicitur in Psal- *Psal. 49.*
mo, Deus deorum dominus locutus est. Et, Non est similis *Psal. 85.*
tui in diis domine. *Siue in terra*, vt homines virtuosi, præser- *Exod. 7.*
tim viri heroici. Nam & Mosi locutus est dominus, Ecce cõ *Psal. 46.*
stitui te deũ Pharaonis. *Si quidẽ sunt dij multi, & domini mul-*
ti, participatione diuinitatis atq; dominij dei altissimi, non naturã, sicut Apostoli. De quibus ait scriptura, Principes po B
pulorum congregati sunt cum deo Abraham, quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Illud quoque, Ego dixi dij estis, Christus in Euangelio exponens, disseruit, illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, quales fuerũt Pro- *Psalm.81.*
phetæ. *Nobis tamen*, veri Dei cultoribus, est. *Vnus Deus*, verus *Ioan.10.*
scilicet. *Pater æternus*, *Ex quo omnia*, profluxerunt. *Et nos in illo*, sumus per charitatẽ & gratiam sicut in vltimo fine, ac primo principio, *Et est nobis Vnus dominus Iesus Christus*, *per quẽ omnia*. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum *Ioan.1.*
est nihil. Christus autem secundum diuinam naturã est dominus omnium per authoritatem tanquam creator: Secundum humanitatem quoque est dominus omnium per domi C
nij participationem. Vnde & ipse ait: Data est mihi omnis *Mat.25.*
potestas in cœlo & in terra. *Et nos per ipsum*, hoc est, p Christum formati sumus, in esse naturali, inquantum creator & Deus est. Per ipsum quoque reformati sumus, & in esse gratiæ constituti, inquantum est Saluator per humanitatem assumptam. Per hoc autem quod ait, Nobis vnus Deus pater, & vnus dominus Iesus, non datur intelligi, quòd pater non sit dominus, vel quòd filius non sit Deus, sed nec spiritus sanctus excluditur, quamuis non exprimatur. Christum autem nominat dominum, quia secundum vtranque naturam cõuenit ei dominium, & ei specialiter, subiecta sunt o- *psal.8.*
mnia. Imò ipse sua humiliatione ac passione meruit omniũ *Heb.2.*
dominus & iudex constitui secundum naturam assumptam,

D *Sed non omnibus est scientia*, ista salutaris ac theologica, per
Ioan.5. quã de patre & filio exteris q̃ prædictis rectè sentitur. *Quí-*
Esa.11. *dam autem cum conscientia vsque nunc idoli*, id est, quidam om-
Hucre.3 nino imperfecti vsque nunc, id est, post conuersionem suam ad fidem, sicut & ante cum conscientia idoli, id est, cum æstimatione qua putant idolum esse diuinum ac honorandũ. *Quasi idolothitum manducant*, id est, materiam idolis immolatam, non solum vt escam quandam, sed tanquam escam ex immolatione huiusmodi cõsecratam, videlicet, in reuerentiam idoli. *Et conscientia ipsorum*, sic manducantium. *Cum sit infirma*, quia facilè scandalizatur. *Polluitur*, accidenter per illos, qui habent scientiam veram de deo & idolothytis, sed inflantem, non charitate formatam. Infirmi nanque videntes illos in idolio manducare idolothyta, æstimabãt eos hoc
E agere in reuerentiam idolorum, & ita fecerunt similiter. *Esca autem*, sumpta vel non sumpta, seu ipsa corporalis comestio. *Non commendat*, id est, gratos & placentes non efficit
Rom.14 *Deo*, inquantum esca seu comestio. Non enim regnum Dei est esca & potus, sed fides vera de edendo aut vitando idolothyta, charitasque fraterna. *Neque enim si non manducauerimus*, escam idolis immolatam *Deficimus*, id est, à gratia excidimus, aut spiritualium bonorum detrimentum patiemur. *Neque si manducauerimus*, escam talem, *Abundabimus*,
Rom.14. gratia spirituali. Cum ergo ô Corinthij doctores, vestra comestio infirmos scandalizet, & vobis nõ prosit; certum est quòd non secundum charitatem ambulatis, nec habetis ordinatam scientiam. *Videte autem*, vos cæteris doctiores. *Ne*
I *forte hæc licentia vestra*, qua licet vobis in certo casu idolothyta manducare, & item in casu vitare. *Offendiculum fiat*, id
Leui.10 est, scãdalum generet, *Infirmis*, si viderint vos vti incautè vestra licentia. *Si enim quis*, id est, aliquis infirmorum in fide & gratia. *Viderit eum qui habet scientiam*, id est, eũ qui scit quãdo vel quomodo liceat idolothytis vesci. *In idolio recumbentem*, id est, coram idolo idolothyta manducantem. *Nónne conscientia illius cùm sit infirma*, id est, prona ad malum. *Ædificabitur*, id est, tuo exemplo inducetur, & animabitur. *Ad manducandum idolothyta*, id est, idolorum sacrificia, non eo animo quo tu, qui scis sacrificia talia, nec consecrata esse, neque immunda, nec in honore idolorum sumẽda, sed ipse incipit edere sacrificia illa in reuerentia idoli, putans illic esse

aliquid

aliquid numinis, quoniam cernit fratrem suum peritum ibi A
comedere, nec horrere. *Et*, ita *Peribit*, hoc est, damnationem incurret. *Infirmus in tua scientia*, id est, occasione tuæ scientiæ scilicet exemplo comestionis tuæ, quam tu ex scientia tua facis, ô *Frater*, perite, qui scis quo animo vescendum sit idolothyto. *Propter quem*, infirmũ saluandum, *Christus mortuus est*, qui venit quærere, & saluum facere quod perierat. *Sic autem peccantes in fratres*, eos scandalizantes, & eorum saluti non prouidentes. *Et percutientes*, hoc est, lædentes & corrumpentes spiritualiter. *Conscientiã eorũ infirmam*, ense excẽpli pestiferi. *In Christum peccatis*, quoniam membra eius ei auferetis regnum Christi minuitis, precium sanguinis eius prauipenditis, eiusque præceptis repugnatis. Ipse siquidem locutus est, Videte, ne cõtemnatis vnum ex his pusillis. Et rursum, Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, expedit ei, vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius, &c. Quicunque ergo peccat B
in proximum, peccat in Christũ, præsertim cũ dicat. Quod vni ex meis feciſtis, mihi feciſtis. Et iterũ, Qui tetigerit, vos, tãget pupillam oculi mei. *Quapropter*, videlicet, quia in proximum peccans, peccat in Christum. *Si esca*, id est, sumptio cibi prædicti, vel cuiuscunque alterius, quo licitè vesci, & nõ vesci possum. *Scandalizat fratrem, meum*, id est, fidelem. *Non manducabo carnem*, cuius esus fratrem scandalizat, *In æternum*, id est, toto tempore vitæ meæ, non quòd esca aut sumptio eius in se mala existat, sed *Ne fratrem meum scandalizem*, in re quam sine peccato omittere possum. Vnde & alio loco dixit, Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus C
est. Quid autem pro vitando alterius scandalo omittẽdum sit, & quid non, dictum est antè.

Roma. 4.
Luc. 19.
1. Tim. 3.
Mat. 18
Marc. 6.
Ibidem
Mat. 25.
Zach. 2
Roma. 14.

Cap. IX. *Non sum liber?*

ARTICVLVS. IX.

FRequẽter docet Apostolus abstinendum à licitis, ne scãdalizentur pusilli. In fine enim precedentis capituli dixit se potius nunquam carnibus vesci, quã fratrem scãdalizare. Ad hãc ergo perfectionem alios suo exemplo volens inducere, ait. *Non sum liber?* interrogat, & interrogando affirmat, vt ostendat quã irrationabile sit sentire oppositum. Ait ergo, Nõ sum liber? id est, imò liber sum seu potestatẽ liberã

1. Cor. 8

D habens accipiendi stipendia vitæ, seu sumptus ab his quibus euangelizo, quemadmodum alij Apostoli faciunt, sicut ego liber sum accipere, nec tamen accipio, ne aliquem scandalizem, ita & vos abstinete à licitis, ne quépiam scandalizetis. Et quoniam pseudoapostoli persuaserunt Corinthiis Paulum nón esse apostolum, & ob id doctrinam eius esse spernendam, eò quod cum Christo in carne conuersatus nõ fuit. Ideo subdit apostolus. *Non sum Apostolus?* id est, imò

Gala. 1 verè apostolus sum, sicut probat apostolatus mei causa. Nã *Nónne dominum uostrum Iesum Christum vidi?* oculo intellectuali, tempore raptus mei vsque ad tertium cœlum, quando vidi sanctam trinitatem per speciem, & Christum in dextera patris. Vel in via, qua iui Damascũ. Et dicit Lira hoc scriptum non esse, quia dicitur in Actis, quòd audiuit vocem

2. Cor. 2. E

Actu. 9 ibi dicentem. Diligentius tamen pensando hoc. vtique scriptum est. Legitur enim ibi, quòd Barnabas apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit eis quomodo in via vidisset dominum. Nisi fortè dicatur, quod per viam intelligatur ibi etiam Damascus, vbi erat in raptu. Deinde ostendit ibidé ex sui apostolatus effectu. *Nónne opus meum*, id est, spirituales filij mei, per gratiam apostolatus mei ad fidé conuersi, *Vos estis, in domino?* id est, adiutorio Dei, vel ad gloriam eius. *Et si alijs*, quibus non prædicaui, vel Iudæis ad quos missus non sum, sic, *Non sum apostolus?* quia officium apostolatus eis nõ ministraui. *Sed tamen vobis sum*, apostolus. *Nam signaculum*, id est, euidens signũ, *Apostolatus mei*, id est, apostolicæ potestatis & gratiæ *Vos estis in domino*, quia ex vestra

Philip. 1 F conuersione, innotescit me esse efficacem apostolum. Nec enim minus habetis per me quã alij per Apost. alios. Idcirco. *Mea defensio*, id est, ratio qua defendor, & cõprobor esse Apostolo. *Apud eos qui me interrogant*, hoc est, ex dubitatione inquirunt, an sim apostolus. *Hæc est*, quam assignaui, videlicet, quod vos estis signaculum apostolatus mei.

Deinceps demonstrat se liberũ esse ad sumendum stipendia vitæ ab his, quibus euangelizauit. *Nunquid non habemus potestatem*, liberam. *Manducandi & bibendi*, id est, victum sumendi ab aliis? *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi*, id est, matronam deuotam vnam, vel plures ducendi nobiscum circunquaque, vt nobis necessaria vitæ ministret? *Sicut & cæteri apostoli*, faciunt. *Et fratres dom-*

Mat. 10

nisi id est, filij sororum matris eius, videlicet Ioannes, Iaco- A
bus, Iudas. *Et Cephas* Petrus archiapostolus, qui à Christo *Ioan.1.*
dictus est Cephas: Cephas autem interpretatur caput. Non *Luc.8.*
solùm autem Apostoli, sed & Christus circũduxit fœminas
religiosas, quæ sibi de suis facultatibus ministrabant. Seque-
bantur enim Christum atque Apostolos desiderio audien-
di verbũ regni cœlestis. *Aut solus ego & Barnabas*, qui- *Gala.2.*
bus alij apostoli dederunt dexteras societatis. *Nõ habemus*
potestatem hoc operandi? quod faciũt alij apostoli? Omnia ista
interrogat, & interrogando affirmat, quod sic. Quod pro- *Luc.3.*
bat per similitudines quasdam humanas, iustas atque lega-
les. *Quis militat*, id est, rem publicam pugnando defendit.
Suis stipendiis, id est, propriis sumptibus *Vnquam*, quasi dicat
nemo. Dantur enim militibus statuta stipẽdia à populo ter- B
ræ, quam defendunt. Vnde aiebat Ioãnes Baptista militibus, *Esa.5.*
Contenti estote stipendiis vestris. *Quis plantat vineam, &* *Ezec.34.*
de fructu eius non edit? Semper enim terè plantantes vineã,
comedunt vuam, bibũntque vinum. *Quis pascit gregem o-*
uium. Et de lacte eius non manducat? Hoc enim non solet ac-
cidere. *Nunquid secundum hominem hæc dico*, id est, nunquid
per humanam consuetudinem tantũ hæc probo? *An & lex*
Moſi hæc non dicit? vtique. *Scriptum est enim in lege Moſi, Non* *Deu.25.*
alligabis, hoc est, nõ claudes *Os boui trituranti*, id est, pabulũ
vitæ nõ subtrahes ei. Et ne putemus hoc principaliter dictũ
de bruto, subiecit Apostolus. *Nunquid de bobus cura est deo?*
Tanquam dicat, nequaquam. Sed repugnare videtur illud *Psal.146.*
in Psalmo. Qui dat iumentis escam ipsorum. Et Iob. Quis *Iob.38.*
præparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad Deum C
vagientes, eo quòd non habeant cibos? Sapiens quoque ait, *Sap.1.*
Non est alius deus quàm tu, cui cura est de omnibus. Et re-
spondendum, quòd diuina prouidentia ad omnia etiam mi
nima se extendit, singulariter tamen respicit intellectuales
creaturas, secundum quod sunt fœlicitatis capaces, & talem
singularem prouidentiam insinuat modò Apostolus nomi-
ne curæ, quod deus quasi sollicitus est de hominum proui-
sione. Sicut testatur Psalmista. Dominus sollicitus est mei. *Psal.39.*
Et alibi scriptum est, Omnem sollicitudinem vestram pro- *1.Pet.5.*
icientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. *An non* *Mat.6.*
propter nos, id est, ad nostram instructionem moralem.

Hæc dicit? scriptura præfata, quasi dicat, immò. Vnde sub-

D iungitur. *Nam propter nos vtique scripta sunt*, hæc atque simi-
Rom. 15. lia. Iuxta illud: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctri-
nam scripta sunt. *Quoniam debet in spe, qui arat arare*, id est,
prædicator, prælatus, seu doctor, qui est spiritualis arator, vo
Esa. 55. mere verbi cœlestis aperiens, purgans, & fœcundans corda
audientium, arare, id est, in agro dominico seu vinea domi-
ni, quæ est ecclesia, laborare, & corda audientium à vitiis
expurgare debet in expectatione stipendij temporalis, vt
1. Pet. 5. detur sibi victus necessarius. Non tamen finaliter operari
debet propter temporale stipendium, sed propter regnum
cœlorum. Vel potius propter deum, id est, solo dei intuitu
Iaco. 5. ad eius honorem, ex syncero amore ad ipsum. *Et qui tritu-
rat*, id est, minister verbi dei, qui more triturantis ex cordi-
I. bus hominum vitia tanquam paleas excutit, virtutes autem
in corde relinquit, condit ac firmat, sicut grana conduntur
in horreo. Debet hæc facere. *In spe fructus percipiendi*, id est,
in expectatione sustentaculi suæ vitæ, eo modo, vt de aran-
te expositum est. Hoc tamen est permissio non præceptum,
alioquin Paulus peccasset qui ita non fecit. Denique com-
paratio ista Apostoli partim sumpta videtur ex his, quæ in
Esa. 28. Isaia. de arante, ac triturante mystice describitur. Erat ce-
nim Apostolus in lege & prophetis eruditissimus, non so-
lùm ex illuminatione diuina, sed etiam ex instructione hu-
mana, quia ad pedes Gamalielis didicit legem. Adhuc autẽ
Act. 11. probat Apostolus per rationes, quod liceat prædicatoribus
Christi recipere victum ab auditoribus. *Si*, pro quia. *Nos
Rom. 15.* vobis spiritualia seminauimus*, id est, sacras doctrinas & bona
f. gratiæ cõmunicauimus, quas à spiritu sancto adepti sumus.
Magnum est si carnalia vestra metamus? id est, non est ma-
gnipendendum, si à vobis temporalia commoda (scilicet su-
stentacula vitæ) recipimus, cùm non sit comparatio spiri-
tualium temporaliũ, q; bonorũ in dignitate. Vnde & qui-
dam philosophi non dignabantur à suis discipulis aliquid
temporale exigere, ne viderentur scientiam sensibilibus re-
1. *Thess. 2.* bus comparare. Deinde ponitur alia ratio. *Si alij*, id est a-
2. *Tim. 2.* lieni à Christo, videlicet pseudoapostoli. *Potestatis vestræ*, id
est, rerum quæ in potestate vestra consistunt. *Participes sunt*,
vtẽ do eis sicut & vos. *Quare non potius nos* participare pote-
rimus bona vestra, qui vobis viam salutis ostendimus? *Sed
non vsi sumus hac potestate* id est, non recepimus stipendia vi-

tæ à

tæ à vobis, sicut iustè potuimus. Quod tamen nó contingit A
ex hoc, quod nó indiguimus. *Sed omnia sustinemus*, i. quęcun-
que manuũ laboré, & victꝰ inopiã æquanimiter patimur. *Ne*
quod offendiculũ, id est, ne aliquod impedimentum, vel repre-
hensionis notã. *Domus euangelio Christi*, i. euangelicæ prædi- 1. Pet. 5.
cationi. Si enim recepissent Apost. aliquid à Corinthiis, fortè
æstimassent nónulli, qꝫ propria lucra quęreret, vel minus li-
benter audissent eũ, vel exẽplo eius alij accepissent plura à
Corinthiis, & eos grauassent, licẽq; retardata & minus accep-
ta fuisset euangelicæ prædicationis doctrina. Rursus ce-
dit Apost. ad ostendendũ, qꝫ liceat sibi de eorum sumptibus
viuere quibus prędicauit, & ponit similitudines & exempla.
Nescitis quoniã qui in sacrario, id est, in tẽplo Iudæorũ. *Operã* Neem. 10.
tur vt interiores ministri, siue artifices Quæ de sacrario sunt, B
edunt id est, bonis seu oblationibus tẽpli sustentãtur, videli-
cet de denariis qui in gazophylaciũ reponuntur. Nescitis e-
tiã, quoniam *Et qui altari deseruiunt*, id est, domino in altari,
vt sacerdotes. *Cum altari participant* id est, de oblatis in alta-
ri partẽ sortiuntur, de qua sustentantur, vt patet in Leuit. *Ita* Leuit 6.
& dominus, id est, Christus *Ordinauit his, qui euangeliũ annun-*
ciant, de euangelio viuere, id est, necessaria vitæ ab his, quibus
prædicãt, sumere. Cùm enim dixisset saluator discipulis, Ec-
ce ego mitto vos, adiecit, In eadẽ domo manete, edentes &
bibẽtes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mer-
cede sua *Ego autẽ nullo horũ*, id est, nec authoritate, nec po-
testate, neq; exẽplo prædicto. *Vsus sum*, quia nihil recepi à
vobis. *Non autẽ scripsi hæc*, id est, non tot modis probaui,
quòd liceat viuere de stipendio aliorũ. *Vt ita fiant in me*, i. vt C
mihi dentur sumptus ab aliis, sicut prædictæ rationes ostẽ- Mat. 10.
dunt licere. *Bonũ enim mihi est magis*, id est, potius expedit Luc. 10.
Mori corporaliter, *Quàm vt gloriam meam*, id est, præmium Coloss 3.
mihi paratum de hoc, quod euangelizo nihil recipiendo tẽ-
poralis stipendij, ne quod offendiculum ponã Euangelio,
Quis euacuet, id est, auferat à me, impediẽdo me ab opere su-
pererogationis tã syncero & charitatiuo. Melius enim esset
mori in corpore, quàm detrimentũ æternæ fœlicitatis incur
rere. Melius etiam esset mori, quàm vnum veniale peccatũ
committere. *Nam si euangelizauero* propter sumptus acqui-
rendos finaliter. *Non est mihi gloria*, id est, merces apud deũ
in patria. *Necessitas enim mihi incumbit*, id est, indigentia Matt. 16.

D vitæ præsentis & corporalis me cogit euangelizare, vt habeam vnde sustenter. *Væ enim mihi est*, hoc est, periculũ mortis, seu magna penuria, atque afflictio vitæ mihi instat in tali casu inopiæ. *Si non euangelizauero*, quoniã alunde victũ non habeo. *Si enim volens hoc ago*, hoc est, si ex charitate & liberè euangelizo. *Mercedem habeo*, id est, vitam æternã coram deo promereor. *Si autem inuitus*, id est, si propter necessitatem indigentiæ, & commodum temporale, euangelium
1. Pet. 5. prædico. *Dispensatio* seruilis, non filialis. *Mihi credita est*, id est, permissa est mihi, videlicet vt aliis verbum salutis annunciem, & ego fructum spiritualem non habeam, sicut seruus expendit bona domini sui, sine proprio profectu & commodo Id quippe propter quod aliquid finaliter agitur magis di
F. ligitur, quia pro finali bono assumitur. Plus nanque amatur
1. Pet. 1. finis quam medium, sicut in arte medicinæ magis diligitur sanitas quàm potio, sectio, dieta, & alia quæ ordinantur ad sanitatem. Si ergo prædicator verbi cœlestis prædicet principaliter seu finaliter propter aliquid temporale, iam magis diligit illud, quàm vel Deum, vel proximorum salutem, vel ipsum Euangelium. Idcirco apud Deum mercedem non ha
Luc. 10. bet, sed dispensatio seruilis credita est ei. Si verò euangelizet propter Deum finaliter, nec proximorum saluti præponat quodcunque temporale stipendiũ siue lucrum, sed illud recipiat tanquam instrumentũ euangelizandi, videlicet pro corporis sustẽtatione, vt possit prædicationi insistere (quod non potest sine corporis sui necessaria sustentatione) meretur vitam æternam, nec duos fines cõstituit, sed vnum que-
F rit propter aliud scilicet stipendium vitæ, vt actui virtuoso
Mat. 9. *insistat*, & totũ refert ad dei honorẽ. Veruntamẽ ad supererogationem spectat, vt etiam temporale omne stipendium omittatur ea ratione qua Apostolus illud omisit. Vnde & aliqui prædictũ locum ita exponunt. Nam si euangelizauero propter sumptũ, quamuis non finaliter, non est mihi gloria supererogationis: necessitas enim præcepti mihi incumbit vt euangelizem, sicut & cæteris apostolis. Væ enim mihi est, si non euangelizauero, quoniam essem transgressor præcepti. Hanc expositionem non satis intelligo, constat enim q̃ alij apostoli propter diuinum præceptum prædicauerunt & sumptum ab aliis receperunt, non tamen supererogationis præmium perdiderunt. Nisi fortè dicatur, quòd non tã-

tum

tum meruerunt illi, quantū Paulus: Sed ne hoc videtur suf- A
ficere ad hoc, vt verba sequentia cōtinuentur prædictis. Pre- *Mat. 19.*
terea dicit Apostolus. *Quæ est ergo merces mea?* id est, cum
prædicta ita se habeant, in quo consistit præmium meum, &
quomodo promerebor mercedē apud deum, videlicet vitā
æternam? Et respondet, *Vt euangelium prædicans sine sumptu*,
id est, non intuitu temporalis stipendij. *Ponam euangelium*,
id est, euangelicam veritatem aliis prædicem, sed ad dei ho-
norem. *Vt non abutar*, id est, non inordinato fine vtar. *Po-*
testate mea, qua licet mihi stipendium vitæ recipere. Potestate in-
quā mihi concessa. *In euangelio*, id est, in prædicatione euan-
gelicæ legis. Hac autē potestate abuterer, si aliquid importu
nè exigerem, vel indiscretè recipere. Quòd verò potestate
mea abusus non sim, patet per hoc. *Nā cum liber essem ex om-* B
nibus, id est, nulli obligatus propter merita eius, quia à nullo
quicquā recepi, propter quod eis prædicarē. *Omnium me ser-*
uum feci, id est, per spontaneam humilitatē subieci me deo &
proximis, vt omniū vtilitatibus deseruirē, prędicādo, orādo,
cōpatiendo, parcēdo, & succurrēdo. *Vt plures lucrifacerē*, id *Mat. 25.*
est, ad verā salutē cooperando perducerē, creditāque talēta
fructuosē expenderē. *Et factus sum Iudæis tanquā Iudæus*, id
est, ad Iudæos ita me habui, quantum fieri potuit sine offen-
sa dei, condescendendo eis in licitis, scilicet in obseruatio-
ne quorundā legaliū, vt in discretione ciborū, in circunci-
sione Timothei, ne scandalizarentur Iudæi, & purificatus a-
scendendo in templū (vt in Actibus legitur) quasi essem Iu- *Actu. 22.*
dæus, vt illi. Quomodo autē cōdescensio ista intelligi possit
dupliciter, scilicet secundū simulatoriā dispensationem, secū C
dum Hieronymū: vel secundum piam & veram compassio- *Hierony.*
nem secundum Augustinū, dicendum est in epistola ad Ga- *Augusti.*
latas articu. 2. Hæc itaque feci. *Vt Iudæos lucrarer*, id est, *Esa. 45.*
conuerterem, & pugnādo ab ore hostis eriperem. *His qui*
sub lege Mosi *sunt*, id est, Samaritanis & Sadducæis, qui solū
quinque libros Mosi receperunt, factus sum *Quasi sub le-*
ge hac *Essem*, approbando facta eorum, quantum ab bona,
& condescendendo eis in licitis. *Cùm ipse non essem sub lege*, *Ioan. 4.*
id est, obligatus non essem legem Mosi obseruare, in cære- *Ioan. 8.*
monialibus maximè, quæ cessauerunt. *Vt eos qui sub lege e-* *3. Reg. 1.*
rant, id est, Samaritanos, qui non erant natione Iudæi, sed
Persæ, & Sadducæos, qui ex origine Iudæi fuerunt, dicentes

D se esse de semine Sadoch pontificis tempore Salomonis,
Lucrifacerem, conuertendo eos ad Christum *His qui sine le-*
Act. 7. *ge* diuina & scripta *Erant* Gentilibus, factus sum. *Tanquã*
sine lege scripta *Essem* manducando cum eis, quod Iudæi
reputabant illicitum, & allegando eis dicta prophetarum.
Cum sine lege dei non essem, quia & legem Mosi, quantum ad
moralia iussa seruaui *Sed in lege* Christi essem, id est, nouæ
& euangelicæ legi parerem. *Vt lucrifacerem eos qui sine le-*
ge erant, id est, Gentiles saluarem. *Factus sum infirmis*, in fi-
de *Infirmus*, id est, infirmo similis, abstinendo à licitis cibis,
ne scandalizarentur. *Vt infirmos lucrifacerem*. Similitudo
nempe est causa amoris, idcirco conformando se aliis, quã-
tum fieri potuit, traxit corda eorum ad se: sicque conuertit
F eos facilius. Vnde infrà ait, Ego per omnia omnibus placeo.
1. Cor. 10. Ideo addit nunc. *Omnibus omnia factus sum*, applicãdo me
Osea. 13. singulis, secundum capacitatem ipsorum. *Vt omnes facerem*
saluos instrumentaliter, operando ad conuersionem ipsorũ.
Solus autem Deus principalis saluator est, iuxta illud pro-
phetícum. Ego dominus, & saluator non est præter me.
Esa. 45. *Omnia autem facio propter Euangelium* Christi, vt cito vbi-
que diuulgetur, currátque velociter sermo eius. *Vt partici-*
Psal. 147. *pes eius effciar*, id est, præmia in Euangelio promissa consequi
merear, omniúmque quos conuertero, gloriæ consors
exiliam. Ecce quomodo circunspectus & sanctus Aposto-
lus omnibus cessit, nec tamen veræ religionis metas excess-
Boetius. sit: cessit enim vt prodesset. Quoniam ergo secundum Boë
tium, omnis alteritas discors est, similitudo verò optanda
est, ideo viri spirituales omnibus conformare se debent, salu-
F uis obseruantiis suæ religionis ac vitæ. *Nescitis quòd hi qui in*
Epist. *stadio currũt.* In superioribus hortabatur Apostolus Corin-
thios ad perfectionem suiipsius exemplo, dixitque se ab om
nibus abstinere, quæ aliquo modo offendiculum præbent
euangelicæ prædicationi, vel proximorum saluti, nunc ostẽ
dit, id esse agendum, & hortatur ad hoc agonistarum exẽ-
plo. Et ait, Nescitis id est, imò scire & considerare debetis,
quòd hi qui in stadio currunt, id est, pedites currẽtes in spa-
rio deputato ad cursum, vt agilitas currentis probetur. Cõ-
tinet autem stadium 126. passus, & dicitur à stando, quoniã
Hercules fertur instituisse, vt pedites tot passus percurre-
rent, & in fine spatij huius starent, ac respirarent. Ponebã-

tur

tur quoque in termino ſpatij huius præmium curſus, vt e- A
quus vel pannus purpureus, quod dabatur velociori curſo-
ri. Vnde ſubiũgitur. *Omnes quidẽ*, iſti *Currunt*, vt primò per-
tingant ad terminum ſpatij, & præmium curſus obtineant,
Sed vnus duntaxat, *Accipit brauium*, id eſt, præmium curſus,
ille videlicet qui primò attingit: alij victi, vacuíque diſce-
dunt. Per quod oſtenditur, quanta ſit vtilitas fidei noſtræ,
in qua non vni, ſed ſingulis promittitur brauiũ curſus, quod
eſt beatitudo æterna. Hunc quippe fidei curſum non vani-
tas, ſed veritas: non cupiditas facit, ſed charitas, & quo quis *Galat. 5*
velocius currit, eo curſus eius eſt alijs vtilior. Curſus enim
iſte eſt amor, qui nectit currentes, vt bonum vnius redundet
in alium. *Sic currite*, id eſt, reuerenter & fortiter opus Dei
implete, perſeuerãter atque ardẽter Deo ſeruite, vt cum Pſal-
miſta dicatis. Viam mandatorum tuorum cucurri. Vt enim *Pſal. 118*
ait Saluator, Nemo ponens manum ſuam ad aratrum & re- B
ſpiciens retro aptus eſt regno Dei. *Vt comprehendatis*, id eſt,
vt præmium ſupernæ fœlicitatis mereamini adipiſci. Quòd
autem ita currendum ſit, manifeſtat Apoſtolus per ſimilitu-
dinem agonizantium, id eſt, certantium in exercitio. *Omnis* *Tobiæ. 4*
enim qui in agone contendit, id eſt, cum alio certat, vt ſortia-
tur victoriam, *Ab omnibus ſe abſtinet*, id eſt, vniuerſa agoni-
zationis impedimenta vitat & abiicit. Sic oportet nos face-
re. Vita enim præſens agonizatio quædam eſt contra aduer-
ſarios noſtræ ſalutis, ſicut beatus Iob ait, Militia enim eſt vi- *Iob. 7*
ta hominis ſuper terrã. Et iterũ, Homo naſcitur ad laborem. *Iob. 5.*
Quicquid ergo nos impedit à ſtatu ſalutis, abiiciamus. *Et*
illi quidem agonizantes ſic faciunt, *Vt corruptibilem coronam*,
id eſt, temporalem mercedem, *Accipiant*. *Nos autem*, ita aga- C
mus, vt *Incorruptam*, conſequamur coronam, id eſt, diuinæ
eſſentiæ ſempiternam fruitionem, de qua Pſalmiſta, Poſuiſti
(inquit) in capite eius coronã de lapide pretioſo. Et Petrus *Pſal. 10.*
in prima ſua canonica: Benedictus Deus, qui regenerauit vos *Roma. 13*
in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & im- *1. Pet. 2.*
marceſſibilem, cõſeruatam in cœlis. Inſuper apoſtolus pro-
ponit ſe nobis in exemplum, dicendo. *Ego igitur*, id eſt, quia
incorrupta corona ſeruatur, *Sic curro*, id eſt, per viam man-
datorum & ſemitam conſiliorum, ad deum fontẽ viuum feſ-
tino, non importunis motibus corporis, ſed feruidis ſanctæ
charitatis affectibus. De quo curſu ſcriptum eſt. Qui ſperat *Pſal. 118.*

D in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aq-
Psal.41 quilæ current & non deficient. Et rursus alibi, Trahe me
Isa.40. post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. *Non*
Cant.1 *quasi in incertũ*, id est, velut non dubius de mercede, nec igna-
2.Timo.1. rus de fine, scio enim cui credidi: & certus sum, quia potens
est depositum meum seruare. Sic quilibet nostrũm certus es-
se debet de præmio, certitudine conditionali, videlicet si vs-
Matth.24 que in finem perseuerauerit. Vnde scriptũ est, Quiescat vox
Hier.3 tua à fletu, quoniam erit merces operi tuo. Certitudo autem
Grego. præmij minuit vim flagelli. *Sic pugno*, cõtra dæmones, mũ-
dum & carnẽ. *Non quasi aerem verberans*, id est, nõ incas-
sum resisto, sed tango & vinco aduersarios istos, pugnãs nõ
I. verbis nudis, sed precibus affectuosis, & bonis operibus. Sic
enim pugnauit propheta. qui ait, Persequar inimicos meos
Psal.17. & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant.
Sed castigo, id est, per abstinentiam, vigilias, & cætera virtu-
tum exercitia, affligo. *Corpus meum*, reprimendo motus il-
licitos. *Et in seruitutem redigo*, id est, rationis imperio, cul-
tuique diuino illud subiicio. *Ne forte cum aliis prædicauerim*,
id est, de bonis agendis, & vitiis declinandis, eos docuerim.
Ipse reprobus efficiar, id est, peruersus, & damnationi obno-
xius, quasi nõ faciens quod prædico aliis. Cùm scriptum sit,
Cœpit Iesus facere & docere. Qui etiam ait, Quid proficit
2.Actor.1 homo si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem per-
Matth.16 dat, & detrimentum sui faciat? Alibi quoque dixit Aposto-
Roma.2 lus, Qui alium doces, teipsum non doces? Hic redarguũtur
F. inanes & miseri. Qui quod alios docent, non faciũt. Quod
secundum beatum Thomam super quartum Sententiarum,
Thomas est mortale peccatũ. Hoc enim est rebus seu factis propriis
contradicere veritati scripturæ.

Cap. X. *Nolo enim vos ignorare fratres.*

ARTICVLVS X.

HOrtatus est autem Apostolus ad imitandam perfectio-
nem in fine præcedentis capituli in exemplo currentiũ
1.Cor.9 & agonizantium, ac sui ipsius. Hic ad idem inducit exemplo
Iudæorum, ostendens quàm grauiter sint puniti ingrati ac
reprobi. Primò autem recolit beneficia creatoris: & ait, *No-*
lo enim, id est, ideo dixi præinducta, quoniam nolo. *Vos*
ignorare ô Fratres, quoniam patres nostri, id est, Iudæi ex Ægy-
Galat.3 pto egressi cum Moisæ, qui erant carnales patres Apostolo-
rum.

rum. Omnium quoque Christianorum spirituales quodā- A
modo patres fuerunt, quoniam nostræ fidei fundamenta iecerunt. Quod maximè verum est de sanctis patribus, qui inter eos extiterant: quorum fidem, mores & opera imitamur.

Omnes sub nube fuerunt, Ambulauerunt enim sub nube in die, quoniam nubes obumbrauit & protexit eos contra solis ardorem. Præcessit tamē nubes eos, saltem pro aliqua sui parte, vt viam monstraret, vt in Exodo legitur. *Et omnes* *Exod. 13.*
mare rubrum *Transierunt*, in quo submersi sunt Ægyptij. A- *Esaiæ. 4.*
qua enim maris rubri diuisa stetit, ex vtraque parte transeuntium tanquam murus, donec filij Israël per medium sicci aluei pertransissent, quemadmodum in Exodo plenius scribitur. *Et omnes in Mose*, id est, per ministerium seu ducatū Mo *Exod. 14.*
si *Baptizati*, id est, spiritualiter loti. *Sunt* à nebula igno- B
rantiæ & peccatis. *In nube, & in mari*, id est, per mirabilia Dei ostensa in nube prædicta & mari rubro. Cùm enim filij Israël cernerent Ægyptios se insequentes, desperādo & diffidendo dixerunt ad Mosen, Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo eduxisti nos vt moreremur in solitudine. Sed cum vidissent quòd nubes rediit, & stetit inter seipsos & Ægyptios, ita vt tota nocte non possent ad inuicem acce- *Ibidem.*
dere, & quòd diuina virtute mare rubrum diuisum est, ipsisque ereptis, aquæ redirent opprimentes exercitum Ægyptiorum, interius baptizati sunt à prædictis peccatis: iuxta illud, Timuit populus dominum, & crediderunt domino & *Ibidem.*
Mosi seruo eius. Vel, baptizati sunt figuraliter tantum, id est, signum baptismatis receperunt. Nubes quippe figurauit gra- C
tiam spiritus sancti, mare verò significauit baptismum. *Et omnes eādem* specie. *Escam spiritualem*, videlicet manna. *Mā* *Exod. 16.*
ducauerunt. Hoc enim pane vti sunt annis quadraginta. Quamuis verò manna fuerat esca corporea corporaliter a- *Deute. 8.*
lens, nunc tamen vocatur esca spiritualis. Primò, quoniam *Ioan. 6.*
supernaturali potentia generabatur, videlicet diuina virtute, ministerio angelorum in aëre. Propter quod dicitur pa- *Psal. 77.*
nis angelorum, & panis cœli vtpote cœli aërei. Secundò, *Sapien. 16.*
quoniam erat figura sacramenti altaris, quod spiritualiter pascit. *Et omnes eundem potum spiritualem biberunt*, id est, a-
quam de petra manantem, quæ erat eadem specie in ore bi- *Exod. 17.*
bentium. Et dicitur potus spiritualis, quia diuina virtute profluxerit de petra, sicut nunc subditur. *Bibebant autem*

D *de ſpirituali*, hac aqua. Vel, de ſpirituali petra, id eſt, aquam
Deute. 10. fluentem de petra quam Moſes virga percuſſit, quæ ſpiritua-
Pſal. 77 lis vocatur propter ſupernaturalem effectum, & qua figu-
rauerat Chriſtum: biberunt ergo de ſpirituali. *Conſequente eos petra*, id eſt, ſatisfaciẽdo eorum deſiderio, aquam copio-
ſam fundendo. Egreſſæ enim ſunt de petra aquæ largiſſimæ,
ita vt biberet populus & iumenta, vt in Num. dicitur. Vel,
Num. 20. conſequente eos petra, quia (vt probabiliter dicitur) filij Iſ-
raël tulerunt petram hanc ſecum.

Sciendum quoque, quòd Deus bis produxit filiis Iſrael
Exod. 17. aquã de petra. Primò de petra Oreb, vt patet in Exodo. Se-
cundò, de petra ad aquas contradictionis, vt in Num habe-
Num. 20. tur. *Petra autem erat Chriſtus*, Non eſſentialiter, ſed figu-
E ratiuè, id eſt, Chriſtum figurauit. Sicut de imagine alicuius
ſancti dicimus, quòd ſit ille vel ille ſanctus. Quemadmodũ
Ioan. 19 enim de petra illa fluxit aqua, qua potati ſunt filij Iſrael in
Ioan. 6. deſerto: ita de latere Chriſti fluxit ſanguis & aqua, quibus
potantur corda fidelium in hoc ſeculo. De Chriſto quoque
emanat aqua ſapientiæ ſalutaris, & riui gratiæ multiformis.
Quidam exponunt prædicta ſolùm de bonis Iudæis, qui
eandem eſcam ſpiritualem, eundemque potum ſpiritualem
ſumpſerunt nobiſcum, videlicet corpus & ſanguinem Chri
ſti, quæ ſpiritualiter intellexerunt præfigurari in cibo illo &
potu, ſicque ſpiritualiter comederunt, quod manducamus
Auguſt. & nos: ſecundum quod dicit Auguſtinus. Crede & manduca-
F caſti. Sed huic ſenſui non videntur conſonare ſequentia;
ſubditur enim. *Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo*,
id eſt, multi patrum iſtorum domino diſplicuerunt. Non
Num. 16. ergo de bonis dumtaxat hic ſermo. *Nam proſtrati*, id eſt, di-
Deute. 11. ra morte occiſi. *Sunt in deſerto*, Deo vicißcente peccata
Num. 16. eorum, vt patet de Chore & Hon, Dathan & Abyron, &
decem exploratoribus, multiſque aliis. *Hæc autem in figu-
ra ſunt noſtri*, id eſt, proſtratio & reprobatio impiorum Iu-
dæorum facta eſt, ad præſignãdum quid nos paſſuri ſimus,
ſi Deo ingrati fuerimus. Sicut autem in bonis, multò melius
eſt figuratum quàm figura, vt regnum cœleſte quàm terra
promiſſionis: ſic in malis multò deterius eſt figuratũ quàm
figura, vt gehenna quàm aliqua temporalis punitio. Si ergo
tam grauis fuit punitio Iudæorum figuratiua noſtræ puni-
tionis: quàm acerbiſſima erit punitio noſtra, ſi deum ne-

gligimus

gligimus? Vnde apostolus, Irritam quis faciens legem Mo A
si, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: *Hebr. 10.*
quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium
Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum du-
xerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Hæc itaque in *Epist.*
figura nostri facta, id est, illata sunt illis. *Vt non simus concu*
piscentes malorum, id est, carnales & inordinatas concupi-
scentias fugiamus, secundum quòd per quendam præcipi- *Eccle. 18*
tur sapientem. Post concupiscentias tuas non eas. *Sicut &*
illi ingrati. *Concupierunt*, in deserto dicentes, Quis da-
bit nobis ad vescendum carnes? Et alibi, Est ne deus in no- *Num. 11*
bis, an non? De quibus ait Psalmista, Tentauerunt in cordi- *Exod. 17.*
bus suis, vt peterent escas animabus suis. *Neque idololatræ* *Psal. 77*
efficiamini, sicut quidam ex ipsis, facti sunt, vitulum aureum
adorantes. *Quemadmodum scriptum est*, in Exodo, *Sedit* B
populus, id est, pars populi. *Manducare & bibere*, id est, ad *Exod 32*
vescendum coram simulacro ad eius honorem. *Et surrexe-*
runt ludere, id est, choreas ducere, & idolum adorare, dicen-
tes, Isti sunt dij tui Israël. Quorum verunque puerile & stul- *Ibidem.*
tum est. *Neque fornicemur*, corporaliter, *Sicut quidam ex*
ipsis fornicati sunt, cum mulieribus Madianitis. *Et cecide-*
runt, id est, occisa sunt. *Vna die viginti tria millia.* In Num. *Num. 25*
dicitur viginti quatuor millia, sed numerus minor non ex-
cludit maiorem. Occisi sunt autem fornicatores isti, ab aliis *Ibidem.*
filiis Israël, Mose præcipiente, & ob hanc culpam iussi sunt
principes suspendi. Phinees quoque perfodit Zambri du-
cem filiorum Simeonis: & Cosbi filiam nobilissimi princi-
pis Madianitarum in locis genitalibus, quo facto cessauit
plaga à populo. *Neque tentemus Christum*, quærendo ex- C
perimentum sapientiæ vel potentiæ eius. *Sicut quidam eo-*
rum tentauerunt, Christum, secundum eius diuinitatem.
Tentando enim Deum, tentauerunt quamlibet diuinam
personam. Vnde dominus dixit ad Mosen, Tentauerunt
me iam per decem vices. Porrò persona CHRISTI æter- *Num. 21*
na est, imò Iesus CHRISTVS æternus est, cui sit verus deus:
supponit enim diuinam personam. Ad quod insinuandum
Iudas ait in sua canonica Iesus populum saluans de terra *Iudæ. b*
Ægypti, secundò eos qui non crediderunt perdidit. *Et*
à serpentibus perierunt. Misit enim in eos dominus ignitos

serpentes, à quibus occisi sunt multi, donec erectus est ser-
Num. 21 pens æneus, ad cuius aspectũ sanabantur, vt legitur in Numer. *Neque murmuraueritis*, contra superiores aut proximos vestros cũ increpant vos, vel aliquid aduersitatis accidit vobis. *Sicut quidam eorum murmurauerunt*, contra Deum & Mo-
Num. 14. sen, quemadmodum scriptum est, Vociferans omnis turba fleuit, & murmurati sunt contra Mosen, dicentes, Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram hanc. Vn-
Matth. 20 de saluator in euangelio loquens Iudæis, Murmuratores, in-
Luce. 5 quit, filij murmuratorum. *Et perierunt*, id est, in deserto occisi sunt. *Ab exterminatore*, id est, angelo qui eos extra fi-
Num. 14. nes terræ promissionis percussit. Dixit enim dominus, Omnes qui murmurastis contra me, non intrabitis terram hanc,
Exod. 23 sed in deserto iacebunt cadauera vestra. Per angelos enim
F exercuit Deus vltiones suas interdum. De hoc exterminatore angelo dominus ait, Ecce mitto angelũ meum qui præ-
Exod. 33 cedat te, obserua eum, quia non dimittet cum peccaueris. *Hæc autem omnia*, scilicet ista tormenta. *In figura*, in typica significatione. *Contingebant illis*, videlicet ad significandum, quòd talia vel maiora fient nobis, si peccauerimus sicut illi. *Scripta sunt autem ad correctionem nostrã*, quatenus exemplo dánationis illorum territi, emẽdemus vitam nostram. Fœlix enim quem faciunt aliena damna peritum. Propter quod ait
Prou. 19 scriptura, Pestilente flagellato, stultus sapiẽtior erit Itaque scripta sunt propter nos. *In quos fines seculorum*, id est, vltima tempora mundanarum generationum, durationum, seu
1. Ioan. 2 vicissitudinum, *Deuenerunt*. Peruenit in nos vltima ætas
F mundi de qua ait Ioannes, Filioli nouissima hora est.

Præterea aduertendum, quòd (iuxta doctrinam diuini ac
Dionysium magni Dionysij) status ecclesiæ medius est inter statum synagogæ & statum patriæ. Sicut ergo quæ geruntur in ecclesia, figura sunt eorum quæ aguntur in patria: sic ea quæ acciderunt in synagoga, figura erant eorum quæ fiunt in ecclesia. Imò status & populus Iudaicus, figura erant status & populi Christiani. Idcirco omnia in figura contingebant illis. *Itaque qui se existimat stare*, in Deo per charitatẽ & opera virtuosa, *Videat ne cadat*, id est, sollicitè caueat, ne
Eccle. 9. peccando gratiam perdat. Nemo ergo securus sit, quia in medio laqueorum versamur. Dicit autẽ, existimat, quia homo ignorat an dign⁹ sit amore, an odio. Propter quod Iob:

Etiam

Etiam si simplex, inquit, fuero, hoc ipsum ignorabit anima A
mea. *Tentatio vos non apprehendat*, id est, in vobis nō sit. *Nisi* *Iob. 9.*
humana, quæ est, de peccatis non nimis enormibus, non dra-
bolica. Tentatio vos non apprehendat, id est, nō capiat, nō
vincat, non ad consensum inducat, iuxta quem sensum ora-
mus. Et ne nos inducas in tētationem. Nisi humana, id est, *Matth. 6*
leuis & transitoria scilicet inclinando ad venialia, sine qui-
bus agi non potest hæc fragilis vita. Hoc dicitur non hor-
tando, vel licentiam dando, vt venialiter peccemus, sed non *1. Ioan. 1*
prohibendo quia vitari non potest. Nam licet possimus vi-
tare singula venialia, nō tamen omnia propter fomitis cor-
ruptionem & nimiam nostram fragilitatem. Tentationibus
ergo mortiferis viriliter resistamus, quod vtique deo auxi-
liante valemus. Subditur enim. *Fidelis autem Deus*, est Qui B
non patietur vos tentari, id est, impugnari à dæmone vel malis
hominibus. *Supra id quod potestis*, id est, vltra vires. Tūc e-
nim non peccaremus si vinceremur. *Sed faciet cum tentatio-*
ne etiam proventum, id est, spiritualem profectum, dādo gra-
tiam resistendi. *Vt possitis sustinere*, id est, per patiētiam præ-
valere. Tentatio ergo passiua non est in se mala vel fugien-
da nisi fortè imperfectis, cum sit virtutis exercitium, atque
materia triumphandi. Nullus enim coronatur, nisi qui le- *2. Tim. 2*
gitimè certauerit. Nam & Iacobus ait, Omne gaudiū existi- *Iaco. 1.*
mate fratres cum in diuersas tentationes incideritis. Pro-
pter quod ait & propheta regius, Proba me domine, & ten *Psal. 25.*
ta me. Et Iudith, Qui tentationes nō susceperunt in timore *Iudith. 8*
domini & in patientia, extreminati sunt. *Propter quod*, id est,
propter rationes iam memoratas. *Charissimi mihi fugite*, mē- C
te & corpore. *Ab idolorum cultura*, quæ ad diabolicam per-
tinet tentationem. *Vt prudentibus*, id est, rationem actuum
humanorum scientibus, *Loquor*. Post hæc ponit rationem *Esa. 1.*
fugiendi idololatriam, videlicet quoniam corpus & sangui- *Ezech. 6.*
nem Christi accipimus. *Vosipsi iudicate*, id est, verū esse dis-
cernite, diligenter pensando. *Quod dico*, videlicet, *Calix be-*
nedictionis, id est, contētum in calice, vtpote sanguis Christi,
per quem sanguinem benedicimur, id est, dona gratiarum
consequimur, *Cui*, calici seu sanguini. *Benedicimus*, id est, quē
consecramus, cum per prolationem sacrorū verborum à no
bis conuertitur vinum in sanguinem Christi. *Nónne cōmu-*
nicatio sanguinis Christi est? id est, nónne veraciter est sanguis

D Christi nobis communicatus seu datus, faciénsque nos communionem habere cum Christo, incorporando nos ei, & faciendo nos participes meriti suæ effusionis. *Et panis quem*
Mat. 26 *frangimus*, id est, corpus Christi consecratum ex pane, quem
Marc. 14 panem consecratum, cuius dimensiones seu species frangi-
Luc. 22. mus, porrigendo eum fidelibus. *Nónne participatio corporis Christi est?* id est, nónne vtique est corpus Christi verè acce-
Ioan. 6. ptum à nobis, faciens nos vnum cum Christo? qui ait, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. *Quoniam vnus panis*, per proprietatem.

Et vnum corpus, mysticum vnitate fidei, spei & charitatis cuius corporis caput est Christus. *Multi sumus*, videlicet. *Omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus*, id est, de singulari & vero corpore & sanguine Christi reficimur, & sacramentum tantum dignè recipimus. Omnes enim muta-
Ephes. 5. mur in Christum, & per charitatem transformamur in ip-
Ioan. 14. sum. Dicimur autem secundum typicam rationem vnus panis, vnúmque corpus. Quoniam, sicut panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur: ita ecclesia ex multis personis fidelium, charitate vniente, efficitur. Quòd autem fideles per sacram communionem participes sint corporis & sanguinis Christi, ostendit apostolus
Hebr. 13 per id quod fiebat in lege. *Videte Israel secundum carnem*, id est, carnalem populum Iudæorum considerate pro tempore veteris testamenti. *Nónne qui edunt hostias*, id est, sacer-
Num. 5. dotes & Leuitæ sacrificia tépli manducantes. *Participes sunt*
Ioan. 6. *altaris?* id est, eorum quę in altari offerũtur? Sunt vtique. Ita qui sacramentum eucharistiæ sumunt, Christi participes efficiuntur. *Quid ergo? dico*, id est, cum idolorum culturam, & esum sacrificiorum, quæ idolis offeruntur prohibeo: quid dicere videor? An hoc. *Quod idolis immolatum sit aliquid, aut*
1. Pet. 4 *quod idolum sit aliquid?* Quasi dicat, Hoc non dico. Dixi enim suprà q̃ idolum nihil sit. Nũc tamen prohibẽdo culturam idolorum, videor dicere, quòd idolum aliquid sit quod
1. Cor. 8. tamen non dico. Quemadmodum ergo nihil est, quantum ad id quod esse putatur, vt dictum est plenius: sic ei nihil offertur secundum veritatem. Quoniam, idolum non est id, cui idololatræ sacrificare intendunt. Intendunt enim sacrificare rei viuenti, vel imagini rei diuinæ ac viuæ. Idolum au-
2. Cor. 6 tem non est animatum, nec imago rei diuinæ, sed miserę

vel

vel saltem rei non colendæ. Ideo Subditur, *Sed quæ immolãt gentes* idololatræ. *Dæmoniis immolant*, qui morantur atque respondent in idolis, quibus & placet immolatio talis. *Et non Deo* vero, nec diis propter excellentiam gratiæ dictis. Vnde & scriptum est, Omnes dij gentium dæmonia. A Psal. 95.

Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum, id est, nolo vt idolis sacrificando, vel idolothyta manducando in veneratione idolorum, vel cum scandalo fratrum infirmorum communionem cum dæmonibus habeatis. Secũdum Augustinum, ad hoc genus impiæ societatis pertinent consultationes & pacta quædam significationum cum dæmonibus fœderata, vt molimina artium magicarum, aruspicum & augurum atque ligaturæ & remedia quæ fiũt in præcãtationibus in quibusdam notis, vel rebus suspendendis vel illigandis. Apo. 2. Aug. B

Nõ potestis calicem domini bibere, id est, sanguinem Christi dignè accipere. *Et calicem dæmoniorum*, id est, libamina idolis immolata secundum modum expressum. *Non potestis mensæ domini participes esse*, id est, corpus domini salubriter sumere. *Et mensæ dæmoniorum*, escas idolis immolatas indiscretè edendo. Tantum est dicere, Non potestis Deo vniri & dęmoni. Quæ enim conuentio luci ad tenebras? Deinde apostolus in persona Corinthiorum loquens, vel se eis cõnumerans (quomodo Esdras & Daniel annumerant se iniustis Iudæis, cum orant pro illis) subiunxit. *An æmulamur dominum*, id est, hoc sequitur, quòd Deum ad iracundiam prouocamus, & eius gloriæ inuidemus: dum ad eius iniuriam idolothyta edimus, cum scandalo infirmorum, vel in reuerentia idolorum. Et mirũ, quod hoc agere audeamus. Quia *Nunquid fortiores illo sumus?* vt possimus ei resistere vel nocere? Vel loquitur Apostolus in propria & aliorum prædicatorum persona, vt sit sensus, An æmulamur dominum, id est, nunquid excessiuè & inordinatè pro Deo afficimur, & eius honorem defendimus, prohibendo idololatriam quasi Deo nociuam atque pœnalem. Quidam enim habẽt zelum Dei sed non secundum scientiam. Et probat quòd non, quia non sumus fortiores Deo, cum ipse omnipotens sit, potens suam vlcisci iniuriam. Idcirco nõ oportet nos inordinatè zelari pro eo, sed ordinato affectu hæc dicimus. *Omnia mihi licent*, id est, omnes cibi esui apti licitè à me comedi possunt, quantum est ex parte ciborũ & euangelicæ legis, quæ cibos

1. Cor 6. Leui. 17 2. Cor. 6 C Iob 36. 1. Esdr. 9. Dani. 9. Roma. 10. Gene. 17.

D non discernit nec reprobat: *Sed non omnia*, cibaria. *Expediunt*
Roma.14. saluti animæ meæ. Malum est enim homini qui per offendiculum comedit. *Omnia mihi licent*, secundum sensum prætactum. *Sed non omnia ædificant*, proximos. Manducatio nanque idolothytorum scandalizat infirmos. *Nemo quod suum est quærat*, in est, priuatum bonum & proprium commodum tantum, *Sed quod alterius*, id est, bonum cómune, seu bonum diuinum finaliter. Ordinatio tamen charitatis requirit, vt vnusquisque sibiipsi primò prouideat in necessariis, pro-
Luce.10 priamque imprimis operetur salutẽ. Qui enim sibi nequam
Eccle.14 est, cui bonus erit? *Omne enim quod in macello venit*, id est, venundatur. *Manducate*, si placet, & speciale nihil impediat. scilicet votum vel professio. *Nihil interrogantes*, de esca illa vẽnali quomodo sit adducta, vel quo fine vẽdatur. Et hoc,
I. *Propter conscientiam*, infirmi allantis, ne oriatur ei occasio
Psal.23 scandali, si viderit te manducare, quod pro idololatria ex-
Actu.10. ercenda vẽnale proponitur. *Domini enim est terra & plenitudo eius*, id est, omnia ista quæ versantur in terra, Dei sunt tanquam creatoris, ideo munda sunt & comedi possunt, si apta sint complexioni humanæ. *Si quis vocat vos infidelium ad cœnam*, seu prandium. *Et vultis ire*, *omne*, alimentum. *Quod vobis apponitur*, ab infideli hospite. *Manducate*, si non sponte obligastis vos ad aliquam abstinentiam specialem propter Dei amorem. *Nihil interrogantes*, de qualitate cibi, an sit idolis immolatus an non. *Propter conscientiam*, infirmorũ præseruãdam à scandalo. *Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis,*
Roma.14. *nolite manducare, propter illum qui iudicauit*, hoc esse idolothytum, ne arbitretur te illud manducare sub idoli veneratione. Et si infidelis est, glorietur in sua superstitione, & cõfirmetur in suo errore, videns te libenter accipere sacrificia idolorũ. *Et propter conscientiã* custodiendam à vitio. *Conscientiam autem dico non tuã*, ô frater docte, qui scis omnia munda esse & licita, *Sed alterius*, puta infirmi, ne scandalizetur. Cauendus est itaque esus idolothyti ad vitandum malum infirmi. Cuius ratio subditur. *Vt quid enim libertas mea*, id est, comestio seu potestas mea libera, quantum ad vsum ciborum. *Iudicatur*, id est, reprehẽditur & pœna digna efficitur, *Ab aliena conscientia*: id est, à conscientia infirmi, qui scandalizatur in mea libertate: & ita cum peccato facio, quod aliàs sine peccato licitè facerem. Ne ergo damnabilis fiam,

vitandum

vitandum est idolothytum coram infirmo in fide. *Si ego cum gratia*, id est gratias referens deo. *Percipio*, id est, cibū recipio. *Quid blasphemor*, id est, cur sic ago vt ab infirmis ac imperitis dicar idololatriam colere manducando idolothyta. *Pro eo quod gratias ago* id est, cum ego nō comedam illud in idolorum honorē, sed cum gratiarum actione? Ne ergo ita blasphemer, non debeo idolothytis vesci coram imperitis. Ex his infert Apostolus salubertimum documentum. *Sive ergo manducatis sive bibitis, vel aliud quid facitis*, in exercitatione corporali aut spirituali. *Omnia in gloriam dei facite*, id est, ad Dei honorem finaliter ordinate, eiúsque laudem & glorificationem semper intēdite, actu vel habitū, videlicet possitis eius veneration, dilectioni, & contemplationi inhillere. Omnia quippe propter seipsum operatus est dominus, & glorificantes se glorificat. Vnde sicut omnia bona sonta- liter ab eo profluxerunt: ita ad eius honorem, laudem & gloriam sunt referenda. Propter quod ait propheta, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hoc ergo est documentum quantum ad Deum. Quod qui implet in omni actu, imò & dormiendo meretur, saltem propter præcedentem spiritualem intentionem. Dormit enim vt vigilare valeat in diuinis. Deinde ponitur documentum quantum ad proximos. *Sine offensione estote Iudæis* in Iudaismo manentibus. *Et gentibus*, vt sic alliciantur ad fidem, nec detur eis occasio blasphemādi. *Et ecclesiæ Dei*, maximè quātum ad pusillos, vt neminem offendatis, dūmodo licitè heri possit. *Sicut & ego per omnia*, id est, in cūctis factis & verbis meis. *Omnibus placeo.* Huic videtur contrarium quod alibi dicit apostolus, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Cui consonat & illud in Psalmo. Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit nos. Et respondendum, quōd istæ authoritates loquuntur de hominibus, quantum ad communem & solitam imperfectionem eorum, secundum quam sensus, & cogitatio cordis humani proni sunt in malū. Iuxta quem modum dictum est antè, Cùm vnus dicit, ego quidem sum Pauli: alius, ego autem Apollo, nónne homines estis? Nunc verò loquitur Apostolus de hominibus secundum veram & plenam perfectionem ipsorum, inquantum sunt rationales, rationis iudicium assequentes: vt sit sensus, Omnibus placeo,

A 1. *Tim* 4. *Coloss.* 3.

B *Prou.* 16. *Prou.* 8. 1. *Reg.* 2. *Psal.* 113.

Iacob. 3.

C *Gala.* 1. *Psal.* 52. *Gene.* 8. 1. *Cor.* 1.

Rom. 15.

D id est, cunctis hominibus rationabiliter agentibus, qui tectæ rationis sequuntur censuram. Cur autem istis placeat subditur. *Non quærens quod mihi vtile est* tantum, vel non sub ea ratione qua mihi vtile est. *Sed quod multis.* Quærebat enim Apostolus conuersionem, & spiritualem locupletationem vniuersorum. *Vt salui fiant*, id est, sortiendo vitam æternam, quæ est beatitudo nostra atque saluatio.

Cap. XI. *Imitatores mei estote.*

ARTIC. XI.

Rom. 14. MOdò hortatus est apostolus Corinthios, vt omnia sua ad dei gloriam ordinent, nullíque hominum offendiculum præbeant. Vt ergo hoc agant, proponit seipsum eis in exemplum. De aliis quoque diuersis materiis, documentis, & notabilibus tractat in præsenti capitulo sicut patebit.

1. Thess. 5. Ait enim. *Imitatores mei estote* credendo, sperando, amando & operando. *Sicut & ego Christi* imitator sum, eius testimonio credendo, eius consiliis acquiescẽdo, eius præceptis obtẽperãdo. *Laudo autẽ vos fratres* de hoc, scilicet *Quod per omnia*, id est, perfectè & in omnibus *Mei memores estis*, recolẽdo verba & opera mea. *Et sicut tradidi vobis præcepta mea*, ita *Tenetis*, id est, impletis ea. Si hoc referatur ad perfectiores inter Corinthios, de quibus iam dixit Apostolus, Gra-

1. Cor. 1. tias ago Deo, quia in omnibus diuites facti estis in illo. Et iterum, Si mundus iudicabitur in vobis, &c. tunc intelligendum est assertiuè dictũ. Si verò referatur ad infirmos & imperfectos, de quibus consequenter dicetur, intelligendum erit ironicè, id est, à sensu contrario. Et ita exponit glos-

F sator. Corinthij enim obliti erant apostolicæ authoritatis Pauli, nec eius præcepta seu monita seruauerunt, propter contentionẽ suam ad inuicẽ. Vnde nunc quasi nouiter pro-

Ephes. 5. ponit eis documẽta & iussa, dicendo. *Volo autem vos scire, quòd omnis viri caput est Christus*, id est, principium, influxiuum & effectiuum. *Caput autem*, id est, principium rector,

Gene. 2. & dominus *Mulieris est vir*, quia de costa viri fœmina facta

Gene. 3. est. Cui dicitur, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. *Caput verò*, id est, fontale principium *Christi est Deus*. Vt autem hæc plenius intelligantur, pensandum est, quòd Christus secundum vtranque naturam caput est omnium electorum, etiam angelorum. Quia vt Deus, creator est omnium, & vnus cum patre dator omnis perfectionis & gratiæ.

Quæcũ

Quæcunque enim facit pater, hæc & filius similiter facit. A *Ioan.5.*
Sed vt homo, dicitur caput omnis viri, ad similitudinem capitis naturalis. Primò, ratione suæ perfectionis. Sicut enim in capite vigent omnes sensus, in membris verò reliquis nõ inuenitur nisi tactus: sic in Christo erat plenitudo omnium gratiarum, in aliis verò est gratia particularis. Propter quod dicit Ioannes, Non ad mensuram dat Deus spiritum, scilicet, homini Christo. Secundò, ratione suæ excellentiæ, quia vt caput eminet membris, sic Christus electis. Prælatus est enim angelis atque hominibus. Tertiò, ratione suæ influentiæ, quemadmodum enim caput influit membris vitam & motum naturalem, sic Christus influit nobis vitam & motum supernaturalem. Dicit enim Ioannes, De plenitudine eius accepimus omnes. Christus autem vt Deus, influit authoritatiuè: sed vt homo, influit sicut instrumentum deitati hypostaticæ copulatum in verbo. Quartò, ratione connaturalitatis. Sicut enim caput connaturale est membris: sic Christus hominibus, quorum naturam assumpsit. Porrò per hoc quod dicitur Christus caput viri, & vir caput mulieris, non est intelligendum, quòd Christus non sit caput mulieris (est enim vtroque modo caput mulieris sicut & viri) sed hæc per quandam coaptationem & conuenientiam intelligenda sunt, quoniam magis conuenit vir cum Christo, quã mulier. Deus autem pater dicitur caput, id est, generatiuum principium Christi, secundum eius diuinitatem. Sed Deus trinitas est caput, id est, causa, rector & dominus Christi, secundum assumptam humanitatem. Videtur tamen satis impropriè pater dici caput Christi, secundum eius diuinitatẽ, cum non sit perfectior, dignior, vel excellentior vnigenito filio suo. *Omnis vir orans & prophetans*, id est, scripturas diuinitus reuelatas aliis referans. *Velato*, id est, cooperto. *Capite, deturpat caput suum*, id est, inconuenienter se habet circa capitis dispositionem, talésque actus indecenter exercet. Intelligendum est de oratione & prophetatione publica & solẽni, non priuata atque secreta. Sicut cum aliquis orat in persona ecclesiæ, vel in ecclesia scripturas solenniter recitat, vt legens euangelium siue epistolam. Velamen namque est signum subiectionis. Cùm ergo vir non sit sub fœmina, sed immediatè sub Deo, non debet capite velato actus exercere prædictos. *Omnis autem mulier orans* deum. B *Ioan.5.* *Ioan.1.* *Gala.5.* *Ioan.3.* *Ioan.15.* *Ephe.4.5.* B *Ioan.1.* *1.Ioan.5.* C *Ibidem.*

D *Aut prophetans* modo prædicto. *Nō velato capite, deturpat ca-*
31.q.5.ca. *put suum*, id est, inhonestè se habet. Quamuis autem apostolus
Hæc ima- non permisit mulierem docere (quod hic vocatur prophetare) videlicet publicè & solenniter coram omni multitudine, non tamen prohibuit mulieres docere in suis conuē
1. Tim. 1. tibus. *Vnum est enim*, id est, tam indecens est mulierem orare aut prophetare capite non velato. *Ac si decaluetur*, id
31.q.3.ca. est, crines ei abscindātur omnino. *Nā si non velatur mulier*,
Mulier. id est, si artificiale velamen ferre contemnit. *Et tondeatur*, id
A.1.18. est, in gyro radatur, & naturale velamen abiiciat Quasi dicat, Alterum fieri est necesse, videlicet vt si non velit velari, decaluetur aut tondeatur, quorum vtrunque mulieres abhorrent. Ratio autem velationis mulierum est, quia subiectę
T. sunt viris, & quia inter Christum & eas mediant viri Verūtamen sanctimoniales tondentur, quoniam Christo immedi-
31.q.5.cap. atè desponsantur, atque à viri subiectione eripiuntur. Si
Hæc ima- pro quia, *Verò turpe est mulieri* secundum communem le-
go. gem. *Tondere aut decaluare, velet caput suum*, in signum prædictæ subiectionis ac mediationis. *Vir quidem non debet velare caput suum* dum orat aut prophetat modo prædicto. Vel simpliciter non debet velare caput suum, velamine totum caput obuoluente. Quo antiquitus vtebātur aliqui viri, quod est penè simile velamini mulierum. De tali enim velamine exponit glossa hunc locum. *Quoniam imago & gloria est dei.*
31.q.5.ca. Imago Dei attenditur in homine, vel quantum ad essentialia atque interna hominis, scilicet penes vires naturales, quæ
Hæc imago. sunt memoria, intellectus, voluntas quibus homo capax est
I Dei, & ita vir & mulier simili modo dicuntur imago & gloria Dei, vel potius ad imaginem Dei formati. Perfectio quip
C. nec ille pe specifica consistit in indiuisibili, sicut & species numero-
31.q.1. rum. Secundò attenditur imago Dei in homine quantum ad accidentalia, vt sicuti Deus ponit res in esse naturali, ita homo ponit eas in esse intelligibili. Et sicut Deus est totus in toto vniuerso, & totus in qualibet parte eius: sic anima hominis est tota in toto corpore hominis, & tota in qualibet
Gene. 1. 2. parte ipsius. Et quantum ad hoc, vir potius appellatur, & est imago & gloria Dei, quàm mulier. Primò, quoniam sicut ex vno deo omnia profluxerunt, ita ex vno viro nati sumus omnes homines Item, Quia in viro magis viget ratio quàm in fœmina, & quoniam præest mulieri. Sic autem videtur

Aposto-

Apostolus nunc loqui de imagine. Itaque vir imago imitatiua est Dei, quia in eo relucet diuina perfectio per modum cuiusdam eminentiæ. Est quoque gloria Dei, hoc est, gloriosum plasma illius, & quia diuinam maiestatem clarius repræsentat. *Mulier autem gloria est viri*, hoc est, honorificentia eius, quia de costa viri formata, & ei subiecta est. *Nõ enim ex muliere formatus est vir* primus, scilicet Adam. *Sed mulier* videlicet Eua *Ex viro* formata est Vnde Adam: Hæc inquit, vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Adhuc autem probat Apostolus, quòd mulier sit gloria viri, quia propter virum producta est. *Etenim non est creatus vir propter mulierem*, id est, in subsidium Euæ. Nam ante eam creatus est. *Sed mulier* prima *Propter virum* protoplastum, id est, in adiutorium Adæ producta est. Iuxta illud, Faciamus ei adiutorium simile sibi. Sic ergo vir est quodammodo finis mulieris & dignior ea, ita quod eius perfectio repræsentatur in fœmina, sicut perfectio Dei repræsentatur in viro. Aduertendum est quoque quòd gloria distingui potest in gloriam glorificantem & glorificatã. Loquendo ergo de gloria glorificante, deus est gloria viri, & etiam mulieris. Iuxta illud, Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltãs caput meum. Sic quoque vir dici potest gloria mulieris, potius quàm econtrariò. Est enim rector atque perfectio eius. Propter quòd ait Archiapostolus in prima sua canonica. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ. Insuper ponit Apostolus aliam rationem velationis mulierum. *Ideo* scilicet quia propter virum creata est. *Debet mulier velamen habere super caput suum, & propter angelos*, id est, propter reuerentiam angelorum (qui frequenter nobiscum sunt) in quorum conspectu velanda est mulier sicut & coram Deo, vt profiteatur vbique sui subiectionem. Possunt autem angeli hoc loco intelligi spiritus illi cœlestes, de quibus dicitur, In cõspectu angelorũ psallam tibi. Vel sacerdotes, qui angeli nominantur Primò, propter ampliorem scientiam diuinorum. Secundò propter annunciationem mandatorum cœlestium. Tertiò, propter mũditiam castitatis. Quartò, propter custodiam dominici gregis. Verior autem ratio est, quæ ex verbis Dionysij sumitur. Infimum enim superioris ordinis, & supremum ordinis inferio-

A Gene. 2.

Gene. 1.

Gene. 2.

B

Psal. 3.

1. Pet. 3.

C

Psal 90.

psal. 137. Mala. 2

Dionys. sine.

D ris, magnam habent conuenientiá in natura & nomine. Vnde angeli primæ hierarchiæ à calore amoris nomen sortiti sunt, quoniá Cherubin nuncupantur, eo q; immediatè sequantur spiritũ sanctum, qui est amor & ignis. Quoniá ergo angelus strictè loquendo propriũ nomen est spirituũ infimi chori, sacerdotes qui supremi sunt in ecclesiastica hierarchia
Mal. 2. angeli dicti sunt. Propter quod scriptũ est, Labia sacerdotis
Mala. 2. custodiunt scientiá, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercituum est. Propter hos angelos etiá ideo
C. Nec. lud. 33. q. 5 velandæ sunt mulieres, ne ex earum aspectu prouocentur ad concupiscentiam vitiosam. Ne autem ex præinductis quis putet fœminam non esse viro æqualem quantum ad gratiæ & gloriæ consecutionem adiecit Apostolus. *Verumtamen*
I. *neque vir sine muliere, neque mulier sine viro* esse potest in successu generationis humanæ, hoc est, vterque sexus ad generationem requiritur. *In domino*, id est secundũ generationẽ diuinã, qua deus ex viro & fœmina vniuersos producit, qui etiam virũ & fœminam in statu innocentiæ copulauit. Vel hoc loco dicitur, quoniam sexus vterque in deo est per gratiam vitæ, & gloriam patriæ. *Nam sicut mulier de viro* formata est, scilicet Eua de latere Adæ. *Ita & vir per mulierem*, id est, exteri viri generantur ex mulieribus. *Omnia autẽ ex deo*
Cant. 2. mediatè vel immediatè prodierunt, quoniá ex ipso, per ip-
Rom. 1. sum, & in ipso sunt omnia. Deinde probat Apostolus mulierem esse velandã tempore orationis, per dictamen naturalis rationis. *Vos ipsi iudicate*, id est, discernite & pensate quod quæro. *Decet mulierem non velatã* capite *Orare dominũ?* præser
I. tim in publico. *Nec ipsa natura docet vos*, id est, naturalis ratio nõ approbat hoc. Vel, natura, id est, dispositio, lex, seu
C. Est ordo. 33 q. 5. proprietas rerũ non testatur hoc condecens esse. Mulier enim naturaliter verecũda est, & inclinationem naturalẽ ha-
Exec. 44. bet ad comam nutriendam, scilicet vt naturali velamine operiatur. Ergo & artificiale velamen addendũ est ei. *Quod vir quidem si comã nutriat, ignominia est illi*, id est, scandalosum
Ambros. Nam. 6. est ei hoc facere. Secundum Ambrosium, dicit hoc secundum legem, quæ prohibet virum habere comam. Verumtamen Nazaræi iubebantur esse comati seu comam nutrire, sed hoc erat propter mysterium, scilicet ad insinuandum, quòd in veteri testamento omnia erant velata, quæ in nouo
Iudic. 13. testamento reuelantur, idcirco prohibitio comæ modò

non

non obligat. In aliquibus tamen locis fidelium ignominio- A
sum est viro comam nutrire, quia per hoc reputarentur ef-
fœminati & molles. Apostolus autem loquitur secundum
congruentiam personarum, locorum ac temporum. *Mulier*
verò si comam nutrit, gloria est illi, id est, laudabile, *Quoniam* C. *Est or-*
capilli pro velamine dati sunt ei. Mulieres enim naturaliter *do 33. q.5.*
humidæ & dispositæ sunt, ad capitis comam magis quàm vi *2. Timo. 2*
ri. Ideirco natura dedit eis capillos, pro naturali velamine, *De cō. di.*
maximè quoniam naturaliter competit mulieri esse pudo- *2. c. nullus*
ratam, & viro subiectam. *Si quis videtur contentiosus esse* con
tradicendo nostræ doctrinæ. *Nos talem consuetudinem nō ha*
bemus, videlicet, vt simus contentiosi, vnde alibi dicit Apo-
stolus, Noli verbis contendere *Neque ecclesia Dei*, habet hāc
consuetudinem contendendi. Vel sic, Nos talem consuetu- B
dinem non habemus, hoc est, ego & cæteri Apostoli, atque
fideles ex Iudaismo conuersi, non habemus consuetudinem
talem in orando vel prophetādo, qualē iste cōtentiosus in-
troducere nititur, scilicet, vt oremus aut prophetemus publi
cè atque solēniter capite cooperto, vel quòd mulier non ve
letur, neque ecclesia Dei ex Gētibus cōgregata, & à nobis
conuersa habet consuetudinem talem, idcirco ista respōsio
sufficere debet cōtentioso. Vt enim Augustinus affirmat, in *Augustī.*
his in quibus sacra scriptura nil certum definit, consuetudo *Dist 1. c*
populi Dei, & instituta maiorū, pro lege habēda sunt. *Hoc* *consuetu-*
autem præcipio, obseruari quod dixi de velatione capitis, vel *do.*
quod dicā de celebratione dominicæ cœnę. In quorū vtro-
que peccauerūt Corinthij, ideo cōtra cōtentiosos vtitur A- C
postolo. apostolicæ authoritatis præcepto. *Nō laudans*, imò vi
tuperās vos. *Quia non in melius, sed in deterius conuenitis*, quia
ad ecclesiā causā cōmunionis cōuenitis nō ordinatè, vt de-
cet, sed infructuosè & vitiosè. Quod patet. *Primùm quidem*
cōuenientibus vobis in ecclesiam Dei *Audio scissuras esse*, id est,
dissensiones inter vos pro spiritualibus donis. Per hoc insi-
nuatur, quòd primū vitiū Corinthiorum, tēpore cōuentio-
nis eorū in ecclesiā, erat dissensio, ex qua multa vitia nasce-
bātur. Hæc autē cōgregatio fideliū corporalis in domo dei,
nihil prodest sine vnione spirituali. Qua omnium voluntā-
tes per charitatē nectūtur, ita vt eadē velint, & eadē nolint. *Coloss. 3*
Et ex parte, id est, partim, *Credo*, sic esse. Non enim credo *Ephe. 4*
in omnibus vobis regnare hæc vitia, sed in aliquibus ve-

D strum. Nec mirũ quòd sic credo. *Nam oportet hæreses esse*, nõ necessitate absoluta, sed conditionali. Iuxta quem modum
Matth.18 ait Saluator, Necesse est, vt veniãt scandala. Vel oportet, id est, vtile est, non directè & per se, sed accidenter, quoniam deus ex malo elicit multa bona. Vnde iam subditur, cur oporteat vel expediat hæreses esse, videlicet. *Vt qui probati sunt*, id est, eruditi, ac stabiles in fide, seu approbati à Deo. *Manifesti fiant in vobis*, id est, agnoscantur verè fideles, dum non cedunt erroribus, sed inconcussa mente perseuerant in fide, sic quod discernantur ab aliis. Præterea multiplex vtilitas prouenit ecclesiæ occasione hæreticorum, videlicet diligentissima scripturarum elucidatio, patientiæ exercita-

E t o perfectorum coronatio. Multa enim ad fidem spectantia dum ab hæreticis impugnabantur, considerata sunt subtilius, intellecta perspicacius, prædicata instãtius. Fides quoque diuersis ac nouis miraculis est firmata. Deinde Apostolus increpat Corinthios de inordinata sumptione eucharistiæ, quam quidam eorum sumpserunt inter prandia, quidam post prandiũ, arguentes ex hoc quòd Christus manducantibus discipulis, benedixit panem, cũmque tradidit illis, iam celebrato veteri pascha. *Conuenientibus ergo vobis in vnum*, in ecclesiam causa communionis. *Iam non est*, id est, non contingit. *Dominicam cœnam manducare*, id est, eucharistiam sumere, quæ in cœna nouissima fuerat instituta. Hoc dicit Apostolus, primò, quia non solùm conuenerunt causa communicandi, sed etiam epulandi. Secundò, quia non li-

44. dist. quãlo, & nec tõs. dist. 2. c. liquido. 44 dist. c. quando. Epist. De consec. dist. 2. c. li quido. C. liquido. de cõsec. dist. 1 Matth. 21

cuit eis tali modo communicare, quoniam sacramentũ illud à ieiunis duntaxat sumendũ est, exceptis infirmis. Ideo subditur. *Vnusquisque enim*, vestrũm scissuras habẽtium. *Suam cœnam*, id est, propria cibaria. *Præsumit*, id est, parat & secum fert ad ecclesiam. *Ad manducandum*, in ecclesia ante sumptionem sacramenti. *Et alius quidem*, ex vobis *Esurit*, scilicet pauper qui sibi proprios cibos parare non potuit, cui etiam nihil affertis de vestris cibariis. *Alius autem ebrius est*, scilicet diues qui sibi delicatè parauit. Et quia hæc epulatio derogauit honori ecclesiæ, quæ consecrata est deo ad cultũ diuinum, non ad epulandum: ideirco increpat eos Aposto. de hoc quod in ecclesia materiali sine necessitate vescebantur. *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibẽdum?*
Luce.19 Quasi dicat, imò habetis domos in quibus talia fieri decet

potius

potius quàm in tẽplo, quod est domus orationis. *Aut ecclesiam Dei contemnitis?* Hoc est, inhonoratis, faciendo in tẽplo quod fieri debet in domo. Vel ecclesiam Dei, id est, congregationem pauperum fidelium contemnitis? Vnde subiungitur. *Et confunditis eos qui non habent?* cibaria preciosa, vel sufficientia, scilicet pauperes. *Quid dicam vobis?* qui tam multũ erratis, vt vix inueniam quid vobis dici primùm oporteat? *Laudo vos*, in quibusdam bonis quæ agitis, & quoniam fidem tenetis: *In hoc*, quod sic facitis in ecclesia. *Non laudo*, vos. *Ego enim accepi à domino*, id est, ex diuina reuelatione didici, *Quod tradidi vobis*, id est, quod docui vos de fidei institutione, & cultu, seu modo sumptionis huius sacramenti, quod etiam nunc resumo, & recito vobis. *Quoniam dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur*, id est, vespere noctis qua traditus est, captus, ligatus, & multiformiter cruciatus. *Accepit panem*, triticeum & azymum (quo tunc vtebantur Iudæi in esu agni paschalis) *Et gratias agens* Deo patri. *Fregit*, panem iam consecratum, hoc est, species vel dimensiones panis, non corpus consecratum. *Et dixit*, discipulis. *Accipite & manducate*, quod trado. *Hoc est corpus meum.* Hæc verba proferendo consecrauit saluator corpus suum. Sed an semel, an bis protulit verba hæc, & quando protulerit verba, quid etiam demonstret pronomẽ hoc, & alia penè innumera circa hunc locum, possunt inquiri; quæ quia super quartum Sententiarum copiosè habentur, omitto. *Quod pro vobis tradetur*, id est, pro vestra redẽptione morti exponetur, à patre, à meipso à Iuda, à Iudæis: diuersimodè tamen, vt dictum est. *Hoc facite*, id est, consecrationem huius sacramenti cõtinuate. Quod pertinet ad sacerdotes duntaxat. Vel, hoc facite, id est, corpus meum accipite atque comedite. *In meam commemorationem*, id est, ad memoriam actualem eximiæ dilectionis, ac acerbissimæ passionis meæ, imò & omnium beneficiorum meorũ. Quod pertinet ad omnes fideles. Hoc prædixisse videtur Psalmista cùm ait, Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timẽtibus se. *Similiter*, sicut de acceptione panis iam dictum est. *Et calicem*, cum vino quod erat in calice, Christus accepit, & sanguinem suũ consecrauit. *Postquam cœnauit*, hoc est, agno paschali comesto. *Dicens*, *Hic calix*, id est, contentum in calice isto, videlicet sanguis meus, qui verbis cõsecratio-

A

Ioan. 10 Epist. De consec. dist. 2. c. licuit quidã. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Matt. 26.

B

C

Psal. 110. Matt. 26. Marc. 14

Luc. 22.

Dnis prolatis continetur in calice. *Nouum testimentum est*, id est, nouæ promissionis stabilimentum. In veteri enim testa-
Ioan. 6. mento promittebantur bona temporalia & carnalia. In nouo autem cœlestia & æterna. Vel, nouum testamentum, id est, nouæ ac euangelicæ doctrinæ, seu noui testamenti confirmatiuum. *In meo sanguine*, id est, virtute & precio effusionis sanguis mei. Per effusionem enim sanguinis Christi, præparata sunt nobis bona cœlestia, & horũ bonorum promissio stabilitur in fide & merito sanguinis Christi. Ipsum quo-
Hebr. 9 que nouum testamentum in sanguine Christi ratificatur. Iuxta illud ab Hebr. Testamentum in mortuis confirmatum est. *Hoc facite*, id est, calicem istum accipite, & potate. *Quotiescunque sumitis* eum *In meam commemorationem*, sicut dictũ fuit de corpore. Sciendum verò, quòd licet corpus & sanguis Christi dicantur pluraliter sacramenta, sicut cùm orat
De consec. dist. 2 in sacramento. ecclesia: Purificent nos domine sacramenta quæ sumpsimus, scilicet propter materialem diuersitatem specierũ, sub quibus continentur, formaliter tamen sunt vnum sacramentũ, loquendo de vnitate perfecta & integrali. Nam ad eundem
C. de scripturis. de cons. dist. 2. c. utraque finem & actum completum ordinantur, scilicet ad spiritualem animæ refectionem, in qua requiritur spiritualis cibus, spiritualisque potus. Et quia hoc sacramentum cibus est a-
de con. dist. 2 nimæ cibum verò oportet essentialiter copulari cibãdo, id-
De consec. circo Christus in sacramẽto essentialiter cõtinetur. Sub spe-
dist. 2. c. ut. vsque. cie cibus autẽ panis est corpus Christi directè, videlicet vt cõ-
De. c. dist. 2. uersionis. Sãguis verò anima & deitas sunt ibi ex concomi-
c. Et sã. la tantia naturali, eò quòd non sint separata ab inuicem. Simili modo sub specie vini est sanguis directè, corpus autem anima & diuinitas concomitanter. Deinceps Apost. quasi exponens verba Christi immediatè prædicta subiecit. *Quotiescunque enim manducabitis panẽ hunc*, hoc est, corpus Chri-
Ioan. 5. sti, quod dicitur panis per proprietatem, quoniam alit. Vnde ait Saluator, Ego sum panis viuus. Item, quia sub accidentalibus formis panis continetur. *Et calicem*, id est, contentũ in calice sanguinẽ Christi. *Bibetis, mortem domini*, id est, Christi passionem. *Annunciabitis*, prædicando, cõmemorãdo, vel repræsentando *Donec veniat* iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem in die nouissimo. Constat ergo, quòd vsque ad finem mundi durabit celebratio huius sacramenti. *Itaque quicunque*, celebrans, vel à sacerdote accipiens.

Man-

Manducauerit hunc panem, supersubstantialem, salutarem, cœ A
lestem, atque viuificum. *Vel biberit calicem*, id est, sanguinem *Matth.26*
domini saluatoris. *Indignè*, id est, non in statu salutis & gra-
tiæ, non reuerenter & deuotè, non secundum institutionem
Christi, & ordinationem ecclesiæ. Requiritur enim in sum- C. *reuera*
ptione & celebratione huius superbeatissimi sacramenti a- *de.c.dist.2*
ctualis deuotio, saltem pro aliqua parte temporis, quoniam
Christus præcepit hæc fieri in commemorationem, id est, in
actualem memoriam suæ passionis & charitatis. Nec dubi- C. *Si non*
um, quin loquatur de memoria procedéte ex charitate, quæ *autē de cō,*
vtique memoria non est sine actuali deuotione, *Reus erit* *dist.2*
corporis & sanguinis domini, id est, sic confundetur, damnabi-
tur, & punietur, ac si Christum occidisset, eiúsque sanguiné
effudisset. Non tamen intelligendum est secundum omni- B
modam æqualitatem, sed secundum magnam similitudiné. C. *Quia*

Præterea aduertendum quòd dignitas sumendi hoc sacra- *corpus de*
mentum, attendi potest dupliciter. Vno modo ex parte su- *con.di.2.*
mentis, & sic potest homo dignè accedere, quando videli- C. *Si non*
cet non est sibi conscius, de peccato mortali, ita vt de præ- *sunt, de*
teritis doleat, nec peccare mortaliter proponat, imò omne *con.di.2*
mortale firmiter vitare intendit, faciens quod in se est, & cú
actuali deuotione mentem suam disponens. Secúdò, ex par-
te sumpti, videlicet sacramenti quod sumitur, cuius tanta est
dignitas propter vnitam diuinitatem, vt nullus viator tantę
valeat esse perfectionis, vt dignus sit ipsum accipere. Qua-
tuor autem consideranda sunt in omni sacrificio, & maxi-
mè in celebratione sacraméti altaris. Videlicet quis offert,
vt homo propriam imperfectioné perpendat, cōfiteatur, & C
corrigat. Cui offert, vt scilicet diuinæ maiestatis dignitas cō
sideretur, & ita cum omni reuerétia accedatur. Quid offert,
vt qualitas sacrificij ritè pensetur. Huius autem sacrificij tan
ta est dignitas, vt non solùm hominum, sed etiam angelorú
lingua enarrando deficiat. Et propter quid offertur. Si hæc
diligenter pensentur, inæstimabilis erit fructus sacrosanctæ
communionis, imò experimentalis, & omni admiratione di
gnissimus. *Probet autem seipsum homo*, hoc est, interiora sua
studiosè scrutetur, discutiat, purget, disponat. *Et sic de pane il*
lo edat, id est, taliter examinatus & præparatus corpus Chri-
sti manducet. *Et de calice* sanguinem *Bibat*. In primitiua
uanque ecclesia dabatur hoc sacramentum sub vtraque spe-

D cie. Sed postea ordinatum est, ne detur populo sub specie vi
ni, propter periculum effusionis. *Qui enim manducat*, corpus
Et bibit, sanguinem Christi. *Indigne*, secundum sensum expo-
situm. *Iudicium*, reprobationis, id est, meritum æternæ dam-
nationis. *Sibi manducat & bibit*, id est, communicando ac-
Vene. quirit, quia mortaliter peccat. *Non dijudicans*, id est, non di-
scernens. *Corpus* & sanguinem *Domini*, id est, illud accipiés
intemperatè & irreuerenter tanquam alium cibum. Ecce quá
terribiliter loquitur sanctus Apostolus, vt nos ab indigna
communione cohibeat. Christus verò non minus terribili-
1. Ioan. 1. ter intonat, vt nos ab abstinentia communionis reuocet: di-
Ioan. 6 cens, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis
eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quid ergo
Prou. 24 inter has terribiles comminationes eligendum atque agen-
E dum est misero peccatori? Si enim dixerimus, quia peccatũ
Luc. 19. non habemus, nosipsos seducimus, præsertim cum iustus se-
pties cadat in die, nisi vt seipsum cum omni humilitate dis-
ponat, pro viribus, confitendo, satisfaciendo, vitam quoti-
die emendando, Christi beneficia recolendo, & in sola mi-
sericordia creatoris integra mente sperando!

Denique quamuis bonum sit, interim ab hoc sacramento
abstinere ex timore & reuerentia, propter propriam imper-
fectionem, & periculi grauitatem, melius tamen est quotidie
accedere ex feruenti amore & amicabili familiaritate atque
fiducia. Actus enim charitatis dignior est actu timoris. Op-
timum verò est taliter viuere, vt dignus sit homo quotidie
sumere, proficiendo in vera charitate, & per consequens in
F omni virtute, ac dono spiritus sancti. Hoc nanque est incef
sabiliter communicare loquendo de spirituali communio-
ne, qua Paulus primus heremita quotidie communicauit,
qui tamen intra centum circiter annos, hoc sacramentum
sacramentaliter nunquam accepit. *Ideo*, id est, propter
irreuerentem sacramenti sumptionem. *Sunt inter vos mul-
ti infirmi*, corporali languore. *Et imbecilles*, id est, penè
consumpti longa infirmitudine. *Et dormiunt multi*, id est,
corporaliter moriuntur in pœnam huius culpæ. Quemad-
modum enim in veteri testamento grauiter etiam in præ-
Leui. 10 senti puniti sunt, qui statum post legislationem, legem scri-
Num. 15. ptam transgressi sunt, (vt patet de duobus filius Aaron, &
Exod. 32. homine colligẽte ligna in die sabbathi, adoratoribus quoq;
vituli

vituli aurei, qui omnes occisi sunt) ita in nouo testamento A
statim post euangelicæ legis latorem & confirmatorem
dire percussi sunt transgressores euangelicæ legis, vt patet *Act. 5.*
de Ananía & Saphyra, & de excommunicatis quos dæmon *1. Cor. 10.*
in primitiua ecclesia corporaliter affligebat, vt dictum est
supra. Simili modo communicantes indignè in primitiua
ecclesia frequenter mox vltionem diuinam perpessi sunt,
scilicet longam languoris molestiam: & interdú etiam cor-
poralem interitú. Talia enim fiebant ad legis confirmatio
nem, & aliorum terrorem. Facit autem Deus tales vltiones
interdum, vt agnoscatur diuina prouidentia & iustitia. In-
terdum vero, vt commendetur nobis diuina misericordia.

Deinceps ostendit, quomodo possimus iram atque iu-
dicium Dei euadere. *Quod si nosipsos diiudicaremus*, id est, no B
stra peccata consideraremus, argueremus, & puniremus, di- *psal. 50.*
centes, Tibi soli peccaui. Et illud beati Iob, Vias meas in có- *Iob. 13.*
spectu Dei arguá. *Non vtique iudicaremur*, iudicio reproba-
tionis (De quo dicitur in Ioanne, Qui credit in filium, nó *Ioan. 3.*
iudicatur) id est, non damnaremur: quia vt dicitur per Pro- *Naum. 1*
phetam, non consurget duplex tribulatio. Loco cuius alia *Iudith. 8*
translatio habet. Non iudicabit dominus bis in idipsum. Lo
quitur Apostolus in persona totius generis humani, cum ip
se non esset in isto culpabilis.

Deinceps ponit vtilitatem diuinæ correctionis. *Cum iu*
dicamur autem à domino. Hoc est per nostros excessus tem-
poralibus pœnis addicimur, (sicut nunc dictum est de indi-
gnè communicantibus) *Corripimur* id est, flagello paternæ C
correctionis percutimur iuxta illud Apocalypsis, Ego quos *Heb. 12.*
amo, arguo & castigo. Et Iob, Beatus homo qui corripitur *Apoca. 3.*
à domino. *Vt non cum hoc mundo damnemur*, id est, ne cum *Iob. 21.*
mundanis, & vanis hominibus super quos nó est virga dei,
æternaliter pereamus. Hoc est quod alibi scriptura loqui-
tur, Etiam non multo tempore tinere peccatoribus ex sen- *1. Mac. 6.*
tentia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij
est indicium. *Itaque fratres mei*, ne præinducta mala vobis
contigant. *Cum conuenitis*, in ecclesiam materialem. *Ad man*
ducandum, panem cœlestem, videlicet corpus dominicũ. *In-* *De cõ. dis*
uicem expectate, vt nó inchoëtur celebratio diuinorum: nec *2. c. liquido*
fideles communicent, nisi cum omnes conuenerint. *Si quis*
autem esurit, non potens expectare tam diu. *Domi manducet*

D cet, cibū corporalem, non in ecclesia, sicut hucusque fecistis. Nec tamen postmodum communicare præsumat eodē die, quoniam à ieiuno duntaxat sumendum est sacramentū. Hęc igitur facite. *Vt nō in iudicium*, damnationis. *Conueniatis*, hoc est, ne conueniendo inordinate incurratis non fructū sacrę cōmunionis sed iudiciū perpetuæ mortis. *Cætera autem*, quę modo non scribo. *Cum venero, disponā* Ex hoc elicitur, quòd quædā obseruantur in ecclesia ex ordinatione Apostolorū, quę scripta nō sunt, vt est adoratio crucis in die parasceues. Vnde generalis cōsuetudo ecclesiæ pro lege obseruāda est.

C. sacramēt. de cons. dist. 2.

Et c. liquido de cons. dist 2

C. consuetudo di. 2

Cap. XII. *De spiritualibus autem, nolo vos ignorare.*

ARTICVLVS XII.

Epistola. COrrectis Corinthiorū erroribus circa sacramenta baptismi, matrimonij, & eucharistiæ nunc instruuntur de donis & gratiis supernaturalibus spiritus sancti tam gratum facientibus quàm gratis datis, & ait. *De spiritualibus autem*, id est, diuinis charismatibus, donis, seu gratiis spiritus sancti. *Nolo vos ignorare*, id est, ignaros esse, quid secundum catholicam fidem de illis sit tenendum, ō *Fratres*. Deinde ostendit apostolus quales isti fuerunt antequam receperunt gratiam Dei. *Scitis autē*, memoriter tanquam experti. *Quoniam*, id est, quòd. *Cum gentes essetis*, hoc est, in gentilitate conuersantes, gentiliterque viuentes eratis. *Ad simulachra muta*, id est, idola insensata, de quibus scriptum est, Os habent & non loquentur. *Prout ducebamini*, suggerente diabolo, vel propria consuetudine. *Euntes*, id est, assidue proficiscentes. *Ideo notum vobis facio*, per præsentem scripturam, *Quòd nemo in spiritu dei*, id est, in spiritu sancto *Loquens*, verbo cordis, verbo oris, vel verbo operis. De quo Zacharias propheta, Hæc sunt, inquit, verba quæ facietis, & cætera. *Dicit*, aliquod horum trium verborum. *Anathema Iesu*, id est, blasphemiam vel quodcunque mortale peccatum à deo separatiuum contra Christum. Hoc dicit Apostolus ad innuendum, quòd per gratiam dei vitatur mortale peccatum & vt sciamus illū nō operari aut loqui in spiritu sancto, videlicet secundum gratiam eius (quod idem est dicere) qui Christo iniuriam irrogat. Vnde in prima Ioannis canonica habetur. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christū in carne venisse, ex deo est. Et om

Psal. 113.

Zacha. 8.

Hebræ. 1.

Apocal. 1

nis spiritus qui soluit Iesum Christum, ex deo non est. *Et ne-* A
mo potest dicere, dominus Iesus, id est, Iesum Christum cum de- *1. Ioan. 4*
bita attentione, & cordis affectu exprimere. Vel eum veraciter dominum suum appellare. *Nisi in spiritu sancto*, hoc est, ex gratia gratificante. Talis enim prolatio Iesu cum sit confessio oris & actio meritoria, *Phlip. 2*
procedit ex charitate & fide formata. Nec obstat quod ait Saluator, *Matth. 7*
Nō omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum celorū. Talia enim atque similis intelligūtur de dilectione informi ac nuda, cui nec charitas nec operatio correspōdet. Apostolus autē vult dicere quōd nō possumus aliquid meritorie cogitare, loqui vel operari, nisi in spiritu sancto per gratiam gratificantem. Declarata necessitate & efficacia gratiæ, fonte quoque gratiarum ostēso, agit apostolus de gratis in speciali. Denique triplex ponitur differentia hominum quantū ad actus & habitus animæ rationalis, vt Thomas in secunda secūdæ pulchrè deducit. Prima est, secūdum diuersas gratias gratis datas. Nam alij datur gratia prophetiæ, alij gratia sanitatū, alij sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, sicut patebit. Secunda differentia, est, secundum diuersitatem officiorū ac statuum Alij enim datum est ministerū apostolatus, alij ministerium sacerdotij, &c. Tertia est, secundum diuersitatē vitæ & operationū. Quidam enim sunt contemplatiui, quidam actiui. *Galat. 3*

Gratia autem est duplex, videlicet gratum faciens, & gratis data, quæ differunt in hoc quod per gratiam gratum faciētem conuertitur rationalis creatura immediatè ad deū conuersione charitatiua. Datur enim hæc gratia principaliter propter bonum eius cui præstatur. Gratia verò gratis data est, per quam vnus cooperatur saluti alterius. Quæ enim à deo sunt, ordinata sunt. Ordo autem in hoc cōsistit, vt ait Theologus, vt vnus per alium reducatur ad deum. Ideirco gratia gratis data, datur principaliter propter bonum alterius, scilicet propter vtilitatem ecclesiæ. Sed ad hanc vtilitatem tria requiruntur. Primò quædam facultas exercendi a- *Roma. 15*
ctum ecclesiæ vtilem, & ista habetur per gratiam gratis datam vt est donum linguarum, gratia miraculorum. Secundò requiritur authoritas exercendi actum huiusmodi, vt a- *Iaco. 5.*
postolatus, vt sacerdotiū. Tertiò quoque exigitur executio *Dionys.*
operum. Quantum ergo ad primum istorum, dicit Apostolus. *Diuisiones verò gratiarum*, gratis datarum (de

B

C

D quibus nunc agitur) id est, ipse gratiæ diuisæ sunt, cum sint diuersæ ac plures, sicut dicetur. *Idem autem spiritus*, est, scilicet spiritus sanctus, qui est omnium donorum illorum gratuitorum collator. Quantum autem ad secundum subiungitur. *Et diuisiones ministrationum sunt*, id est, officia seu ministeria ecclesiasticarum personarũ distincta & varia sunt. *Idem autem dominus*, distributor illorum. *Et diuisiones operationum sunt*, id est, diuersæ sunt executiones officiorum tam prædictorum, & vnum opus maius & dignius est alio. Quidam per ministrationes intelligunt effectus gratiæ gratis datæ quantum ad alios, prout vnus alteri subseruit: per operationes vero, effectus gratiæ quo ad seipsum. Quamuis etiam tria nomina hic expressa, videlicet spiritus, dominus, Deus, vni cuique diuinæ personæ conueniant: propriè tamẽ per spiritum accipitur spiritus sanctus, per dominum filius, per Deum pater. *Idem verò est Deus qui operatur*, mediate vel immediatè. *Omnia in omnibus*, reddendo singula singulis, id est, omnia quæ sunt in quacunque re: quicquid enim est causa causæ, est causa causati: imò effectus causæ secundæ magis adscribendus est causæ primæ, quam causæ secundæ. Non autem operatur Deus omnia in omnibus tanquam sit forma & esse interdum omnium rerum, vt multi putauerunt, sed sicut causa efficiens & finalis, cuius virtute & desiderio operatur omnis causa secunda.

Galat 3.

Idem.

Ioan. 11.

Deinceps ponit apostolus causam finalem infusionis gratuitorum donorum: *Vnicuique autem*, id est, omni cui.

F *Datur manifestatio spiritus*, id est, gratia gratis data, qua declaratur præsentia, spiritus sancti, non quòd talis gratia semper coniuncta sit charitati, ita vt Deus per eam habitet in homine, sicut in electis habitare fertur per acceptionem ipsorum: imò gratia talis sæpe confertur malignis, vt patet de Iuda proditore, & Balaam. Propter quod ait Saluator, Multi dicent mihi in die illo, Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & cætera. Dicitur tamẽ gratia ista manifestatio spiritus, quia frequentius signum est diuinæ inhabitationis, & semper ostendit virtutem diuinam præsentialiter operantem per dona huiusmodi. Datur ergo hæc gratia. *Ad vtilitatem*, id est, profectum ecclesiæ, sicut ostensum est. Datur enim talentum diuini beneficij vt

Num. 12.

Matth. 7.

2 Petri. 1.

Mat. 25

expenda-

expendatur vtiliter, non vt abſcondatur ignauiter: ſecun- A
dum quod ait Saluator, Negotiamini dum venio. Petrus *Luc.19.*
quoque hortatur. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in al- *1.Pet.4.*
terutrum illam adminiſtrantes. Deinde enumerantur gratię
gratis datæ. *Alij quidem datur per ſpiritum*, id eſt, à ſpiritu
ſancto. *Sermo ſapientiæ*, id eſt, ſapientia aliis ſermocinandi,
videlicet cognitio diuinorũ. *Alij autem* datur, *Sermo ſcię-*
tiæ, id eſt, ſcientia rerum humanarum & creaturarum, per
quas declarantur diuina, quoniã inuiſibilia dei per ea quę fa *Rom.1.*
cta ſunt, cognoſcuntur. *Secundum eundem ſpiritum*, id eſt, ſe-
cundum beneplacitum eiuſdem ſpiritus ſancti, & non ſecũ-
dum vel propter merita noſtra. Exprimit autem Apoſtolus
hæc duo dona gratuita pręmittendo ſermonẽ propter duo.
Primo ad inſinuandum quod ordinantur ad inſtructionem B
aliorum. Secundo ad innuendum quòd non ſolùm habitua *Luc.21.*
lis cognitio, ſed etiam vſus ſeu ordinata expreſſio ſit à deo. *Eccle.41.*
Vnde dicit Saluator. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui
non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Et alibi ha- *Eccle.20.*
betur. Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtili- *Eſa.11.*
tas in vtroque? Sciendum verò, quòd iſta ſapientia & ſcien-
tia realiter differunt à ſapientia & ſcientia quæ ſunt de nu-
mero ſeptem donorum ſpiritus ſancti. Illa enim haberi non
poſſunt ſine charitate & gratia gratum facente: iſta verò,
vt dictũ eſt, poſſunt eſſe in impijs. *Alteri* datur *Fides*, id eſt, *Ioſue.10.*
conſtantiſſima certitudo de inuiſibilibus, quæ in ſacra ſcri-
ptura præſupponuntur. Non ergo ſumitur fides hoc loco,
prout eſt virtus theologica. *In eodem ſpiritu*, id eſt, virtute ſpi
ritus ſancti. *Alij* datur *Gratia ſanitatum*, id eſt, virtus curãdi C
infirmos. *In vno ſpiritu*, id eſt, in ſpiritu ſancto. Qui in ſeip-
ſo vnus & ſimplex eſt, quamuis in donis ſit multiplex. *Alij*
datur, *Operatio virtutũ*, id eſt, magnorum miraculorum, fa-
cultatem naturæ omnino excedentium, vt eſt ſtatio ſolis.
Alij prophetia, hoc eſt, cognitio futurorum contingentium
certa atque diuinitus inſpirata. *Alij diſcretio ſpirituum*, hoc *1.Ioan.4.*
eſt, diſcreta cognitio ſeu rectum iudicium de his quæ in ani-
mo aliorum verſantur, vel ab eis proferuntur, vt ſciat homo
quo ſpiritu vnumquodq; dicatur. Poteſt quoq; intelligi de
diſcretione ſpirituum bonorum inter malignos diſcernen-
di, ne fallatur quis à Satana, proponẽte mala ſub ſpecie bo-
ni, vel in ſpecie angeli apparente. *Alij* dãtur *Genera lingua-*

D rum, id est, diuersa idiomata, seu facultas vtendi compluribus linguis. *Alij* datur *Interpretatio sermonum*, id est, expositio aliorum idiomatum, vel difficilium sensuũ, aut prophetalium visionũ Sanctus Thomas in prima secundæ assignat sufficientiam gratiarũ istarum hoc modo. Gratia gratis data ordinatur ad hoc, vt vnus cooperetur saluti alterius. Ad hanc verò cooperationẽ tria requiruntur. Primũ est diuinorum præclara quædam cognitio. Secundũ est, eorundẽ firma proobatio, non vtique per naturalem rationem, sed per diuina miracula. Tertium est, eorum apta prolatio. Quantũ ad primum tria sunt necessaria. Primo, vt aliorum instructor prima principia sacræ scripturæ, puta articulos fidei certissimè noscat. Et quantum ad hoc ponitur fides, quæ iam sumitur pro certitudine fidei. Secundum est certa cognitio principalium conclusionum ex prædictis principiis deductarum, & ita est sapientia. Tertium est, declaratio diuinorũ & inuisibilium credendorum per manifesta exempla, sicque ponitur sermo scientiæ. Confirmatio autẽ seu probatio inuisibilium fidei, fit per ea quæ diuinæ virtuti sunt propria, & hoc dupliciter. Primò, vt ea fiant quæ diuinæ potestati sunt propria, vt sunt diuina prodigia. Quæ si pertineant ad corporis sanitatem, erit gratia sanitatum: si verò ordinentur ad diuinæ potẽtiæ manifestationem, erit operatio virtutũ: si verò ea manifestet quę diuinæ scientię propria sunt, sic est prophetia quantum ad cognitionem contingentium: vel discretio spirituum, quantum ad cognitionem secretorum cordis. Ad conuenientem verò prolationem, primò requiritur facultas idiomatum, vt possit homo loqui hominibus cuiuscũque idiomatis, & sic est donum linguarum. Secundò exigitur intellectualis cognitio dicẽdorũ, quod pertinet ad interpretationẽ sermonũ. *Hæc omnia operatur*, id est, cuncta dona prædicta efficit in nobis. *Vnus atque idẽ spiritus sanctus* *Finis.* *Dividens*, i. mẽsuraliter distribuẽs. *Singulis*, quibus ista præstantur. *Prout vult*, id est, nõ secundũ necessitatẽ naturæ, sed secundum libertatem suæ voluntatis æternæ. Ex hoc patet, Spiritum sanctum esse verũ deum, aliter enim non operaretur hæc prout vult. Horum exemplum subiungitur. *Sicut* *Coloss.* *enim corpus* humanum *Vnum est*, cõiunctione membrorũ & vnitate suæ formæ substantialis. *Et* hoc corpus, *Membra habet multa*, videlicet manus, pedes, &c. *Omnia autem membra*

corporis

corporis cum sint multa, vnum corpus sunt, ita & Christus, in se A
vnus est, habens membra diuersa, scilicet vniuersos fideles qui Christo vniuntur vt capiti: faciunt que sub eo vnum mysticum corpus, quod est ecclesia. Sicut ergo diuersis mem- *Ephe.1.*
bris, ita diuersis fidelibus, diuersa dona siue officia deputantur atque cõueniunt. Quomodo autẽ corpus Christi mysticum vnum sit, subditur: *Etenim in vno spiritu*, id est, in spiritu sancto, seu gratia spiritus sancti. *Omnes nos in vnũ corpus*, hoc *Mat.28.*
est, ad hoc vt simus vnum mysticum corpus, per fidẽ & cha- *Ephe.4.*
ritatem coniuncti. *Baptizati sumus*, non solùm in nomine spiritus sancti, sed in nomine patris & filij & spiritus sancti, vel certè in nomine Christi. *Siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi*, id est, diuersitas ritus, aut conditionis vnitatem istam non impedit. *Et omnes in vno spiritu* sancto *Po-* B
tati sumus spirituali potatione, id est, diuersis charismatibus spiritus sancti impleti. De qua potatione dicit Saluator a- *Ioan.4.*
pud Ioannem, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Deinde Apostolus similitudinem istam clarius explicans, subdit: *Nam & corpus nõ est vnum membrum, sed multa.* Loquitur autem de corpore naturali organico, quod constat ex membris distinctis. *Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore?* Hoc intelligi potest, vel de pede corporis humani, qui non ideo non esset pars corporis, quamuis diceret se non esse manum. Vel de pede ecclesiæ, hoc est, homine habente gratiam inferiorem. Itaque si dixerit pes ille, C
Quoniã non sum manus, id est, ex quo non sum ita perfectus, vt is cui operatio virtutum collata est, id est, idcirco nõ sum de corpore mystico ecclesiæ, non ideo non est de corpore? hoc est, ex hoc nõ sequitur, quòd nõ sit aliquo modo de corpore ecclesiæ, *Et si dixerit auris, quoniã non sum oculus* idcirco *Non sum de corpore, non ideo non est de corpore?* Possunt autem per aurem & oculum intelligi naturalis corporis mẽbra, vel personæ ecclesiasticæ, vt per aurem intelligatur qui habet gratuitum donum scientiæ: per oculos autem, qui habet gratiam sapientiæ, quorum inferior, quamuis diceret se non esse parem superiori, ex hoc tamen non sequeretur, *Rom.12.*
quòd nullo modo ad corpus Ecclesiæ pertineret. *Si totum corpus esset Oculus*, vbi esset *Auditus*, id est, auris. *Si totum*

D corpus esset. *Auditus, vbi esset Odoratus?* id est, nares. Per hoc designatur, quòd si omnes fideles essent vnius officij, nó posset saluari diuersitas officiorum, gratiarum & operationum, quæ ad ecclesiæ perfectionem requiritur: periret q; decor ecclesiæ, qui in ordine diuersorum consistit. *Nunc autem* propter exercenda opera naturæ necessaria, *Posuit*, id est, ordinauit, formauit atque constituit, *Deus*, per causas secundas, *Membra* in corpore hominis. *Vnumquodque eorũ in corpore* humano. *Sicut voluit* qui omnia operatur secundum propositum voluntatis suæ. *Quòd si essent omnia* ad corporis in-
Ephes. 1. tegritatem spectantia, *Vnum membrum, vbi esset corpus?* Quasi dicat, Non esset corpus organicum, ad cuius perfectionem diuersa membra concurrunt. *Nunc autem*, ad vitandum incó-
E ueniens tale. *Multa quidem membra* sunt, *Vnum autem* est *Corpus* resultans ex diuersitate membrorum: simili modo est
Ibidem. in Ecclesia. Sed quamuis sit tanta diuersitas ordinis in naturalibus membris corporis, ac mysticis membris Ecclesiæ, superiora tamen indigent inferiorum auxilio, sicut subiungitur. *Non potest autem oculus dicere manui.* Quamuis oculus loqui posset, non tamen veraciter diceret manui, quæ est organum organorum atq. inferior oculo. *Opera*, id est, actione *Tua non indigeo*, quod enim oculus videt agendum, manus exequitur. *Aut iterum, caput* non potest dicere *Pedibus*
Gala. 6. qui viliores sunt capite. *Non estis mihi necessarij.* Pedes enim perducunt caput ad necessaria alimenta. Sic in ecclesia contemplatiui (qui designantur per oculum) indigent ópera actiuorum: & prælati (significati per caput) indigent subdi-
F tis, qui exprimuntur per pedes. Potest enim humilis, potest & subditus, quod non potest sublimis & rector. *Sed multò magis quæ videtur membra corporis infirmiora esse*, id est, viliora, vt manus & pedes, quæ cunctis membris deseruiunt. Vel infirmiora, hoc est, teneriora, vt oculus. *Necessariora sunt* ad vitæ sustentationem. *Et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis*, vt sunt membra quæ generationi atque egestioni deseruiunt. *His honorem abundantiorem circundamus*, id est, diligentius tegimus & vestimus. Sic in Ecclesia imperfectioribus maior cura & subuentio necessariæ sunt, vt scilicet diligentius instruantur & spiritualibus donis perficiantur.

Honesta autem nostra, hoc est, membra corporis pulchriorá, *Nullius*, operimenti & ornatus, *Egent*, vt oculi, genæ, facies,

facies. Sed Deus temperauit, id est, conuenienter proportionauit *Corpus* humanum. Cuius tẽperationis modus annectitur. *Et cui detrat bonor*, id est, membris vilioribus. *Ampliorem tribuendo honorem*, id est, ornatum vestimentorum: quia indidit hominibus naturalem instinctum, ad hoc, *Vt non sit schisma*, id est, disproportio membrorum *In corpore, sed in idipsum*, hoc est, propter bonum totius corporis. *Pro inuicem sollicita sint membra*, id est, sibi inuicem promptè subseruientia in rebus agendis, periculisque vitandis. Sicut pro defensione, oculorum manus se obiicit, & pro manuum defensione, oculus vndique conspicit. *Et si quid* molestiæ, *Patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*, succurrendo læsioni membri infirmi: nam & dolor vnius membri redundat in aliud. *Siue gloriatur*, id est, in aliquo delectatur. *Vnum membrum, congaudeant omnia membra*, id est, suo modo congratulentur atque refloreant. Quemadmodum ergo tanta est habitudo inter corporis membra, vt vnũ alteri auxilietur, condoleat, congratuletur: sic esse oportet inter fideles, si velint effici membra Christi. Vnde ad ostendendum, quòd ista fideles concernant, subiungitur: *Vos autem estis corpus Christi* mysticum, charitatis & fidei nexu ad inuicem, & cum Christo vnitum. *Et estis Membra* dependentia, quantum ad esse spirituale. *De membro*, id est, Christo principali capite nostro. Vel, de mẽbro, id est, persona ecclesiastica, cuius prædicatione estis conuersi. Deinde tractat Apostolus de ordine prædictorum donorum, & distinctione ministrationum. *Et quosdam quidem*, id est, paucos, respectu aliorum. *Posuit deus* per fidem & gratiam. *In ecclesia*, id est, inter fideles. *Primùm* ordine dignitatis *Apostolos*, summos ac primos Christi vicarios, principes populorum ac iudices. *Secundò*, id est, statim, post apostolicam dignitatem posuit, *Prophetas* noui testamenti, mysteria scripturarum ac futura prænunciantes, quales in actibus Apostolorum legũtur fuisse Agabus, Sileas, & alij plures. Ariopagitam quoque Dionysium fuisse prophetam testatur epistola eius ad Euangelistam Ioannem. *Tertio* loco dignitatis, posuit deus *Doctores*, præcepta vitæ prædicantes, & alios imbuentes. De quibus in Actibus legitur, Erant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores. *Deinde* posuit Deus in Ecclesia *Virtutes*, id est, operatores mi-

A *Deu.32.* *2.Reg.13.*

B *Ephes.5.*

C *Rom.15.* *Col.3.* *Ephes.4.* *Psal.46.* *Act.11.* *Act.13.*

Draculorum in rebus extra hominem. *Exinde* posuit, *Gratiæ curationum*, hoc est, sanatores corporum humanorũ ordine supernaturali. Certum est autem, omnia ista conuenire Apostolis. Erant enim summi prophetæ, & primi doctores ecclesiæ, signis præclari: sed Apostolus ponit hic ordinationem gratiarum & gradus ministrorum, digniora dignioribus tribuens. Præterea posuit Deus in Ecclesia *Opitulationes*, id est, adiutores superiorum, sicut archidiaconi opitulantur episcopis. *Gubernationes*, id est, prælationes minorum personarum vt sunt presbyteri: *Genera linguarum*, id est, loquutes linguis diuersis ex gratia speciali: *Interpretationes sermonum*, hoc est, occultorum sensuum explanatores. Quòd autem non omnia dona data sunt singulis, sed vni hoc, alij illud, declarat continuò. *Nunquid omnes* homines sunt *Apostoli*? non vtique, sed paucissimi, quantò enim perfectio maior, tantò est rarior. *Nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes?* id est, miracula operantes? *Nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis diuersis Loquuntur? nunquid omnes interpretantur?* exponendo obscura. Ne autem desiderium hominum principaliter feratur ad desiderandum dona ista gratuita, eo q̃ ad honorificentiam quandam pertineant, monet Apostolus, vt dona gratum facientia, sicut sunt septem dona spiritus sancti, potius desiderentur. *Æmulamini autem*, hoc est, festinate & optate, *Charismata meliora*, hoc est, salubriora dona spiritus sancti. *Et adhuc* vltra omnia prædicta: *Excellentiorem* viam ad patriam perducentem, *Vobis demonstro*, in sequentis capituli exordio, scilicet charitatem.

Isa. 11.

Cap. XIII. *Si linguis hominum loquar &c.*

ARTIC. XIII.

1. Cor. 12. HAbito tractatu de gratiis gratis datis, iã agitur de charitate, quæ secundum quosdam realiter idem est cum gratia gratum faciente. Secundum Thomam verò ab ea realiter differt, est tamen inseparabiliter ei vnita.

Charitatis igitur dignitatem insinuans: ait, *Si linguis hominum* vniuersorum *Loquar*, sicut & loquor. Apostolis nanque data est omnium linguarum notitia. Loquar quoque *Et* spiritualibus linguis *Angelorum*, id est, quamuis sic loqui

Act. 2.

Epistola.

possem

posſem, ſicut angeli ſancti loquuntur ad inuicem per intelle A
ctualem conuerſionem vnius ad alium, vt cum ſuperiores il
luminãt inferiores, vel inferiores ſuperioribus proprios ma-
niſeſtant conceptus. Quæ loquutio eſt per voluntariam de-
terminationem ac intellectualem eorum conuerſionem ad
inuicem: quod enim in corporalibus facit ſitus, hoc in ſpiri-
tualibus efficit ordo, ſecundum Auguſtinum. *Charitatẽ au-*
tem Dei & proximi. *Non habeam ſactus ſum velut reſonans,*
aut cymbalum tinniens, id eſt, inanem ſtrepitum verborum e-
mitto, qui alios docet atque delectat: mihi autem non pro-
deſt, quoniam ſpiritualiter mortuus ſum. Æs quoque ſonan
do, aliis aliquid ſignificat, cymbalum quoque tinniendo au
dientes delectat. Patet ergo quòd donum linguarũ ſine cha
ritate nil profit, quantumcunque ſit ſublime. *Et ſi habuero* B
prophetiam, quæ eſt ſupernaturalis cognitio futurorum. *Et*
nouerim myſteria omnia, id eſt, occulta ſacramenta ſummæ tri-
nitatis. *Et omnem ſcientiam*, vtriuſque teſtamenti. *Et ha-*
buero omnem, hoc eſt, perfectam. *Fidem, ita vt montes*, oran-
do, vel imperando. *Transferam*, de locis ſuis. (De qua fide
in Euangelio loquitur Chriſtus, Quicũque dixerit huic mõ Marc. 11.
ti, tollère & mittère in mare, & non hæſitauerit, fiet ei) Cha Matth. 7.
ritatem autem non habeam, nihil ſum, quantum ad eſſe ſpiritua-
le, deiforme, ac meritorium. Charitas enim vita eſt animæ,
ideo charitate ablata, deſinit eſſe & viuere coram Deo. *Et*
ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, id eſt, om Roma. 5
nia bona mea pauperibus nutriendis erogauero. *Et ſi tra-*
didero corpus meum, tormentis pro obſeruatione iuſtitiæ. C
Ita vt ardeam, id eſt, comburar. *Charitatem autem non ha-*
buero, nihil mihi prodeſt, ad promerendam vitam æternam.
Charitas enim viuificat mentem, iungítque affectum cum
Deo, referens cuncta ad vltimum finem. *Charitas patiens*
eſt, facit enim æquanimiter ferre aduerſa amore dilecti. *Be-*
nigna eſt, id eſt, clemens, facilis ad donandum. Hi actus ſunt
à charitate imperatiuè, ab habitu verò patientiæ & beni-
gnitatis procedunt elicitiuè. *Charitas non æmulatur*, id eſt,
non inuidet proſperitati alterius. Porrò ſignificationes hu-
ius verbi æmulor, continentur hoc verſu, Aemulor inflatur, amat, inuidet ac imitatur. Charitas, *Non agit perperam*,
id eſt, peruerſe, impediendo bonum alterius. *Non inflatur*,
tumore ſuperbiæ. *Non eſt ambitioſa*, optando prælationẽ,

D *Non quærit quæ sua sunt*, non est inordinatè ad seipsam refle-
Matt.5. xa, ita vt solùm aut finaliter intédat & quærat proprium bo-
Iac.5 num, sed potius quęrit Dei honorem finaliter: proximorum autem salutem quærit vt propriam. Vel, non quærit quę sua sunt, id est, sua non repetit cum scandalo alterius: non enim amat pecunias, sed animarum salutem. *Non irritatur*, id est, nec verbis nec signis prouocatur ad iram. *Non cogitat ma-*
Hebr.4 *lum*, id est, nocumentum inferre alicui. *Non gaudet super iniquitate*, id est, de culpa alterius non lætatur, imò compatitur. *Congaudet autem veritati*, vitæ, doctrinæ atque iustitiæ, id est, bonis operib⁹, & rectæ doctrinæ. *Omnia suffert*, id est, aduersa fortiter tolerat, & proximorum defectus piè sustinet. *Omnia credit*, quæ diuinitus reuelantur. Non omnibus,
Ioan.14 E cùm non sic credendum omni spiritui: nec simpliciter omnia quæ dicuntur credi: esse vera, quia hoc esset incircunspectionis: secundum illud, Innocens credit omni verbo. Vbi
Prou.14. innocentia pro defectu sensus accipitur. *Omnia sperat*, id est, diuina promissa longanimiter expectat, & quæ petit, confidit adipisci. *Omnia sustinet*, id est, onera aliorum sustentat & portat. *Charitas nũquã excidit*, id est, nũquam finitur, aut esse desinit. Quòd intelligendum est non quantum ad subiectũ charitatis: nam habens charitatem potest eam amittere. Iuxta illud, Habeo aduersum te, quòd charitatem tuam pri-
Apoc.2 *Matt.24.* mam reliquisti. Et Christus in Euangelio, Refrigescet, inquit, charitas multorum: sed intelligendum est, quantum
J ad charitatis perfectionem internam, quoniam ita perfecta est charitas, vt nec actus nec habitus charitatis repugnet statui beatorum. Vnde cum præsenti vita non finiuntur, sed in futuro perficiuntur. Tunc enim charitatis præceptum perfectè implebitur. Potest tamen intelligi de charitate perfectorum, qui ita in dilectione & gratia confirmati
Roma.8 sunt, vt cum Apostolo dicere queant: Quis nos separabit à charitate Christi? *Sive sint Prophetiæ*, tamen *Euacuabuntur*, id est, cessabunt cum vita præsenti. Prophetia enim est obscura cognitio, & concernit futura: cognitio autem beatorum est clara, & omnia sunt eis quasi præsentia. *Sive linguæ cessabunt*, esse in patria, Non quòd substantia linguę aut vsus
Lucæ.3 eius non erit. Nam sancti in patria omnia corporis membra habebũt, & vocali laude atque corporea voce vtẽtur, prout probabilius dicitur. Intelligendum est ergo, quòd donũ lin-

guarũ

guarum cessabit, quia non dabitur in patria alicui vsus lin- A
guarum diuersarum, ad hoc vt diuersis loquatur linguis, eo
quòd non omnes linguas intelligent, omnes enim omnes
linguas cognoscent. Et sicut probabiliter æstimant aliqui,
sicut in primo statu generis humani erat populus vnus & la
bium vnum, vt patet in Genesi: sic in vltimo statu erit om- *Gene. 11.*
nium electorum vnum idioma. Ad quod applicari potest
illud Zachariæ. in die illa erit dominus vnus, & nomen eius *Zach. 14.*
vnum. *Siue scientia destructur*, Non quantum ad habitum,
aut species intelligibiles: sed quantum ad actum & modum
agendi, id est, quantũ ad discursum & reflexionem ac phan
tasmata, quorum vtrunque imperfectionis est. Ideo subdi-
tur. *Ex parte enim*, hoc est, imperfectè, *Cognoscimus, & ex*
parte prophetamus. Vtraque enim cognitio valde incomple- B
ta est. Nam sicut se habet oculus noctuæ ad lumen solis, sic
intellectus noster se habet ad manifestissima naturæ, id est,
ad cognitionem substantiarum separatarum, & maximè dei
sublimis & benedicti, quæ tamen ex sua natura sunt maxi-
mè cognoscibilia, cum sint maximè actualia atque formalia.

Cum autem venerit quod perfectum est, hoc est, cum in pa-
tria fuerit nobis cõcessa visio Dei per speciem, quæ est per-
fecta & prorsus purissima. *Euacuabitur*, id est, destructur.
Quòd ex parte est, hoc est, imperfectio cognoscendi, non ha-
bitus cognoscitiuus, nec actio eius perfectionalis, sed ratio-
natiuus quo proceditur à noto ad ignotum per inquisitio- *Exech. 27*
nem, quòd non erit in patria. Sed circa hoc aliqui mouẽt,
quòd etiã dilectio nostra est imperfecta, & imperfectio no- C
stra tolletur in patria. Ad quod respondendum, quòd licet
imperfectio auferatur, directus tamen, immediatus, ac pro-
prius actus charitatis non tollitur, sed perficitur in beatis.

Deinde apostolus ponit declarationem istorum per exẽ-
plum status pueriles, qui cum sit imperfectus, euacuatur ad-
ueniente matura ætate. *Cum essem paruulus*, ætate, sensu &
quantitate. *Loquebar vt paruulus*, verba imperfectè pronun-
ciando. *Sapiebam vt paruulus*, circa veritatis notitiam sæpe
errãdo. *Cogitabam*, puerilia & iocosa, *Vt paruulus*, facere so-
let. *Quando autem factus sum vir*, ætate & sensu. *Euacuaui*
quæ erant paruuli, id est, puerilia dereliqui, & ad perfectio-
nem me transtuli. *Videmus*, oculo intellectuali, id est, Deum
cognoscimus. *Nunc*, id est, in præsenti exilio. *Per speculum*,

D id est, per obscuras imagines, scilicet creatas essentias, quæ Dei naturam imperfectè, imò obscurissimè repræsentant. Non enim ostendunt quid Deus sit, sed quid non sit. Nec ostendunt de Deo quid est, sed quia est. Sic ergo videmus per speculum. *In ænigmate*, id est, in vmbrosa similitudine, vtpote in formis intelligibilibus, & scripturarum figuris ac tropis, in quibus modicū quid diuinæ lucis resplendet. Omnis nāque creata essentia, omnisque species intelligibilis intellectum in hac vita perficiēs, in infinitum occumbit, & deficit à perfectione diuinæ naturæ. Idcirco eam repræsentare non potest, nisi obscurè & circumuelatè. Propter quod diuinissimus Dionysius asserit, Impossibile est aliter nobis lucere diuinum radium, nisi circumuelatum variis velaminibus sensibilium rerum. *Nunc cognosco ex parte*, id est, imperfectè. Vnde in Iob dicitur, Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruū magnitudinis eius intueri? *Tūc autem*, cum ad patriam venero. *Cognoscam*, Deum, *Sicut & cognitus sum*, ab eo, id est, clarè atque per speciem, sicut in prima Ioannis canonica legitur, Cùm apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Sciēdum autem quòd sicut, hoc loco non dicit æqualitatem, sed similitudinem quandam, quæ consistit in hoc, quòd sicut Deus gloriosus & sanctus videt seipsum per propriam essentiam, ita quòd in Deo idem sunt, quod videtur, & quo videtur, seu obiectum & species: sic nos videbimus eum per ipsius essentiam, tanquam per intelligibilem formam, nostræ menti immediatè non tamen inhæsiuè vnitam: sicque Deus erit nobis quod videbimus, & quo videbimus, seu obiectum & species. Nulla *nanque forma* creata tantæ perfectionis est, vt per eam videri possit Deus secundum quod in seipso subsistit, imò ab huiusmodi diuinæ essentiæ repræsentatione deficit infinitè. Vnde & summi philosophi, tam Platonici quàm Peripatetici dixerunt, primam causam non cognosci ab aliqua substantia separata, nisi per negationem, & quia est, ita quòd tantò verius, perfectiúsque cognosceretur Deus ab eis, quantò clarius cernerent Deum pœnitus inuisibilem, inenarrabilem & incomprehensibilem esse. Hoc ergo apostolus dicit, videre Deum facie ad faciem, cognoscere eum sicut cognoscit nos. Videre autem per speciem, tātum est dicere, sicut videre per

Dionysius

I

Iob. 26.

I

1. Ioan. 3.

essentiam

essentiam, ad quam beatificam ac superdulcissimam visionē A
disponitur intellectus creatus in patria immediatè per lumē
gloriæ, quod est gratia consummata ponens intellectum in
esse deiforme ac deificato. *Nunc autem*, id est, tempore viæ Galat. 5
& peregrinationis istius. *Manent*, in corde fidelium. *Fides spes, charitas, tria hæc*, id est, hæ tres virtutes theologicæ habentes Deum pro immediato obiecto. *Maior autem horum*, id est, dignior fide & spe. *Est charitas*. Tamen virtutes theologicæ digniores sunt cæteris omnibus donis atque virtutibus.

Cap. XIIII. *Sectamini charitatem.*

ARTICVLVS XIIII.

FActa determinatione, quòd charitas maior sit cæteris B
donis, & gratiis gratis datis, nūc hortatur Apostolus ad 1 Cor. 13
charitatis imitationem, & gratiarum gratis datarum ponit comparationem & ait. *Sectamini*, toto cordis affectu. *Charitatem* Dei & proximi, quæ vna est quantum ad habitum, & quòd Deus sit finis, & ratio diligendi proximum. Charitas ergo sectanda est, vt si non habeatur, studeamus eam acquirere: si verò habetur, enitamur in ea proficere, & omnia nostra exercitia ad eius incrementum referre. Ait enim Saluator, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei Matt. 22.
estis si dilectionem habueritis ad inuicem 1. Ioan. 4
Æmulamini, id est, concupiscite. *Spiritualia*, dona, videlicet gratias gratis datas, vt aliis proficiatis. *Magis autem*, optate. *Vt prophetetis*, quàm vt linguis loquamini, quoniam donum pro- C
phetiæ maius est dono linguarum. *Qui enim loquitur linguis*, id est, diuersis loquelis vtitur, sicut per donum linguarū accepit, loquens videlicet lingua ignota & peregrina. Vel qui loquitur lingua, id est, idiomate proprio ac voce sine intellectu eorum quæ dicit, proferens signa quorum signata ignorat. *Non hominibus loquitur*, id est, non ad instructionem eorum. *Sed Deo*, id est, ad laudē ipsius, vel quia à Deo intelligitur, cuius laudibus instat. *Non enim audit*, id est, idcirco nō hominibus loquitur, nemo enim audit auditu cordis, i. nullus intelligit quid ille loquatur, quantum est ex virtute loquutionis illius. Donū enim linguarū per se nō instruit intellectū. Sumitur nempe hoc loco, loqui linguis, pro loquutione nō perfectè intellecta, nec satis explanata, sicut puru-

D Grammaticus phyſicam legere poteſt in Latino, ſed nõ poteſt eam exponere: & aliquis ſimplex legit horas canonicas, quarum ſenſum non capit. *Spiritu autem*, prophetiæ, id eſt, ſpiritus ſanctus per prophetas. *Loquitur myſteria*, id eſt, diuina ſecreta. Dat enim prophetis intellectum eorum, vt poſſint ſcripturarum ſententias euidenter cognoſcere, & aliis
Pſal. 67. prædicare, quod eſt eccleſiã ædificare. Propterea ſubditur.
Nam qui prophetat, id eſt, ſcripturas exponit, & ſenſus latentes declarat. *Hominibus*, id eſt, ad profectum hominum. *Loquitur*, ſcilicet *Ad ædificationem*, incipientium *Et exhortationem*, proficientium. *Et conſolationem* mœſtorũ. *Qui loqui-*
E *tur lingua ſecundum ſenſum*, expoſitũ. *Semetipſum ædificat*, id eſt, ſibimet ſolùm proficit, ſeque in bono actu exercet, proferendo verba diuina, & deum orando, quamuis ſenſum non capiat. *Qui autem prophetat, eccleſiam Dei ædificat*, ſicut nunc
Ambroſ. dictum eſt. Prophetare autem (vt patuit, & vt ait Ambroſius) ſumitur iam pro eo quod eſt viſiones diuinas ſibi vel aliis factas, ſeu ſacras ſcripturas diuinitus reuelatas, per intellectuale lumen menti communicatum, exponere. Ne autem Apoſtolus videatur donum linguarum omnino cõtemnere, addit. *Volo autem*, quantum in me eſt. *Vos omnes loqui linguis*, diuerſis ex dono ſpiritus ſancti, cùm ſit quoddam donum. *Magis autem*, volo vos. *Prophetare. Nam maior*, ſpiritualiter, id eſt, perfectior. *Eſt* cæteris paribꝰ. *Qui prophetat* referando abdita ſcripturarũ. *Quàm qui loquitur linguis, niſi*
I *forte interpretetur*, id eſt, ea quæ loquitur clarè exponere poſſit ſic enim maior eſſet, quia ſic haberet vtrunque donũ, vi-
Thomas. delicet prophetiam & linguas. Nam interpretatio ſermonũ ad donum prophetiæ reducitur. Denique S. Thomas in ſecunda ſecundæ ponit tres rationes, cur donum prophetiæ dignius eſt dono linguarum. Prima eſt, quoniam donũ prophetiæ conſiſtit in interiori illuminatione mentis: donum verò linguarum refertur ad diuerſas voces proferendas, quę ſunt ſigna intelligibilis veritatis. Secunda, quoniam donum prophetiæ ordinatur ad notitiam rerum, donum verò linguarum ad notitiam vocum. Tertia, quia prophetię donum vtilius eſt, eo quòd valeat ad ædificationem eccleſiæ, ſicut declarauit apoſtolus. Vnde per ſuiipſius exemplum oſtẽdit, quòd donum linguarum non proſit aliis per ſe, niſi adiũcta interpretatione ſermonum, ait enim: *Nunc autem ô fratres,*

ſi ve-

si venero ad vos linguis loquens, id est diuersa idiomata profe- A
rens. *Quid vobis prodero*, ita loquēdo. *Nisi vobis loquar aut in revelatione*, id est, exponendo reuelationem diuinitus factā: quæ est, quum quædam mysteria per figuras ostenduntur, sicut in Apocal. *Aut in scientia*, id est, exponendo ea quæ ad scientiam spectant, & fidem illuminant. *Aut in prophetia*, id est, exponendo dicta prophetica. *Aut in doctrina*? morali, exponendo ea, quæ morum informationē concernunt. Præterea introducit exemplum apostolus de rebus inanimatis, ad ostendendum quòd linguæ sine interpretatione inutiles sint. *Tamen quæ sine anima sunt*, id est, inanimata. *Vocem dantia*, id est, sonantia, sumit enim vocem pro sono, nā vox proprie est animatorum. *Sive*, id inanimatum sit *Tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonorum dederint*, id est, distinctos sonos reddiderint. *Quomodo scietur*, id est, discernetur. *Quod canitur, aut quod citharizatur*? quasi dicat, Quis poterit aliter iudicare modos & consonātias carminis? *Etenim si incertam vocem*, id est, indeterminatum sonum, *Dederit tuba*, qua clangitur tempore prælij. *Quis parabit se ad bellum*? nullus vtique. Institutus est enim certus modus clangendi tempore præparationis ad pugnam. Deinde apostolus applicat similitudinem istam ad propositum. *Ita & vos per linguā*, id est linguis loquendo, *Nisi manifestum sermonem dederitis*, id est, verba vestra planè atque faciliter exposueritis: *Quomodo scietur*, hoc est ad auditoribus intelligetur. *Id quod dicatur*? id est, prædicatur à vobis? Non vtique intelligetur. *Eritis enim in aere loquentes*, id est, inanem sonum verborum in aëre formantes, & corporum aures, non animorum intelligētias percutientes *Tam multa*, idiomata, scilicet *Genera linguarum sunt in hoc mundo*, videlicet septuaginta duo. *Et nihil sine voce est*, id est, vnaquæque plebs vtitur propria voce. Vel quælibet res habet vocem qua significatur. *Si ergo nesciero*, *virtutem*, id est significationem *Vocis*, quam loquor vel audio. *Ero ei cui loquor*, id est, quem docere præsumo, *Barbarus*, id est, non intelligibilis. Barbarum enim vocamus quod nō intelligimus. *Et qui loquitur mihi*, lingua extranea vel obscura, erit mihi *Barbarus*, id est, non intellectus. *Sic & vos quoniam æmulatores estis spirituum*, hoc est, appetitores spiritualium munerum spiritus sancti. *Ad ædificationem ecclesiæ quæratis vt abundetis*, id est, ad hoc laborate spiritualibus donis B C

Hie. 6. 48
Iosue. 6.
Mat. 25.
Marci. 16.

D impleri, vt aliorum saluti cooperemini, quod est ædificare ecclesiam. *Et ideo qui loquitur lingua*, id est, loquendo vtitur dono linguarum, *Oret*, ceum, *Vt interpretetur*, id est, vt deus conferat ibi gratiam interpretationis sermonum, vt quæ loquitur, planè intelligat, & alios euidenter proponat. *Nam si*
Roma.8. *orem lingua*, id est, verba orationis sine intellectu pronúcio,
1.Cor.6. *Spiritus meus*, id est, voluntas, *Orat*, id est, ad deum afficitur,
Mat.15. quia ei per charitatem vnitur, & cupit adipisci quod verba
2.Cor.6. orationis significant, licet sensum in speciali anima non cognoscat. Significatur verò voluntas per spiritum, quoniam spiritus vim impulsiuam seu motiuam importat. Impulsio autem seu motio respicit voluntatem, cuius est ferri atque impelli ere amantem in amatum. *Mens autem mea*, id est intellectus. *Sine fructu est*, hoc est, sine contemplatione & delectatione, quæ consistunt in distincta & propria cognitione eorũ quæ per orationem designantur. *Quid ergo est mihi agendum? Orabo spiritu*, id est affectu *Orabo & mente*. id est, in intellectu orando deum toto corde, ita vt diligenter attendã, atque ardẽter optabo quod oro. Simili modo *Psallam*, id est deum laudabo *Spiritu, psallam & mente*. Ex his patet donũ prophetiæ dignius esse dono linguarum, quia per donũ prophetiæ orat quis mente & spiritu, intelligit enim quæ dicit: sed per donum linguarum non orat homo nisi in spiritu.
Leuit.19 *Cæterum si benedixeris*, id est, alij bona dixeris, seu benedictionem contuleris, sicut facit episcopus & sacerdos, *Spiritu*, hoc est, non verbis quæ ab aliis intelligantur, sed solùm lingua. *Qui supplet locum idiotæ*, id est, dato quod nemo tunc adsit nisi illiteratus & rudis, *Quomodo dicet Amen super benedictionẽ tuam?* hoc est, quomodo tibi respondebit, & consensus ac desiderij verbum tuæ benedictioni adiciet? Non potest hoc facere cum attentione. *Quoniam quid dicas nescit*,
Mat.5. id est, sensum tuæ benedictionis non percipit. *Nam tu quidem bene gratias agis deo*, ipsum laudando in spiritu, id est, cũ affectu. *Sed alter non ædificatur*, id est, non proficit, nõ accẽditur, nec instruitur in verbis tuis quæ non intelligit, eo q̃ non loqueris interpretando seu exponendo sermonẽ. *Gratias ago deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.* Data est
Actu.2. enim apostolis per donum linguarum, vniuersarũ linguarũ
Marci.16. scientia, quatenus vniuersis gentibus prædicarent. *Sed in ecclesia*, materiali, & inter fideles, *Volo*, potius. *Quinque*, hoc est

pauca

pauca. *Verba loqui ſenſu meo*, id eſt, cum intellectu perfecto, A
vt meipſum intelligã, & ab aliis intelligar. *Vt & alios inſtruã*
id eſt, ſicut pertinet ad prædicatorem. *Quam decẽ millia ver-*
borum loqui, id eſt, quantamcunque verborum multitudi-
nem. Ponit enim determinatum pro indeterminato, quem-
admodum in Daniele legitur, Millia millium miniſtrabant *Danie.7.*
ei, &c. *In lingua*. duntaxat, id eſt, ſine intellectu, & aliorum *Hebr.6.*
inſtructione. *Fratres (mei) nolite pueri effici ſenſibus*, id eſt, pue
ris nolite conformari, quantum ad imperfectam eorum co-
gnitionem, ne more puerorum erretis diſcernẽdo inter bo-
nũ & malũ, verum & falſum. Scriptum eſt enim. Puer centũ
annorum maledicetur. *Sed malitia paruuli eſtote*, hoc eſt pue *Eſa.65.*
rorum innocentiam ſectemini, ſicut & Chriſtus monet, Niſi
conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis *Mat.18.*
in regnum cœlorũ. Et Pſalm. Teſtimonium (inquit) domi- 3
ni fidele, ſapientiam præſtans paruulis. *Senſibus autem*, id eſt, *Pſal.18.*
interioribus actibus intellectus. *Perfecti ſitis*, vt habeatis ſen
ſus exercitatos ad diſcretionem boni & mali. Quis autem
ſit ſenſus perfectus, innuitur per ſapientem, qui dicit, Cogi-
tare de ſapientia, ſenſus eſt conſummatus. *In lege enim*, prout *Sap.6.*
lex omnes ſcripturas veteris teſtamenti includit. *Scriptũ eſt*, *Eſa.28.*
in Iſaia. *Quoniam in aliis linguis & aliis labiis*, id eſt, non ſo-
lùm in Hebræo, ſed in diuerſis linguarum generibus, & in-
ſolito modo loquendi. *Loquar*, per apoſtolos. *Populo huic*, Iu
dæorum. *Et nec ſic*, id eſt, non propter tam euidens ſignum,
Exaudient me, id eſt, ſermonibus meis acquieſcent. *Dicit do-*
minus. Hoc cõtigiſſe patet in Actibus, vbi inducitur quem- *Act. 2.*
admodũ apoſtoli ſpiritu ſancto recepto, loquebãtur Iudæis *Mar.16.*
varijs linguis: Iudæi tamen pro maiori parte permanſerunt C
increduli. Hoc allegat apoſtolus, vt oſtẽdat Corinthijs, cur
non debeant tam inhianter quærere donũ linguarum, quod
ipſi ex quadã curioſitate magis quærebãt quàm gratia pro-
phetiæ, ob hoc q linguæ in ſignũ ſunt infidelibus, ipſi verò
iam erãt fideles. Vnde cõcludit. *Itaque linguæ in ſignum ſunt*
non fidelibus ſed infidelibus, id eſt, non propter neceſſitatẽ vel *Hebræ. 11*
conuerſionẽ credentium, qui ſciunt deum omnia poſſe, nec
indigẽt tali miraculo. Infidelibus verò neceſſaria fuit noui-
tas huius miraculi, vt vel ſic admonerẽtur cõuerti ad domi-
num. *Prophetiæ autem*, in ſignũ *ſunt non infidelibus, ſed fidelibus*, quia non proponũtur infidelibus, ne margaritę proiiciã

D tur ante porcos, vel sanctum canibus detur, Adhuc autem probat Apostolus, quod donum linguarum non sit adeò appetẽdum, vt donum prophetiæ. *Si ergo vniuersa ecclesia*, hoc est societas fidelium. *Conueniat in vnum*, mente & corpore, *Et omnes*, fideles. *Linguis loquantur*, diuersis & inelucidatis.

Actu.2 *Intrent autem idiotæ aut infideles*, & audiant vos sic loquentes. *Nónne dicent quòd insanitis?* tanquã obsessi, vel arreptitij: cùm enim fuerit inter vos tantus tumultus & confusio linguarum, nec vnus intellexerit alium, videbimini similes phreneticis, illusis atque amentibus. *Si autem omnes fideles prophetent*, id est, abdita scripturarum exponant, & intellectualiter de secretis conferant, vel diuinitus reuelata aliis publicè dicant, *Intret autem quis infidelis aut idiota conuincitur ab omnibus*, prophetantibus, quod sit in aliquo errore. E *Diiudicatur*, id est, damnabilis demonstratur. *Ab omnibus*. *Occulta enim cordis eius*, videlicet peccata latentia, seu cogitationes iniustæ. *Manifesta fiunt*, per prophetias illorũ. *Et ita cadens in faciem*, id est, se peccatorem agnoscẽs, pœnitens, & in terrã posternens se, *Adorabit deum*, pro indulgẽtia & misericordia. *Pronuncians quòd verè Deus in vobis sit*, per gratiã specialem. Deinde pandit Apostolus, quomodo vtẽdum sit donis linguarum ac prophetię. *Quid ergo est fratres?* id est cùm prædicta ita se habeant, quid est agendum? *Cùm conuenitis in ecclesiam vnusquisque vestrum*, id est, aliquis de omni

Mat.9. genere congregationis vestræ. Vel, vnusquisque vestrũm in se, vel in alio sibi per charitatem coniuncto. *Psalmum habet* F id est, laudem dei cum cãtico. *Doctrinam habet* moralem, ad alios imbuẽdos. *Apocalipsim* (id est, reuelationem) *habet*, *linguam habet*, id est, donũ linguarum, *Interpretationem habet*, hoc est, facultatem exponẽdi scripturas aut linguas. *Omnia*, autem hæc, *Ad ædificationem fiant ecclesiæ*, id est, ordinatè & charitatiuè secundum quòd congruit congregationi fidelium. *Siue lingua quis loquitur*, id est, si aliquis loquendo vtitur dono linguarum. *Secundum duos*, fiat talis loquutio. *Aut vt multum* sit, fiat secundum *Tres*, id est, non nisi duo, vel ad maius tres, ita loquantur: ne tempus expendatur in tali occupatione minus fructuosa in se. Fiat quoque loquutio ista.

Et per partes, id est successiuè, quantum ad tempus, vt vnus loquatur post alium. Vel diuisim, quantum ad partes populi. Vel interciſè, vt post vnam partem loquutionis, sequatur

eius

eius expositio, & post aliam partem similiter. Sicut fit quando prædicator prædicat hominibus ignotæ linguæ per interpretem. Ideo subditur. *Et vnus interpretetur*, id est, aliquis sit qui exponat populo quæ dicuntur. *Si autem non fuerit* præsens aliquis *Interpres*, id est, expositor. *Taceat in ecclesia*, qui loquitur lingua, quia nullum ædificat, nisi ipsemet interpretetur. *Sibi autem*, id est, ad suam propriam vtilitatē. *Loquatur* orando. *Et deo*, id est, ad gloriam Dei in secreto, vt nullum impediat. *Prophetæ*, id est, scripturarum expositores siue doctores. *Duo vel tres dicant*, id est, in Ecclesia prædicent ordinatè & sigillatim (tot enim sufficiunt.) *Et cæteri diudicent*, id est, diligenter discernant, ne fortè aliquid falsitatis commisceatur. *Quòd si alicui* melius & ignotum ac necessarium. *Reuelatum fuerit* per spiritum sanctum. *Sedenti*, id est alicui auditori. *Prior* prophetans *Taceat*, dans locum loquendi huic illuminato. *Potestis enim omnes per singulos*, id est, sigillatim, scilicet vnus post alium. *Prophetare*, id est, scripturas sacras disserere, eiúsq; mysteria declarare. *Vt omnes discant*, etiam superiores ab inferioribus quia non omnia omnibus reuelantur, sed aliqua vni, aliqua alteri. *Et omnes exhortentur*, id est, verbum exhortationis proponant, quilibet suo loco ac tempore, ne fiat turbatio. *Et spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt.* Hoc multi exponunt de spiritu sancto, qui p'uraliter dicitur spiritus, propter diuersitatem donorum suorum. Vel propter pluralitatem prophetarū quos implet. Dicitur autem prophetis subiectus, quia non cogit eos tacere vel loqui. Ideo vnus potest alteri cedere. Aptius verò videtur posse intelligi de spiritu rationali, creato videlicet. Vt spiritus, id est, animæ, seu ratio & voluntas prophetarum dicantur eis subiecta, quia prophetæ non sunt loquuti sicut amentes & insensati, vt voluerent hæretici, sed sponte & liberè loquebantur, ita quòd sibiipsis poterant imperare & obedire. *Non enim est dissensionis*, id est, discordiæ. *Deus* autor vel approbator. *Sed pacis* Ideo vult vt vnus alteri cedat. *Sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo* per meipsum & discipulos meos, & per epistolas meas. Et quia iā dixit Apostolus, Potestis omnes prophetare, ne hoc de vtroque sexu intelligatur, subiecit. *Mulieres in ecclesiis taceant*, id est, nec prophetare, id est, docere, nec loqui linguis præsumāt. *Non enim permittitur eis*, aliqua

A

Num. 2.

B

Iob. 6.

C

2. Par. 36.

Mat. 7.

1. Tim. 2.

D authoritate. *Loqui*, in Ecclesia, nisi secretè orando. *Sed* præcipitur eis. *Subiectas esse viru*, *sicut & lex dicit* in Gene-
Gene. 3. si, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent*, vt instruantur, non in Ecclesia. *Turpe est enim*, id est, inhonestum ac indecens. *Mulierem loqui in Ecclesia.* Primo, quoniam mulieribus conuenit verecundia ac subiectio: docere autem pertinet ad eminentiorem. Secundò, quoniam rat o naturali-
Eccle. 9. ter debilior est in fœmina, quàm in viro. Tertio, ne ex sermocinatione mulieris, concitetur libido virorum. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Insuper increpantur Corinthiorum rebelles, qui in aliquibus præsumpserunt mutare ordinationes Apostoli. Ne ergo & huic ordinationi de silentio mulierum resistere audeant, dicitur eis. *An à vobis verbum dei processit?* id est, non vtique à vobis ortum sumpsit prædicatio euangelica, sed à nobis. Idcirco tenemini acquiescere nostris statutis. *An in vos solos pervenit?* hoc est, non vobis tantùm, sed & aliis multis annunciata & infusa est Christi doctrina. Ideo conformetis vos aliis, & implete quod dico. *Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis*, id est, qui verè prophetat, exponendo scripturarum mysteria, vel prædicendo futura. *Cognoscat*, id est, spiritualiter penset. *Quæ scribo vobis, quoniam domini sunt mandata*, id est, ex diuina inspiratione à me prolata, non ex proprio corde cõficta. *Si quis autem ignorat*, ista quæ scire tenetur. *Ignorabitur*, id est, à Deo non cognoscetur notitia approbationis: si-
Luc. 13. cut nec illi quibus dicitur, Nescio vos vnde sitis. *Itaque*
¶ *fratres, æmulamini*, id est, desiderate. *Prophetare*, secundum sensum iam sæpe præhabitum. *Et loqui linguis*, id est, vti dono linguarum. *Nolite prohibere*, eos qui possunt sic loqui. quamuis melius sit prophetare. *Omnia autem*, quæ fiũt inter vos. *Honestè*, hoc est, virtuosè. *Et secundum ordinem*, id est, ordinatè. *Fiant in vobis*, vt nihil reprehensibile in actibus vestris appareat. & cum debitis circunstantiis cuncta agantur. Optimum enim in rebus est ordo. Et peccatum nõ est nisi recessus ab ordine.

Cap. XV. *Notum autem vobis facio fratres Euangelium.* ARTICVLVS XV.

Complete

COmpleto tractatu de sacramentis & gratiis, nunc agit A
de resurrectione mortuorum. De qua primò rectè in- 1. *Tim.* 4.
structi fuerunt Corinthij ab ipso Apostolo, postmodum ve-
rò cùm recessisset Apostolus, à peruersis infecta est fides il-
lorum de resurrectione futura. Itaque ait, *Notum autem vo*
bis facio fratres, id est, ad memoriam reuoco, clariúsque ex-
pono, *Euangelium quod prædicaui vobis*, id est, bonam an-
nunciationem de Christo, *quod* Euangelium, *Et accepistis*,
adhibendo fidem euangelicæ prædicationi. *In quo & sta-*
tis habendo intellectum erectum ad Deum in veritate euan
gelicæ legis, voluntatem quoque à ruina peccati eleua-
tam. *Per quod & saluamini*, credendo testimoniis euan-
gelij, eiúsque obediendo præceptis. Et hoc vtique sic est.
Qua ratione prædicauerim vobis, si retinetis, id est, si diligé- B
ter recolitis. Qua ratione hoc est, quo fine, qua spe, seu
quo argumento, prædicauerim vobis euangelium Christi.
Prædicaui enim vobis ad hunc finem, id est, propter hanc
spem, vt consequamini vitam æternam. Argumentum quo-
que quo probaui resurrectionem futuram, fuit resurrectio
Christi. Hæc autem retinetis, & per Euangelium istud sal-
uamini. *Nisi*, id est, si non *Frustrà* & inaniter *Credidi-*
stis. Tradidi enim, hoc est, prædicaui, *Vobis in primis*, id est,
inter præcipua puncta, quæ docui: prædicaui (inquam)
testimonium fidei. *Quod & accepi*, id est, per diuinam
reuelationem cognoui, non excogitaui, *Quoniam Chri-*
stus mortuus, id est, occisus *Est pro peccatis nostris*, tollendis
Secundum scripturas. Scriptum est enim in Threnis, Spiri- *Thre.* 6.
tus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis no- C
stris. Et in Esaia, Ipse autem vulneratus est propter iniqui-
tates nostras &c. *Et quia sepultus est, & quia resurrexit ter-* *Esa.* 53.
tia die secundum scripturas. De sepultura, quippe Esaias præ- *Esa.* 11.
dixit, Et erit sepulchrum eius glorioſum. Item, Dabit im- *Esa.* 53.
pios pro sepultura, & diuites pro morte sua. De resurre-
ctione quoque ait Oseas, Viuificabit nos post duos dies, in *Ose.* 6.
die tertia suscitabit nos. Et Sophonias. Expecta me dicit *Soph.* 3.
dominus, in die resurrectionis meæ in futurum. *Et quia*
visus est Cephæ, id est, Petro. Quamuis locus huius appari-
tionis ignoretur, creditur tamen facta, quando Petrus à mo *Ioan.* 26.
numento recessit in die resurrectionis, quando videlicét
Maria Magdalena dixit se Christum vidisse. *Et post hæc*,

D uisus est *Vndecim* Apostolis in conclaui Thoma præsente. *Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus*, id est, discipulis, *Simul, ex quibus multi manent*, hoc est, in corpore viuunt. *Vsque adhuc, quidam autem dormierunt*, somno beatæ mortis in domino. De hac visione nullus Euangelistarum scribit. *Deinde visus est seorsum*, *Iacobo* minori, fratri domini, primo Hierosolymorum episcopo. De hac apparitione
Apoc. 14. non loquitur euangelium. *Deinde visus est Apostolis omnibus*, in die ascensionis. *Nouissimè autem omnium* prædi-
Act. 9. ctorum, videlicet post ascensionem, & spiritus sancti missionem. *Tanquam abortiuo, visus est & mihi*, proficiscenti Damascum. Abortiuum autem vocatur proles quæ extra debitum ac congruũ tempus nascitur, vel cum violentia de ven-
E tre educitur, vel ad debitam quantitatem nõ peruenit. Ideo propter tria comparat se Apostolus abortiuo. Primò, quoniam alij Apostoli ante missionem paracleti sunt renati, ipse postea ab Ania. Secundò, quia cum quadam coactione conuersus est, scilicet per terrorem & minas. Tertiò, quia alius Apostolis minor fuit, consideratione vitæ præteritæ, quando persecutus est Christianos. Ideo subdit, *Ego enim sum minimus Apostolorum*. Nõ simpliciter, sed quãtum ad aliquid, vtpote quia vltimè ad apostolatum vocatus est. Hoc modo Iacobus Alphæi frater domini, dictus est minor, respectu Iacobi filij Zebedæi, non sanctitate aut dignitate, sed quia vocatione posterior. Iterum, minimus sum Apostolorum, ratione præteritorum malorum. *Qui nõ sum*
F *dignus vocari Apostolus*, per respectum ad merita mea præcedentia. *Quoniam persecutus sum ecclesiam dei*, viros ac mulieres ad iudicium pertrahens, quod alij Apostoli nunquã fe-
Ibidem. cerunt. *Gratia autem Dei*, gratum faciente, & gratis data, non propriis viribus aut meritis. *Sum id quod sum*, in esse supernaturali & spirituali: per gratiam enim gratum facientem habeo esse deiforme, & Deo acceptum quoad vltimum finem. Per gratiam verò gratis datam, sum Apostolus, propheta, doctor, interpres, signorum patrator. *Et gratia eius in me vacua*, hoc est, infructuosa. *Non sum*, sed abundantius illis omnibus laboraui, id est, cunctis Apostolis, scilicet quolibet eorum seorsum, nõ plus omnibus simul acceptis. Nullus enim Apostolorum tanta spatia percurrisse, tot populis prædicasse, tot persecutiones legitur pertu-

lisse

liſſe vt Paulus, nec aliquis eorum ſic propriis manibus vi- A
ctum quæſiuit, vt ipſe. Sed ne iſta videatur iactanter dixiſſe,
ſubiecit, *Non autem ego* ſic laboraui propria poteſtate, 1. Cor. 11.
vel tanquam principalis cauſa operum bonorum. *Sed gra-*
tia Dei mecum, ſcilicet cooperata & auxiliata eſt mihi, fuit-
que principalior cauſa bonorum, quàm ego ſeu mea natura.
Gratia enim ſe habet ad liberum arbitrium, vt ſeſſor ad e-
quum. *Siue enim ego, ſiue illi*, id eſt, tam ego quàm & cæte
ri Apoſtoli, *Sic prædicauimus*, videlicet Chriſtum reſurre-
xiſſe, vel nos per eius gratiam operari. *Et ſic credidiſtis*, ſi-
cut euangelizauimus vobis. Præterea, ex reſurrectione Chri
ſti capitis noſtri, oſtendit Apoſtolus generalem reſurrectio-
nem futuram. *Si autem*, id eſt, quia *Chriſtus prædicatur* à
veris Apoſtolis. *Quòd reſurrexit à mortuis*, *quomodo quidam* B
hæretici *Dicunt in vobis*, id eſt, inter vos. *Quoniam reſurre-*
ctio mortuorum corporalis & vniuerſalis, *Non eſt* ? creden-
da videlicet futura. *Si autem reſurrectio mortuorum non eſt* fu
tura, ſequitur quòd *Neque Chriſtus reſurrexit*. Eadem quip-
pe ratio eſt de capite, & de membris. *Si autem Chriſtus non*
reſurrexit veraciter, ſed phantaſticè, ſicut dixerunt hæretici,
ſcilicet Marciani & Marcionitæ, qui Chriſti incarnationem
dixerunt fuiſſe phantaſticam, quos ſequutus eſt immundiſſi-
mus Manichæus. *Inanis eſt* ergo, id eſt, infructuoſa, vana &
falſa eſt, *Prædicatio noſtra*, quæ aſſerit Chriſtum reſurrexiſſe,
Simili ratione, *Inanis eſt & fides veſtra* catholica. *Inueni-*
mur autem, id eſt, ſi ita eſt, vt dicunt hæretici, nos Apoſtoli
eſſe probamur. *Et ſumus Falſi teſtes dei*, hoc eſt, mendaci-
ter teſtantes de Deo. *Quoniam teſtimonium diximus aduerſus* C
deum, id eſt, contra veritatem, & voluntatem dei, videlicet, *Mat. 22.*
Quòd ſuſcitauerit Chriſtum à morte *Quem non ſuſcitauit*, id *Mar. 12.*
eſt, quem ſequitur non eſſe ſuſcitatum à Deo. *Si mortui nõ*
reſurgunt. *Nam ſi mortui non reſurgunt*, *neque Chriſtus reſurre-*
xit, qui ad hoc incarnatus & paſſus eſt, ideóque ſurrexit, vt
nos ad immortalem vitam deduceret. *Quòd ſi Chriſtus nõ*
reſurrexit, *vana eſt fides veſtra*, quia non poteſt vos ad vltimũ
finem ſeu veram fœlicitatem perducere. *Adhuc enim* ſcilicet
poſt baptiſmi, ac fidei receptionem. *Eſtis in peccatis veſtris*
præteritis, ſicut & antè, ſecundum eos qui Chriſti reſurre-
ctionem non profitentur. Fides etenim vana, & baptiſmus
falſum repræſentans, non tollunt peccata. Baptiſmus autem

D Christi sepulturam, ac resurrectionem repræsentat, vt dictũ
Roma. 6. est ad Romanos. Si ergo Christus non resurrexit, fides vestra inanis est, & baptismus falsa significat, non ergo tolluntur vestra peccata per fidẽ atque baptismũ. *Ergo & qui dormiunt in Christo*, id est, in fide Christi defuncti sunt. *Perierũt*, id est, damnati sunt, eo quòd in fide inani & pristinis vitiis sint defuncti. Deinde ponit aliam rationem resurrectionis futuræ. *Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus*, id est, si solùm confidimus per Christum consequi bona in hac vita præsenti, & non potius vitam æternam in anima & corpore. *Miserabiliores*, id est, infœliciores *Sumus omnibus hominibus* (non Christianis) qui in hac vita præsenti suis fruũtur delitiis. Nos verò nec in præsenti, nec in futuro gaude-
E bimus, imò tantò miserabiliores essemus, quãto graviora &
Epist. plura propter fidem & Christum sustineremus. *Nunc autẽ*, id est, ne prædicta incõuenientia concedantur, veritas ita se habet videlicet quòd *Christus resurrexit à mortuis* qui est, *Primitiæ*, id est, primitiuus vel primus, *Dormientiũ*, hoc est, mortuorum. Qui dormientes dicuntur, quoniã Christo iubente faciliter & integrè quasi de somno reducentur ad vitam.
Mat. 9. Horum dicitur Christus primitiæ, quoniam primus tempo-
Luc. 7. re, & propria virtute surrexit, loquendo de dormiẽtibus in
Ioan. 11. fine seculi suscitandis. Aliqui tamen pauci ante Christum
Apo. 1. surrexerunt, quorum ipsemet tres suscitauit. Vnde de Chri-
Gene. 3. sto legitur in Apocalypsi. Qui est testis fidelis, primoge-
Sap. 11. nitus mortuorum. *Quandoquidem per hominem*, scilicet,
Ioan. 5. Adam primum nostrum parentem. *Mors* naturæ & cul-
F pæ ingressa est genus humanum, propter originale peccatum illius. *Et per hominem*, id est, Christum, hoc est, merito passionis eius, erit *Resurrectio mortuorum*, qui immutabuntur. Potentior est enim Christus ad reparandum, quã Adam ad destruendum. *Et sicut in Adam*, id est, in præuaricatione Adæ. *Omnes moriuntur*, incurrendo originale peccatum, & moriendi necessitatem, eo quòd peccatum illius traducatur in posteros. *Ita & in Christo*. id est, in virtute & merito Christi. *Omnes viuificabuntur* in resurrectione futura, & vitam gloriæ consequentur omnes electi, imò meritum Christi omnino in se sufficiens est, vt omnes simpliciter per ipsum beatam resurrectionem sortiantur. Porrò, quòd impij resurgent, non erit merito Christi,

sed

ſed diuina eius virtute. Apoſtolus autem nũc loqui videtur A
de omnibus electis, qui merito Chriſti beatam immortalita
tem adipiſcentur, de quibus & Chriſtus dixit, Omnia trahã *Ioan. 12*
ad meipſum. Daniel propheta quoque, Omnes (inquit) po- *Dan. 7.*
puli, tribus & linguæ ſeruient ei. *Vnuſquiſque autem in ſuo ordine*, id eſt, in ſuo gradu & dignitate ſecundum exigẽtiam meritorum ſuorum reſurget, vt apoſtolus in ordine apoſto lorum, martyr in ordine martyrum. Deinde exponit hunc ordinem. *Primitiæ Chriſtus*, hoc eſt, omnium reſurgentium in finali iudicio primus tẽpore, & ſummus dignitate eſt Chri ſtus, qui prior ſurrexit, vt fidem & ſpem faceret, formámque præberet credentibus. *Deinde*, in fine ſeculi ſuſcitabuntur. *1. Theſſ. 4.*
Hi qui ſunt Chriſti, hoc eſt, fideles, electi, vtpote. *Qui in ad-* B
uentum eius crediderunt, id eſt, in Chriſtum venturum ad fa-ciendam vniuerſalem remunerationem. Iſti reſurgent Chri ſto poſteriores tempore, & inferiores dignitate. Reſurgent etiam ante eos qui non ſunt Chriſti, id eſt, ante infideles & reprobos, non ordine temporis, ſed dignitatis. Reſurrectio enim erit in momento. *Deinde*, id eſt, reſurrectione cõple- *Apo. 10.*
ta, erit *Finis*, huius mundi, quia tunc ſpecies generaliũ eſſe ceſſabunt, & ſtatus mundi mutabitur, erit quoque tunc finis; id eſt, conſummatio ſeu plena perfectio electorum, qui tunc in anima & corpore glorificabuntur. *Cum* Chriſtus homo.

Tradiderit, hoc eſt, obtulerit, ſeu præſentauerit. *Regnum*, militantis eccleſiæ, id eſt, electos, fideles, in quibus Chriſtus interim regnat per fidem, regens eos per gratiam. Hoc re- C
gnum offeret & præſentabit Saluator, *Deo & patri*, id eſt, pa tri æterno, tanquã elegantiſſimá prædá de antiqui hoſtis ma nu excuſſam, atque de vinculis mortis æternæ ſuo precioſiſſi mo ſanguine liberatũ. Dicitur autẽ Chriſtus hoc regnũ pa-tri ſic præſentare, quia adducet electos ad ſummũ cœli pala-tiũ, in quo habitat deꝰ pater: ponetq; eos illic in cõſpectu pa tris, nõ vt pater incipiat eos inſpicere, ſed vt ipſi eũ per ſpe ciem contẽplari incipiãt. Iuxta quẽ modũ ait Pſal. Quãdo *Pſal. 41*
veniã & apparebo ante cõſpectũ Dei? Vel ſic, Cũ Chriſtus *Pſal. 22*
tradiderit, id eſt, dederit regnũ prædictũ patri, videlicet vt pater in electis regnet, eosq; regat, gubernatiõe cõpleta, pu ta per glorioſam fruitionẽ, & confirmationẽ eorũ in bono, quos modò regit gubernatione incõpleta per gratiá viæ a-miſſibilẽ, quæ tamen imperfectio eſt ex parte noſtri, qui ſę-

D pe peccamus, non rectè tendentes ad vltimum finem. Viatores enim reguntur à Deo per hoc quod dirigantur in vltimum finem, sed hæc gubernatio non excludit omne malũ. Comprehensores vero reguntur à Deo per hoc, quòd in ipso vltimo fine immobiliter cõseruantur. Vt ergo pater hoc modo regnet in ipsis fidelibus, Christus dat eos patri.

Denique dat eos patri, non quasi non sint patris, imò à patre dati sunt Christo, iuxta illud in Psalmo, Postula à me & dabo tibi gentes. Et alibi ipse Christus, Omne, inquit. q̃ dat mihi pater, ad me veniet. Alibi quoq; apertius loquitur patri, Tui (inquiens) erant, & tu mihi eos dedisti. Quomodo ergo dat Christus eos patri, nisi secundũ manifestationem? Nunc enim ignoratur, qui amore sint digni: sed tunc Christus manifestabit qui ad patrem pertineant, dicens electis, Venite benedicti patris mei. Hoc modo & nos damus aliqua Deo, prout Dauid testatur. Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Per hoc autem, quod Christus dicitur tradere regnum Deo patri, non est intelligendum quòd tollat, vel adimat illud sibi, aut sancto spiritui. Vna nanq; diuina persona expressa, singulæ dãtur intelligi, vbi non obuiat relatiua distinctio. Itaque finis erit, *Cum euacuauerit*, id est, cessare fecerit Christus. *Omnem principatum, & potestatem & virtutem*, hoc est, vniuersos gradus prælationum, angelorum, dæmonum & hominum, quia (vt dicit glossa) quandiu durat hic mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, & homines hominibus præsunt, ad vtilitatẽ, vel deceptionẽ viuentium: sed omnibus collectis, iam omnis cessabit prælatio, quoniam vltra nõ erit necessaria. Ideò hanc prælationem dicitur Christus euacuare, quia omnes suos exaltabit in regno, tantò vnũquẽque sublimiꝰ, quantò iam amplius humiliatur. Vel, Cùm euacuauerit omnem principatum, hoc est manifestauerit nullam creaturarũ habuisse aliquid horum nisi à deo. Sed cũ ordo angelorum in prælatione consistat, & inter cæteros ordines hi tres cõputẽtur, videlicet principatus, potestates, virtutes, quæri potest, quomodo angelorũ euacuentur prælatio, principatus, potestas, & virtus. Et respondendum secundum Thomã in prima parte, quòd in ordinibus angelorũ duo pensantur, videlicet distinctio seu gradus perfectionum secundum differentiam naturæ & gratiæ, & quantum ad hoc ordines angelorum

Psal. 2
Ioan. 6.
Ioan. 17

E.

Eccle. 9

Matth. 25
1. Par. 29

F.

Thomas.

lorum nunquam ceſſabunt quia natura eorum non corrum- A
petur, nec gratia auferetur. Secundò, conſideratur in ordini
bus angelorum exequutio officiorum. Hæc autẽ exequutio
poſt diẽ iudicij ceſſabit, ſecundum quod ordinatur ad redu-
ctionem hominum ad ſuum principium creatiuum. Mane-
bit verò prout conſiſtit in conſequutione vltimi finis ſeu a-
deptione beatificæ fruitionis, nam actiones hierarchiæ ma
nebunt poſt diem iudicij in beatis, non propter nouam in-
fluentiam, ſed propter conſeruationem perfectionis influ-
xæ. Sicut enim inferiores angeli à ſuperioribus illuſtrantur,
ſic inferiorũ cognitio talis à ſuperiorum illuminatione de-
pendet, nõ ſolùm quantũ ad receptionem, ſed etiam quantũ
ad conſeruationem. Homines quoque qui angelorum mini B
ſterio ad beatitudinẽ perducuntur, aliquã illuminationẽ ha
bebunt per angelorũ officia. Hæc eſt reſponſio ſancti Tho
mæ, quæ licet probabilis ſit authoritatem tamen non habet
ſecundum aliquos, ſaltem in multis. Porrò de dæmonibus
aliqui dicunt, quòd poſt diem iudicij non cruciabunt homi
nes, ſed omnes ſimul tam dæmones quàm homines reprobi,
vno igne, non tamen æqualiter punientur. Quamuis au-
tem communiter dicant expoſitores aliqui, per principatus
deſignari maiores, per poteſtates verò medios, & per virtu
tes inferiores, tam in angelis quàm hominibus, & ſuo mo-
do in dæmonibus, ita quod Apoſtolus enumerando incipit
à ſuperioribus: documentis tamen diuini & magni Diony- *Dionyſius*
ſij potius conſonare videtur, vt dicamus oppoſito modo, ita
quod enumeratio Apoſtoli incœpit ab inferiori videlicet à C
principatibus, per quos intelliguntur inferiores: per poteſta
tes, inedij: per virtutes autem, ſuperiores. Dionyſius enim in
lib. de principatu angelicc, ponit virtutes ante poteſtates &
principatus. Nam principatus ponit in ſummo ordine infi-
mæ hierarchiæ: poteſtates verò in infimo ordine ſecundæ
hierarchiæ: virtutes autem in medio ordine huius hierar-
chiæ. *Oportet autem*, vt impleantur ſcripturæ. *Illum*, vi-
delicet Chriſtum. *Regnare*, iam per fidem in eccleſia militan
te. Iuxta illud, Dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris
eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ. *Donec ponat*, ipſe *Lucæ. 8*
Chriſtꝰ diuina ſua virtute. *Omnes inimicos*. i. aduerſarios ſuos
incredulos & peruerſos. *Sub pedibus eius*, id eſt, ſub ſuæ pote
ſtatis plenaria ſubiectione, quod erit in die iudicij quando

D implebitur illud propheticum, Ad eum venient & confun-
Esa. 43. dentur omnes qui repugnant ei. Interim ergo durabit ſta-
tus eccleſiæ, & regimen Chriſti in ea. Hæc dictio, Donec, ſu-
mitur, hic incluſiuè nõ excluſiuè. Non enim Chriſtus regna
re ceſſabit, cum fuerint ſibi omnes ſubiecti: ſed ſi interim re-
gnat, certius eſt quod poſtmodum regnabit. Simili modo ſu
Pſal. 70 mitur in Pſalmo, cum dicitur, Deus ne derelinquas me do-
nec annuntiem brachium tuum. *Nouiſſimè autem*, quando
videlicet in die nouiſſimo mortale hoc induerit immorta-
litatem. *Inimica deſtructur mors*, id eſt, mors quam naturali-
ter abhorremus, & quæ noſtræ vitæ aduerſatur.

Quòd autem Chriſtus ponet inimicos omnes ſub pedi-
Pſal. 8. bus, hinc conſtat. *Omnia enim*, cœleſtia, terreſtria, & inferna
F. lia. *Subiecit*, pater, *Sub pedibus eius*, ſcilicet Chriſti. Vnde ipſe
Hebr. 2. ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. *Cum*
Matth. 28 *autem dicat*, ſcriptura. *Omnia ſubiecta ſunt ei*, ſcilicet Chriſto
à patre, intelligendum eſt hoc. *Sine dubio præter eum*, id eſt,
præter patrem. *Qui ſubiecit ei omnia*, ſcilicet Chriſto. *Cum au-
tem ſubiecta fuerint illi*, id eſt, Chriſto. *Omnia*, quando vide-
licet omnes aduerſarij eius fuerint ei plenè ſubiecti & cun-
ctis fidelibus & infidelibus manifeſtatum fuerit Chriſtum
Pſal. 81. dominum eſſe vniuerſorum, quando peruerſi per experien-
Deute. 10. tiam ſuæ damnationis ſcient Chriſtum eſſe dominum om-
nium. *Tunc ipſe filius ſubiectus erit ei*, id eſt patri. *Qui ſibi*, id
eſt, filio. *Subiecit omnia*, creata. Erit autem Chriſtus ſecun-
dum formam ſerui patri ſubiectus: non quòd modò non ſit
F. ſubiectus, ſed quia tunc cum corpore ſuo myſtico manife-
ſtabitur ſubditus patri coram vniuerſis electis. *Vt ſit Deus*
pater, vel Chriſtus ſecundum diuinam naturam. *Omnia*, cau
ſaliter, obiectiuè ſeu fruitiuè, *In omnibus*, comprehenſoribus.
Quicquid enim amari poſſit vel appeti, habent in Deo, &
deus eſt cauſa totius beatitudinis electorum, qui nihil quæ-
Luc. 10. runt aut diligunt niſi deum, & alia in Deo propter deum, &
Roma. 5 ſecundum deum. Deus quippe eſt vnum illud, quod ſolum
neceſſarium eſt, in quo eſt omnium bonorum ac pulchrorũ
ac deſiderabilium plenitudo immenſa, qui ſolus quietat ra-
tionalis creaturæ affectũ. Præterea, redit apoſtolus ad pro-
bandum generalem reſurrectionẽ futuram. *Alioquin*, id eſt,
ſi mortui non reſurgẽt, *Quid facient qui baptizantur*, hoc eſt,
lachrymis pœnitentiæ ſeu aquis afflictionum perfundun-

tur,

tur. *Pro mortuis*, id est, pro remissione peccatorum mortuis A
impendēda, *Si omnino mortui non resurgunt?* Quasi dicat, ina
nis esset labor eorum, sicut habetur de Iuda, Quòd nisi eos 2.Ma.12.
qui ceciderāt resurrecturos speraret, superfluum videretur,
& vanum orare pro mortuis. Sed posset quis instare & dice
re, quòd licet corpora resuscitanda non essent, animæ tamē
præmio donarētur, sicut & nunc ante resurrectionem. Pium
ergo & vtile esset pro defunctis, hoc modo baptizari ac de-
precari propter animas liberandas de pœnis, quamuis cor-
pora nunquam resurgerent. Et respondendū quòd tunc non
esset tam vtile sicuti modò. *Vt quid baptizantur*, viui, iuxta
sensum prædictum. *Pro illis*, defunctis? Est ergo baptismus
afflictionis, de quo in Euangelio dicit Saluator. Ego baptis- B
mo habeo baptizari. Vel sic, Quid faciēt qui baptizātur pro
mortuis? id est, pro peccatis suis delendis, vel seipsis spiritua- Luca. 12.
liter mortificandis, ad similitudinem mortis domini Salua-
toris? Quasi dicat, Inaniter baptizantur, cum non sint vitam
habituri. *Vt quid*, id est, quo fructu. *Et nos*, apostoli, prædi-
catores & martyres Christi. *Periclitamur*, id est, pericula pa
timur, imò & mortificamur, vel ad supplicia ducimur. *Omni
hora*, id est, assiduè? *Quotidie enim morior*, id est, grauibus tri
bulationibus afficior, & hoc verum esse iuro. *Per gloriam* Roma.8.
vestram fratres, id est, per beatitudinem vobis paratā in cœ-
lo. Vel, propter gloriam vestram, id est, ad hoc vt vos glo-
riam mereamini sempiternam. *Quam habeo*, per certissimā
expectationem, & propinquam potentiam. C
*In Christo Ie-
su domino nostro*, id est, virtute & gratia, ac merito Christi, vel
per contemplationem ipsius.

¶ Prosequutio huius cap. ab eo loco, *Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi.*

ARTICVLVS XVI.

RVrsus ostendit Apostolus resurrectionē futuram, quo-
niam aliās infructuosa fuisset disputatio sua contra infi
deles, Ait enim. *Si secundum hominem*, id est, secundum ra-
tionis processum. *Ad bestias*, id est, contra homines be-
stiales, resurrectionem negantes. *Pugnaui*, id est, acriter di
sputaui. *Ephesi*, id est, in ciuitate Ephesina, (Sumitur au-
tem, si pro quia) *Quid mihi prodest*, disputatio illa. *Si mor
tui non resurgunt?* Imò si mortui non resurgunt. *Manducē-
mus & bibamus*, id est, gulæ & voluptatibus insistamus,

D *Cras enim*, hoc est, in breui. *Moriemur*, & nulla erit retributio
Esa. 22. alia. Hoc de Esaia sumptum est, quod illic dicitur in persona desperantium Iudæorum, & conuenit in hos qui non putãt vitam post hanc vitam, propter quod voluptatibus se expo
Sapien. 2. nunt vt pecora. In quorum persona dicit Sapiens, Vmbræ transitus est tempus nostrum, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt. Sed ne talibus credamus monet Apostolus. *Nolite seduci*, id est, non permittatis vos ab aliquo decipi. *Corrumpunt enim mores bonos*, hoc est, actus morales, seu habitus virtuosos. *Colloquia mala*, maximè hæreticorum atque carnalium. *Euigilate iusti*, à somno pigritiæ, &
Ephe. 5. estote solliciti. *Et nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent*, hoc est, diuina scientia,
E puta notitia fidei diuinitus reuelata, aliqui carent. Illi scilicet qui negant resurrectionem futuram. *Ad reuerentiam*, id est, verecundiã. *Vobis loquor*, vt erubescatis de hoc quod inter vos est error de resurrectione mortuorum, Nam & error atque defectus inferiorum redundat, & cedit in confusionem superiorum. Vnde verecundum est iustis & doctis, præsertim prælatis, quòd inferiorum errores & vitia non extirpant. Deinde ostenditur resurrectio mortuorum passibilis per exempla naturæ, ponítque verba perfidorum, subiungens. *Sed dicit*, infideliter interrogando. *Aliquis*, ignorans Deum: *Quomodo*, id est, quo ordine, qua virtute, quo modo & specie. *Resurgunt mortui, quali autem corpore venient?* id est,
F si resurgent, quale corpus habebunt, redeundo ad vitã corpoream, scilicet mortale an immortale? Huic respondet apostolus. *Insipiens*, qui diuinam virtutem & opera naturæ non pensas. *Tu quod seminas, non viuificatur*, id est, granum quod mittis in terram, non vegetatur seu crescit. *Nisi prius moria-*
Ioan. 12. *tur*, id est, resoluatur & putrefiat. Vnde asserit Christus: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. *Et quod seminas, non corpus quod futurum est*, id est, quod exurget de terra. *Seminas*, id est, non herbam, stipulam, paleam, vel tam multiplex granum, sicut de terra nascetur. *Sed* seminas *Nudum*, id est, purum ac solum. *Granum*, vt puta tritici. *Aut alicuius caterorum*, seminum. *Deus autem dat* per influentiam causarum secundarum. *Illi* grano seminato, seu nascituro. *Corpus*, cum arista & palea. *Sicut vult*, id est, liberè instituit. Opus enim naturæ ac intelligentiæ est opus

causæ

cauſæ primæ. *Et vnicuique ſeminum*, dat Deus, *Proprium cor-* A
pus, hoc eſt, corpus ſuæ ſpeciei conueniens. Quemadmodũ ergo nudum granum ſeminatur, Deíque nutu veſtitum ac multiplicatum reſurgit: ſic mortuus diuina virtute poterit viuere, atque in corpore meliorato reſurgere. Deinde apoſtolus manifeſtat differentiam corporum reſurgentium, quantum ad dignitatem & gloriam, ſecundum exigentiam meritorum. *Non omnis caro eadem caro*, id eſt, non omnia animalia habent corpus eiuſdem rationis, dignitatis, ac diſpoſitionis, ſed iuxta diuerſitatem formarum ſubſtantialium requiritur diuerſitas materiarum: forma nanque eſt finis materiæ, ſed iuxta diuerſitatem finium, diuerſificantur & media. Ideo ſubditur. *Sed alia*, id eſt, alterius diſpoſitionis eſt,

Caro hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piſciũ. Sumitur verò caro hoc loco communiter, pro corpore ani- B
mato ſenſitiuo. Strictius verò eam ſumendo dicuntur Carthuſien. (quorum & ego vnus ſum, vtinam dignè) non comedere carnes *Et*, quædam ſunt. *Corpora cœleſtia*, vt orbes ac ſydera. *Et*, ſunt. *Corpora terreſtria*, vt ſaxa, & arbores. Subditur autem de differentia corporum poſtquam dictum eſt de differẽtia carnium, quoniam corpus cõmunius eſt quàm caro. *Sed alia quidem*, eſt *Cœleſtium*, corporum *Gloria*, id eſt, perfectio, ornatus ſeu pulchritudo. *Alia autem terreſtrium.* Nec ſolùm hæc corpora inter ſe diſtãt, ſed corpora quoque cœleſtia inter ſe differunt, nam. *Alia*, ſcilicet maior. *Eſt claritas ſolis, alia claritas lunæ*, videlicet minor quàm illa. *Et alia claritas ſtellarum.* Hoc videmus ad oculum. *Stella enim*, alia *Differt in claritate*, quoniã maior eſt lux vnius qnàm alterius. C
Sic & reſurrectio mortuorum, diſtincta erit, quantum ad gloriam corporum ſuſcitandorum, non quantum ad veritatem naturæ eorum. Omnia enim erunt eiuſdem naturæ ſeu ſpeciei, ſicut & modò, ſed dignitas præmiorum erit diuerſa.

Porrò exemplum Apoſtoli magis conſonat opinioni dicentium materiam primam in omnibus corporibus eſſe eiuſdem rationis, quàm eorum qui ponunt eam diſtinguendam ſpecificè. Deinde ponuntur dotes corporum glorificãdorum. *Seminatur in corruptione*, id eſt, corpus humanum concipitur, generatur, & more ſeminis ſub terra humatur corruptibile ſeu corruptum. *Surget in incorruptione*, id eſt, in reſurrectione erit incorruptibile per dotẽ impaſſibilitatis.

D Simili modo iam. *Seminatur in ignobilitate*, id est, vile atque obscurum. *Surget in gloria*, id est, resurgendo recipiet claritatem, vt sit glorioſum ac nobile. *Seminatur in infirmitate*, id est, fragilitatẽ & infirmitatem ad motum habens: corpus enim quod corrũpitur, aggrauat animam. *Surget in virtute*,
Sapien.9. id est, surgendo habebit facillimam mobilitatem iuxta animæ voluntatem, per dotem agilitatis. *Seminatur corpus animale*, id est, grossum & alimoniis indigens, atque corporibus aliorum animalium simile. *Surget spirituale*, corpus, id est, subtile ac spiritui simile, quantum ad aliquas proprieta-
Luc.24. tes, *non tamen ita* subtile vt exeat limites suæ naturæ. Erit enim palpabile atque visibile carnem habens & ossa, sicut & Christus in semetipso ostendisse scribitur. Hæ ergo sunt
E quatuor dotes corporum beatorum, quæ erunt in corporibus quodammodo ex redundantia beatitudinis animæ ad
August. corpus, sicut in epistola ad Dioscorũ tangit August. Ex hoc enim quod anima fruitiuè Deo vnitur, quatuor bona consequitur, videlicet internæ lucis splendidissimá claritatem, & ex hoc redundat in corpus claritas copiosa, tantò abun-
Matth.13. dantior, quantò maior est gloria animæ. Fulgebunt enim iusti sicut sol. Secundò, consequitur anima omnium desideriorum suorum plenam quietationem. Ex quo redũdat in corpus agilitas, seu mobilitatis velocitas. Iam enim corpus infirmum est, quoniá desiderio animæ satisfacere nequit in executione motus & operationis, tũc verò mouebitur iuxta desideriũ ac imperium animę, nõ tamen in instanti. Pro-
Sapien.3. pterea scriptum est, Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in
F arũdineto discurrent. Tertiò, cõsequitur anima omnis mali remotionem, & ex hoc redũdat in corpus impassibilitas.
1.Ioan.3. Quartò, consequitur anima maximam deiformitatem. Iuxta illud Ioannis, Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Et ex hoc redundat, in corpus spiritualitas seu subtilitas. Denique sicut maior erit beatitudo animarũ, quàm esset naturalis felicitas angelorum, sicut erit maior perfectio corporum glorificatorum, quàm sit perfectio cœlestium corporum: ita quòd claritas, agilitas, impassibilitas, atque subtilitas maior, seu dignior futura erit in illis, quàm in cœlestibus corporibus. In præsenti quoque vita habet corpus ab anima quatuor proportionabiliter ad prędicta, videlicet existentiam, pulchritudinem, conserua-

tionem,

tionem, & motum. Quòd autem corpus resurget spiri A
tuale, probat Apostolus. *Si est*, id est, quia iam est. *Corpus animale*, secundum sensum prædictum. *Est*, hoc est, aliquando erit in nobis, & iam in aliquibus est. *Et*, corpus. *Spirituale*, secundum intellectum expressum: corpus enim dicitur animale, ad differentiam corporis spiritualis. Quòd verò sit corpus animale, probat authoritate scripturæ. *Sicut* Gene. 2.
scriptum est, in Genesi. *Factus est primus homo*, scilicet Adam,
In animam viuentem, hoc est, in sui formatione adeptus est animam dantem corpori vitá animalem, sustentatione ciborum indigentem, propter quam vitam, corpus vocatum est animale. *Nouissimus Adam*, id est, Christus factus est.

In spiritum viuificantem, id est, in sua resurrectione recepit spiritum rationalem, seu animalem dantem corpori suo vi B
tam spiritualem, cibis & potibus non indigentem, sed insolubilem atque perpetuam. Christus enim posuit animam Roma. 5.
suam, & iterum sumpsit eam, sed non talem resumpsit, qualem posuit. Posuit nanque passibilem, impassibilem verò recepit. Dicitur autem CHRISTVS Adam. Primò quoniam de eadem materia habuit corpus. Secundò, quoniam
sicut ex Adam omnes nascuntur, sic ex CHRISTO & Gene. 2.
renascuntur. Tertiò, nam sicut de latere Adæ formata est Eua, ita ex latere CHRISTI formata est ecclesia. Dicitur, quoque nouissimus Adam, quoniam nemo ei succedet, qui sit caput & author fidelium. *Sed non prius quod spirituale*, hoc est, nec CHRISTVS habuit, nec alij habent primò corpus spirituale, secundum proprietatem vt dictum est. *Sed quod animale*, id est, primò oportet habere corpus animale, *Deinde* habetur corpus, *Quod spiri-* C
tuale est. CHRISTVS equidem ante passionem habuit corpus animale, id est, cibo vtens ac dissolubile. Post resurrectionem verò habuit corpus spirituale. Ita erit & nobis: iam enim habemus corpora animalia: post resurrectionem verò habebimus corpus spirituale. Sciendum, quòd duplex est ordo, videlicet generationis & naturæ. Secundum ordinem generationis imperfectum præcedit perfectum, vt pueritia iuuentutem. Et hoc modo animale præcedit spirituale. Secundum ordinem verò naturæ, perfectum præcedit imperfectum: Imperfecta enim à perfectis procedunt.

Deinde ostendit apostolus vnde simus animales, &

D vnde erimus ſpirituales. *Primus homo*, ſcilicet Adam, mate-
Gene.1. rialiter habens originem *De terra*, quia de limo terræ for-
matus fuit, *Terrenus*, id eſt, naturaliter animalis atque paſſi-
bilis. Maximè tamen terrenus effectus eſt, tranſgrediendo
diuinum præceptum. *Secundus homo*, hoc eſt, Chriſtus. Qui
Gene.3. dicitur ſecundus homo, quoniam inter eum & Adam nul-
Lucæ. 1. lus eſt medius, qui ſit caput & principium hominum ſicut
ipſe. Hic ergo deſcendens. *De cœlo*, & oriens ex alto eſt. *Cœ-
leſtis*. Primò, quia de cœlis deſcendit, nõ diuinitatem amit-
tendo, vel locum mutando, aut corpus de cœlo ſecum por-
tando: ſed corpus humanum aſſumendo, atque in mundo
Ioan.3. viſibiliter apparendo. Propter quod ipſe ait, Nemo aſcen-
Ioan.16. dit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo. Et alibi, Exiui â
Lucæ.1. patre, & veni in mundum Secundò, quia cœleſti virtute con
ceptus ac natus. Tertiò quia cœliformiter (id eſt, abſque
E macula) in terra conuerſatus. *Qualis terrenus*, id eſt, qualis
fuit Adam. *Tales & terreni*, hoc eſt, tales modò nos ſumus,
quia animales, mortales & fragiles, imò originali peccato
infecti. *Et qualis cœleſtis*, id eſt, qualis in reſurrectione factus
Philip.3. eſt Chriſtus, videlicet corpus glorificatũ ſortitus. *Tales &
cœleſtes*, id eſt, tales erunt electi in reſurrectione futura, quã-
do reformabit corpus humiliatis noſtræ configuratum cor-
pori claritatis ſuæ, vt *Ergo*, cœleſtes effici valeamus, ſtuden-
dũ eſt nobis, vt. *Sicut portauimus imaginem terreni*, id eſt, ſic
ut aſſimilati ſumus primo parenti, ſequendo eius veſtigia,
inobediendo, & originale peccatum ab ipſo contrahendo,
F *Sic portemus & imaginem cœleſtis*, hoc eſt, Chriſto nos cõfor
memus per charitatem, obedientiam, humilitatem, & om-
nium tribulationum patientiſſimam ſuſtinentiam. Non e-
nim aliter poſſumus fieri cœleſtes ſiue fœlices. Ideo ſubdi-
tur. *Hoc autẽ dico fratres quia caro & ſanguis*, id eſt, homines
carnales affectibus vitioſis ſubiecti, ſeu opera carnis. *Regnũ
Dei poſſidere non poſſunt*. In cœlo enim nõ nubent, neque nu
Mat. 22. bentur. *Neque corruptio incorruptelam poſſidebit*, hoc eſt, qui
ſeruit corruptioni peccati, non ſortietur beatam immorta-
litatem. Peccatum enim mentem inficit, corrumpit & in ni-
hilum redigit. Virtus verò conſolidat animum, & ſtabilit
eum in Deo, idcirco impaſſibilitatem, quæ eſt perfecta in-
Luc. 20. corruptela, meretur & poſſidebit. Vnde ſcriptum eſt, Incor-
Sapien. 6. ruptio facit eſſe proximum Deo. Inſuper manifeſtat Apo
ſtolus

solus resurgendi modum ac ordinem. *Ecce.* Cùm dicitur Ecce insinuatur notabile esse quod dicitur *Mysterium*, id est, occultum aliquid de materia futuræ resurrectionis. *Vobis dico* videlicet, *Omnes quidem*, generaliter, *Resurgemus* boni & mali in fine seculi, qui interim non surrexerunt resurrectione cõsummatâ, quomodo certum est resurrexisse virginem glorioſam. Nam & viui qui tunc inuenti fuerint, in igne conflagrationis morientur, vt soluant debitum carnis, protinúsque cum aliis surgent. Resurrectio nanque nõ conuenit, nisi ei quod cecidit. *Sed non omnes immutabimur*, hoc est, non omnes in melius reformabimur, quoniam soli electi glorificabuntur, reprobi verò resurgent in peius, habebunt enim corpora ipso aspectu horribilissima, scilicet obscura, grauissima, grossa, & passibilia. Resurgemus autem *In momento, in ictu oculi*, id est, in breuissimo temporis spatio, hoc est, quàm cito oculus aperitur, aut clauditur, Diuina enim virtus immensa est. Non tamen fiet repente, quia collectio cinerum fiet ab angelo, nõ sine motu locali. Surgemus quoque, *In nouissima tuba*. Hæc tuba tripliciter intelligi potest. Primò per tubam intelligitur imperium Dei, cuius nutu resurrectio fiet. Vnde ad Thessalonicenses ab ipso inducitur. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo. Secundò, per tubam intelligitur vox Christi, qui ait, Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Tertiò, per tubã accipi potest ad literam vox alicuius archangeli, cui commissa fuerit talis prolatio. Vnde in Euangelio dicitur, Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiã ei. *Canet enim tuba*, quælibet iam præfata, id est, terribiliter imperabit resurrectionem mortuorum. Et, vt dicit Hieronymus sic canet, quòd totus mundus tinniet. *Et mortui resurgent incorrupti*, id est, cum corpore integro. Quia diuina virtus supplebit, quod aliquibus defuit, vt claudis, monstris & pueris. Omnes etiam surgent in perfecta ætate & conuenienti quantitate. Et nos electi *Immutabimur*, id est, immortalitatis gloriam consequemur. *Oportet enim*, quatenus diuina impleatur promissio, & iusta fiat remuneratio. *Mortale hoc* corpus, *Induere immortalitatem*, id est, perpetuam subsistentiã. *Et* oportet *Corruptibile* corpus *Induere incorruptionẽ*, id est, indissolubilitatẽ, vt resolui nõ possit. Hoc pro-

A

Epist.

Matt. 3.

B

In momento

1 Thes. 4.

Ioan. 5.

C

Mat. 25.

Hieron.

D prièrefertur ad corpora electorum, quamuis & corpora reproborum futura sint immortalia & incorruptibilia, sed immortalitas illa erit tantis miseriis plena, vt potius esse videatur mors continua, quàm immortalitas vera. *Cum autem mortale hoc* corpus *Induerit immortalitatẽ*, scilicet in die nouissimo, quàdo idem numero corpus resurget, prout apertissimè ait beatus Iob, Scio ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, &c. *Iob.19.* *Tunc fiet*, id est, implebitur *Sermo* propheticus, *Qui scriptus est* in Osea, secundum translationem septuaginta interpretum. *Osee.13.* *Absorpta*, id est, victa *Est mors*, siue diabolus *In victoria*, id est, per victoriosam passionem ac resurrectionem Christi, qui mortem nostrã moriendo destruxit, sicut & per Oseam loquitur, Ero mors tua ó mors, &c. *Ibidem.* Quod etiam iam allegatum est secundum translationẽ septuaginta interpretum. Abstulit emim à nobis mortẽ culpæ atque gehennæ, & in fine seculi tribuet immortalitatem completam. Præterea Apostolus de beneficio tanto exultans, & in persona fœliciter resurgentium loquens ex propheta eodem, adiecit, *Vbi est ó mors victoria tua?* qua omnes occidisti: sicut scriptum est, Quis est homo qui viuet & non videbit mortem? *Vbi est mors stimulus tuus?* id est, peccatum quod mortem induxit, sicuti stimulus læsionem infigit? Ideo subditur, *Stimulus autem mortis*, id est, mortem inducens. *Peccatum est* actuale vel originale. Mors enim est pœna peccati, quasi dicat, Ista victoria mortis, ac stimulus eius ab electis ablata sunt. Vnde in Esaia legitur, Præcipitabit dominus mortem in sempiternum, & opprobriũ populi sui auferet. Item in Psal. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Ne autem putetur culpa per legem deleta, subiungitur, *Virtus verò*, id est, incentiuum seu augmentum. *Peccati est Lex* Mosi, non directè, sed ex occasione, & humana peruersitate, quæ nititur (testante poëta) in vetitum semper cupitq; negata. De hoc autẽ in epistola ad Rom. plenissimè dictum est. *Deo autem gratias qui dedit victoriam*, iam in spe & partim in re, postea autem dabit perfectè in re. Victoriá inquam peccati & mortis non nostris meritis, sed *Per dominum nostrum Iesum Christum*, id est, virtute ac merito Christi. Postremò ponit Apostolus admonitionem saluberrimam & consolatoriam. *Itaque* cum omnia hæc ita se habeant

Esa.25. *Psal.113.* *Ouidius.*


beant, ò *Fratres mei dilectißimi ſtabiles eſtote* in fide. *Et immo* A
biles in charitate. *Abundantes in opere domini ſemper*, id eſt, actibus virtuoſis inceſſanter intenti. *Sciẽtes quòd labor veſter* ex charitate procedens. *Non eſt inanis*, id eſt, ſine mercede. *In domino.* Imò vt apud Sapiẽtem legitur: Bonorum laborũ *Sap.3.*
glorioſus eſt fructus. Hoc totum breui verſiculo comprehẽdit Pſalmiſta, dicens, Expecta dominum viriliter age, & con *Pſal.26.*
fortetur cor tuum, & ſuſtine dominũ. Magna eſt itaque perfectio, cordis ſtabilitas in domino, ne homo moueatur impetu paſſionum, delectationibus temporalium rerum: vel minis, aut huiuſmodi aliquo peccati vento. Idcirco ſcriptũ eſt, Non te ventiles in omnem vẽtum, ſed eſto firmus in via do *Eccl.5.*
mini, & in veritate ſenſus tui. Et iterum ſcriptura dicit, Sa- *Eccle. 27.*
piens permanet vt ſol, ſtultus autem mutatur vt luna. B

Cap. XVI. *De collectis autem quæ fiunt in ſanctos.*

ARTICVLVS XVII.

EXpeditis determinationibus principalium materiarum, in quibus inſtruendi erant Corinthij, iam agit Apoſtolus de quibuſdam ordinationibus particularibus. Primò de eleemoſynis, quas Gentiles conuerſi faciebant Iudæis con- *Actor.2.*
uerſis, qui in Hieruſalem erant. Ait enim, *De collectis autem*, id eſt, donis ſeu eleemoſynis, *Quæ* congregantur, & *Fiunt in ſanctos*, id eſt, in ſuſtentationem ſanctorum in Hieruſalem habitantium, qui omnia ſua vendiderunt, & ante Apoſtolorum pedes poſuerunt, quibus conſumptis, & fame orta in Iudæa, in magna penuria fuerunt, propter quod ordinauerunt Apoſtoli vt conuerſi ex Gentibus mitterent eis ſubſidia vitæ. *Sicut ordinaui in eccleſiis Galatiæ*, id eſt, con- C
gregationibus fidelium in Galatia (quæ eſt pars Græciæ) habitantium ſcilicet Galatis. *Ita & vos facite per vnam ſabbathi*, id eſt, vna die ſeptimanæ. *Vnuſquiſque veſtrũm apud ſe reponat*, id eſt, in propria domo ponat in loco ſecuro, ne fortè ſi alij commiſerit, defraudetur. Ponat ergo apud ſe, *Recondens* munus *Quod ei bene placuerit*, id eſt, tantum quantum libenter dat, ne grauetur. *Vt non cum venero*, id eſt, apud vos fuero, *Tunc collectæ fiant*, id eſt, eleemoſynæ congregentur, quia tunc alia habebimus expedire: grauaret quoque vos ſi totum ſimul daretis. *Cum autem præſens fuero* apud vos, *Quos probaueritis*, id eſt, approbaueritis, ſeu aptos iudicaueritis, *Per epiſtolas. Hos mittã*, id eſt

D istos destinabo cum literis commendatoriis meis ac vestris. *Perferre gratiam vestram*, id est, gratiosam eleemosynam. *In Hierusalem* ad primitiuam ecclesiam sub Iacobo militante. *Quòd si dignum fuerit*, id est, rationabilis causa occurrerit, *Vt & ego eam* in Hierusalem cum eleemosynis istis. *Mecum ibunt* quos probaueritis. *Veniam autem ad vos, cum Macedoniam*, quæ est pars Græciæ. *Pertransiero* visitando illic, & in locis vicinis discipulos. *Nam Macedoniam* prouinciam illã *Pertransibo* nõ diu ibi morando, cũ non sit necesse. *Apud vos autem forsitã*, scilicet si deus præstiterit. *Permanebo* multis diebus. ¦ *Vel etiam hyemabo*, quia multa sunt corrigenda in vobis, ideo diuturna medici spiritualis præsentia vobis necessaria est. *Vt vos me ducatis quocunque iero* cum à vobis
E recessero. Illa tamen non fuit principalis causa huius mansionis, sed hoc dicit Apostolus ad inflammandum charitatem eorum ad se, vel ad familiaritatem ostendendam, *Nolo enim vos modò in transitu videre*, id est, tempore modico.



Permanebo autem Ephesi, vnde & ipsam epistolam vobis transmisi. *Vsque pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens*, id est, vehemens ratio mihi occurrit illic manendi: eo q̃ corda multorum parata sint recipere verbũ Dei. *Et aduersarij multi*. sunt ibi qui Euangelio contradicunt, contra quos oportet me armare fideles, vel illis quoq; aperte resistere. *Si autem venerit Timotheus* ad vos, *Videte*, id est, studete ad hoc, *Vt sine timore sit apud vos*, id est, securè, ita vt nullus ei molestus sit. *Opus enim domini operatur*, prædicãdo Euangeliũ Christi. *Sicut & ego. Ne quis ergo*
F *illum spernat*, eo quòd iuuenis sit. Vnde alibi dicit, Nemo adolescentiam tuam contemnat. *Deducite autem illum in pace*, egrediendo & ambulando cum eo pacificè per aliquod spatium. *Vt veniat ad me* Ephesum. *Expecto enim illum cũ fratribus* cum eo venturis. *De Apollo autem fratre*, qui erat vir potẽs in scripturis & eloquens, quẽ apostolus ordinauit Corinthiis in episcopũ sicut & ipsi rogauerunt. *Notum vobis facio quoniam multum rogaui eum* non præcepi, *Vt veniret ad vos cum fratribus* secum agentibus. Recesserat quippe à Corinthiis propter dissensionem eorum quam sedare non potuit, propter quod rediit Ephesum ad Apostolũ. *Et vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret* ad vos, quandiu estis in ista discordia. *Veniet autem quum ei vacuum*, id est, opportunum

1. *Tim.* 4.

Act. 18.

tunum *Fuerit*, quando videlicet perceperit vos emandãdos. A
Vigilate, id est, diligentes & solliciti estote, ne torpor pigritiæ irruat super vos. *State*, id est, firmiter perseuerate. *In fide viriliter agite*. Maledictus enim qui facit opus Dei negli- *Hiere. 48*
genter. *Confortamini* proficiendo semper in gratia dei. *Et omnia vestra* opera, *In charitate fiant*, id est, charitatiuè atque concorditer: aliter enim non essent meritoria. *Obsecro autẽ vos fratres, nostis domum Stephanæ*, id est, familiã illius matronæ. Vnde suprà dixi. Baptizaui autem & Stephanæ domũ. 1. Cor. 1.
Nostis etiã *Et* domũ, *Fortunati & Achaici*. i. horũ virorum qui mecũ fuerũt cùm vobis prædicaui. *Quoniã sunt primitiæ Achaiæ*. i. primi q̃ in Achaia crediderũt. *Et in ministeriũ sanctorũ ordinauerũt seipsos*. i. spõte se obtulerũt ad ministrandũ
fidelibus. Hoc itaq; obsecro. *Vt & vos subditi sitis*, per humi- B
lẽ obedientiã. *Eiusmodi*, i. istis & talibus personis. *Et omni co operanti* mihi, *Et laborãti*, in vobis. i. ad vestrã salutẽ *Gaudeo autẽ in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici*. i de hoc lætor, q̃ tales personæ vobiscum sunt. *Quoniã illud quod vobis deerat*, quantum ad salutarem doctrinam. *Ipsi suppleuerunt* docendo vos plenius. *Refecerunt enim*, id est, spiritualiter nutrierunt seu impleuerunt. *Et meum spiritum*. i. animã meam iucunditate, eo quòd instruant vos. *Et vestrum* spiritũ. refecerunt veritatis notitia. Vel sic, Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, &c. id est, de hoc q̃ venerũt ad me; quoniã illud quod vobis deerat, id est, quod vos minus debitò mihi fecistis, ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim, id est, cõsolati sunt, vel pauerunt & meum spiritum, & vestrũ, quia mihi benefaciendo, benefecerunt & vobis quibus Apostolũ seruauerũt. C
Cognoscite ergo, id est, diligenter attendite & honorate. *Qui eiusmodi sunt*, id est, tales personas. *Salutant vos*, id est. salutem vobis cupiunt atque annunciant. *Omnes* ecclesiæ Asiæ minoris, cuius metropolis est Ephesus, vbi conscripta est præsens epistola. *Salutant vos in domino multum*, id est, cum ingẽti affectu. *Priscilla* mulier, *Et Aquila* vir eius *Cum domestica sua ecclesia*, id est, cum societate fidelium commorante in domo eorum. *Apud quos & hospitor*. Horũ duorum frequenter apostolus meminit, quia in primitiua ecclesia notabiles erant, & bene instructi in fide. *Salutant vos fratres omnes* in Epheso existentes. *Salutate inuicem in osculo sancto*, id est, in spirituali & puro etiam corporali, sicut in

D primitiua ecclesia fuerat consuetudo. *Salutatio mea manu Pauli*, id est, propria manu subscripta. Scripsit enim Apostolus propria manu in fine epistolarũ suarum salutationem, ne deciperentur fideles, recipiendo epistolas pseudoapostolorum pro epistolis Pauli. *Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema*, id est, separatus à consortio fidelium, & condemnatus à Deo. *Maranatha*, id est, in aduentu domini, vel donec dominus. Maranatha quippe interpretatur dominus venit. Dicitque Lyra, quòd sint duæ dictiones. Augustinus verò, cui potius creditur, ait quòd sit vnum nomen compositum ex Græco & Syro: & potius est Syrum quàm Hebræum. Hæc autẽ imprecatio mali non est intelligenda de zelo vltionis seu inuidiæ, sed affectu iustitiæ, vel
E modo prænunciationis propheticæ. *Gratia domini nostri Iesu Christi*, quæ est formale & habituale principium totius vitæ meritoriæ, sed *Et charitas mea*, id est, talis dilectio qualẽ ego habeo, sit *Cum omnibus vobis in Christo Iesu*, id est, finaliter propter Christum. *Amen*: Christus enim finis noster, sicut in Apocal. testatur. Ego sum alpha & omega, principium & finis. Cui semper sit omnis honor, virtus, beatitudo & gloria, quoniam ipse cum patre & spiritu sancto est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Augusti.

Apo.1.

1. Tim.1.

IN SECVNDAM AD CORINTHIOS EPISTOLAM PROŒMIVM.

F AVdi fili disciplinã patris tui, vt addatur gratia capiti tuo. Cũ prælatis ecclesiæ dicat saluator, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: cõstat q; pari audiẽtia accipienda sunt verba prælatorũ & Christi. Quidã itaq; Corinthiorũ hoc attẽdentes ex priori epist. Pauli correcti fuerũt obediẽtes præceptis apostoli, tanquã Christi. Quidã verò eorũ in suo perstiterũt errore, præferẽtes Paulo pseudoapostolos. Propter hoc scribit Apost. Corinthiis hanc secundã epistolam, in qua se verum Christi probat Apostolũ, atque fallaciam Apostolorũ, vanitatem ac falsitatẽ demonstrat, errãtes Corinthios reducit ad viã iustitiæ: bonos verò incitat ad meliora, præsertim ad obseruationem patientiæ, proponens seipsum illis in exemplũ. Non ergo cessandũ est

Prou.1.

Luc.10.

bono

bono prælato à ſpirituali cura infirmi ſubiecti, ſi ſtatim non A
emendetur, ſed continuanda eſt admonitio, increpatio, excitatio, quandiu ſpes eſt de reparatione errantis.

Cap. I. ſecundæ ad Corinthios epiſtolæ.

ARTICVLVS I.

QVoniam Corinthiorum nonnulli minus dignè de Paulo ſenſerunt, atque ob hoc propriam ſalutē neglexerunt, paruipendentes verba Pauli, & pſeudoapoſtolis credentes, idcirco in exordio huius epiſtolæ, in qua more ſolito præmittitur ſalutatio, cùm dixiſſet, Paulus, ſtatim adiecit, Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, non vt ſeipſum magnificaret, ſed vt illorum prouideret ſaluti. Poteſt enim, & dum ratio poſtulat, debet prelatus authoritatem ſuā oſtendere, ne ſui contemptus impediat ſubditorum ſalu- B
tem. Ponens ergo apoſtolus perſonas ſcribentes ſeu ſalutantes, ait. *Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei*, id eſt, à Deo ſeu diuina voluntate ad gratiam apoſtolatus aſſumptus: non à ſeipſo, vel ab hominibus intruſus inordinatè. *Et Timotheus*, Epheſiorum epiſcopus. *Frater*, noſter ſpiritualis. Hunc ſibi adiungit apoſtolus, ne Corinthij aliquid ſiniſtrum ſuſpicentur de eo, quaſi eos accuſauerit apud apoſtolum ex rancore. Priorem enim epiſtolam tulit Corinthiis, rediensque nunciauit apoſtolo facta & verba Corinthiorum. Quamuis autem apoſtolus ſolus iſtam epiſtolam dictauerit, vterque tamen mandat & mittit eam Corinthiis, & fortè quia Paulus multa ſcribit ex Timothei relatu. Itaque Paulus & Timotheus mandant. *Eccleſiæ Dei*, id C
eſt, congregationi fidelium. *Quæ eſt Corinthi*, id eſt, in ciuitate ſic dicta, metropolitana Achaiæ. *Cum ſanctis omnibus*, id eſt, & ſanctis omnibus, vtpote cunctis veraciter chriſtianis, qui vtiq; ſancti & virtuoſi ſunt. *Et qui ſunt*, id eſt, demorātur. *In vniuerſa Achaia*, id eſt, quocunque loco prouinciæ ſic vocatæ, quæ erat pars Græciæ. *Gratia*, quæ eſt ſupernaturalis habitus, principiū omnis meritoriæ operationis eſſentiam animæ immediatè perficiens. *Vobis* præſtetur. *Et pax*. i. *Lucæ. 2*
tranquillitas mentis, de qua angeli cecinerunt, Et in terra pax hominib⁹ bonæ volūtatis. *A deo patre noſtro*, per gratiā adoptionis. i. à tota ſuperbenedicta trinitate, quę eſt vn⁹ verus de⁹ creator, & pater noſter: cui quotidie dicimus, Pater *Matt. 6*
noſter qui es in cœlis. *Et domino noſtro Ieſu Chriſto* id eſt, per

D Christum mediatorem Dei ac hominum, per quem omnis gloria nobis confertur. Christus enim vt deus est idem col-
1. Tim. 2 lator principalis cum patre & spiritu sancto, sed secundum naturam assumptam est dator gratiæ mediatus ac instrumẽ talis, quia per ipsum tanquam per causam meritoriá ac mediatricem dantur nobis charismata spiritus sancti. Deinceps procedit Apostolus ad narrationem, captátque beneuolentiam Corinthiorum, & à gratiarum actione incipiens affatur perfectos. *Benedictus deus*, id est, ab omnibus benedicatur & exaltetur, sempérque sit benedictus deus trinitas. *Et pater domini nostri Iesu Christi*, id est, persona patris æterni, qui est genitor Christi secundum eius diuinam naturam. Hunc patrem apostolus specialiter exprimit exemplo Chri sti, qui per totum Euangelium omnia refert specialiter ad
E gloriá patris, quemadmodum ait, Honorificǫ patrẽ meum.
Ioan. 8. Non quòd pater maior sit filio aut spiritu sancto, sed quia authoritas est in patre, atque fontalis origo, respectu filij & spiritus sancti, quorum vterque suscepit à patre quicquid habet, & est. Vel sic, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, id est, persona patris, qui est deus Christi secundũ
Ioan. 12. naturá humanam, & pater ipsius secundũ naturam diuinam. Vnde in euangelio Christus testatur, Ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ vestrum, deũ meum & deũ vestrum. Vel deus ratione essentiæ & emanationis ad extra: pater verò ratione proprietatis relatiuæ, & emanationis ad intra. Porrò quod subditur, simili sensu accipi potest, tam de persona patris, quàm de tota trinitate, patre nostro ratione creationis, guberna-
F tionis & adoptionis. *Pater misericordiarum*, id est, causa paterna piorum affectuum ex diuina benignitate manantium. Vel, pater misericordiarũ intransitiuè, id est, pater multum misericors seu misericordia plenus. Et dicitur pater misericordiarũ, quãuis misericordia dei sit vna ac simplex propter
Psal. 88 diuersos effectus pietatis diuinę. Vnde etiam ait Psalm. Misericordias domini in æternũ cátabo. *Et deus totius cõsolationis*. i. dator atq; benignus infusor omnis verę, perfectę ac spiritualis consolationis siue lætitiæ. *Qui consolatur nos, in omni tribulatione nostra*, quá propter iustitiá patimur à mundo, car
Ioan. 1. ne aut diabolo. Cõsolatur autẽ nos, vel à tribulationibus liberando, vel in tribulationibus patientiam dando: ita vt omne gaudium æstimemus, cùm diuersas incideremus tentationes.

nes. Vel in ipso corde copiosam exultationem concitando A
ex contemplatione diuinorum, sic vt tribulationis acerbitas
vix sentiatur. Hinc scriptum est in Iob, Ipse vulnerat & me- *Iob.6.*
detur, percutit & manus eius sanabunt. Et Abachuc prophe *Abac.3.*
ta orat, Cùm iratus fueris misericordiæ recordaberis. *Vt possimus & ipsi consolari eos*, id est, tam copiosè & ad hoc conso
latur deus nos, apostolos, viróque perfectos, vt ex plenitu-
dine, gustus, & experientia consolationis nobis infusæ, va-
leamus & nos cõsolari eos. *Qui in omni pressura sunt*, in qua-
cunque afflictione proponẽdo nos eis in exemplum. Pos-
simus, inquã, consolari eos. *Per exhortationẽ, qua exhortamur & ipsi à Deo*, id est, admonẽdo eos taliter per prædicationẽ
vocalem, sicut admonemur à domino per inspirationẽ seu
alloquutionem internam, videlicet cõmemorando præmia
sempiterna pro præsentibus, breuibúsque tribulationib⁹ re- B
pendenda, proponendo etiã persequutiones, passiones Chri
sti & aliorum electorum pro exemplo, quemadmodum re-
tulit Iudith, Memores, inquiens, esse debent, quomodo pa- *Iudith.8.*
ter noster Abraham tentatus est, & omnes qui placuerunt
Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Eluceſcit
autem ex his, quia alios spiritualiter consolari aptus nõ est,
qui diuinã consolationẽ expertus non est. Ideo per sapien-
tem quendam dicitur, *Vir in multis expertus cogitabit mul* *Eccle.34*
ta. Veruntamen aliqui ad deum conuersi tribulantur, tentã
tur & angustiantur: nullam tamen consolationem experiun
tur, quibus cœlũ est æneum, terráque ferrea, qui cum beato
Iob domino dicere possunt: Sto & non respicis me: clamo *Iob.30.*
& nõ exaudis me: mutatus es mihi in crudelem. Sed isti nõ
desperẽt non frangantur, nec pusillanimes fiant, sed manum C
domini longanimiter præstolentur, scientes quòd deus non
deserat sperantes in se, dicentésque cum Iob: Etiam si occi- *Iob.13.*
derit me in ipso sperabo. Interim verò carnalem consola-
tionem despiciant, quatenus in dei contẽplatione refloreãt.
Iuxta illud psal. Renuit cõsolari anima mea, memor fui dei
& delectatus sum. Deniq; qp cõsolemur à deo, alioque cõ *Psal.76*
solari possimus patet ex hoc. *Quoniã sicut abundãt passiones Christi.* i. persecutiones, quæ in Christo capite nostro præce-
dunt, & propter eũ fidelibus infliguntur, eius quoq; amo- *2. Thess.1*
re æquanimiter tolerantur. *In nobis*, famulis Christi: quibus
ipse ait, Si me persequuti sũt, & vos persequẽtur, quia nõ est *Ioan.14*

D seruus maior domino suo. *Ita & per Christum*, id est, per gra
Ioan. 13. tiam & misericordiam Christi. *Abundat consolatio nostra.*
Roma. 8 Qui enim compatitur, & conglorificabitur. Propterea dicit
Psal. 93 propheta, Secundum multitudinem dolorum meorum in
2. Mac. 5 corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meã.
Alibi quoque dicit scriptura, Qui derelictus est in ira Dei
omnipotentis, iterum in magna recõciliatione cum summa
gloria exaltabitur. *Siue autem tribulamur*, tribulatio ista ac-
cidit nobis pro vestra exhortatione & salute, id est, vtilis est
ad exhortandum vos salubriter, scilicet vt vos exemplo no-
stri tribulationes sustineatis libenter. *Siue consolamur*, à
Deo, hoc fit, *Pro vestra consolatione*, id est, vtile est ad con-
E solandum vos, quoniam eadem merces nobis & vobis pro-
mittitur. *Siue exhortamur*, id est, diuinitus admonemur om-
nia fortiter perpeti, hoc fit. *Pro vestra exhortatione & salu-
te*, quia per hoc idonei efficimur, admonere vos ad vestram
salutem, sicut & ipsi à Deo monemur. *Quia*, exhortatio.
Operatur in vobis tolerantiam earundem passionum, id est, in-
ducit & prouocat vos ad tolerandũ pro Christo persequu-
tiones & aduersitates. *Quas & nos patimur, vt & spes nostra*,
id est, fiducia qua speramus vos beatitudinem adepturos.
Firma, id est, constans & efficax, *Sit pro vobis*, id est, ad com
modum vestrum. Dum enim prælati conspiciunt subditos
suos in virtutibus agiles, securè & firmiter sperant bona æ-
terna eis fore parata. Vnde & Salomon, Filius sapiens læti-
Prou. 10 ficat patrem. *Scientes*, certitudine reuelationis diuinæ, &
F experientiæ, non ratiocinationis humanæ. De qua scientia,
Iob. 19. ait Iob, Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo
die de terra surrecturus sum. *Quoniam*, id est, quòd. *Sicut*
2. Cor. 4 *socij*, participes & consortes estis. *Passionum*, id est, tribu-
lationum pro Christo, imitando eius vestigia: *Sic eritis &
socij*. *Consolationis*, diuinæ per gratiam Christi, in præsen-
ti inchoatiuè & imperfectè, in futuro autem plenè ac iugi-
ter. Si enim sustinemus, & conregnabimus. Ideo scriptum
2. Timo. 2 est, Communicãtes Christi passionibus gaudete, vt & in re-
1. Pet. 4 uelatione gloriæ eius gaudeatis. Præterea narrat Apostо-
lus magnitudinem persequutionum suarum in speciali. Pri-
mò, vt alij exemplo sui ad patientiam animentur. Secundò,
vt discipulis insinuet quanta pro eorum patiatur salute. Ter
tiò, vt nos aduertentes quàm modicum patiamur compa-

ratione

ratione Apostoli, ab inordinato mœrore cessemus. Itaque A
ait, *Nolo enim vos ignorare fratres.* Rarò Apostolus discipulos suos nominat filios: sæpe autem fratres. In quo percutitur quorundam superiorum superbia, qui nimium proni sunt vocare subditos suos filios, non tam ex paterna dilectione, quàm ex quadam animositate. Idcirco ait scriptura, Rectorem te posuerũt, nolli extolli: esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Nolo ergo vos ignorare. *De tribulatione nostra quæ facta est*, id est, nobis illata est. *In Asia*, id est, in Epheso vrbe Asiæ, ab Alexandro argentario, qui fecit ædes Dianæ, de qua tribulatione multa scripta sunt in Actis. *Quoniam supra modum* solitum *Grauati sumus, & supra virtutem*, naturalem atque humanam, non tam vltra virtutem nobis per gratiam communicatam, quia suprà dictum est, Fidelis deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. *Ita vt tæderet nos* B
etiam viuere, secũdum inferiorem partem animæ, scilicet secundum sensualitatem, vel sensitiuum appetitum, quemadmodum scriptum est de Christo, Cœpit Iesus pauere & tædere, non tamen secũdum rationem fide & spe adornatam, quia hoc esset contra patientiæ perfectionem. Posset preterea scisciari quis hoc loco, an liceat homini mortem optare propter aduersitatum acerbitatem. Et primò apparet quòd sic, authoritate apostoli loco prẽsenti. Secundò, quoniam Helias persequutionem Iezabel fugiens dixit, Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Tobias quoque exæcatus, orauit, Præcipe domine in pace recipi spiritum meum. Simili modo Iob ait, Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Et respondendũ, quòd non licet propter persequutiones vitandas optare mortem absolutè, & sicut terminum vitæ: licet tamen sub conditione videlicet diuina voluntate suppositа, & mortem considerando tanquam ingressum vitæ futuræ: sic tamen, vt quamuis persequutio sit occasio huius desiderij, charitas sit præcipiens atque eliciẽs actum hunc. *Sed & ipsi*, id est, ego, & adhærentes mihi. *In nobis responsum mortis habuimus*, id est, ex persequutionis illius consideratione animus noster nobis respondit, & certe putauimus, quòd mors nobis instaret, non enim arbitrabamur nos posse euadere. Quod ideo deus permisit. *Vt non simus fidentes in nobis*, id est, ne in propria potestate speremus: Maledictus enim (inquit Hieremias) qui confidit in

Eccle.32.
Actor.19
1.Cor.10.
Marc.14.
3.Reg.19.
Tob.3.
Iob.7
C
Hiere.17

homine. *Sed in Deo*, Vnde per Esaiam quoque dicitur, Quis
Esa.50. ambulat in tenebris & non est ei lumen? speret in nomine
domini, & innitatur super deum suum. Et Hieremias iterū,
Hier. 7 Benedictus vir qui confidit in domino. *Qui suscitat mortuos* corporaliter animam iterum corpori vniendo, & spiritualiter charitatem & gratiam peccatoribus conferendo. De talibus spiritualiter mortuis Christus in Euangelio loquitur,
Matt.8 Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. *Qui de tantis periculis*, vitæ corporalis *Eripuit nos*, in Epheso. *Et eruit*, incessanter, cum tribulamur. *In quem speramus*, id est, de cuius bonitate confidimus, *Quoniam & adhuc eripiet*, in futuro à similibus periculis. Non quod Apostolus à tribulationibus erui
Philip.1. concupiuit, quasi mortem pro Christo pati imparatus, sed
E quia in carne manere necessarium fuit propter discipulos. Eripiet ergo nos. *Aduuuantibus & vobis in oratione*, fusa. *Pro nobis*, id est, vestra oratione nobis succurrente, & istam orationem nobis promerente seu impetrante ad hunc finem. *Vt ex multarum personis facierum*, id est, à personis diuersarū dispositionum, ætatum, virtutum, meritorum atq; respectuū scilicet à cunctis gradibus fidelium, qui sunt, *Eius quæ in nobis est donationis*, id est gratiæ nobis diuinitus distributæ. *Participes, per multos*, id est, ab his diuersis, pluribúsque fidelibus. *Gratiæ agantur* Deo *Pro nobis*, id est, pro nostri ereptione, videlicet vt omnes fideles gratias referant deo pro conseruatione vitæ meæ ad profectum eorum. Et meritò hoc agere debēt, dignúmque est sic fieri. *Nam gloria nostra*, id est, causa atque materia nostræ spiritualis exultationis in Deo. *Hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*, id est, fiducialis testificatio
F cōscientiæ propriæ. Secura enim mens, quasi iuge cōuiuiū.
Prou.15 Semper verò præsumit sæua conscientia perturbata. Dein-
Sapien.17 de ponit quid sibi perhibeat atque testetur conscientia sua, videlicet. *Quòd in simplicitate*, bona quæ duplicitatis plicam excludit. *Et sinceritate*, id est, munda intentione ac pura veritate, *Dei, & non in sapientia carnali*, aut seculari, quæ docet sensibilia bona exquirere, de qua dicitur, Non est ista sapien
Luc.3 tia Dei de sursū, sed terrena, animalis & diabolica. *Sed in gratia Dei*, id est, secundum instinctum & opera gratiæ nobis à Deo infusæ. *Conuersati sumus in hoc mundo*, à tempore conuersionis nostræ ad Christum. *Abundātius autem*, id est, gratiosius conuersati sumus. *Ad vos*, i. vobiscū, à quibus nihil

recepi-

recepimus. De hac laudabili simplicitate, qua homo corde, ore & opere vniformi modo se habet; omnem vitans simulationem hypocritarum, scriptum est in prouerbiis, Recti habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. Et iterum: Cum simplicibus sermocinatio dei. Ad hanc simplicitatem hortatur Iacobus dicēs, Purificate corda duplices animo. Porrò qp ita habuerimus nos ad vos, patet, *Non enim alia*, id est, opposita, *Scribimus vobis*, in hac secūda epistola, *Quàm quæ legistis*, in prima epistola vobis à me missa, *Et cognouistis*, ex lectione illius epistolæ, imò & per experientiam operum meorū inter vos. *Spero autem quòd vsque in finem*, id est, perseueranter ac firmiter, *Cognoscitis*, non in simplicitate & synceritate cōuersari, *Sicut & cognouistis nos ex parte*, id est, quemadmodum partim iam rectitudinem nostram considerastis, expertíq; estis. *Quia gloria vestra*, id est, causa vestræ lætitiæ, *Nos sumus*. Honestus enim & sapiens pater lætificat filios bonos, qui vtiq; in gratia patris sui cordialiter iucundantur, *Sicut & vos*, estis gloria, *Nostra*. Nam filius sapiens, gloria est patris, vt Salomon dicit. Maximè enim gaudent boni patres de filiorū suorum profectu: sicut Ioannes in sua ait canonica; Maiorem horū gratiam nō habens, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Vnde alio loco dicit apostolus, Nūc viuimus si vos statis in domino. Si autem vnus nostrū est gloria alterius, *In die domini nostri Iesu Christi*, id est, ad hoc vt in die iudicij simul glorificemur. Vel, quòd vnus sit gloria alterius, euidentius apparebit in die prædicta, quando omnia aperta erunt ac nuda, propter quod tempus illud, dies vocatur. *Et hac confidentia*, qua ita syncerè me circa vos habui: & quia vnus nostrū alterius est gloria, *Volui prius venire ad vos*, quàm ire in Macedoniam, sicut promisi me venturum ad vos, quanuis ita non feci propter culpam vestram, scilicet propter vestram peruersitatē & litem. *Vt secundam gratiam*, id est, alium profectum, *Haberetis* ex meo aduentu qui infructuosus nō est, hoc est, vt sicut in primo aduentu meo ad vos, instruxi vos circa credenda: sic modò docerem vos circa agenda. *Et per vos*, id est, a vobis, & vestro ducatu *Transire in Macedoniam* prouinciam Græciæ, *Et à Macedonia* volui *Venire ad vos*, vt tertiam, id est, perfectam informationem haberetis, *Et à vobis deduci in Iudæam*, vt sanctis, qui ibi sunt, vestras eleemo-

A

Prou.2.

Ibidem.

Iaco.4.

B

Prou.17.

Prou.30.

1. Ioan.3.

1. Thes.3.

C

Hebr.4

1. Cor.16

D syna s ferrem. Sed quia apostolus non venit sicut prædixit, quidam Corinthiorum reprehenderunt ipsum de leuitate, falsitate & carnalitate, quasi propter corporale commodum venire distulerit. Ideo de his malis se excusans, adiecit, *Cùm ergo hoc voluissem*, id est, vos visitare optassem, sicut iam dixi, *Nunquid leuitate*, aut instabilitate, *Vsus sum?* mutando propositum sine rationabili causa? *Aut quæ cogito facere, Secundum carnem cogito?* id est, nũquid carnali sensu vtor, dũ vos visitare propono, quod tamẽ non facio, tanquam propter carnis commoditatem hoc differam? *Vt sit apud me est & non*, id est, affirmatio & negatio de eodem, puta mendacium? Non vtique, quoniam nihil dixi intentione fallen-
E di, & hoc ipsum quod dixi, intelligendum erat nisi rationabile impedimentum occurreret. Mendacium verò est falsa vocis significatio, cum intentione fallendi. *Fidelis autem*, id est, verus in promissis *Deus* est, idcirco nõ mittit nũcios falsos & infideles, cuius signum vel ratio est. *Quia sermo noster qui fuit apud vos*, id est, prædicatio nostra vobis proposita. *Non est in illo est & non*, id est, affirmans & negãs aliquid de eodem secundum idem, sic enim mendax esset. *Sed est in illo est*, id est, simpliciter affirmauit esse in deo, vel in effectibus eius quod in eis est, id est, quod eis veraciter competit. *Dei enim filius Christus Iesus, qui in vobis per nos prædicatus est*, id est, à nobis vobis euãgelizatus, videlicet *Per me*, sicut per principalem. *Et Syluanum*, quem aliqui dicũt esse Sylcã apostolum, *Et Timotheum* cooperatores, adiutoresque meos,
F *Non fuit in illo, est, & non est*, id est, contradictionẽ includés, seu falsitatem, *Sed est in illo, fuit*, id est, sermo noster de Christo sic pronunciatus est, sicut verè in Christo impletum est. Verè enim natus, passus ac resuscitatus est, sicut docuimus. *Quotquot enim promissiones Dei sunt*, id est, vniuersæ promissiones patris factæ de Christo, *In illo etiam*, id est, in Christo verè implentur. Vnde Ioan. dicit: Gratia & veritas per Christum facta est. Et Christus in cruce dicebat, Consum-
Ioã. 10.11. matum est. *Ideo dicimus & per ipsum*, Christũ *Amen*, id est,
Marci. 8. verum est. *Deo* patri, quia per Christum fatemur verificata esse patris promissa, *Ad gloriam nostram*, id est, ad nostrã salutem, quæ consistit in hoc quòd diuinam veritatem agnoscimus atque fatemur: sicut ait Saluator, Qui me confessus
Lucæ 12. fuerit coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram patre meo

meo. *Qui autẽ cõfirmat nos vobiſcum*, id eſt, nos & vos ſimul, A
In Chriſto, id eſt, in fide & dilectione Chriſti. *Et qui vnxit* *Matth. 10*
nos, interna & ſpirituali vnctione, videlicet perfuſione ſpiritus ſancti, de qua & Apoſtolus Ioannes, Vos vnctionẽ ha *1. Ioan. 3*
betis à ſancto: & vnctio eius docet vos de omnibus. Hęc vnctio primò confertur in baptiſmo. Qui ergo ſic cõfirmauit & vnxit nos eſt *Deus*, *& qui ſignauit nos*, id eſt, in libro vitę cõſcripſit, ab aliis diſcreuit, & ad ſe pertinere mõſtrauit. *Et dedit pignus ſpiritus*, id eſt, arram ſpiritus ſancti, videlicet dona diuina, quæ ſunt pignus certificans nos de inhabitatione ſpiritus ſancti, & futura beatitudine nobis præſtãda. (Ex perceptione quippe præſentium munerum certa fit expectatio futurorum.) Itaque qui dedit pignus iſtud, *In cordibus noſtris*, in quibus dona ſpiritus ſancti recipiuntur, eſt Deus. Ideo omne bonũ ei adſcribamus. Inſuper pãdit cur ad eos B
nõ venerit. *Ego autem teſtem inuoco Deum*, id eſt, per Deum teſtor & iuro, & hoc, *In animam meam*, id eſt, cõtra bonum animæ meæ ſi mẽtior, *Quòd parcens vobis*, id eſt, veſtræ infirmitati cõdeſcendens ac prouidẽs, *Non veni vltra*, id eſt, poſt primam vicem, vel à tempore vltimi receſſus mei à vobis, *1. Cor. 4*
Corinthum, videlicet ne cogerer veheméter durè corripere vos, ideo malui vos ſcripto corrigere, vobíſque aliquantum correctis venire. *Non quia dominamur fidei veſtræ*, id eſt, vobis fidelibus. Tanquam dicat: Non ideo aſſero me vobis peperciſſe, quaſi fides veſtra noſtro ſubiiciatur imperio cum fi- *1. Petri. 5.*
des ſit volũtatis, vel quaſi vobis dominemur. Vnde Petrus: C
Paſcite, inquit, qui in vobis eſt gregem non vt dominantes in cleris, ſed forma gregis effecti. *Sed adiutores*, id eſt, cooperatores. *Sumus gaudy veſtri*, ſpiritualis, quod nunc habetis per fidem, & in futuro ſortituri eſtis per ſpeciem, hoc eſt, inducimus vos per exhortationem ad opera bona, ex quibus gloriamini in domino iam in iſto exilio, & per quæ *Matth. 25*
futuram fœlicitatem meremini: de qua Saluator, Intra, inquit, in gaudium domini tui. Adiutores, inquam, ſumus gaudij veſtri, idcirco, *Nam fide ſtatis*, id eſt, per fidẽ erecti eſtis ad Deum in bonis operibus, ideo cooperamur vobis, inducendo vos ad perſeuerantiam atque profectum.

D Cap. II. *Statui autem hoc, &c.*

ARTIC. II.

DEnique plenius reserás Apostolus, cur ad Corinthios vltra non venerit, ait. *Statui autem hoc apud me*, id est, in animo meo firmiter ordinaui atq; proposui. *Ne iterum in tristitia*, id est, cum cordis dolore. *Venirem ad vos*, dolendo propter vestram discordiam. Vel, in tristitia, id est, ne veniens vos tristes efficerem, corripiendo vos durè, doleo nanque de vestra imperfectiõe. Quod patet per hoc, *Si enim ego contristo vos*, redarguendo vestra peccata, *Et quis* ex vobis, *Est qui me lætificet*, id est, tristitiam meam in lætitiam mutet, *Nisi qui contristatur*, id est, ad bonam tristitiam, scilicet pœnitentiam salutarem mouetur, *Ex me?* id est, ex mea increpatione? Quemadmodum ergo de vestris culpis doleo, ita
E de pœnitentia vestra exulto. *Et hoc ipsum*, videlicet quòd nemo errantium in vobis me lætificat, nisi qui contristatur ex me, *Scripsi vobis* in ista epistola, *Vt non cum venero* ad vos, *Tristitiam* nouam, *Super tristitiam* antè conceptam, *Habeam*, id est, ne vehementer doleam inueniendo vos in dissensionibus constitutos, *De quibus*, id est, de quorũ profectu atque salute, *Oportucrat*, id est, decens erat, *Me gaudere* in domino, eo quòd sum *Confidens in omnibus vobis*, id est, de vestra correctione & obediẽtia præsumo & spero, *Quia meum gaudium* spirituale, quo de vestri emendatione & gratia lætor, *Omnium vestrum est*, id est, in vos redundat, vobísque prodest atque commune est. Sicut enim ego de vestri correctione glorior, sic & vos de eadem gloriari debetis.
F Habui autem magnam tristitiam percepta vestra dissensione, cuius signum est. *Nam ex multa tribulatione*, id est, afflictione *Et angustia*, id est, pressura & sollicitudine cordis, *Scripsi vobis*, superiorem epistolam, *Per multas lachrymas*, id est, copiosè lugendo ob vestros errores. Et hoc feci, vel me hoc feciſſe iam recito. Nõ finaliter ad hoc, *Vt contristemini*, Tristitia non est finis vltimatè intentus, sed gloria, *Sed vt sciatis* per experientiã curæ meæ ad vos, *Quam charitatem*, id est, quantam, quámque specialem dilectionem, *Habeam abundantius*, id est, multum abundanter, *In vobis*, id est, ad vestras personas, hócque scientes, libentius acquiescatis admonitionibus meis, certi quòd ex charitate procedant. Nihil enim ita prouocat dilectionem, sicut dum vnus sentit

se

se amari ab alio. Hinc etiam constat, q̃ bonum ac vtile sit a- A
lij manifestare dilectionem quæ ad ipsum habetur, quia a-
manti facilius consentitur, per accidens tamen hoc malum
est. Primò, si habeat speciem adulationis. Secundò, si alter 1. Cor. 5.
per hoc moueatur ad gloriam vanam. Deinde agit Apo-
stolus de illo enormi & publico fornicatore, qui patris sui
habebat vxorem, quã & apostolus tradidit Satanæ, sicut in
prima epistola patuit. *Si quis autem*, id est, aliquis vestrũm
Me contristauit maximè fornicator prædictus. *Non me contri-*
stauit tristitia immoderata actũ rationis impediente, quæ in
sapientem non cadit secundum philosophum. De qua tri- *Prou. 12.*
stitia scriptum est, Non contristabit iustum quicquid ei ac- *Eccle. 30.*
ciderit. Itémque, Tristitiam longè expelle à te, multos enim
occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Itaque non me cõ- B
tristauit omnino, *Sed ex parte*, id est, aliquo modo, & mode-
ratè, prout charitas exigit tristari de peccato alterius. Vel,
non me contristauit, id est, solùm, sed ex parte, id est, etiam
aliqui aliorum me contristauerunt, & hoc dico. *Vt non onerẽ*
omnes vos, id est, ne videar omnibus vobis grauem culpam
imponere, & increpationem inducere. *Sufficit illi*, id est, satis
grauis, & pro sufficienti pœna reputanda est. *Qui eiusmodi*
est, id est, fornicatori præfato. *Obiurgatio hæc*, id est, increpa-
tio & excommunicatio. *Quæ fit*, id est, facta est illi. *A pluri-*
bus, id est, ab omnibus vobis quibus collectis obiurgatus fuit.
Magnum enim intra se fert tormentum, qui vitia sua cernit
ab omnibus detestari. Et in tãtum sufficit ei obiurgatio ista,
Ita vt econtrario, scilicet pro excõmunicatione. *Magis done-* C
tis ei, id est, ignoscatis, *Et consolemini* eum verbis atque exem-
plis sacræ scripturæ ad diuinæ misericordiæ commendatio-
nem spectantibus: vt est illud in Ezechiele. Nolo mortem *Exech 18.*
peccatoris. Et illud Zachariæ, Conuertimini ad me, & con- *Zacha. 8.*
uertar ad vos, dicit dominus. *Ne fortè abundantiori tristitia*
absorbeatur, id est, inordinato mœrore, & excessiuo cordis
dolore desperet & pereat. Qui eiusmodi est, id est, fornica-
tor iã dictus. Quia vt Salomõ ait, In mœrore animi deiici- *Prou 15.*
tur spiritus. *Propter quod obsecro vos* ex humilitate, qui possẽ
præcipere apostolica authoritate. *Vt confirmetis*, id est, per
opera charitatiua ac fortia ostendatis. *In illum* pœnitentem
Charitatem fraternam, hortando, consolando, atq; ad pristi
nam societatem & communionem ipsum admittendo. *Ideo*

D *enim & scripsi vobis, vt cognoscam*, id est, videam, *Experimentũ vestrum*, id est, facta experimentalia per quæ experimentaliter constet. *An in omnibus* præceptis & admonitionibus, *Obedientes sitis* mihi, quatenus si ita nõ est, instruam vos plenius de obedientia generaliter obseruanda. Viris quippe heroicis, diuinis atque perfectis, quos certum est à spiritu sancto moueri, in omnibus obediendum videtur, etiá si supra vires & cõtra rationẽ naturalem videatur quod iubetur. Cur verò donare & parcere debeant prædicto pœnitenti, quem apostolus non exprimit nominatim ne confundatur, subiũgitur. *Cui autem aliquid donastis*, id est, ei cui vos ignouistis, *Et ego donaui*. Nam cum illi rogabant apostolũ pro indulgentia & reconciliatione alicuius iniusti, apostolus con
E sensit ideo dignũ est, vt & ipsi quoq; ignoscant pro quo rogat Apostolus, & vt donatio seu remissio apostoli agnoscatur rata & efficax. *Nã & ego donaui*. id est, ignoui & absolui pœnitentẽ. *Si quid donaui*. Hoc addit Apostolus ad innuendum quod non passim aut indiscretè donauit, sicut & Timotheo trãscripsit, Manus citò nemini imposueris. *Propter vos*, id est, ad vestram instantiá. *Hoc feci in persona Christi*, id est, vice & loco Christi, cuius vicarij sumus, quibus & ipse suam potestatem commisit, & soluendi itémque ligandi virtutem largitus est. *Vt nõ circumueniamur à satana*, id est, ne à diabolo decipiamur, habendo nos nimium rigorosè, aut nimis remissè circa subiectos, quorum vtrunque prælato vitandum est. *Non enim ignoramus cogitationes eius*. In communi, id est, machinamenta, astutias atque suggestiones, quibus conatur
F fideles à medio virtutis retrahere. In speciali tamen nescit aliquis cogitationes dæmonum, sicut nec hominum, nisi ex speciali reuelatione. Præterea manifestat Apostolus, quòd occasione Corinthiorum impeditus sit Troadæ. *Cum autem venissem Troadem propter Euangelium Christi*, illic prædicandum. *Et ostium mihi apertum esset*, hoc est, corda hominum aperta & præparata recipere verbum Dei. *In domino*, id est, in virtute & gratia dei. Vel, in domino, id est, secũdum placitum voluntatis diuinæ. *Non habui requiem spiritui meo*, hoc est, mente quietus non fui, nec desiderio meo satisfacere potui. *Eo quòd non inuenerim* ibi, *Titum fratrem meum*, episcopum Cretensium, sicut condixeramus. Impeditus enim Titus & retardatus mãsit apud Corinthios. Vnde

2. *Tim.* 5. *Matt.* 16. *&* 18. *Ioan.* 16.

eo

eo absente non potuit Apostolus & aduersariis resistere, & fideles satis instruere. *Sed valefaciẽs eis*, videlicet Troianis cõuersis, *Profectus sum in Macedoniam.* Ad quod forsitan illud pertinet Actuum, Cùm autem pertransissent Mysiam, descẽderunt Troadem, & visio per noctem Paulo ostẽsa est. Vir Macedo quidam erat stans & deprecans eũ, & dicens, Trãsiens in Macedoniam, adiuua nos. Incipit insuper Apostolus commendare seipsum, propter causas superius assignatas. *Deo autem gratias*, referimus, *Qui semper triumphat.* i. triumphare *Nos* facit, *In Christo Iesu*, id est, in virtute & gratia Christi. *Et odorem notitiæ suæ*, id est, dulcem ac odoriferam suæ maiestatis sapientiam, id est, sacræ scripturæ doctrinam, quæ dulcis est, quia inflammat affectum, quod non facit naturalis sapientia nisi debili modo. *Manifestat per nos*, id est, per nostram prædicationem. *In omni loco.* Quemadmodum scriptum est, In omnem terram exiuit sonus eorum. *Quia Christi bonus odor sumus*, id est, per nos, videlicet per nostræ prædicationis instantiã, operationem miraculosam, & conuersationem exemplarem, Christi bonitas, veritas, atque dulcedo aliis innotescit ac sapit. De tali odore in Canticis legitur, Curremus in odorẽ vnguentorum tuorum. Itémque: Odor oris tui, sicut odor malorum punicorum. Sic ergo sumus bonus odor Christi, *Deo*, id est, ad gloriam sanctæ & superbeatissimæ trinitatis, cuius fides & gloria mundo per nos reuelatur. *In his qui salui fiũt, & in his qui pereunt*, sed differenter. *Aliis quidem*, videlicet reprobis sumus. Odor *mortis*, culpæ, *In mortem* pœnæ æternæ, per accidens tamen ratione peruersitatis eorum, quia ex nostra prædicatione & bonitate ad inuidiam incitantur, grauiúsque delinquunt. *Aliis autem* puta electis, sumus, Odor *vitæ gratiæ, tendentis in vitam* gloriæ. Quia ex nostra prædicatione diuino accenduntur amore, quo nihil est dulcius. *Et ad hæc*, agenda, videlicet vt sit aliquis bonus odor Christi secũdum modum dictum, *Quis* illorum pseudoapostolorum, *Tam idoneus?* est sicut nos Apostoli? Nemo vtiq;. *Non enim sumus* sicut plurimi falsi doctores, *Adulterãtes verbum dei*, id est, peruersè interpretantes, & sine fructu debito facientes diuinam scripturam. *Sed ex sinceritate*, hoc est, pura intentione, & vero intellectu verba diuina prædicamus. *Sicut ex deo* edocti, tanquam diuinitus informati & loquentes Corã

A

Act.16.

B

1.Cor.9.

C

Psal.18.
Rom.8.
Canti.1.
Canti.7.

D *deo*, hoc est, reuerẽter & sanctè, ac si deum cerneremus præsentem, cuius præsentiam oculo intellectuali attendimus. *In Christo*, id est, secundum Christi voluntatem & institutionẽ *Loquimur.*

Cap. III. *Incipimus, &c.*

ARTICVLVS III.

MAnifestatum erat Apostolo, ꝙ aliqui Corinthiorum scandalizabantur in hoc quòd toties cõmendauit seipsum, quasi inaniter moueretur, propriam magis quàm Dei gloriam quærens, quod est contra Salomonis doctrinam, *Prou.27.* dicentis, Laudet te alienus & non os tuum: extraneus, & nõ *Ioan.8.* labia tua. Vnde & Saluator, Si glorifico meipsum, gloria E mea nihil est. Ideo Apostolus in huius capitis exordio excludit malam suspitionem illorum, dicendo. *Incipimus iterum* in hac epistola, sicut in prima, *Commendare*, id est, laudare, *Nos ipsos?* Videlicet propter propriam gloriam nostram, & non potius propter gloriam dei, ad vestri instructionem, vt agnita veritate nobis credatis, non pseudoapostolis? *Aut nunquid egemus, sicut quidam*, fallaces, atque hypocritæ. Cõ*mendatitiis*, idest, laudatoriis, *Epistolis* mittendis *Ad vos aut ex vobis*, hoc est, à vobis ad alios trãsmittẽdis? quasi diceret, Nequaquam indigemus huiusmodi epistolis ex parte nostri, quem propria virtus satis commendat, tamen propter ignaros necessarium est ne fallantur. Quòd autem non indigemus commendatitiis literis patet. *Nam epistola nostra*, id est, aliquid simile epistolæ nostræ, videlicet conuersi ac in-F stituti à nobis. *Vos estis*, quia in vobis nostra virtus & sapiẽtia declarantur, quasi in libro. Epistola inquam, *Scripta*, id est, vehementer impressa. *In cordibus nostris*, quoniam indesinenter memoriam, sollicitudinémque pro vestra salute habemus. *Quæ* epistola *Scitur, & legitur ab omnibus hominibus*, id est, cunctis fidelibus constat vos esse conuersos, & institutos à nobis. Legunt quoque & discunt seu pensant in vobis, vel ex vestræ conuersationis intuitu, quales nos simus sicut ex consideratione discipuli innotescit prudentia perfectióque magistri. *Manifestari*, id est, per fidem & opera bona hoc aliis de vobis ostensum est. *Quoniam epistola estis Christi*, hoc est, à Christo principaliter instituti & scripti cuius etiam virtus & gratia in vobis repræsentatur. *Ministrata*

strata, id est, nostro ministerio ad fidem deducti, & Christo A
exhibiti estis. Epistola (inquam) scripta, *Non attramento*, quomodo scripsit Baruch ex ore Hieremiæ: *Sed spiritu dei vi* *Hiere.36.*
ui, id est, spiritu sancto, à quo instituti estis, & inter electos asscripti. Ipse enim est digitus dei, quo diuina in nobis scribûtur, seu imprimuntur. De quo loquitur Christus, Si in digito dei eiicio dæmonia, & cætera. Scripti autem *Non in ta-* *Luc.1.*
bulis lapideis (quomodo scripta erat lex Moysi) hoc est, non *Exod.34.*
instituti in cordibus duris, nec huiusmodi cordibus impressi. *Sed in tabulis cordis carnalibus*, id est, cordibus piis ac mollibus. Vel, in intellectu prudenti voluntate benigna, memoria stabili. De quibus tabulis legitur in prouerbiis, Serua mã *Prou.7.*
data & legem, quasi pupillam oculi tui, & in tabulis cordis B
tui scribe ea. In talibus ergo tabulis fideles scripti dicuntur à spiritu sancto. Primò, quia per eius institutionem & gratiã corda habent huiusmodi lata, scilicet, per charitatem: aperta, per obedientialem promptitudinem: plena per mansuetudinem: mollia, per diuini verbi celerem receptionem & compunctionem. Vnde dominus per Ezechielem promit- *Exec.36.*
tit, Auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Secun- *Epist.*
dò, quia piis fidelibúsque prælatis ac proximis impressit spiritus sanctus curam de salute aliorum. Præterea declarat Apostolus quòd non propriè commendet seipsum, sed Deũ, cum omne bonum ei asscribat. *Fiduciam autem talem*, hoc est, audaciam, sic loquendi de nostris præconiis. *Habemus* F
per Christum, id est, à Christo per gratiam eius. *Ad Deum* trinitatem, corã quo ista fiducialiter dicimus, *Non quòd sufficientes simus cogitare* & per consequens nec dicere, nec facere possumus *Aliquid* meritorium *A nobis*, id est, propria potestate, *Quasi ex nobis*, id est, tanquam ex prima & principali virtute: licet enim nos simus causa operis boni per liberum arbitriũ (quia nec aliter mereremur) natura tamen nostra indiget gratiã: nam liberum arbitrium indiget non solũ habitu gratiæ supernaturalis, & diuinæ dilectionis: sed etiã actuali motione spiritus sancti nos excitantis. In quo damnatur error Pelagij, asserentis quòd inchoatio operum meritoriorum sit à nobis, consummatio verò à deo. Inchoatio enim in nobis, est cogitatio, in qua operatur Deus secundum Apostolum. Vnde alibi loquitur. Deus operatur in no *Philip.2.*

D bis velle & perficere. Ideo subditur, *Sed sufficientia nostra*, hoc est, virtus & efficacia meritoriè cogitandi, loquendi, ac operãdi, *Ex deo est*, id est, ex motione & gratia dei, à quo est
Iaco.1. omne donum optimum & datum perfectum. Propter quòd
Ioan.16. ait Saluator, Sine me nihil potestis facere. Et per prophetã,
Oseæ.13. Perditio tua Israël ex te, in me tantummodo auxilium tuũ.
Qui & idoneos nos fecit ministros, id est, efficaces & dignos prædicatores *Noui testamenti*, id est, euangelicæ legis. *Non literæ*, id est, nõ instructione literali. *Sed spiritu*, id est, illustratione spiritus sancti, à quo vitam & sapientiam nos ad tantum officium dignificantem accepimus. Nouum quippe te-
Exod. 34. stamentum non est datum Apostolis per exteriorem scripturam, sed internam illustrationem. Ideo vocatur lex spi-
E ritus. Lex autem Mosaica appellatur lex literæ, quia in libro ac tabulis scripta. Ad cuius distinctionis insinuationem do-
Hiere.13. minus ait per Hieremiam, Ecce dies veniunt, & feriam domui Israël & domui Iuda pactũ nouum, non tale quale pepigi cũ patribus eorum, &c. Ratio autẽ cur deus nos fecit idoneos non litera sed spiritu, est. *Littera enim*. i. lex scripta *Occidit* ex occasione, quia non contulit gratiam, & auxit cõcupiscentiam, eo q; homo nitatur in vetitum: auxit quoq; generaliter culpam, quoniã post veritatis notitiã, grauius est pec-
Actо.3.5. care quã ante. *Spiritus autẽ* sanctus, qui per Apostolorum
& 6.8. ministrationẽ dabatur fidelibus, & nunc per sacramẽta ecclesiæ datur hominibus. *Viuificat* vita gratiæ corda credentiũ. Vel sic litera, id est, sensus literalis, vel potius qui literalis videtur, occidit: spiritus autem. i. intellectus spiritualis &
F mysticus viuificat. Proinde ostendit apostolus dignitatẽ ministrorum noui testamẽti ministratione ministrorũ veteris
1.Cor.15. testamenti. *Quod si*. i. quia *Ministratio mortis*. i. exhibitio instrumentalis veteris legis per occasionem occidentis animam transgressoris (vt dictum est sæpius, Virtus enim peccati lex) & etiam mortem corporalem facilè inferẽtis. *Literis* visibilibus, *Deformata*. i. scripta *In lapidibus*. i. in lapideis ta-
Exod.34. bulis. *Fuit in gloria*, id est, gloriã habuit in suo ministro, seu mysteriali legislatore. *Ita vt non possent filij Israel intendere*. i. visum figere. *In faciem Mosi propter gloriam*, id est, claritatem. *Vultus eius*. In quo apparuerunt radij splendidi, angulariter ascendentes in similitudine cornuum repercutientes intuitum filiorum Israël. Vnde & facies eius dicitur fuisse

cornuta

cornuta, *Quæ euacuatur*, id est, quæ claritas Mosi, vel quę mi A
nistratio finitur & cessat. Citò enim desiit claritas illa. Ve-
tus quoque lex cessauit, noua lege promulgata. *Quomodo nõ magis ministratio ſpiritus*, id est, euangelicæ legis, gratiam san
cti ſpiritus ratione sacramentorum continentis. *Erit in glo-
ria*? id est, dignitatem & gloriam habebit in suis ministris
(puta Apostolis) in præsenti atque futuro, etiam ampliorem
quàm ministratio mortis? q.d. imò habebit. Ideo subditur,
Nam si ministratio dãnationis, id est, veteris legis, damnatio- *Roma.3*
nem accidenter æternam augentis & inferentis, quoniam *Roma.5*
peccatum prohibendo, nec tamen gratiam largiendo, auxit *Roma.7.*
peccatum, sicque damnationi fecit obnoxium. Sicut enim
occidit, ita & damnauit. De cuius rei intellectu tractatum
est plenius ad Rom. Si ergo ministratio ista. *Gloria est*, id est, *Roma.8*
honor & dignitas Mosi. *Multò magis abundat ministerium iu* B
ſtitiæ, id est, ministratio nouæ legis veram perfectionem &
gratiam iustè viuenti intludentis. *In gloria*, id est, copiosio-
rem gloriam habet annexam. Ecce quomodo sanctus Apo-
stolus seipsum, & coapostolos suos Mosi præfert, saltè quan
tum ad gratias gratis datas *Nam necdum glorificatum est*, id
est, glorioſum reputandum non est. *Quod claruit in hac par
te*, id est, lumen vultus Mosi. *Propter excellentem gloriam*,
id est, propter vehementem excessum dignitatis & gloriæ
ministris noui testamenti concessum quæ tanta est vt com-
paratione eius, gloria vultus Mosi quasi nihil sit. Vel sic, Nã
nec glorificatum est, id est, hominibus perfectè reuelari non
potuit quod claruit in hac parte, id est, gloria ministris no-
uæ legis collata. Tanta enim est gloria & dignitas apostolo C
rũ, vt viatores capere nequeant. Porrò quod subditur vtri
que consonat expositioni. Si *enim quod euacuatur*, id est, ve-
tus testamentũ quod cessauit. *Per gloriam est*, id est, per glo-
riam & claritatem Mosi, præstitum datum ac receptum est,
Multò magis quod manet, id est, noua lex cui alia non succe-
det danda à Deo. *In gloria est*, id est, dignitatẽ glorioſam ha
bet annexam. *Habentes igitur talem ſpem*, videlicet quod tan
ta nobis collata est gratia, & tanta gloria præparata. *Multa
fiducia vtimur*, id est, cum ingenti confidentia nostrum offi-
cium exercemus certi de gloria remunerationis, & non ce-
lamus mysteria scripturarũ, seu mysticos sensus. *Et non sicut* *Exod 34.*
Moſes ponebat velamen. i. pannum quendã seu operimentum,

D *Super faciem ſuam* cornutam, ſeu lucidam ex colloquio Dei, *Vt non intenderent filij Iſrael in faciem eius*, quia nec eam inſpicere poterát præ ſplẽdore, niſi eſſet velo obducta. Per quod figurabatur, quòd ſpiritualis & verus intellectus veteris teſtamenti tegebatur obſcuritatibus figurarum legaliũ. *Quod velamen; Euacuatur*, id eſt, per doctrinam apoſtolorum atque doctorum auſertur, dũ veteris teſtamenti ſcriptura verè, elucidatur. *Sed obtuſi*, id eſt, excæcati. *Sunt ſenſus eorũ*, hoc eſt, mentales oculi infideliũ Iudæorum. Iuxta illud, Obſcu-
Pſal. 68 rentur oculi eorum ne videãt. *Vſque in hodiernum enim diem idipſum velamen*, id eſt, figuralis obſcuritas legis. *In lectione veteris teſtamenti*, id eſt, dum legitur ſcriptura veteris teſtamenti, *Iudeis manet non reuelatum*, id eſt, occulta, ſeu non in-
E tellecta; quia non aliter intelligunt ſcripturas legis veteris modo quàm antè. Ideo velamen non eſt amotum à corde eorum, quamuis à re ipſa amotum ſit. Vnde ſubditur. *Quo-*
Matt. 27. *niam in Chriſto euacuatur*, hoc eſt, per fidem & doctrinam
Marci. 25. Chriſti amouetur, & veritas ſcripturarum oſtenditur. In cu-
Lucæ. 23 ius figura, tempore dominicæ paſſionis velum templi eſt ſciſſum à ſummo vſque deorſum. Per Chriſti etenim paſſionem reuelantur legis ac prophetarum ſacramenta. Velamẽ itaq; appellatur opertio prophetię quæ in Chriſto impletur. *Sed vſque in hodiernum diem*, id eſt, tẽpus gratiæ. *Cum legitur Moſes*, Pentatheucum, videlicet ſcriptura quinque librorũ Moſi, *Velamen*, id eſt, cæcitas, ſeu opertio iſta. *Eſt poſitum ſuper cor eorum*, id eſt, infidelium Iudæorum. *Cum autem conuerſi*
F *fuerint ad dominum*, recipiendo fidem catholicam. *Auferetur velamen*, prædictum à corde eorum, imò illa conuerſio aliquid aliud non videtur, niſi velaminis huius ablatio. tunc enim illuminabuntur corda ipſorum, iuxta illud propheticũ,
Oſee. 3. Poſt hæc reuertentur filij Iſraël, & quærent dominũ Deum ſuum, & Dauid regem ſuũ, id eſt, Meſſiam, ſicut Iudæi quoque exponunt. Denique quod per ſpiritum ſanctum auſe-
Ioan. 4. ratur velamen, declarat. *Dominus autem ſpiritus eſt*, Quamuis hoc de deo trinitate verum ſit: iuxta illud, Spiritus eſt deus: iam tamen de ſpiritu ſancto aſſeritur, qui cum ſit dominus, omnia agit quæ vult, & quomodo vult, ſicut ſuperius dictũ
1. *Cor.* 12. eſt Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis, prout vult. Illuminat ergo quos vult, & derelinquit
Ioan. 3 quos vult: ſicut legitur, ſpiritus vbi vult, ſpirat. *Vbi autem eſt*

Spiritus

Spiritus domini, id est, in mente quam per gratiã spiritus sanctus, inhabitat. *Ibi libertas*, dilectionis, non coactio timoris, libera vocatio animi à iugo diaboli, & à seruitute peccati, ad contemplandum, diligendum ac operandum, ea quæ Dei sunt. Infidelibus itaque inest velamen. *Nos verò omnes*, id est, fideles, præsertim apostoli & viri perfecti. *Reuelata facie*, interiori, id est, intellectu à prædicto velamine liberato. *Gloriam Dei*, id est, maiestatem diuinam, seu dominum glorioſum, vel filiũ Dei patris, de quo Esaias, reuelabitur, inquit, gloria domini. Siquidem filius sapiens gloria patris est. *Speculantes*, nunc per fidem, & per speculum in ænigmate. *In eandem imaginem*, id est, diuinæ maiestatis seu filij Dei quandam deiformem assimilationẽ, *Trãsformamur*, quia cognitio fit per assimilationem cognoscentis ad cognitum, secundum Boëtium. Ideo contemplator diuinorum diuinus seu deiformis efficitur. Transformamur autem, id est, salubriter commutamur. *A claritate*, luminis naturalis. *In claritatem*, luminis gratiæ, & à claritate viæ seu gratię, in claritatem patriæ & gloriæ. Vel sic, & melius opinor. A claritate in claritatem, id est, de gratia minori in gratiam ampliorem, proficiendo in bonis & proficiscendo de virtutibus in virtutes. Quantò enim diuinorum contemplationi magis insistimus, tantò exuberãtiori lumine cœlestis gratiæ perfundimur atque implemur, & transformamur, id est, à forma seu modo propriæ subsistentiæ transferimur ad diuinæ naturæ seu formæ modum ac imitationem. Imò vnum cum Deo per charitatem efficimur, angelicam & diuinam in hoc exilio conuersationem inchoantes. Et omnia hæc nobis insunt & competunt non à nobis, sed *Tanquã à domini spiritu*, id est, virtute & gratia spiritus sancti: sicut alibi dictum est, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

A

Esa. 40
Prou. 10.
1. Cor. 13
Ioan. 3.
Boetius.

B

Psal. 85.

C

Roma. 8

Cap. IIII. *Ideo habentes hanc administrationem.*

ARTICVLVS IIII.

LAudauit se sanctus Apostolus ad gloriam Dei, & ad ædificationem audientium in precedenti capitulo rationedignitatis ministerij sibi commissi: nunc idem facit ex debito vsu obsequij sui, ostendẽs se fructuosè & optimè vsum gratia sibi concessa. *Ideo*, id est, quoniam tantam claritatem à spiritu sancto suscepimus. *Habentes hanc administrationem*,

1. Cor. 3
Ephe. 4
Roma. 12

nouæ legis, videlicet apostolatũ, seu ministeriũ tantæ dignitatis. *Iuxta quod misericordiam consequuti sumus*, hoc est, secundum mensuram diuinæ pietatis nobis impensæ. *Non deficimus*, in aduersis, nec ab executione nostri cessamus officij. *Sed abdicamus*, id est, abiicimus. *Occulta dedecoris*, id est, vitia latentia, quæ non decent, sed deformant & indecorant. *Non ambulantes in astutia*, id est, non dolosè, aut simulatoriè cõuersantes sicut hypocritæ. Simulatores nanque & callidi prouocant iram Dei. Astutia autem quandoque in bono accipitur pro quadam circunspectione, sicut in Prouerbiis legitur, Astutus considerat gressus suos. Nunc verò pro versutia sumitur. Vnde Salomõ, Vir, inquit, versutus odiosus est. *Neque adulterantes*, id est, peruersè interpretantes, seu admiscentes falsitatibus, *Verbum Dei*, videlicet Euangelium Christi. *Sed in manifestatione veritatis*, conuersamur, id est, ipsam veritatem publicè prædicamus, & clarè exponimus. *Commendantes*, id est, commendabiles seu laude dignos facientes. *Nosmetipsos*, rectè docendo, & bene agẽdo. *Ad omnem conscientiam hominum*, hoc est, testimonia conscientiarum, vel in conscientiis hominum, ita vt nemo bona conscientia vituperare nos poterit. Et hoc facimus, *Coram Deo*, id est, diuinam præsentiam cogitando, nósque in Dei cuncta cernentis conspectu ponendo, cum omni reuerentia atque custodia cordis. *Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum*, hoc est, si prædicatio nostra de Christo aliquibus absconditur, ita vt eam non audiant, vel auditam non capiant. *In his qui pereunt*, hoc est, in cordibus reproborum. *Opertum est*, id est, occultatum est hoc modo. *In quibus Deus huius seculi*, id est, diabolus dominus impiorum. De quo ait Saluator, Venit ad me princeps huius mũdi, &c. *Excæcauit*, cooperatiuè seu suggestiuè. *Mentes infidelium*. Vel, Deus huius seculi, id est, Deus verus omnium seculorũ, hominúmque malorum creator & Deus, excecauit mentes, id est, intellectus infidelium permissiuè. Quemadmodum dicitur Pharaonis cor induratse. Vnde & Christus in Euangelio, In iudicium, inquit, ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. *Vt non fulgeat*, innotescat. *Eis illuminatio Euangelij*, id est, euangelica doctrina. *Gloriæ*, id est, maiestatis. *Christi, qui est imago Dei*, id est, à patre secundum rationem similitudinis genitus. Est enim à

patre

Iob. 36.
Prou. 4
Prou. 14.
2. Reg. 16.
Ioan. 14
1. Timo. 1
Exod. 7.
Exod. 10
Exod. 11.
14.
Ioan. 9.

patre procedens, eíque ſimilis & æqualis per omnia. Propter quod ipſe ait, Qui videt me, videt & patrem. Porrò quod Chriſtus ſit imago Dei hinc liquet. *Non enim noſmetipſos prædicamus*, quaſi in nobis ſalus veſtra conſiſtat. *Sed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*, prædicamus eſſe omnium ſaluatorem. *Nos autem ſeruos veſtros*, eſſe prædicamus, hoc eſt, vobis ſeruientes in exhibitione ſpiritualium alimentorum, parantes vobis menſam domini, ſpiritualémque eſcam proponentes. *Per Ieſum*, id eſt, ex commiſſione & per gratiam Chriſti qui nobis hoc iniunxit officium. *Quoniam deus*, trinus, ſimplex, atque omnipotens. *Qui dixit*, id eſt, interiori verbo fecit. *De tenebris*, id eſt, poſt tenebras. Vel de tenebris, id eſt, de materia obſcura. *Lucem*, ſenſibilem. *Splendeſcere*, id eſt, inchoatiuè oriri. Vnde dicitur in Geneſi, In principio creauit Deus cœlum & terram, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: dixítque Deus, Fiat lux, & facta eſt lux. *Illuxit in cordibus noſtris*, id eſt, lumen fidei, atque diuinæ ſapientiæ, mentibus noſtris infudit. *Ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei*, id eſt, ad hoc vt nos illuminemur ad cognoſcendum claritatem, id eſt, nobilitatem, ſeu excellentiam Dei. Vel, ad illuminationem, &c. id eſt, ad hoc vt alios doceamus de notitia claritatis Dei, id eſt, perfectionis diuinæ. Illuminationẽ inquam, ſcientiæ tendentis. *In faciem Ieſu Chriſti*, id eſt, dirigentis nos ad veram Chriſti notitiam, qua eum agnoſcimus eſſe Deũ & hominem. Facies autẽ notitiam ſignificat, quia per faciem vnuſquiſque potiſſimùm cognoſcitur. *Habemus autem theſaurum iſtum*, hoc eſt, gratiam tãtæ illuminationis. Vnde & Salomon, Theſaurus, inquit, deſiderabilis in ore ſapientis. Et rurſus, Præcioſior eſt ſapientia cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. *In vaſis fictilibus*, id eſt, corporibus fragilibus: non quòd corpus, quod eſt pars integralis hominis, ſit huius theſauri ſubiectũ immediatum, ſed anima. Quoniam tamẽ animæ ſubiectum eſt corpus, ideo nos in corpore peregrinantes, dicimur theſaurum iſtum habere in vaſis fictilibus. *Vt ſublimitas*, id eſt, altitudo noſtræ perfectionis, in vita, in ſignis, in documentis. *Sit virtutis Dei*, id eſt, Deo aſſcribatur, non noſtræ fragilitati. Ideo additur. *Et non ex nobis*, id eſt, non ex noſtra naturali poteſtate oriri putetur. *In omnibus*, loco, cauſa, & tempore, ſaltem in genere. *Tribulationem patimur*, propter iuſtitiam,

A *Ioan. 14.* *Epiſt.*

B *Pſal. 96. 131*

C *Prou. 22* *Prouer. 5*

D iuſtitiam. *Sed non anguſtiamur*, id eſt, non opprimimur mẽte,
Matth. 5. quia de Dei auxilio certi ſumus. *Aporiamur*, hoc eſt, tempo
ralibus bonis priuamur, & pauperes ſumus. *Sed non deſtrui-
mur*, id eſt, non caremus ſpiritualibus, veríſque diuitiis. Imò
in his tantò magis abundamus, quantò in illis pauperiores
Matth. 13. propter Chriſtum ſumus. Etenim, beati pauperes, quoniam
Lucæ. 9 ipſorum eſt regnum cœlorum. *Perſequutionem*, id eſt, de lo-
co ad locum fugationẽ. *Patimur, ſed nõ derelinquimur*, à Deo.
Deiicimur, id eſt, conculcamur: *Sed non perimus*, quoniã libe-
ramur ſemper à domino corporaliter aut ſpiritualiter & in-
terim vtroque modo. *Semper mortificationem Ieſu*, id eſt, paſ-
ſionem dominicam. *In corpore noſtro circunferentes*, per cruci
formẽ imitationem, & corporis quotidianam flagellationẽ.
E Vnde alibi dicit apoſtolus, In omni fiducia magnificabitur
Philip. 1 Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem.
Philip. 3 Item, Ego ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. *Vt
& vita Ieſu*, id eſt, conuerſatio quam habuit in hoc mundo.
In corporibus noſtris manifeſtetur, id eſt, Chriſti veſtigia in a-
gendo ſectemur. Vel vita Ieſu, immortalis quam nunc habet
in corporibus noſtris manifeſtetur in reſurrectione futura,
quando reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratũ
corpori claritatis ſuæ. *Sẽper enim*, id eſt, in omni differentia
temporis, in genere. *Nos* Apoſtoli, & alij ſucceſſores noſtri.
Qui viuimus, nunc in vita naturæ & gratiæ, *In mortem tradi-
mur*, hoc eſt periculis mortis afficimur. *Propter Ieſum*, id eſt,
F eius amorẽ, & propter prædicationẽ euangelicæ veritatis.
Sicut & Chriſtus prædixit, Venit hora vt omnis qui interfi
Ioan. 16 cit vos arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Et denuò, E-
Matt. 10. ritis odio omnibus hominibus propter filium hominis. *Vt
& vita Ieſu*, quã habet iã immortalis, manifeſtetur in carne
1. Cor. 15. noſtra mortali, hoc eſt, gloria immortalitatis noſtræ carni
præſtetur, quãdo corruptibile hoc induet incorruptionẽ, &
mortale hoc immortalitatẽ. *Ergo mors.* i. paſſio Chriſti. *Ope
ratur in nobis*, id eſt, fructuoſa eſt nobis, excitando nos ad ſui
imitationem. *Vita autem*, naturæ ſeu culpæ operatur. *In vo-
bis*, qui Chriſti veſtigia imitari negligitis. Vel vita gratiæ ſci
licet fides & charitas operatur in vobis opera meritoria,
quia per hoc quòd nos taliter mortificamur, vos ad deum
conuertimini, & viuitis coram illo. Deinceps oſtendit eam
Pſal. 43 dẽ fuiſſe fidem in populo vtriuſque teſtamẽti, tractãtque de

diuer-

diuersis effectibus, meritis & actibus fidei. *Habentes autem,* A
nos noui testamenti ministri, *Eundem spiritum fidei*, hoc est,
spiritum sanctum fidei datorem, quem habuerunt sancti an
tiqui. Vel per spiritum fidei, intelligenda est ipsa fides, vel
gratia seu motio fidei, quæ vna & eadem est, in his qui ante
Christi aduentum fuerunt, & in posterioribus, quamuis sit
modò magis explicita. *Sicut scriptum est*, in lib. Psal. à Da- *Psal. 115.*
uide propheta, *Credidi* corde, *Propter quod locutus sum* ore,
verba fidelis cõfessionis. Cõfessio nanq; ista est actus fidei.
Vnde alibi dictum est: Corde creditur ad iustitiam, ore au- *Roma. 10*
tem cõfessio fit ad salutem. *Et nos credimus*, ea quæ illi, *Pro*
pter quod & loquimur, fidem catholicam confitendo ac præ
dicando, *Scientes* fide certissima. *Quoniam* deus pater seu tri
nitas, *Qui suscitauit Iesum* occisum à morte, *Et nos* electos, B
Cum Iesu, hoc est, sicut & Iesum, vel ad hoc, vt simus cum Ie
su in regno, *Suscitabit* in die nouissimo, *Et constituet* nos vo *Matth. 25*
biscum ad dexterã in patria, vbi agni ponentur. *Omnia enim*
propter vos, id est, vniuersa ministeria nostra ad vestram or-
dinantur salutem, *Vt gratia* dei, *Abundans per multos*, id est,
ab vno transfusa seu ministrata in alium, secũdum quod Pe-
trus hortatur. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alteru- *1. Petri 4.*
trum illã administrantes, *In gratiarum actione abundet*, id est,
cum gratiarum actione copiosè referatur & ordinetur, seu
refluat ad suum principiũ scilicet deũ. *In gloriam Dei*, qua-
tenus omnes deo gratias referant, & omne charisma gratiæ *Mat. 10*
illi tribuant. *Propter quod* prosequendum, videlicet vt deo *42.*
gratiæ referantur, *Non deficimus*, in aduersis, nec fatigamur C
in opere bono, nec cessamus, quoniam sola perseuerãtia co
ronatur. *Sed licet is qui foris est noster homo*, id est, caro no-
stra mortalis, in qua est humana effigies, qua homines esse
cognoscimur, *Corrumpatur*, quotidie tendẽdo ad mortem, *Genẽ. 1*
& sustinendo læsuras ac plagas, *Tamen is qui intus est*, id est,
anima nostra in qua est summæ trinitatis imago, *Renouatur*,
recipiẽdo noua lumina gratiarũ, reflorescẽdo in dei cogni
tione, ascendendo in diuino amore, *De die in diẽ*, id est, assi-
duè, dum spiritualiter crescimus atq; proficimus. Hoc autẽ
dicitur non quasi in nobis sint duo homines, sed propter di
stinctiõnem essentialium partium hominis, *Id enim quod in* *Roma. 5*
præsenti, exilio seu tẽpore, *Est momentaneum & leue tribula-*
tionis nostræ, id est, tribulatio ista leuis atq; breuissima, cõpa

D ratione futuræ iucunditatis ac æternitatis, quã patimur iam, *Supra modum*, id est, vltra condignã & capacitatẽ noſtri intellectus. *In ſublimitate*, i. in regno cœleſti. Vel in liberalitate bonitatis diuinæ, *Aeternum gloriæ pondus*, hoc eſt, perpetuam felicitatis menſurã. De qua ait Saluator: Mẽſurã bonã & confertã, & coagitatam & ſupereſſluentẽ dabunt in ſinũ veſtrũ. *Operatur*, id eſt, meretur & efficit. *In nobis*, nũc per ſpem, poſtmodum verò in re. *Non contemplantibus nobis*, id eſt, quia nõ principaliter aſpicimus, nec finaliter intuemur. *Quæ videntur*, id eſt, viſibilia & terrena, *Sed quæ nõ videntur*, id eſt, bona ſupercœleſtia, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit. *Quæ enim videntur*, id eſt, à nobis oculo corporali, *Temporalia ſunt*, id eſt, tranſitoria & caduca. *Quæ autem non videntur*, hoc eſt, ſpiritualia bona nobis præparata in regno, *Aeterna ſunt*, eſſentialiter vel participatiuè.

Luc. 6
Eſaiæ. 64
1. Cor. 2.

E

Cap. V. *Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra &c.* ARTICVLVS V.

D ixit Apoſtolus, in fine præcedentis capituli, quòd leuis ac momentanea tribulatio præſentis exilij æternũ gloriæ pondus operetur in nobis. Huius autem nũc aſſignat rationem. *Scimus enim*, per reuelationem diuinam, *Quoniam ſi terreſtris domus noſtra*, id eſt, quòd ſi caro noſtra mortalis, *Huius habitationis*, id eſt, præſentis manſionis, qua anima degit, ac hoſpitatur in corpore. *Diſſoluatur*, per mortẽ, vel pro Chriſto occidatur, *Quòd ædificationem*, id eſt, habitaculum. *Ex Deo*, id eſt, à diuina virtute, *Habemus* in ſpe, & habebimus tandem in re, videlicet, *Domum non manufactam*, id eſt, carnem impaſſibilem, glorificatam, non humana potẽtia, ſed diuina, *Aeternam in cœlis*, hoc eſt, in cœlo perpetuò duraturam. Vel, ab æterno prædeſtinatam. Sed quoniam hanc domum non habebimus ante diem iudicij, Apoſtolus loqui videtur de eo quod ſtatim poſt diſſolutionem corporis, animæ perfectorũ conſequuntur. Ideo alij per domum iſtam non manufactã intelligunt gloriam animæ, quæ dicitur domus propter excellentiam ſuam ad animæ capacitatem. Vnde teſtatur Chriſtus: In domo patris mei manſiones multæ ſunt, id eſt, diſtincti gradus præmiorum. Alij verò per domum iſtam intelligunt cœlũ empyreum, quod eſt locus atque palatium beatorum. Et dicitur non manufactũ.

1. Cor. 4
2. Cor. 15.
1. Petri 5.
F
Ioan. 14

luxta

Iuxta illud ad Hebræos, Non in manufacta Iesus introiit, *Hebr.9*
sed in ipsum cœlum. *Nam & in hoc ingemiscimus*, id est. A
desiderio huius domus, & gloriæ suspiramus & flemus præ
tædio dilationis. Spes enim quæ differtur, affligit animam. *Prouer.13*
Habitationem nostram quæ de cœlo est, id est, hác domum non
manufactam, cœlestem, vel cœlesti virtute formatá, seu glo
riæ consequutionem. *Superindui*, hoc est, ea operiri, circũ-
dari, siue ornari. *Cupientes*, quod vtique desiderium ortum
habet à fide, non à lumine naturali. Sumus autem veraciter
& efficaciter ista cupientes, *Si tamen vestiti*, donis & gratiis
spiritus sancti. *Non nudi*, à bonis operibus, *Inueniamur*, à
deo cuncta spectante. *Nam & qui sumus in hoc taberna-* *1.Reg.6*
culo, hoc est, in hoc passibili corpore degimus, *Ingemiscimus*,
suspirando ad habitationem cœlestem. *Grauati*, pondere B
atque miseriis corruptibilis carnis. Corpus nanque quod *Sap.9.*
corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabi
tatio sensum multa cogitantem. Ingemiscimus autem, *Eo*
quòd nolumus expoliari, hoc est, à corporis vnione pœnitus
atque finaliter separari, cùm naturale sit animę corpus infor
mare, & sancti in patria cupiunt corporibus glorificandis
coniungi, *Sed superuestiri*, immortalitatem & glorificatio-
nem corporis adipisci, *Vt absorbeatur quod mortale est*, id
est, mortalitas, pœnalitas, & imperfectio auferantur à corpo
re. *A vita*, id est, ab impassibilitate, & gloria superuenien
te, prædictam imperfectionem excludente. *Qui autem ef-* C
fecit nos in hoc ipsum, hoc est, qui prædictam voluntatem inspi
rat, vel ad huius desiderij consummationem perducit, est *1.Cor.2.*
Deus, nõ causa naturalis, *Qui dedit nobis pignus spiritus.* Hoc *Psal.26*
idem secundo capitulo huius epistolæ dictũ est, atque expo
situm. *Audentes igitur semper*, hoc est, incessanter audemus
ex magna in deum fiducia futuram habitationem appetere,
atque in omnibus viriliter agere, *Et scientes*, auxilium gratiæ
nobis collatũ. Causa autem audaciæ subditur. *Quoniam dũ*
sumus, id est, viuimus, *In corpore*, isto mortali, *Peregrinamur*
à domino, id est, à patria separamur, atque à deo distamus, cõ
uersando in valle lachrymarum, in carcere mortis, in graui
exilio. *Per fidem enim ambulamus*, id est, per obscuram noti- *1.Ioan.3.*
tiam ad patriam tendimus, *Et non per speciem*, hoc est, pro- *1.Cor.13.*
priá & adæquatam similitudinem, deum nõ cernimus. Non
enim videmus eum, sicut est, id est, clarè, seu facie ad faciem,

D sed per formas creatas, quæ à repræsentatione perfecta, ac
facíali diuinæ essentiæ in infinitum deficiunt, sicut in præce
denti epistola pertractatum est planius. *Audemus autem*,
hoc est, fiducialiter quærimus, non metu mortis retracti, aut
Roma. 8. aliqua difficultate victi. *Et bonam voluntatem*, i. rationabile
Philip. 1 desideriũ, *Habemus magis peregrinari à corpore*, id est, potius
à corpore per mortẽ separari, *Et præsentes esse ad dominum*, i.
deo immediatè vniri, eúmque coram & per speciem intue-
ri. Loquitur autem de præsentia gloriæ, non de præsentia
Psalm. 15 gratiæ tantùm. Vnde ait Psalmographus: Adimplebis me læ
Psalm. 41 titia cum vultu tuo. Item: Quando veniam & apparebo an
te faciem dei? *Et ideo*, scilicet, vt deo fœliciter vniamur, *Con
tendimus*, i. forti conatu studemus. *Siue absentes*, hoc est, à do
E mino peregrinantes, & in hac vita manentes *Siue præsentes*,
id est, diuino iudicio præsentati, *Placere illi*, i. ne separemur
ab eius conspectu. Nã & in diuino iudicio satagemus respõ
dere pro nobis ad ea quæ contra nos proponent diaboli.
Meritò autẽ contẽdimus deo placere. *Omnes enim nos*, idest,
homines vniuersos, bonos ac malos, *Manifestari*, i. publicè
præsentari, seu apparere, *Oportet*, vel in iudicio particulari
statim post mortem, vel in iudicio vniuersali in die nouissi
mo, vel potius in vtroq;, *Ante tribunal Christi*, id est, corã iu
dice Christo, seu ante districtam iudiciariã eius potestatẽ,
Vt referat vnusquisque. i reportet, *Propria corporis*. i. debitam
mercedem, videlicet pœnam vel gloriam, pro actibus per
corpus operatis, seu tempore corporalis vitæ exhibitis.
F *Prout gessit, siue bonum*, gessit, *Siue malum*. Sub peccato autem
Mat. 3. 6. commissionis includitur peccatum omissionis, quia & ar-
bor quæ nõ facit fructum bonum, in ignem mittetur, etiam
si malum non gessit. *Scientes ergo timorem domini*. i. quàm ti-
moratè atque sollicitè ambulandum sit coram Deo sancto,
& metuendo: de quo ait beatus Iob, Semper quasi tumẽtes
Iob. 23. 31 super me fluctus timui deum. Et rursus, considerans eum ti-
Ecclesiasti more sollicitor. *Hominibus suademus*, id est consilia, monitá-
ci. 1 que salutis proponimus, quatenus Deum præ omnibus ti-
meant, non seruili, sed filiali, aut saltem initiali timore. Ti-
mor enim dei expellit peccatum. *Deo autem manifesti*, id est,
plenissimè cogniti, vel per approbationem noti, *Sumus. Spe
Finis.* *ro autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse*, id est, confi
do quòd conscientiæ vestræ de nobis rectè, veréque sentiãt,
quia sic

quia sic viximus inter vos, vt non possitis rationabiliter cõ tra nos moueri. *Non iterũ commendamus nos vobis*, id est, ad propriam laudem ista non dicimus, sicut nec antè. *Sed occasionem*, id est, causam incidentalem atque materiam. *Damus vobis* per commemorationem istorũ. *Gloriandi*, id est, spiritualiter exultandi. *Pro nobis*, id est, pro gratia nobis cõcessa, vel pro defensione nostra contra æmulos & detractores nostros, qui conantur se nobis præferre, & vos à nobis auertere. *Vt habeatis*, rationabilem responsionẽ, & veram lætitiam. *Ad eos qui in facie*, id est, de apparente & simulata iustitia. *Gloriantur, & non in corde*, id est, non ex conscientiæ puritate, neque de veris virtutibus. Quòd autem non commendemus nosipsos inaniter, & ꝙ vos pro nobis gloriari possitis, patet ex hoc. *Siue enim mente excedimus* contemplando diuina, & supergrediendo terrena. *Deo*, id est, hoc gratię dei ascribimus, atq; ad gloriam eius referimus. *Siue sobrij sumus*, instruendo vos in moralibus, & condescendendo infirmitatibus vestris. *Vobis*, id est, ad vestram vtilitatem hoc facimus. Vel sic, Siue mente excedimus, id est, laudando nosipsos, insensati esse videamur (quia stultorum est laudibus propriis inhærere) deo, id est, ad gloriam dei hoc agimus, vt benedicatur deus in donis suis. Siue sobrij sumus, moderatè loquendo de perfectionibus nostris, sicut ad virtuosum sapientémque pertinet, vt in his quæ propriam laudem concernunt, magis declinet ad minus quàm ad maius, vobis, id est, pro vestri informatione & commodo hoc facimus. *Charitas enim Christi*, id est, dilectio qua Christum proximúmq; diligimus. *Vrget*, id est, incitat & vehementer inclinat. *Nos* ista efficere, quoniam Christi gloriam & proximorum salutem tantò amplius zelamus, quantò in vera charitate perfectiores fuerimus. *Æstimantes*, id est, firmiter reputantes. *Hoc, quoniam si*, pro quia. *Vnus*, vtpote solus Christus. *Pro omnibus*, hominibus liberãdis. *Mortuus est: ergo omnes mortui sunt*, id est, vitijs mortificati merito passionis Christi, quantum est ex parte ipsius saluatoris, qui moriendo omnia ad se traxit. Vel, omnes mortui sunt, id est, mortem culpæ incurrerunt ex originali peccato, aliter non egerent saluatore. *Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt* vita naturæ seu gratiæ, *Iam non sibi viuant*, id est, non propriæ voluntati deseruiant, videlicet ad honorem propriam vitam suã

1.Cor.1. 2.Cor.10. B Ephe.5. C Ioan.5. Rom.14. Gala.2.

D ordinent. *Sed ei viuant*, id est, ad eius honorem & gloriam
1. *Pet. 2.* omnia opera sua interiora, exteriorâque referant. *Qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit*, videlicet Christo. Sic viuere Christo, id est, verè abnegare atque viuificè mortificare seipsum. *Itaque*, id est, quia pro omnibus mortuus est Chri-
1. *Ioan. 2.* stus *Nos*, apostoli & viri perfecti. *Ex hoc*, id est, post hac. *Neminẽ nouimus*, notitia approbationis, i. nullũ viatorẽ laudauimus. *Secundũ carnem*, i. carnaliter scilicet, propter causas indignas. Vel, neminẽ nouimus secundũ carnem, id est, secundum ea quæ carnis conditionẽ respiciũt; talia enim non curamus, neq; attendimus. *Et si cognouimus secundũ carnem Christum*, id est, quãuis mysteria Christi carnaliter & superficialiter intellexerimus, & Christũ non nisi secundũ humanam
E naturã nouerimus sensu humano. *Sed nunc tã*, spiritu sancto recepto. *Non nouimus*, cum hoc modo, sed spiritualiter ac supernaturaliter tanquã deum & hominem. *Si qua ergo*, id est, quia aliqua *In Christo*, est *Noua creatura*, id est, aliquis in Christi baptismo renatus, *Vetera transierunt*, id est, pristina vitia ab illo remota sunt, pœnalitates quoque deletæ sunt, modò in spe, tandẽ delẽdæ in re. *Ecce facta sunt noua*, id est, per infusionem spiritus sancti omnia spiritualiter renouata
Apo. 21. sunt, corpus, anima, cogitatio, verba & opera. Vnde in Apocal. dicitur, Dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia. *Omnia autẽ ex deo*, patre vel sancta trinitate originaliter profluxerunt & condita sunt. *Qui reconciliauit nos sibi*, id est, peccata nostra nobis ignouit. *Per Christum*, id est, incarnatione, passione seu merito Christi hominis, imò Chri-
F stus vt deus reconciliauit nos sibi per seipsum, vt hominem
Rom. 5. talem. *Et dedit nobis ministerium reconciliationis*, id est, officiũ euangelicæ prædicationis, qua ista reconciliatio annunciatur hominibus, commisit nobis suis vicariis. *Quandoquidem deus pater*, vel verbum increatum, imò & spiritus sanctus, hoc est, deus trinitas. *Erat in Christo* homine. *Mundum*, id est, electos. *Reconcilians sibi*, vt dictum est. *Non reputans*, id est, non iustè vlciscens, nec in æternum reseruans. *Illis delicta ipsorum*, originalia aut actualia. Christus nanque agnus dei omnia tulit peccata. *Et posuit in nobis verbum reconcilia-*
Rom 3. *tionis*, id est, prædicationem pacificationis inter deum & ho-
Ioan. 1. mines factæ. *Pro Christo*, id est, pro Christi amore & gloria: *Legatione*, id est, missione *Fungimur*, quia à deo missi sumus

annun-

annunciare euangelium Christi. *Tanquam deo exhortante,* corda audientium. *Per nos,* id est, per prædicationem nostram. Ipse enim loquitur per nos. *Obsecramus pro Christo,* id est, vice, loco, vel amore Christi. *Reconciliamini deo,* id est, peccata vestra deflete, vitam corrigite, deo placere contendite. *Eum qui nõ nouerat peccatũ,* per approbationem vel experientiam scilicet Christum, Pater. *Pro nobis,* id est, pro nostra redemptione. *Peccatum fecit,* id est, hostiam pro peccato. Sumitur enim hîc peccatũ pro hostia peccati: sicut & apud Oseam, vbi dicitur, Peccata populi mei comedent. Vel sic, Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum, id est, culpam fecit. Peccatum enim (præcipuè originale) occasio fuit incarnationis, passionisque Christi, sicque quodammodo fecit eum hostiam. *Vt nos efficeremur iustitia dei,* id est, iustificati à Deo. *In illõ,* id est, merito Christi.

A

Luc.1.2

Rom.15.

Rom.8.

Esa 53.

B

1.Cor.1.

Oseæ.4.

Cap. VI. *Adiuuantes autem exhortamur.*

ARTICVLVS VI.

REcommendatis noui testamenti mysteriis, iam omnes ad perfectionem inuitantur, dicente apostolo. *Adiuuantes autem,* verbo, operatione, oratione, vestram imbecillitatem: Vel, adiuuantes, id est, Christo cooperantes in vestra conuersione. *Exhortamur, ne in vacuum,* id est, sine fructu & perseuerantia. *Gratiam Dei,* habitualem & gratum facientem. *Recipiatis,* in baptismo, vel pœnitentiæ sacramento. Gratiæ enim finis est adeptio gloriæ. Idcirco gratiam dei in vacuum recipit, qui per eam bene viuendo æternam beatitudinem non acquirit. Melius est enim viam iustitiæ ignorasse, quàm post agnitionem reuerti retrorsum. Simili modo, melius quodammodo est gratiam non recepisse, quàm receptam perdidisse. Quòd autem Deus paratus sit gratiam dare probatur. *Ait enim,* dominus per Isaiam, *Tempore accepto,* id est, tempore opportuno & cõgruo, maxime nouæ legis & gratiæ. *Exaudiui te,* instanter orantem pro quocunque negotio tibi salubri. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. *Et in die salutis,* id est, tempore liberationis humanæ, factæ per Christum. *Adiuui te,* dando tibi supernaturale auxilium gratiæ atque virtutum: sicut ait Psalmista, Auxilium meum à domino. Et, Nisi quia dominus adiuuit me, paulò minus habitasset in inferno anima mea. Denique

Epist.

C

2.Pet.2.

Esa.48.

Rom.7.

Luc.11.

Mar.11.

Psal.120.

Psal.93.

D prælegatam Esaiæ authoritatem quasi exponit, applicans eam ad tempus Christi. *Esa. 49.* *Ecce nunc tempus acceptabile*, id est, gratum & aptum ad gratiam promerendam, quia nunc maximè operatur meritũ passionis dominicæ. *Ecce nunc dies salutis*, id est, tẽpus saluationis à Christo exhibitæ Vnde legitur in Actis, *Act. 3.* Omnes prophetæ à Samuel & deinceps annunciauerunt dies istos. *Nemini dantes vllam offensionem*, id est, aliquod scandalum verbo aut facto nostro minus recto. *Rom 14.* Vnde alio loco dictum est, Hoc iudicate, ne ponatis fratribus offendiculũ, hoc enim est charitatis. *Vt non vituperetur ministerium nostrum*, id est, obsequium quo Christo seruimus docendo & operando. Si autem reprehensibiliter egerimus, seruitium nostrum vituperatur à subditis, & scanda
E lizantur, minúsque diligenter aduertunt ac implent, quod eis proponitur. *Sed in omnibus*, obseruantiis mandatorum atque consiliorum. *Exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros*, id est, prout decet veros famulos Christi, & primò. *In multa patientia*, id est, copiosa & prompta tolerantia aduersitatum, ne passio tristitiæ regnet in nobis. In patientia *Luc. 12.* inquam seruanda. *In tribulationibus*, id est, afflictionibus *2. Tim. 6.* à quocunque inflictis. *In necessitatibus*, id est, penuriis vi- *Actor. 16.* ctus atque vestitus. *In angustiis*, id est, cordis pressuris. *In* *1. Cor. 3.* *plagis, in carceribus*, quibus læsi, captíque fuimus, ne liberi & *2. Thes. 3.* incolumes prædicemus vbique. *In seditionibus*, contra nos motis. *In laboribus*, manualibus pro alimonia corporis. *In ieiuniis*, pro carne domanda, & gratia impetranda. *In vigiliis*, propter protractionem prædicationis & orationis. *In*
I *castitate*, mentis & corporis. *In scientia*, id est, notitia eorũ quæ ad salutem exiguntur. *In longanimitate*, id est, longa & certa expectatione futuræ beatitudinis, *In suauitate*, id est, mentis dulcedine, & blanda quadam applicatione ad proximum. *In spiritu sancto*, id est, in omni directione spiritus sancti. *In charitate non ficta*, id est, non simulata aut fal *1. Ioan. 3.* sa, qualem habent hypocritæ. Vnde dicit Ioan. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. *In verbo ve* *Ioan. 14.* *ritatis*, id est, prędicatione Christi, qui est via, veritas & vita, seu euangelicæ theoriæ. *In virtute Dei*, id est, diuinæ potestati semper innitendo, non propriis viribus. *Per arma iustitiæ*, id est, virtutes seu opera virtuosa animam munientia per modum armorum. *A dextris*, id est, in prosperis

Et

Et à ſiniſtris, id eſt, aduerſis: quatenus nec in proſperis erigamur, nec aduerſis deiiciamur: ſed animo roborato in gratia, regia ſemper via tendamus ad patriam electorum. Exhibeamus inſuper nos dei miniſtros. *Per gloriam & ignobilitatem*, id eſt, honorationem & vilipenſionem: Vt ſiue glorificemur ab hominibus, ſiue vilipendamur ab eis, in Chriſti ſeruitio firmiter ſtemus. *Per infamiam* quoque, *Et bonam famam*, id eſt, ſiue diffamemur, ſiue celebre nomen habeamus coram hominibus, in Chriſto ſtabiliter perſeueremus non curantes laudes aut vituperia hominum. *Vt ſeductores*, reputati à multis errantibus. *Et veraces* ſimus, verbo ac rebus. *Sicut qui ignoti*, quaſi à deo reprobati, ſecundum opinionem illorum. *Et* tamen *Cogniti*, ſumus deo per approbationem. *Quaſi morientes* vitam naturalem perdendo. Quotidie enim putabant quidam aduerſarij fidei, Apoſtolos occidendos. *Et ecce viuimus*, deo nos conſeruante in vita naturæ & gratiæ. *Vt caſtigati*, id eſt, deo permittente flagellati pro culpis noſtris, vel aliorum, vel propter exemplũ atque coronam. Deus enim flagellat omnem filium quẽ recipit, vt Salomon loquitur. *Et non mortificati*, id eſt, nõ occiſi. Sæpe enim à morte corporali diuina virtute erepti ſunt. Vnde fertur in Pſalmo. Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me. *Quaſi triſtes*, propter aduerſa.

Semper autem gaudentes, in domino, per veram patientiam & conſolationem internam. Propter quod in Actibus recolitur, Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Sicut egentes temporalibus bonis ſecundum veritatem, vel ſpiritualibus donis ſecundum errantium ſuſpitiones. *Multos autem*, id eſt, omnes quos ad Chriſtum conuertimus, ſumus. *Locupletantes*, ſpiritualibus bonis. *Tanquam nihil habentes*, quoniam omnia dereliquimus propter Chriſtum.

Et omnia poſſidentes, quantum ad neceſſitatem vel vtilitatem, timentibus quippe deum, nihil deeſt. Vnde dicit Saluator, Primùm quærite regnum dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Chriſtus quoque ſubiecit Apoſtolis animata & inanimata, dæmones & homines, quorum peccata ſoluere, & non ſoluere potuerunt. Deinde oſtendit ſe iſta loqui ex charitatis feruore. *Os noſtrum patet ad vos*, id eſt, ad veſtram informationem apertum eſt, O *Corinthij*,

A

Gala.1.

Pſal.52.

B

Prou.3.
Heb.12.
Pſal.117.

Actor.5.

C

Heb.11.

Mat.19.
Pſal.33.
Mat.6.
Mat.10.
Mar.3.
Luc.10.
Deut.11.

D quoniá de miniſterij mei dignitate, Euangelij veritate, proprię quoque perſonæ commendatione, iam multa loquutus ſum vobis. *Cor noſtrum dilatatum eſt*, ſpiritualiter, latitudine charitatis, id eſt, affectus noſter interior extendit mentem noſtrá ad vos. *Non anguſtiamini in nobis*, id eſt, ex parte noſtri nolite anguſtias ſeu minorationes ſcientiæ atque virtutũ incurrere: nos enim parati ſumus omnia noſtra vobis communicare, & cor veſtrum dilatare ad diligendũ cœleſtia. *Anguſtiamini autem*, id eſt, conſtringimini ac moriamini. *In cordibus veſtris*, duris, quæ ob ſuá malitiá nõ dilatátur per copioſam ſpiritualium receptionem bonorum, hoc eſt, paruitatem & paupertatem veſtiæ ſcientiæ, atque virtutis nolite adſcribere nobis, ſed propriis cordibus incapaci-
E bus & indignis. *Eandem autem remunerationem*, id eſt, idem præmium. *Habentes*, vos nunc in ſpe, habituri illud tandem in re, quod nos habemus, habituríq; ſumus, videlicet viſionem dei per ſpeciem, quæ eſt tota merces. *Tanquam filiis*, meis ſpiritualibus. *Dico, dilatamini & vos*, corde, quemadmodum dilatatum eſt cor noſtrum. *Nolite iugum ducere*, id eſt, ſocietatem ac familiaritatẽ habere. *Cum infidelibus*, & peruerſis. Iugum enim à iungendo nomen ſortitur. Sicut ergo dilectio eſt iugum Chriſti, per quod ei nectuntur, & ab eo ducuntur electi, ſic iugum diabolicũ eſt peccatum. Idcirco iniquis & perfidis iungi non debemus, id eſt, communicare eorum peccatis, imò & occaſiones huius cõmunionis vitare oportet, videlicet ſocietatem & familiaritatem. Huius
F ratio ſubditur. *Quæ enim participatio*, id eſt, mutua communio ſeu conuenientia. *Iuſtitiæ cum iniquitate?* nulla vtique, cùm ſint omnino contrariæ. Vos autem iuſti eſtis per fidem formatam, illi verò iniqui, nõ ergo iungi debetis. *Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras?* nulla, videlicet naturalis ac fixa, ſed lux tenebras pellit. Vos autem per dei cognitionẽ lux eſtis, illi verò tenebris ignorãtiæ pleni. *Quæ autẽ conuentio Chriſti ad Belial?* nulla planè. Belial autem interpretatur apoſtata quo ſignificatur diabolus, ſed his duobus dominis nemo poteſt ſeruire. Vos igitur Chriſtiani cum filiis Belial nolite coniungi. *Aut quæ pars*, id eſt, cõmunio *Fideli cum infideli? Quis autẽ conſenſus templo dei*, id eſt, perſonæ fideli, in qua per gratiam habitat deus. *Cum idolis?* id eſt, idololatris, qui idola ſunt per ſimilitudinẽ: iuxta illud in Pſal. Similes illis fiant

Rom.8. *Titum.3.* *Pſal.140.* *Mat.3.* *Pſal.134.*

qui

qui faciunt ea. Non ergo debetis illis sociari. *Vos enim*, in quorum cordibus habitat Deus, *Estis templum*, animatum ac mysticum. *Dei viui, sicut dicit dominus*, per Mosen, Ezechielem atque Ioannem in Apocalypsi. *Quoniam inhabitabo in illis*, id est, intima mentis electorum inhabitabo per charitatem & gratiam. *Et inambulabo*, id est, in corde eorũ quasi in paradiso voluptatis conuersabor, quia delitiæ meæ, esse cum filiis hominum. Inambulabo autem, id est, eos faciã ambulare de virtute in virtutem, & de via ad patriam. *Et ero illorum Deus*, non solùm generaliter, sicut omnium deus sum, propter vniuersalem creationem ac prouidentiam, sed singulariter valde, dirigendo, protegendo, finaliterque saluando. *Et ipsi erunt mihi*, id est, ad honorem & gloriam nominis mei. *Populus* colendo & diligendo me super omnia. Sicut in prima sua epistola asserit Petrus. Vos genus electum, gẽs sancta, pópulus ac pussitionis. Et Psalmista, Beneplacitum est domino in populo suo.

A
Leuit. 26.
Ezech. 43
Apoc. 21
Prouer. 8.
Psal. 83.
Act. 3.
B
1 Petri. 2.
Psal. 149.

Et dictis infert Apostolus admonitionem internam. *Propter quod*, id est, quia non est societas inter prædicta. *Exite* spiritualiter, & si fieri potest & expedit, etiam corporaliter. *De medio eorum*, id est, de conuentu prauorum. Quid enim paleis ad triticum? Hoc est, nolite cordis similitudine eis cõiungi, sed fugite actus eorum. *Et separamini ab eis*, loco vel corde. *Dicit dominus, & immundum ne tetigeritis*, id est, peccato nolite consentire. Digni enim sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consenserint. *Et ego recipiam vos* id est piè amplectar venientes ad me brachiis pietatis. De quibus per prophetam loquor, Portaui vos in brachiis meis. *Et erò vobis in patrem*, id est, paternè vos fouebo ac diligam. *Et vos eritis mihi in filios*, quantum ad viros. *Et filias*, quantum ad fœminas. *Dicit dominus deus omnipotens.* Porrò scriptura hîc allegata, quantum ad sensum in diuersis sacræ paginæ locis habetur. Pro eo enim quòd hîc dictum est, Inhabitabo in illis: scriptum est in Leuitico, Ponam tabernaculum meum in medio vestri. Pro eo quod subditur, Et ambulabo, legitur in Deuteronomio, Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum. Totum tamen istud & item quod subditur, Et ero illorum Deus & ipsi erunt mihi populus, & cætera in Leutico includitur. Et quoq; quod subinfertur, Exite de medio eorum: consonat quod Petrus dis-

Rom. 8
Osee. 11
C
Leuit. 26.
Deute. 23.
Act. 2

D seruit, Separamini, inquiens, à generatione hac praua. Sed
Apoc. 21. & in Apocalypsi ait scriptura, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit illorũ deus. Quæ vtique verba plena sunt omni dulcedine, charitate atque fiducia.

Cap. VII. *Has igitur habentes promißiones.*

ARTICVLVS VII.

2. Cor. 6 EX præinductis in fine, præcedentis capituli infert Apostolus admonitionem salubrem, & ait. *Has igitur haben-*
1. Pet. 4 *tes promißiones* ô *Charißimi*, fratres immediatè expressas, videlicet quòd Deꝰ habitabit & ambulabit in nobis, recipiétque nos, & erit in nobis. *Mundemus nos*, per verá confessio-
E nem (omnia enim in confessione lauantur) per contritionẽ, per dominicæ passionis memoriam, præsertim per diuini amoris accensionem, quoniam charitas operit multitudinem peccatorum *Ab omni inquinamento carnis & spiritus*, id est,
Galat. 5. ab vniuersis peccatis carnalibus, vt sunt gula, luxuria: & spiritualibus, vt sunt inuidia, superbia. *Perficientes sanctificationẽ*. i. inchoatam in baptismo vel pœnitentia sanitatem ad perfectionem ducentes, perseuerando ac proficiendo in bonis vsque in finem. Et hoc. *In timore Dei*, casto ac filiali, de quo in
Eccle. 1. Ecclesiastico dicitur, Qui sine timore est, iustificari non po-
Psal. 33. test. Atque in Psalmo, Timete dominum omnes sancti e-
F ius; *Capite nos*, id est, verba nostra sapienter pensate, & nosip-
Finis. sos in exemplum accipite. *Neminem læsimus*, post nostram conuersionem, id est, nullum ad peccatum induximus directè, verbo vel opere. *Neminem corrupimus*, per falsam doctrinam. *Neminem circunuenimus*, id est, defraudãdo decepimus.

Non ad condemnationem vestram dico, id est, non ideo ista commemoro, vt aggrauem vestra peccata, vósque relinquá vt pereatis. *Prædiximus enim*, & suprà iam scripsimus. *Quód in cordibus nostris estis*, scripti per curam & charitatis affectũ,
Philip. 1 ac iugem memoriam. *Ad commoriendum & conuiuendum*, id est, in tantum vos meo cordi impressi, vt pro vestra salute paratus sim mori, aut manere in vita præsenti, vt instruam vos. *Multa mihi fiducia est apud vos*, id est, de vestra charitate & pietate multum confido & firmiter spero de fœlicitate ve-
1. Cor. 5 stra futura *Multa mihi gloriatio*, inest, spiritualis in domino.

Pro vobis, id est, ex consideratione gratiæ vobis concessæ.

Repletus

Repletus sum consolatione, audita vestra emendatione. *Superabundo gaudio*, spirituali, propter beneficia Dei vobis collata. *In omni tribulatione nostra*, quam ab aduersariis fidei patimur. *Nam & cum venissemus Macedoniam nullam requiē habuit caro nostra*, id est, nosipsi. Ponit enim partem pro toto. Nam suprà dixit, Non habui requiem spiritui meo. *Sed omnem*, id est, multiplicem seu perfectam. *Tribulationem*, videlicet exteriorem & interiorem. *Passi sumus: Foris pugnæ*, id est, impugnationes à peruersis ac perfidis. *Intus*, id est, in corde fuerunt. *Timores*, paternæ sollicitudinis pro ecclesiis Dei ne subuerterentur. *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus in aduētu Titi*, de cuius aduentu gauisi sumus, propter adiutorium quod nobis impendit. *Non solum autem in aduentu eius*, consolatus est nos deus. *Sed etiam*, à deo principaliter consolati sumus. *In consolatione*, id est, per cōsolationem. *Qua consolatus est nos*, Titus Dei minister. *In vobis*, id est, de vestra correctione. *Referens nobis vestrum desiderium*, pro gratia acquirenda, vel pro mea præsentia. *Vestrum fletum*, propter peccata præterita. *Vestram æmulationem*, id est, bonum zelum. *Pro me*, id est, pro nostra defensione contra detractores nostros & Pseudoapostolos, quibus rationabiliter indignati estis. *Ita vt magis gauderem*, de vestra prosperitate quàm dolui de mea aduersitate.

Denique quòd consolatus sim, patet. *Quoniam etsi contristaui vos in epistola*, superiori, in qua durè correpti estis. *Non me pœnitet*, hoc feciſſe. *Etsi*, id est, licet. *Pœniteret*, me vos contristasse, considerando tristitiā sub ratione tristitiæ tantum, secundum quem modum non habet rationem boni & appetibilis, tamen, *Videns quòd epistola illa, & si ad horam vos contristauit nunc gaudeo*, de vestra contristatione pœnitentiali. *Non quia contristati estis*, in genere, seu qualitercunque (non enim omnis tristitia bona est) *Sed quia contristati estis ad pœnitentiam*, salutarem ac sacramentalem, id est, vestra contristatio bonum finem sortita est. Nam ad pœnitentiam vos induxit, quæ est dolor de malis præteritis. *Contristati enim estis secundum Deum*, id est, secundum beneplacitum Dei, dolentes de peccatis vestris, quod complacet Deo qui ait per Ezechielem, Confundimini & erubescite super viis vestris. Et alibi, Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. *Vt in nullo*, id est, nec in blandis,

A *Iacob. 1.* *Roma. 5* *Apoc. 1* *2. Cor. 2*

B

Ephe. 4 *I. Petri. 1a*

C

Exech. 36 *Matt. 7*

D nec in prosperis. *Detrimentum* salutis, *Patiamini ex nobis*, id est, ne nos aliquo modo simus vobis occasio detrimenti, sed totum quod pro vobis agimus, vestræ profit saluti. *Quæ enim secũdum Deum tristitia est*, id est, tristitia ordinata de peccato commisso. *Pœnitentiam*, id est, cessationem à malo & satisfactionem tendentem. *In salutem stabilem*, id est, veram atque perpetuam beatitudinem promerentem. *Operatur*, in genere causę formalis. De hac bona tristitia scriptum est, Cor sapientum, vbi tristitiæ & cor stultorum, vbi lætitia. Et iterum: Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquẽtis.

Eccle. 7. De prædicta quoque stabili salute alibi dicitur, Israël saluatus est in domino salute æterna. *Sæculi autem tristitia*, id est,

Ibidem. E dolor de amissione temporalium rerum, & manifestatione propriæ iniquitatis. *Mortem* culpæ *Operatur*, id est, ad

Esa. 45 peccandum inducit, imo & mortem naturæ conscisicit, quoniam nulla passio animæ adeo corruptiua atque contraria vitæ est, sicut tristitia, prout in prima secundæ Thomas pulchrè demonstrat. Propter quod Salomõ loquitur, Spiritus tristis exiccat ossa. In ecclesiastico quoque legitur,

Prou. 17 Multos occidit tristitia. Insuper quòd tristitia ista secun-

Eccl. 30. dum deum operatiua sit pœnitentiæ in salutem, ostẽdit Apostolus. *Ecce enim hoc ipsum secũdum Deum contristari vos*, id est, tristitia hæc domino placens. *Quantam in vobis operatur solicitudinem*, placandi Deum, & cauendi à peccatis. *Sed defensionem*, id est, resistentiam contra tentationes dia-

F boli, & incentiua peccati. (Pœnitens enim munit & armat se contra causas peccandi) *Sed indignationem*, hoc est, horrorem peccati, vel abominationem contra vosipsos, qui tam prauè egistis. *Sed timorem*, diuini iudicij, infernalis tormenti, similisque peccati (pœnitens nempe formidat incidere manus Dei viuentis, & timet ne denuo peccet.) *Sed desiderium* veniæ ac profectus. *Sed æmulationem*, id est, bonorum imi-

Apoc. 3 tationem ac zelum. Vnde & in Apocalypsi dicitur, Æmulare ergo, & pœnitentiam age. *Vel, Æmulationem*, id est, zelum contra falsos, qui vos ad vitia induxerunt. *Sed vindictam*, id est, punitionem peccati. Qui enim veraciter pœnitet, peccata sua in seipso vlciscitur, infligendo sibi pœnam secundum culpæ mensuram. Nam & satisfactio est pars pœnitentiæ, sicut contritio atque confessio. *In omnibus*, agendis. *Exhibuistis vos incontaminatos esse*, id est, inculpabiles

Negotio

Negotio, Christiano exercendo, id est, ita vos reformastis, A
vt in omnibus Christianæ conuersationis officiis incontaminati sitis, saltem à mortali peccato. Potest quoque specialiter accipi de negotio quod eis commisit Apostolus circa punitionem eius, qui vxorem habuit sui patris: quod vtique negotium Corinthij fideliter expediuerunt. *Igitur & si scripsi vobis*, in præcedenti epistola, hoc feci. *Non* solùm. 1. Cor. 5
Propter eum qui fecit iniuriam, id est, propter correctionem fornicatoris, qui rapuit patris sui vxorem. *Nec* solùm. *Propter eum qui passus est iniuriam*, id est, patrem cui ablata & rapta est vxor à proprio filio. *Sed ad manifestandam sollicitudinem vestram, quam pro vobis*, id est, pro vestra salute. *Habemus coram Deo*, id est, Deo spectante, nostrúmque effectũ effundendo coram eo pro vobis cum humili prece. *Ideo consolati sumus*, de vestri correctione. *In consolatione autem* B
nostra, iam sæpe prædicta, id est, vltra hanc consolationem.
Abundantius magis, id est, abundantissimè, vel plus quàm Ephe. 3
antè doluimus. *Gauisi sumus super*, id est, de *Gaudio Titi*, Ita vt gaudium eius esset obiectum atque materia gaudij nostri. *Quia refectus est*, id est, recreatus & confortatus. *Spiritus eius*, paulo antè propter peccata vestra mœstus. *Ab omnibus vobis*, de correctione, vel profectu, vel bono proposito cuiuslibet vestrùm, qui enim nondum correcti sunt, se emendare decreuerunt, & ita spes bona lætificat Titum. *Et si quid apud illum*, id est, quia de aliquo apud Titum, *De vobis gloriatus sum*, commẽdando vos de vestra emendatione spem bonam ei præstando. *Non sum confusus*, de hac gloriatione, cùm non sim mendax inuentus. *Sed sicut omnia*, ad vestram C
salutem pertinentia. *Vobis in veritate loquuti sumus*, prædicatione vocali, vel per epistolas: *Ita & gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum*, de vobis, vt dictum est. *Veritas facta est*, id est, ad effectum perducta. Vel, sic esse innotuit Tito, sicut ei prædixi, quoniam estis correcti & laude digni inuenti.
Et viscera eius, id est, intima charitas ac desiderium Titi. *Abundantius*, nunc quàm antè, quia nunc videt vestram obedientiam. *In vobis fuit*, id est, in vos tendunt, atque figuntur. Amor enim tendit in amatum, & quiescit in ipso. Titi inquam. *Reminiscentis omnium vestrum obedientiam*. Retulit enim Titus Apostolo cum ingenti lætitia obedientiam Corinthiorum. *Quomodo cum timore*, Galat. 4

D cordis. *Et tremore*, corporis. *Excepistis eum*. cum debita reuerentia, sicut & vobis præcepi tales recipere tanquam meipsum, imò vt Christum. *Gaudeo*, de hoc, & ab hoc. *Quod in omnibus*, rebus. *Confido in vobis*, sperans vos semper ad obediendum paratos, sicut & nunc obedientiam vestram expertus sum. Vna equidem actio virtuosa præstat fiduciam de alia, atque maiori.

Cap. VIII. *Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei.* ARTICVL. VIII.

PRæterea admonet Apostolus Corinthios ad faciendam atque mittendam eleemosynam pauperibus qui erát in Hierusalem sub regimine Iacobi, proponítque Corinthiis, exemplum Macedonum, dicens. *Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Macedoniæ*, id est, insinuamus vobis virtutem misericordiæ, quam Deus largitus est Macedonibus (qui sunt Græci) ad fidem conuersis. Ex qua virtute & gratia diuinitus inspirata, moti sunt eleemosynam dare Iudæis conuersis, in Hierusalem morantibus, qui facta fame in Iudæa, magnam habuerũt inopiam. Hoc itaque notificamus vobis. *Quod in multo experimento tribulationis*, id est, in magna tribulatione quam experti sunt. *Abundantia gaudij ipsorum fuit*, id est, copiosa lætitia inerat eis, quia de tribulatione sua propter Christum illata, vehementer gauisi sunt. Sicut dicit saluator, Gaudete in illa hora, quia merces vestra copiosa est in cœlis. *Et altissima*, id est, spontanea, multúmque meritoria. *Paupertas eorum*, puta Macedonum. *Abundauit*, id est, abundantem effectum habuit vel ostendit. *In diuitias simplicitatis*, id est, in spiritualem opulentiá puræ intentionis & bonæ conscientiæ. *Eorum*, quia cũ pauperes essent tamẽ modica simplici animo tribuendo, spiritualiter ditiores effecti sunt. *Quia secundum virtutem, testimonium illis reddo & supra virtutem*, id est, vltra suam possibilitatem. *Voluntarij fuerunt*, ad dandum. Nam cum modica possiderent, multa dare optabant, tantáque dederunt, vt etiam ipsi postmodum egerent. *Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationẽ ministerij*. i. vt cõsentiremus ipsis in hoc, q̃ dare possent tantã eleemosynã, qua communicarent atque participes essent ministerij, id est, obsequij pietatis, videlicet largitionis eleemosynarum. *Quod fit in sanctos*. i. pauperes in Hierusalem

Iacob. 1

Luc. 6


rusalem commorantes. Qui sancti vocantur, quoniam om- A
nibus suis venditis precium ante apostolorum pedes posue *Actu. 4.*
runt, egenè, communitérque viuentes. Cùm enim Macedo-
nes pauperes essent, non videtur eis consensisse Apostolus,
vt darent tam multum, sed ipsi charitate feruente rogabant
apostolum, vt liceret eis tanta conferre. *Et non sicut speraui-*
mus, id est, non tã moderatè se habuerunt in dando sicut pu
tauimus, *Sed semetipsos dederunt*, i. obtulerunt. *Primùm*, id est,
principaliter, & ante omnia, *Deo*, seipsos, & omnia sua ad
cultum & gloriã Dei ordinantes. *Deinde*, dederunt seipsos
Nobis, per filialem obedientiam, & charitatiuam subiectio-
nem, & hoc, *Per voluntatem Dei*, i. causa Dei, seu propter di- *Roma. 12*
uinæ voluntatis beneplacitũ & honorẽ. Quoniã Deus re- *Lucæ 10*
quirit, vt prælatis & vicariis suis obediatur sicut & sibi *Ita* B
vt rogaremus Titum, vt quemadmodũ cœpit, ita & perficiat in
vobis etiam gratiam istam, i. ad tantam perfectionem, támque
liberalem eleemosynæ distributionem vos conetur indu-
cere, instruẽdo, hortando, & alios in exemplum vobis pro-
ponẽdo, quemadmodum dudum iam facere incœpit in vo-
bis. *Sed sicut in omnibus*, gratiarũ charismatibus, *Abunda-*
tis, videlicet, *Fide*, qua certi estis de præmio, *Et sermone* i. ef
ficacia in loquendo, *Et scientia*, scripturarum, *Et omni sollici-* *Ephes. 3*
tudine, in prouidendo vobis ac aliis, præsertim in spirituali-
bus bonis, & item in temporalibus, prout ratio exigit, *Insu-*
per & charitate vestra, tendente, *In nos*, quoniam multũ di
ligitis me tanquam magistrũ veritatis, & patrem vestræ spi-
ritualis regenerationis, sic cupio. *Vt & in hac gratia*, mise- C
ricordiæ & liberalitatis, *Abundetis. Non quasi imperãs dico*,
id est, ad eleemosynam istam non obligo vos præcepto, ne
efficiamini transgressores mãdati, *Sed per aliorum*, puta Ma *Roma. 12*
cedonum, *Sollicitudinem*, i. imitatione dignam, *Etiam vestræ* *1. Cor. 4*
charitatis ingenuũ bonum, i. vestræ dilectionis indolẽ seu in- *Roma. 15*
dustriam, *Comprobans*, siue experiẽs, an scilicet sic agatis, si-
cut confidimus. Porrò ad hanc perfectionem inuitat eos
apostolus exemplo Christi, *Scitis enim*, per fidem, *Gratiam*, i.
beneficia vei charitatem, *Domini nostri Iesu Christi*, ad nos.
Quoniam propter nos egenus factus est, in sua incarnatione, &
cõuersatione in hoc mũdo. Propter quod ait: Vulpes foueas *Philip. 2*
habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non *Matth. 8*
habet vbi caput reclinet. Natus quoque positus est in præ- *Lucæ 2. 9*

D sepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Vnde scriptũ est:
Zach.9 Exulta filia Syon, ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam. Hanc paupertatem
Hiere.14 vehementissimè admiratus est Hieremias, clamans: Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? *Cum dives esset*, in diuina natura habens omnium bonorum atque pulchrorum plenitudinem infinitam simpliciterque perfectam, *Vt illius inopia*, id est, meritò paupertatis Christi, *Vos diuites essetis*, id est, spiritualiũ bonorũ copiam consequeremini. Nam Christi incarnatio, nostra deificatio est. Christi cõuersatio, nostra est perfectio: Christi penuria, nostra est opulentia. *Et consilium in hoc do*, videlicet vt eleemosynam detis ex hac cõsideratione. *Hoc enim*
1.Tim.4 *vobis vtile est*, hoc est, meritorium vitæ æternæ, *Qui nõ solùm*
L *facere, sed & velle*, per charitatẽ, *Cœpistis ab anno priore*, i præterito. *Nunc verò & facto perficite*, id est, opere implete, *Vt quemadmodũ promptus*, ad dandum, *Est animus*, i amorosus impetus. *Voluntas ita sit & perficiendi*, i. animus promptus in vobis. *Ex eo quod habetis*, i. ex facultatibus seu substãtiis vestris, quatenus opere ostendatis & exequamini in effectu, quod diu inchoastis & proposuistis, *Si enim voluntas prõpta est*, dare eleemosynam, *Secundum id quod habet, accepta est*, i. dando quod sibi in promptu est & supereſt, seu superfluit, grata & placẽs est Deo. *Non secundum quod non habet*, i. nõ
Luce.11 exigitur vt vltra vires, vel sibi necessaria tribuat. Vnde in
I Euãgelio ait Saluator: Quod supereſt, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. *Non enim*, hæc dicimus, aut volumus, *Vt aliis*, scilicet pauperibus in Hierusalẽ, quibus succurritis, *Sit remissio*, i. vacantia & otiositas, viuẽdo de vestris
Iudith.2 eleemosynis ociosè, *Vobis autem*, sit *Tribulatio*, i. grauamen in dando vltra vires. *Sed ex æqualitate*, cum discretione & debita pportione, *In præsenti tempore*, velociter decurrẽte,
Luce 19 *Vestra abundantia*, in temporalibus, *Illorũ inopiam*, in eisdem
1.Cor.16 temporalibus, vtpote indigentiam victus atque vestitus, *Suppleat, vt & illorum abundantia*, id est, spiritualis opulẽtia in gratia & virtute. *Vestræ inopiæ*, in eisdem spiritualibus bonis, seu meritis, *Sit supplementum*, hoc est, quatenus ipsi dum de vestris eleemosynis sustentantur, orent pro vobis, & impetrent quod ipsi meritis vestris impetrare non poteſtis. *Vt*
Matt.20. *fiat æqualitas*, id est, commensuratio, seu proportio in datis

& acce-

& acceptis, dum pro temporalibus spiritualia rependuntur, A
secundum quandam decentiam æquitatis. Vel, fiat æqualitas remunerationis æternæ, saltem in genere, ita vt omnes simul præmium essentiale (quod est Dei fruitio) acquiratis, quod significatur per denarium diurnum, quem singuli operarij receperunt, *Sicut scriptum est*, in figura huius æqualitatis de manna in Exod. 16. vbi sic legitur, Nec qui plus collegerat, habuit plus, nec qui minus collegerat, habuit minus. (Quod nũc aliis verbis hic dicitur, *Qui multum habuit*, id est plus quàm mensuram Gomor de manna collegit, *Nõ abundauit*, i. non plus retinuit sibi quàm Gomor. *Et qui modicum*, collegit de manna, *Non minorauit*, i. minus non dabit quàm cõtinet Gomor. Nec hoc miraculosè fiebat, sed cum omnes collegissent, totum simul ponebatur, mẽsurabatúrque singulis de manu tantum, quantum cõtinet Gomor. *Gratias autẽ* B
Deo, agimus, *Qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis*, i. pro vestri informatione, *In corde Titi*, quam habeo ego pro vobis, *Quoniam exhortationem quidem suscepit*, id est, nostræ admonitioni vt iret ad vos, tandem acquieuit, *Sed cũ sollicitior esset*, pro vobis charitate vrgente, *Sua voluntate*, id est, proprio motu, *Profectus est ad vos*, non tantum ob nostram exhortationem. *Misimus autem cum illo fratrem*, id est, Lucam Euangelistam, *Cuius laus est in euangelio*, ab ipso gloriosissimè conscripto, *Per omnes ecclesias*, quæ eius Euangelio vtuntur, eúsque sapientiam laudant. *Non solum autem*, est laus eius in euangelio, *Sed & ordinatus est ab ecclesijs*, Iudææ, *Comes*, id est, socius, *Peregrinationis nostræ*, qua tanquam peregrini ambulamus per mundum euangelizantes vbique. Comes, in- C
quam, est nostræ peregrinationis, *In hac gratia*, id est, in prædicatione euangelica, *Quæ ministratur*, id est, Deo iubente annunciatur, *A nobis ad domini gloriam*, ad cuius gloriã ordinanda sunt omnia. Ordinatus est etiam comes noster, *Et* ad, *Destinatã voluntatem nostram*, id est, ad complendũ propositum nostræ volũtatis, est enim adiutor noster idoneus. *Deuitantes hoc ne quis nos vituperet*, id est, occasionem habeat obloquendi nobis, *In hac plenitudine*, prædicationis euangelicæ vel largitionis eleemosynæ, *Quæ ministratur à nobis*, qui & aliis prædicamus, & eleemosynas Gẽtium pauperibus in Iudæa mittimus, vel portamus. Si enim Apostolus Titum & fratrem cum illo non misisset Corinthiis pro collectione

1. Thess. 2. Roma. 12.



Ephes. 3

De eleemosynarum, vel in suis prædicationibus immemor fuisset pauperum prædictorum, aliqui dicere potuissent, bene quidem prædicat, sed negocium sibi commissum, de collectione eleemosynarum pro vsu pauperum negligit. Præterea quidam per fratrem istum cum Tito missum, intelligunt Barnabam Apostolum, cuius laus est in Euangelio prædicato per omnes ecclesias, quem constat fuisse comitem Pauli in prædicando multis diebus. Itaque deuitamus vituperium istud. *Prouidemus enim bona*, id est, prouidè facimus vt opera nostra bona sint, *Non solùm coram Deo*, id est, diuino iudicio, *Sed etiam coram hominibus*, id est, irreprehensibilia sint, ne alij scandalizentur aut detrahant. Due etenim res sunt, conscientia & fama. Conscientia prodest tibi. Fama proximo. Qui ergo conscientiæ suæ cõfidens, negligit famam, crudelis est. Debemus nãque exemplares esse adinuicem sicut monet saluator, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus. *Misimus autem cum illis*, videlicet cum Tito & Luca, seu Barnaba, *Et fratrem nostrum*. Iste est Apollo Corinthiorum episcopus, de quo in epistola superiori dictum est: Ego plantaui, Apollo rigauit. Qui propter discordiam Corinthiorum discessit ab eis rediens ad Apostolum Ephesum, & rogatus à Paulo vt rediret Corinthum, nõ acquieuit, donec à Tito percepit emendationem Corinthiorum. Idcirco nunc ab apostolo mittitur, *Quem probauimus*, id est, experti sumus, *In multis sæpè sollicitum esse*, pro vestra salute, *Nunc autem*, audita vestra emendatione, probauimus eum, *Multo sollicitiorem confidentia multa in vos*, id est, ex magna fiducia vestræ reformationis, *Siue pro Tito*, id est, sollicitiorem eum inuenimus etiam propter ea quæ à Tito audiuit, qui multa ei bona narrauit de vobis, *Qui*, Titus, *est socius meus*, in opere Christi, *Et in vobis*, hoc est, in vestri cõuersione seu reformatione, *Adiutor*, meus. Porrò, epistola hæc intricata atque trũcata est, ideo necesse est supplere, sequitur enim, *Siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum gloriæ Christi*, id est, etiam alij quidam apostoli fratres nostri, fuerunt causa sollicitudinis atque reuersionis Apollo ad vos, quia ab illis rogatus fuit. Qui sunt apostoli ecclesiarum gloriæ Christi, id est, principes & doctores congregationum fidelium, in quibus maiestas & gloria Christi relucet, quia glorificatur, honoratur, & scitur ab eis. *Ostensionem ergo quæ*

Act.11

Matt.5

1.Cor.3

Roma.12

Philip.5

Ephes.4

est

est charitatis vestræ. i. signũ vestræ dilectionis, seu charitatem vestram, quam aliis ostendistis Exhibitio enim operis signũ est dilectionis. *Et* ostensionem *Gloriæ nostræ pro vobis*, hoc est, opus quo ostendistis glorificationem nostram de vestro profectu habitam esse veram. *In illos ostendite* recipiẽdo, atque tractando eos cum debita reuerentia, *In facie ecclesiarũ*, hoc est, publicè in conspectu fidelium, vt ædificentur in vobis, sciántque vera esse, quæ de vobis patefecimus eis.

A Gregorius Hebr. 13. Mat. 5. 2. Pet. 1.

Cap. IX. *Nam de ministerio quod fit in sanctos.*

ARTICVLVS IX.

MAnifestat autem apostolus præsenti capitulo modum faciendi eleemosynas præmemoratas, ostendénsque superiora conuenienter esse inducta, subiungit, *Nam de ministerio quod fit in sanctos*, id est, de erogatione eleemosynarum quæ dantur pauperibus in Hierusalem consistentibus. *Ex abundantia*, id est, quasi superfluum *Est mihi scribere vobis*, vltra quàm scripsi. Cuius ratio subditur. *Scio enim promptum animum vestrum*, ad dandum eas. *Pro quo de vobis glorior apud Macedones*, proponens vos eis in exemplũ *Quoniam & Achaia*, prouincia Græciæ, cuius Achaiæ ciuitas metropolitana est Chorinthus. *Parata est*, ad eleemosynarum harũ contributionem. *Ab anno præterito. Et vestra æmulatio*, id est, amorosa zelatio pro pauperibus. *Prouocauit plurimos*, ad imitandum vos. Sicut in Prouerbiis dicitur, Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem proximi sui. *Misimus autẽ fratres*, prædictos nuncios valde spectabiles, videlicet, Titum, Lucam seu Barnabam, & Apollo ad vos. *Ne quod gloriamur de vobis*, id est, de vestra promptitudine. *Euacuetur in hac parte*, id est, sine fructu & opere sit Misimus ergo fratres. *Vt quemadmodum dixi*, id est, vobis cõsului, & Macedonibus retuli. *Parati sitis*, omnino ad dandum. *Ne cũ venerint mecum Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos*, tãquã spe nostra frustrati, & quasi mẽdaces inuenti, *Vt nõ dicamus vos*, id est, de vobis interim sileamus. *In hac substãtia*, hoc est, in ista eleemosynarũ donatione, cum tamen certum sit imparationem hanc magis erubescibilem esse vobis, quàm nobis. *Necessariũ ergo existimaui rogare fratres*, præfatos. *Vt præueniãt*, id est, ante me veniãt. *Ad vos & præparent repromissã benedictionem hãc*, id est, sæpe promissam eleemosynarũ collationem. *Paratã esse*, id est, collectam atque seorsum repos-

B

C

D tam. *Sic quasi benedictionem*, id est, gratè, liberalitérque donatam, vt sit opus charitatis. *Non quasi auaritiã*, id est, cupiditate exortam. *Hoc autẽ dico*. i. ista admoneo: nã *Qui parcè seminat*, id est, secundum mẽsuram facultatum suarum modicam eleemosynam tribuit. *Parcè & metet*, id est, paruã retributionem accipiet. Si autem quis parum habeat, & de illo modicum largiatur, non parcè, sed liberaliter seminat: sicut & Christus affirmat pauperem viduã duo minuta mittentem plus omnibus præstitisse. Alij enim ex abundanti sibi miserunt, illa verò ex necessariis. Hinc quoque ad Galatas dicit Apost. *Quæ seminauerit homo hæc & metet*. Et in Ecclesiastico: Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post E multa tempora inuenies eum. Deus autem potius pensat ac præmiat affectũ quàm opus. Ideo scriptũ est in Hieremia & Osea, Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Verumtamen seminatio & messio, quantũ ad aliquid cõtrario modo fiunt. Iuxta illud Psal. *Qui seminant in lachrymis in exultatione metent*. Hoc tamẽ intelligi potest, de opere pœnitentiali, quod lachrymosè agendum est, eleemosyna verò lætanter fieri debet. *Et qui seminat in benedictionibus*, id est, liberaliter & charitatiuè bona sua egenis communicat. *De benedictionibus & metet*, id est, propter opera sua gratiosè & abundãter, vel saltem animo prõpto collata, copiosam mercedem recipiet. Ideo ait Psal. Beatus qui intelligit super pauperem & egenum, in die mala liberabit eũ dominus. Quãuis autem vnusquisque in patria de suo præmio contentetur, & F vltra condignum præmietur, dicitur tamen parcè metere, qui parcè seminat, respectiuè, nõ absolutè. Primò quoniam comparatione aliorum minus habet. Secundò, quoniã præmium correspondet merito. *Vnusquisque* det pauperi. *Prout destinauit in corde suo*, id est, tantum quantũ ratio sibi dictat, & ipse rationabiliter ordinauit. *Non ex tristitia*, id est, non et tædio quod patitur propter instantiã postulantis. Nã vt Augustinus testatur. Qui dat vt careat tædio interpellãtis, non vt reficiat viscera indigẽtis, & rem perdit & meritum. *Aut ex necessitate*. i. coactione, sed iucũdè, ac sponte. *Hilarem enim datorem*. i. eum qui animo affectuoso, corde fauorabili, lætáque mẽte donat donãda. *Diligit deus*. i. approbat atq; remunerat. Vnde in Ecclesiastico habetur, In omni dato hilarẽ fac vultũ tuũ. Et in Paralipomenõ libro Dauid ait,

Ego,

Epist. Luc. 21. Gala. 6. Eccle. 11. Hiere. 4. Osee. 10. Psal. 125. Psal. 40. August. Eccle. 38.

Ego, inquit, in simplicitate cordis mei lætus obtuli omnia A
hæc. *Potens autem est deus*, cui non est impossibile, imò nec 1.Para.29
difficile omne verbū. *Omnem gratiā*, id est, omnia dona spi Luc.1.
ritus sancti, omnem virtutem atque scientiam. *Abundare facere in vobis*, id est, in cordibus vestris abūdanter infunde-
re. *Vt ex in omnibus*, spiritualibus ac tēporalibus. Vel in omnibus ad salutē necessariis. *Semper omnem sufficientiā habentes*, secundū conditionem & statū viatorū. *Abundetis in omne opus bonum*, hoc est, opera meritoria ex interiori gratia copiosè agatis. *Sicut scriptum est*, in Psalmo. *Dispersit dedit pau-* Psal.111.
peribus, vir iustus. i. diuersis tribuit indigentibus non totum simul indiscretè effudit Dedit pauperibus, eleemosynas corporales aut spirituales. Idcirco, *Iustitia eius*, interior. *Manet in seculū seculi*. i. in via & in patria, quia æternā gloriam pro- B
meretur, & ipsa nunquam extinguitur, quāuis in patria non maneat eleemosynarū largitio. *Qui autem administrat semē*, id est, deus qui confert materiam eleemosynarū. *Seminanti*, Iaco.1.
id est, eleemosynas facienti. Deus enim omnium bonorum est dator, & quæ aliis damus de manu eius accepimus. *Et panem*, id est, victualium sufficientiam. *Ad manducandum præ-*
stabit, eleemosynarum factoribus. Beati enim misericordes, Mat.5.
quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Et multiplicabit semen vestrum*, id est, bona vnde eleemosynæ fiunt. Tales enim personæ cōmuniter plus abundāt in tēporalibus, quàm auari & immisericordes. Propter quod in Prouerbiis legitur, Misericordia & veritas non te deserant, & inuenies gra Prou.3.
tiam coram Deo & hominibus. *Et augebit incrementa frugū*, Finis.
id est, profectus operum seu meritorū. *Iustitiæ vestræ*. id est. C
quæ ex habituali & interiori vestra iustitia oriuntur, vt ambuletis de virtute in virtutem. Habenti enim dabitur, hoc est, pio & grato, ei autē qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. *Vt in omnibus*, spiritualibus donis. *Locu-* Luc.19.
pletati abundetis i. corde crescatis. *In omnem simplicitatem*, bonam, de qua dictum est sæpe, id est, in perfectam conscientiæ puritatem, & vitæ innocentiam. *Quæ* simplicitas, *Operatur per vos*, formaliter. *Gratiarum actionem deo*, id est, inducit vos ad hoc vt domino gratias referatis, eū in omnibus glorificando simplici corde. Sic enim Iob simplex erat qui tāta Iob.1.
perpessus patientissimè dixit, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est: sit nomē domini

D benedictum. Quòd autem Deo gratiæ referantur, hinc li-
quet. *Quoniã ministerũ eius officij*. i. cõmunicatio seu admini-
stratio eleemosynarũ ĩstarũ. *Non solùm supplet ea quæ desunt*
sanctis, id est, non tantũ succurrit pauperibus in Hierusalem,
quantum ad vitæ corporalis sustentationẽ. *Sed etiã abundat*
Mat. 5. *per multos in gratiarum actione*. i. multos inducit, & abundã-
ter fructificat in eis ad agendas gratias in domino, id est, ad
gloriam dei, & secundũ voluntatẽ ipsius, qui multi. *Per pro-*
batione ministerij huius, id est, per approbationẽ, & experiẽ-
tiam largitionis eleemosynarũ vestrarũ, sunt. *Glorificantes*
deum in obedientia confessionis vestræ, id est, pro obedientia
qua fidem vestram non solũ verbis, sed etiam rebus profite-
mini succurrendo egenis, obediendóque nobis. Confessio-
E nis, inquam, tendẽtis. *In euangelium Christi*, vt præceptis atq;
consiliis euangelicis obtemperetis, glorificantes etiã deum.
Et per simplicitatem communicationis, vestræ. *In illos*, id est,
propter communicationẽ bonorum vestrorum simplici a-
nimo, scilicet solum dei respectu factã pauperibus in Iudæa.
Et in omnes, id est, cæteris quoque pauperibus piè exhibitã.
Glorificantes insuper deum. *Et in ipsorum*, pauperum. *Ob-*
secratione, fusa. *Pro vobis*, Pauperum dico. *Desiderantium*, id
est, ardenter amantiũ, vel videre cupientium. *Vos* in præsen-
ti, siue in patria. *Propter eminentem gratiam dei*, existentem.
In vobis, id est, propter magnã virtutum perfectionẽ, vobis
diuinitus præstitam. *Gratias ago deo super inenarrabili do-*
no eius, id est, de tã ineffabili pietate, & gratia vobis cõcessa,
cuius gratiæ magnitudo explicari non potest, si considere-
F tur humana ingratitudo, decliuitas atque fragilitas: diuina
quoque celsitudo, misericordia, & iustitia.

Cap. X. *Ipse autem, &c.* ARTICVLVS X.

FActa exhortatione ad bonos, iã sermo dirigitur ad in-
correctos, qui adhuc pseudoapostolis adhæserunt, qui
multa vitia imposuerunt Apostolo. De quibus se consequẽ-
ter excusat, sicut patebit. Ait ergo. *Ipse autem ego Paulus*
obsecro, id est, per sacra rogo vos, scilicet, *Per mansuetudinẽ*
id est, mititatem (quæ iram refrænat) *Et modestiam*, id est,
1. Cor. 15. moderamen seu discretionem *Christi*. Qui per Hieremiam
Hiere. 11. ait, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.
Et iterum, Discite à me quia mitis sum & humilis corde.
Qui in facie quidem, id est, in præsentia vestra, siue exterius.

Humilis

Humilis sum. Inter vos, existens quasi blandiens vobis sicut A
pseudoapostoli mihi imponunt. *Absens autem* à vobis. *Cõfido in vobis*, i. fiducialiter, audacter, & durè redarguo vos, quia non timeo mihi mala inferri à vobis dum absens sum, quemadmodum præsens. Imposuerũt autẽ Apostolo, quòd esset carnalis, quoniã more carnalium, præsens existens, dulcis & blandus esset in verbis quasi timens periculũ si durius ageret, absens verò rigidus foret. *Rogo autem vos*, ne sic sentiatis de me. *Ne præsens*, id est, apud vos existens, *Audeam*, id est, audacter me habeam, incorrectos durissimè increpando. *Per eam confidentiã*, id est, fiduciam illam imperterritam. *Qua existimor*, ab æmulis. *Audere*, id est, audacter inuehere. *In quosdã*, id est, incorrectos à pseudoapostolis deceptos cũ
absens sum. *Qui* incorrecti. *Arbitrantur nos tanquã secundum* B
carnem ambulemus, id est, carnaliter conuersari, & in temporalibus finem nos constituere existimant, qui vtique errant. *In carne enim ambulantes*, id est, in hac corruptibili carne viuentes & peregrinantes. *Non secundum carnem militamus*, id est, non carnaliter exercemur ad prælium, contra aduersarios humanæ salutis. Militia est quippe vita hominis super terram, sed militia nostra spiritualis est, & triumphum intendit. *Nã arma militiæ nostræ*, quibus prædicando & conuersando contra dæmones & peruersos homines dimicamus, videlicet virtutes & dona spiritus sancti. *Non carnalia sunt*, nec humana virtute adepta. *Sed potentia deo*. hoc est, dei virtute efficacia. *Ad destructionẽ munitionum*, id est, viriũ quibus dæmones, & impij homines cõtra fidei veritatẽ armantur. C
Consilia impiorũ. *Destruentes* nostra prædicatione & miraculorũ operatione. *Et omnẽ altitudinẽ*, id est, præsumptionem, ac profunditatẽ mundanæ & naturalis sapientiæ. *Extollentẽ se aduersum scientiã dei*, id est, theologicæ veritati, seu fidei assertionibus contradicentẽ destruentes seu reprobãtes. Hoc fecit Apostolus Athenis, disputãdo cõtra philosophos. *Et in captiuitatẽ redigentes*, id est, captiuantes, & nostrę doctrinæ ac fidei iugo subdentes. *Omnem intellectum*, id est, mentem quorundam de omni genere hominum. *In obsequiũ Christi*, id est, ad hoc vt Christo deseruiãt, eiusq; authoritati potius quã humanæ rationi adhæreãt. Cõuertit enim apostolus quosdam doctos, & quosdam indoctos, sicque de cæteris generibus hominũ quosdam cõuertit ad Christum.

Rom. 18.
Iob. 7.
Actor. 17.

D & sic quoque omnium intellectum subiecit fidei præceptísque Christi, quatenus incomprehensibilia credant, & Deo
1.Cor.5. in cunctis obediãt. *Et in prõptu habentes.* id est, expeditè potentes. *Vlcisci omnem inobedientiã*, tradendo excommunicatos & impios Satanæ in interitum carnis, vel Christum inuocando possumus de eis vltionẽ acquirere. *Cũ impleta fuerit vestra obedientia*, id est, perfectam esse nouerimus vestram obedientiam: tunc enim & non ante, decet nos cõtra rebelles insurgere, quoniam prius confirmandi sunt boni, quàm mali torquendi. Ad quod pertinere potest illud Apocalyp-
Apo.7. sis, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. *Quæ secũdum faciẽ sunt videte*, id est, si prædicta spiritualia, quibus ostẽ
E di me verum esse Christi apostolum, & falsis præferendum non vobis sufficiunt, quæ secunndũ faciem sunt, id est, manifestè appareãt in illis, & in me, videte, id est, pẽsate. *Si quis* illorũ pseudoapostolorũ. *Confidit sibi.* i. de propria perfectione præsumit. *Christi se esse*, id est, ad Christũ per gratiam se pertinere. *Hoc cogitet iterũ apud se*, id est, diligẽter cõsideret atque reuoluat ne se præferat nobis. *Quia sicut ipse Christi est*, id est, secundũ opinionem suã fallacem. *Ita & nos*, Christi sumus fideles ministri secundũ veritatẽ. *Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero*, in domino. *De potestate nostra*, quã illi de sua gloriari possunt, id est, quãuis illis nostrã potestatem prætulero. *Quam dedit dominus nobis in ædificationem, & non in destructionẽ.* i. ad hoc vt ea salubriter vtamur, nõ impiè abutamur, videlicet vt vos verbis atque exẽplis ædificemus
F in vita spirituali, & nõ inficiamus, nec subuertamus quempiam vestrũ. *Non erubescam*, quasi præsumptuosè hoc agẽs, quia sic est. Veruntamen ministri Christi potestate sibi concessa abuti possunt, & sæpius abutuntur (vt patet de malis sacerdotibus) sed non sine grandi peccato. Denique ne isti erronei æstimarent apostolum nõ esse facturum cum præsens adesset, quod absens minabatur, dicendo se potentem prõptè vlcisci omnem inobedientem. Ne igitur ita sentirent, adiunxit. *Vt autẽ non existimer* ab incorrectis & falsis. *Tanquãterrere vos per epistolas*, id est, in epistolis meis ad vos missis verba minatoria miscere, quæ non audebo præsens implere (nã hoc mihi imponũt.) *Quoniam quidem epistolæ meæ inquiũt*, illi detractores. *Graues sunt & fortes*, id est, minaces,

& in-

& intellectu difficiles atque verbosæ. *Præsentia autem corporis infirma*.i. nos ipsi corporaliter præsentes imporētes & timidi sumus,nō audētes exercere rigorem, sed adulantes. *Et sermo* noster. *Contemptibilis*.i.non rhetoricus,nec humanis argumentis firmatus, sed simplex & nudus nil probans. *Hoc cogitet qui eiusmodi est* i.qui talia nobis imponit, quia quales sumus verbo per epistolas.i.in epistolis,dum sumus *Absentes,tales* erimus. *Et in facto præsentes*,id est,opere exequemur quæcunque minamur,& nos facturos prædicimus in epistolis vobis transmissis. *Nō enim audemus*,salua conscientia. *Nos inserere*,id est,connumerare *Aut comparare*,id est,vetè pares afferere. *Quibasdam qui semetipsos commendāt*, ob propriā laudem & aliorum deceptionē,videlicet ambitiosis & pseudoapostolis,qui potestatem sibi vsurpant,& delinquentium vitia palpāt. Si enim diceremus nos eis pares aut similes, mē tiremur. *Sed* nos *Ipsi in nobis*.i. in consideratione & examine mentis nostræ sumus *Nosmetipsos metientes*,seu mensurantes id est,nosipsos diligenter discutimus,gratiāmque nobis collatam perpendimus, ne præfixos nobis terminos transgrediamur,& plus iusto nosipsos iactemus, Et sumus. *Comparantes nosmetipsos nobis*, id est,moderatè & sobriè de nobis sentimus, propriāmque mensuram pensamus. *Non ad inmensum gloriamur*, id est, vltra terminum nobis diuinitus præstitutum,nihil præsumimus,sed gloriamur,& gloriando exercemus nostræ prædicationis officium. *Secundum mensuram regulæ*,id est,secundum extensionem ordinationis diuinæ,quæ omnium rerum prima regula est. *Quam*, mensuram seu extensionem. *Mensus est nobis deus*, id est, perambulandam præfixit sapiētia dei,cuius nutu missi sunt singuli Apostolorum ad certas determinatāsque gentes, de quarum cō uersione gloriarentur in domino. Ideo subditur. *Mensuram pertingendi vsque ad vos*, quia ex diuina reuelatione perrexit Apostol⁹ Corinthū. *Nō enim quasi nō pertingētes vsq; ad vos*, ad quorum conuersionem destinati sumus. *Superextendimus nos* id est,vltra præscriptum à deo terminum non tendimus, *Vsque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi*.i. prædicatione euangelica. Non tamen duntaxat vsque ad Corinthū venit,quippe qui ad Illyricum mare per circuitum euangelium Christi repleuit. *Non in inmensum*, id est, sine debito moderamine. *Gloriantes in alienis laboribus*,id est. in prędi

A

B

1. Thess.2. Deute.19. Prou.22.

C

Philip.3

Roma. 15.

D catione & cõuersione aliorum, quasi illos labores nobis attribuamus. Vel, de conuersis per alios principaliter gloriemur: sed gloriamur de nostro labore in vestri conuersione. *Spem autem habentes crescentis fidei vestræ*, id est, profectũ sumus sperantes de fide vestra crescente & proficiente de vno virtuoso actu in alium. Quis autem sit iste profectus speratus (qui dicitur spes, sumendo spem pro bono sperato) subiungitur. *In vobis magnificari*, id est, in cordibus vestris tales esse, seu cognosci, quales veraciter sumus, ne post hac vilipendamur a vobis. Vel in vobis, id est, per vos magnificari apud alios, quibus ex vestri conuersione ac perfectione innotescit nos esse veros dei Apostolos. Magnificari autẽ. *Secundum regulam nostram*, id est, secundum mensuram, proportionem seu modum gratiæ nobis collatæ, ne quis nos altiores putet quàm sumus. *In abundantia autem*, id est, in copiosa ac feruida promptitudine animi parati sumus. *Etiam in illa quæ vltra vos sunt* (loca) *Euãgelizare*, id est, Gentibus valde distantibus prædicare. *Non in aliena regula*, id est, mensura seu plebe aliis commissa, videlicet. *In his quæ præparata sunt*, id est, per prædicationem aliorum ad fidem conuersa. *Gloriari*, inaniter. Non enim in illis gloriabatur Apostolo, (sicut nunc dictum est) sed de his qui suæ sorti contigerant. Vnde Romanis dixit, *Sic autem prædicaui euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. Qui autem gloriatur in domino*, scilicet secundũ doctrinam & voluntatem domini. *Glorietur*, omnia bona ad deum referendo finaliter. Vel, in domino, id est, in contemplatione, ac dilectione diuina, imò in omni actu virtuoso lætandum est. Hoc modo gloriabatur virgo benedicta dicẽdo, Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Et Abac. Ego, inquit, in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Debemus quoque gloriari in domino, congratulãdo totis præcordiis diuinæ beatitudini ac perfectioni. *Nõ enim qui seipsum commẽdat*, ob propriã laudem. *Ille probatus*, iustus vel approbatus. *Est* corã deo, & discretis personis sed reprobatus, quoniam Salomõ ait, Laudet te alienus, & non os tuum. *Sed* probatus est, *Quem deus cõmẽdat*, id est, laude dignũ iudicat, seu commendabilem facit per virtutes & signa.

Rom. 1

Rom. 15

Epist. 1. Cor. 1.

Hier. 9

Luc. 1

Abac. 3

Prou. 27.

Cap. XI. *Vtinam sustineretis modicum quid, &c.*

ARTICVLVS XI.

Comple-

COmpleta excusatione Apostoli, qua se excusauit de A malis sibi à pseudoapostolis impositis, nunc inuehitur 2. Cor. 9
contra illos, & primò petit se patienter audiri à suis. *Vtinam sustineretis*, modicum quid insipientiæ meæ, id est, vtinam æquanimiter audiretis paululum verba mea, quibus laudo meipsum, quod esse videtur insipientis, & ab aliquibus fatuum reputatur: cùm dicat scriptura, Laudet te alienus, & non *Prou. 27.*
os tuum. Quocirca sciendum, quòd moralia cùm versentur circa particularia, mutabilia sunt, atque mutanda secundum diuersitatem locorum, causarum, temporum & personarum. Idcirco de eis tam certæ regulæ dari non possunt, quin sæpe patiátur instantiam, propter rationabilem causam, quod viri eruditi attendunt, non autem indocti. Vnde cùm aliquid fit à iusto vel sapiente, quod contrariari videtur verbis regularum moralium, quamuis intentioni earum non B
repugnet, indiscreti ac stolidi iudicant illicitum. Quũ ergo scriptura prohibeat laudare seipsum, insipientiæ est semper, secundum opinionem stultorum, vt quisquam laudet seipsum. Ideo dicit Apostolus se optare vt sustineant modicum insipientiæ suæ secundum æstimationem indiscretorũ, quod tamen secundum veritatem, erat magnum quid sapientiæ. Salomonis enim verbum intelligendum est, quando occultatio propriæ laudis non vergit in præiudicium veritatis, nec in detrimentum salutis proximorum, nec in honoris diuini dispendium, & ob has causas Paulus commendauit seipsum. Simili modo soluitur, quod Apostolus in suis epistolis toties suos laudat discipulos, cùm tamen in Ecclesiastico *Eccle. 11.*
scriptum sit. Ante mortem ne laudes hominem quenquam. C

Sed & supportate me, id est, patienter auscultate quæ dico, & ferte me sicut decet prælatum supportari à subditis suis. Et meritò me supportare debetis. *Aemulor enim vos*, hoc est, ardenter diligo, non qualitercunque seu carnali affectione, sed *Dei æmulatione*, id est, syncero ac deiformi amore, videlicet ad hunc finem ad quem vos amat deus, vt consequamini vitam æternam. Denique æmulari, multis modis accipitur. Primò, pro indignatione: iuxta illud Ezechielis, Erat idolum zeli ad prouocandum æmulationem. Secundò, *Ezech. 8*
pro rancore. Ad Romanos Paulus, Non in contentione & *Ioan. 3.*
æmulatione. Tertiò, pro desiderio boni nondum adepti, sicut dictũ est suprà, Aemulamini charismata meliora. Quar- *1 Cor. 12.*

tò,

D tò, pro dilectione, vt ibi, Fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. Quintò, pro inordinato amore. Vt
Cant. 8 est illud Apostoli, Aemulantur vos non bene. Sextò, pro
Galat. 4. imitatione: iuxta illud, Bonum in bono æmulamini semper.
Ibidem. Quòd autem æmuler vos, patet. *Despondi enim* annulo fi-
Finis. dei, id est, spirituali matrimonio iunxi vos omnes fideles. *Vni viro*, videlicet Christo, *Virginem castam exhibere Christo*, id est, ad hoc vt exhibeam vos Christo sponsam, ac virginem illibatam. Omnes enim fideles charitate connexi, sunt vna sponsa Christi vnáque virgo spiritualiter propter integræ fidei vnitatem. Carnis nanque virginitas est integri
Osee. 2 tas corporis à contagione carnali. Virginitas cordis est incorrupta. Vnde apud Oseam dominus loquitur. Sponsabo
E te mihi in fide. Ideo singulariter dixit virginẽ, propter vnitatẽ catholicæ fidei solidæ spei atque amoris diuini. Huius cõ iunctionis internæ ac matrimonialis inter Christum & ecclesiam paranymphus erat Apostolus tanquam sponsi secretarius & amicus. Deincops præmonet Apostolus Corinthios contra futura pericula, scilicet ne recidiuent, vel tenta
Esa. 27. tionibus superentur. *Timeo autem ne sicut serpens*, id est, diabolus. De quo in Esaia legitur, Visitabit dominus super
Gene. 3. Leuiatam serpentem tortuosum. *Euam*, in paradiso. *Seduxit astutia*, hoc est, calliditate. *Sua*, dicens, Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij. *Ita corrumpantur sensus vestri*, id est, intellectus vestri mendaciter informentur à pseudo-
F doctoribus & pestiferis. *Et excidant à simplicitate*, id est, à pura fide & simplici veritate. *Quæ est in Christo*, sicut in causa atque magistro. Vel, est in Christo, quoniam est secundum beneplacitum eius, & complacet ei Timeo ergo ne decipiamini à falsis doctoribus, sed non debetis eos aduertere. *Nam si is*, fallax, *Qui venit*, id est, ad vos accedit, gratia informandi. *Alium Christum*, id est, excellentiorem saluatorem. *Prædicat vobis quem non prædicauimus*, Quod esse nõ potest, cùm Christum dicamus deum verum. *Aut alium spiritum*, melliorem. *Accipitis*, per prædicationem falsam, quã non accepistis ex prædicatione nostra, quod esse non potest, quia per nostram prædicationem vobis est datus spiritus sanctus verus deus. *Aut aliud*, id est, salubrius, *Euangelium recipitis* ab illo fallaci. *Quod non recepistis*, quod esse non valet. *Recte patereminí*, id est, tunc meritò sustineritis doctrinam illorum

sal-

fallacium. Sed ita non est. *Existimo enim nihil me minus feciſ-* A
se, docendo, miracula operando, gratiam ſpiritus ſancti vobis impetrando, *A magnis*, id eſt, veris *Apoſtolis*, Et per cõ ſequens præferendi mihi non ſunt pſeudoapoſtoli. *Nam & ſi ego imperitus ſum ſermone*, id eſt, ignarus humanæ eloquentiæ, præſertim in lingua peregrina. *Sed non ſcientia*, imperitus ſum, cum ſim in diuinis ſcripturis eruditus, non ſolùm humana inſtructione ad pedes Gamalielis, ſed multo copiſius ex illuminatione diuina in raptu meo vſque ad tertium cœlum. Sed videtur Apoſtolus agere contra id quod ipſe alios docuit, dicens: Qui ſe exiſtimat aliquid ſcire, nondum ſcit quemadmodum oporteat eum ſcire. Et Salomon ait: Vidiſti hominem ſapiẽtem ſibi videri, magis illo ſpem ſtultus habebit. Et reſpondendũ: quòd hæc atque ſimilia ideo di- B
cuntur, quia nõ debet aliquis ſapiens eſſe in oculis propriis adſcribẽdo ſibi quod habet, ſed ſolũ in domino. *In omnibus autem*, verbis & factis. *Manifeſtatus ſum vobis*, id eſt experimẽto didiciſtis qualis ſim, & quantã à domino ſortitus ſim gratiam, in docendo, conuerſando, & ſigna agendo. Deinde 1. Cor. 4.
oſtendit Apoſtolus quòd propter ſuam humilitatem nõ debeat vilipendi. *Aut numquid peccatum feci meipſum humilians*, id eſt, inferioribus me conformans, propriis mãnibus laborando, & non tanquam prælatus de bonis veſtris viuendo, *Vt vos exaltemini*? id eſt, profectum ſumatis in gratia, ẽdificati me ex humilitatis ac agilitatis exemplo? Humiliaui autem me. *Quoniã gratis*, id eſt, ſine acceptione tẽporalis cõmodi. *Euangelium dei euangelizaui vobis. Alias autẽ eccleſias expoliaui*, id eſt, à cæteris fideliũ cœtibus multa accepi ſtipendia vitæ. *Ad miniſteriũ veſtriũ*, id eſt, ad hoc vt vobis liberius præ- C
dicare poſſem. *Et cùm eſſem apud vos, & egerem* victu. *Nulli* veſtrũ. *Oneroſus fui*, aliquid exigẽdo, vel recipiẽdo à vobis. *Nam quod mihi deerat*, pro ſuſtentatione vitæ cõſumptis his quæ ab aliis eccleſiis cœpi. *Suppleuerũt*, id eſt, mihi dederũt. *Fratres qui venerunt*, ad me. *A Macedonia*, à quibus tanquã à bene correctis aliquid accepi, præſertim ne triſtarentur, & fructu eleemoſynæ priuarẽtur ſi nihil ab eis ſumpſiſſem. *Et in omnibus* diebus ac negotiis. *Sine onere me vobis ſeruaui*, à receptione ſtipendiorum veſtrorum ſeu ſumptuum abſtinendo. *Et ſeruabo*, in poſterum. *Eſt veritas Chriſti in me*, per veritatem Chriſti in me exiſtẽtem hoc aſſero. *Quoniã hæc gloria*

D id est, ista perfectio & bona gloriatio, scilicet quòd prædicaui vobis sine grauamine vestro. *Non infringetur*, id est, non tolletur, neque deficiet. *In me, in regionibus*, hoc est ecclesiis,
Hebr. 10. *Achaiæ*, cuius metropolis est Corinthus. *Quare*, id est, cur hoc ago & agam? an ideo. *Quia nõ diligo vos? Deus scit*, quòd nõ facio ideo. Vnde constat quòd interdum ad dilectionẽ pertineat aliquid ab alio capere: Ad odium verò, nil velle recipere. *Quod autem facio & faciam*, seruando me vobis sine onere: Ideo facio. *Vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem*, id est, studium pseudoapostolorum impediam, qui quærunt occasionem aliquid acquirendi à vobis meo exemplo. Vnde si viderent me vestris stipendiis sustentari, ipsi audaciam sumerent multa exigendi à vobis. Amputo ergo oc-
E casionem eorum. *Vt in quo gloriantur*, id est, in apostolatu, de quo se inaniter iactant. *Inueniantur sicut & nos*, id est, similes nobis sint, nil accipiendo à vobis, sicut & nos nihil accipimus. Quòd autem inaniter gloriantur de suo officio, patet. *Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli*, id est,
2. Tim. 3. fallaces ministri. *Transfigurantes se*, sunt, *In apostolos Christi*, id est, speciem religionis assumunt, sanctitatem simulant, & per exteriorem apparentiam ostentant se, ac si essent veri Apostoli. *Et non mirum*, est hoc: *Ipse enim Satanas*, princeps illorum. *Transfigurat se in angelum lucis*, id est, similitudi-
Esa 9 ne Christi angeli magni consilij, seu alterius cuiuscunque angelici spiritus, se ostendit, quantum ad formã assumptam. Multa quoque vera & bona suggerit, quatenus credatur mis-
F sus à Deo, & fallat. Ideo per alium apostolum dicitur, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sunt.
1. Ioan. 4. *Non ergo est magnum*, id est, multum mirandum. *Si ministri eius*, id est, homines seductores. *Transfigurentur*, id est, sanctitatis specie exterius induant. *Velut* sint *Ministri iustitiæ. Quorum*, ministrorum tam Christi quàm Satanæ *Finis*, id est, retributio finalis. *Erit secundum opera ipsorum*, *Iterum dico*, quod dixi superius (scilicet supportate me. Et, Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ.) *Ne quis me putet insipientẽ*, dum de spiritualibus gratiis mihi collatis glorior, cum non inaniter glorier, sed in domino ad ædificationẽ proximorũ. *Alioquin*, id est, si nõ sustinetis me in spiritualibꝰ gloriãtem. *Velut insipientem accipite*, gloriantem in carnalibus, secundum modum dicendum, quæ gloriatio videtur magis

insipiẽs,

insipiens, q̃ illa quæ de spiritualibus est, quáuis nulla earum A
in me fuit vana ac stulta, sed propter efficacem causam as-
sumpta. Sic ergo accipite me, *Vt & ego modicũ quid glorier*,
secundum carnem, seu de his quæ carnis generositatem con
cernunt, quæ gloriatio modica est. *Quod loquor*, de nobili-
tate nostra secundum carnem, *Non loquor*, id est, loqui non
videor *Secundum Deum*, id est, sapienter & iustè, quia spe-
ciem iustitiæ habet laudare seipsum, *Sed quasi in insipientia*,
id est, per modum vanitatis atque stultitiæ loquor secũdum
apparentiam superficialem, quando finis interior non pen-
satur. *In hac substantia*, id est, existentia seu materia, *Glo-
riæ* huius. Cur autem Apostolus voluerit secũdum carnem
gloriari, subiecit: *Quoniam multi*, falsi atque pestiferi, *Glo-
riantur secundum carnem*, id est, carnaliter, seu de his quæ car B
nis dignitatem respiciunt. Vt sunt nobilitas generis, condi-
tionis libertas. *Et ego gloriabor*, de iisdem, nõ tamen eodem
fine quo illi: sed ne à vobis æstimer illis inferior, sicque cõ
tempto me propriæ salutis patiamini detrimentum. Glo-
riabor ergo hoc modo, non obstante quod videatur vanæ
& stultum. *Libenter enim sufferetis insipientes, cum sitis ipsi sapien
tes.* Locus iste dupliciter explanatur. Primò sic, Libẽter, id
est, charitatiuè, ac promptè sine omni murmuratione suffer
tis insipientes, hoc est, homines passionatos, vitiosos, ac in-
doctos, æquanimiter patiendo importunitatem eorum in
verbis & factis. Vnde Salomon loquitur: Ne respondeas
stulto secundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Et *Prouer. 26*
iterum alius: Non litiges cum homine linguato, nec com- C
municies homini indocto. Hos ergo libenter suffertis, *Cum* *Eccle. 8.*
sitis ipsi sapientes, id est, virtutibus eruditi secundum Christi
doctrinam: hoc enim ad veram sapientiam pertinet, vt insi-
pientes tolerentur, nisi eorum peruersitas noceat bono cõ-
muni, aut propter excessum intolerabilis fiat. Veruntamen
quidam non ex charitate & humilitate, sed ex superbia &
vanitate sufferunt insipientes, quia cum aliquid ab eis pa-
tiuntur, mox reputant eos stultos ac miseros, & indignum
iudicant, vt se tam vilibus opponant, vel eos respiciant, aut
attentur. Hi insipientiores sunt his quos reputant insipien- *Heb. 10*
tes. Porrò quòd libenter sustineatis insipientes, hinc con-
stat, *Sustinetis enim*, lætanter pro Christi amore, præmióque
futuro. *Vt siquis vos in seruitutem redigit*, id est, suo dominio

D subiicit, sicut frequenter in primitiua ecclesia infideles tyranni redegerunt fideles in seruos & famulos. Sustinetis insuper. *Si quis deuorat*, id est, bona vestra consumit. *Si quis accipit*, id est, vestra rapit, vel vosipsos comprehendit. Quemadmodum de quibusdam dominus apud prophetam protestatur, Comedûnt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt. *Si quis extollitur*, id est, vobis se præfert, vel superba verba contra vos profert. *Si quis in faciem vos cædit*, alapas dando: impletis enim illud in Euangelio, Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. *Secundû ignobilitatem dico*, vos hæc sustinere id est, hæc tanta sustinetis tãquam ignobiliores iniuriatoribus vestris de carnis nobilitate lætantibus. *Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte*, E id est, sic ista sustinetis ab illis, quasi nos illis ignobiliores essemus, quod ita non est, sicut patebit. Secundò (& magis quidem ad literam) exponitur sic, Libenter suffertis insipientes; id est, pseudoapostolos inaniter se commendantes, quorum verba & opera suffertis, cum sitis ipsi sapientes. Ironicè loquitur, vt confundantur ad pœnitentiam, stultè quippe egerunt, sustinendo huiusmodi pestilentes. Sustinetis enim si quis pseudoapostolus vos in seruitutem redigit, id est, à libertate ac dilectione euangelicæ legis, in obseruantias legis scriptæ vos transfert, prædicando oportere vtranque legem omnino seruare, vt fallaces: si quis illorum falsorum deuorat, si quis accipit vestra. Sicut de pharisæis ait Saluator: Quòd deuorabant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis, si quis illorum extollitur contra F vos, iactans se natum de semine patriarcharum, & esse circunciſum, vos verò fuisse idololatras & incircunciſos iam esse. Quæ autem sequuntur, exponuntur sicut iam patuit.

Mich. 3

Matth. 5. Luc. 6.

Galat. 3

Matth. 12 Luc. 10.

Denique quòd falsi isti non fuerint excellentiores Apostolo, etiam in carnalibus de quibus inaniter gloriabantur, ostenditur, *In quo quis audet*, id est, in quo aliquis illorum pseudoapostolorũ se laudare præsumit, *Audeo & ego*, me collaudare, nõ tamen eo fine quo illi, vt dictum est: *Hebræi sunt*, lingua & natione, *Et ego*, similiter. *Israelitæ sunt*, id est, de tribu Iacob, qui alio nomine appellatus est Israël. *Et ego*, Israëlita sum. *Semen Abrahæ sunt*, id est, carnales, non spirituales filij Abrahæ sunt, *Et ego*, vtroque modo Abrahæ filius sum. *Ministri Christi sunt*, secundum apparentem sanctitatem

Gen. 32. 35

1. Cor. 4

ritatem,& ſuam præſumptionem,non autem ſecundum ve A
ritatem, *Et ego*,verus Chriſti miniſter ſum,*Vt minus ſapiens*, id eſt, per modum ſtultioris, *Dico plus ego*, i. perfectior ſum ego Chriſti miniſter, quàm illi,quod tamen dicere, videtur ad inſipientiam pertinere. Ideo dico hoc vt minus ſapiens, quanuis ſecundum veritatem ſapienter loquar, & ſalubriter agam, ita me commendando, ſicut iam dictum eſt ſæpius. Sum ergo miniſter Chriſti plus illis. Primò, *In laboribus plurimis*, quia pro Chriſti amore & proximorum conuerſione plus pſeudoapoſtolis laboraui, imò & plus veris apoſtolis: iuxta illud,Plus omnibus laboraui. *In carceribus abundantius*, 1. Cor. 15.
id eſt, frequentius & durius quàm illi fui incarceratus, *In* Actо.9
plagis,id eſt,vulneribus flagellorũ mihi inflictis, *Supra modum* humanæ virtutis,ſeu vltra mẽſuram aliorum, *In mortibus*, B
id eſt, grauiſſimis pœnis, ſeu mortis periculis fui. *Frequenter*.Plagas verò deſcribit, adiũgẽs, *A Iudæis*,obſtinatis Deute. 25
ac perfidis,*Quinquies*,i. quinq; vicibus, *Quadragenas*,plagas ſeu percuſſiones, *Vna minus*,vna percuſſione ſubtracta,*Accepi*,i.trigintanouem. Erat nempe, deo iubente,præceptum per Moſen, vt ſi quis aliquid dignum plagis committeret, proſterneretur & coram aſtantibus flagellaretur, ita vt pro menſura peccati eſſet & modus plagarum:ſic tamen vt quadragenarium numerum non excederet, ne fœdè laceratus frater ante aliorum conſpectũ iaceret. ne ergo Iudæi viderentur crudeles, dederunt Apoſtolo non quadraginta, ſed trigintanouem plagas, *Ter virgis cæſus ſum*,à Gẽtibus,ſicut C
in Actibus apoſtolorum partim deſcribitur, *Semel lapidatus ſum*, Licaoniæ à Iudæis,quando me traxerunt extra ciuitatem æſtimantes me mortuum,prout in Actibus legitur, *Ter* Actо.19.
naufragium feci,i. ſuſtinui, *Nocte ac die in profundo maris*,i. in alto aquarum multarum,*Fui*,tempeſtate detentus, *In itineribus*,pro Chriſto fui, *Sæpe*,in quibus tamẽ ſunt multæ inſidiæ. Multa enim ſpatia perambulauit Apoſtolus, diſſeminando verbum Dei. Offenſus ſum quoq; ſeruus Chriſti præ cæteris,*Periculis fluminum,periculis latronum*.i. ſuſtinendo pericula mortis in fluminibus, & à latronibus, *Periculis ex genere, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine*, id eſt, ſuſtinendo pericula à Iudæis, de genere meo exiſtentibus: pericula etiam ciuium contra me inſurgentiũ, atq; pericula à beſtiis eremi, quam perambulaui. *Periculis in mari,periculis in falſis*

D *fratribus*, id est, sufferendo discrimina mortis, non solùm ex parte maris, sicut prædixi; sed etiam ab his qui versantur & insidiantur in mari, vt sunt piratæ: patiendo item pericula varia à simulatis fidelibus, puta hæreticis, hypocritis & *Hiere.9* dolosis. De qualibus in Hieremia dicitur: Sagitta vulnerans *Philip.4.* lingua eorum, & in ore suo pacem cũ amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. *Insuper fui plus cæteris seruus Christi*, in labore manuum mearum, de propriis laboribus victum ac necessaria procurando, *Et erumna*, id est, inopia seu languore, *In vigiliis multis*. Pauciſſimo enim tempore dormiuit Apostolus, sed die ac nocte insistebat diuinis, vltra omnem facultatem humanam, *In fame & siti, in ieuniis multis, in frigore & nuditate*. Omnia enim incõmoda ista, af E flictionésque corporis patiebatur Apostolus, non quòd pe *Coloss.2.* nitus nudus incesserit (nisi forte ab aliquibus spoliatus) sed quia vestimentorũ penuriam passus sit, quia etsi aliquid boni habuisset, dedisset illud egenis. Hæc itaque passus sum, *Præter* (id est, vltra) *illa quæ extrinsecus sunt*. i. quæ ex parte aliorum me cruciãt. *Instantia mea quotidiana*, id est, quæ mihi assiduè instant atque occurrunt ex consideratione proximorum, quibus compatior, & pro quibus sollicitor. Ideo subditur, *Sollicitudo omnium ecclesiarum*, qua ex feruida charitate de omnium salute sollicitor, sicut de propria: sollicitudo autem mentem affligit. *Quis infirmatur*, in anima, titubando in fide, vel cæteris donis gratuitis, *Et ego non infir-* F *mor?* id est, non affligor eius defectibus cordialiter compatiendo, sicut perfecta requirit dilectio? *Quis scãdalizatur*, id est, ad ruinam peccati inducitur ex verbo vel facto alterius inordinato, *Et ego non vror?* id est, flamma charitatis accendor in compassione illius, & desiderando reparationem ipsius? *Si gloriari oportet*, id est, quia necesse est me gloriari de bonis mihi concessis, ad vestrã informationem ne me pseudoapostolis inferiorẽ puteris: *Quæ infirmitatis meæ sunt*, id est, de his quæ mihi conueniunt ex parte passibilitatis & humilitatis meæ, *Gloriabor*, in domino, vt puta de tribulationibus quas pro Christo sustinui, non de nobilitate prosapię aut sublimitate potẽtiæ, de quibus pseudo illi apostoli se iactabant. Deinceps tangit apostolus quandã (quam passus est) specialem persequutionẽ, de qua gloriatur in domino præmittítque iuramentum, vt firmius sibi credatur (loque-

batur

batur enim tardis ad credendum. *Deus & pater domini nostri* A
Iesu Christi, id est, pater æternus, qui est deus Christi secun- 1. *Cor.* 1.
dum naturam assumptam: & pater eius, secundum naturam *Rom.* 9.
diuinam. *Scit*, quem nihil latet. *Qui est benedictus in secula*,
id est, in sempiternũ laudatus. *Quod non mentior*, in his quę
dixi & dicam. Videlicet, *Damasci præpositus gentis Arethæ* 2. *Cor.* 1.
regis, id est, prępositus ciuitatis Damascenæ, videlicet gentis 1. *Pet.* 1.
Arethę regis, id est, populi subiecti Arethę regi, sub quo istæ
præpositus rexit Damascum. Sumit autem Apostolus vrbẽ
pro habitatoribus eius, puta Damascum pro gente in Da-
masco morãte, ac subdita regi Arethe. Hic ergo præpositus
Custodiebat ciuitatẽ Damascenorum, id est, ad instantiã & pro-
pter munera Iudæorum custoditi fecit portas Damasci ne
exirem. *Vt me comprehenderet*, in ciuitate latentem. *Et per* B
fenestram, domus muro adhęrentis, *In sporta demissus sum*, à *Acto.* 10.
discipulis. *Per murũ*, ciuitatis. *Et sic effugi manus eius*. Hoc
etiam modo Micol demisit Dauid, & Raab nuntios Iosue. 1. *Reg.* 9.
Patet ergo non esse contemnendum humanum auxilium, *Iosue.* 2.
quandiu ordinatè & congruè haberi potest, quãuis semper
in domino sit sperandum, præsertim cum & virtus humani
auxilij à Deo dependeat. Debet enim homo facere quod in
se est, nec ante recurrendum est ad solum Dei suffragium,
nisi cum deficit humanum. Imò non debet quisquam expe-
ctare diuinum auxilium, dũ habet quid agat, ne Deũ tẽtare
videatur. Sic Ezechias piissimus videns se regi Assyriorum
prævalere non posse, totum se cõtulit ad rogandum domi-
nũ, vt legitur in lib. Regum. nihilominus fecit quod in se e- C
rat, imò quicquid sibi possibile fuit, obstruendo fontes, fa- 4. *Reg.* 19.
ciendóque machinas. Vnde deus qui Paulum vsque ad ter-
tium cœlum rapuit, poterat eum aliter liberare à prædicti 2. *Cor.* 12.
manu præpositi, quàm per fenestram & sportam: sed sic eri-
puit, vt instruamur non deserere humana præsidia, nec sine
necessitate ad solum Dei conuolare auxilium. Hanc perse-
quutionem est in Damasco passus Paulus, statim post sui cõ
uersionem, vt patet in Actibus Apostolorum.

Cap. XII. *Si gloriari oportet, non expedit.*

ARTICVLVS XII.

D Declarauit Apostolus excellentiá suam in superiori cap. per mala quæ pertulit, iam ostendit eandem per spe-
1. Cor. 11. cia lia bona sibi concessa: & ait, *Si gloriari oportet*, id est, quia necesse est vt gloriádo commendẽ meipsum ad dei honorẽ vt reprimam gloriam illorum pseudodoctorum, & fideles ædificationem recipiant. *Non expedit quidem*, seipsum laudando gloriari, secundum apparentiam & quorundam opinionem, vel secundum legem communem (sicut iam sæpius dictum est) tamen propter rationabilem causam expediens est. *Veniam autem*, id est, describendo procedam. *Ad visiones & reuelationes domini*, id est, diuina secreta quę vidi mẽte ac intellexi. Visio autem & reuelatio sæpe pro eodem sumuntur. Interdum verò distinguntur, vt visio appelletur
E cum aliqua repræsentátur visione corporali, vel imaginaria, quorum significatio ignoratur, quemadmodum Pharao vi-
Gene. 41. dit boues & spicas. Et Nabuchodonosor statuã, significatio-
Dan. 2. nes verò Danieli & Ioseph reuelatæ fuerunt. Porrò reuelatio dicitur quando significatio ostensæ veritatis innotescit, instruente spiritu sancto per seipsum vel angelum: Vnde cũ in reuelatione seu manifestatione diuina sint duo, videlicet signum & signatum, visio refertur ad signum, reuelatio ad signatum. Visio itaque & reuelatio sic sumpta, interdum separantur, sicut in Pharaone & Ioseph, interdum sunt simul sicut in omnibus penè prophetis: intelligentia enim opus est in visione. *Scio hominem in Christo*; per fidem & cha-
Dan. 10. ritatem stabilitum, videlicet meipsum. Consuetudo autem est
Tob. 12. viris sanctis, cum aliquid magnificum de se ipsis conscribunt
F aut asserunt, non exprimere proprium nomen, sed loqui de seipsis, velut de aliis. Scio itaque hominem. *Ante annos quatuordecim*, qui lapsi sunt à tempore reuelationis vsque ad horam enarrationis præsentis. Vnde tenendum videtur, q̃ raptus (de quo iam sermo est) fuit statim in ipsa conuersione Pauli, cum triduo erat cæcus, non manducans neque bi-
Act. 9. bens. *Siue in corpore, siue extra corpus, nescio*, id est, an homo iste tempore huius reuelationis seu raptus, fuit viuens in corpore, anima existente in corpore per suam essentiam, an anima eius fuit realiter à corpore separata, & substantialiter in cœlum tertiũ subleuata, ac denuo corpori reunita, visione cessante, hoc nescio. *Deus scit*, quomodo fuerat. Vel deus scit, q̃ veraciter dico me istud nescire. Sciebat autem

Apostolus

Apostolus corpus suũ mansisse in terra, sed de anima sua du A
bius fuit an erat in cœlo solùm per contemplationẽ, an per
essentiam tanquá à corpore separata. Scio ergo *Raptum* in
spiritu supernaturaliter atq; fortissimè. *Huiusmodi vsque ad*
tertiũ cœlum, id est, cœlum empyreũ, quod est locus beatorũ.
Et dicitur empyreum, quasi igneum, non à calore, sed splen-
dore. Vocatúrque tertiũ, respectu octauæ sphæræ, quæ dici-
tur firmamentum, seu cœlum sydereum, & cœli crystallini
seu aquei, qꝑ secundum philosophos dicitur nona sphæra.
Quidam exponunt hos cœlos spiritualiter, vt per primum *Danie.5.*
cœlum intelligatur visio corporalis diuinitus facta, qua vi-
nus videt quod alius astans videre non potest, quemadmo-
dum Balthasar vidit articulos manus in pariete scribentis,
quæ visio dicitur cœlum, quia in ea vni celatur, quod alteri B
reuelatur. Secundum autem cœlum est visio imaginaria,
quando in somno vel extasi, videntur imagines corpora- *Actor.10.*
les, non corpora, sicut Petrus vigilando in extasi vidit vas *Genes.41.*
quoddam. Et Pharao dormiens vidit boues. Tertium cœ-
lum est visio purè intellectualis, qua nec corpus, nec corpo-
ris species cernitur, sed in contemplatione diuinorum ana-
gogica, mens ipsa supernaturaliter figitur. Iuxta quem mo-
dum Paulus in raptu vidit Deum, vidit enim diuinam essen-
tiam clarè & immediatè, seu facie ad faciem atque per spe-
ciem sicut beati in patria, prout Augustinus testatur in libel- *Augustin.*
lo de videndo Deum ad Paulinam. Vnde certissimum est,
quòd Paulus tunc non vixit sicut homo, seu vita sensitiua
naturali atque humana, eo quòd dominus dicat ad Mosen. *Exod.33.*
Nõ videbit me homo & viuet. Nã etsi anima eius mansit in C
corpore, tamen suspensa & abstracta erat ab omni actione
interiorũ, exteriorúmque sensuum. Quidam insũper per pri
mum cœlum intelligunt infimam hierarchiam, in qua sunt
angeli, archangeli, principatus. Per secundum cœlum, me-
diam hierarchiam, in qua sunt potestates, virtutes, & domi-
nationes. Per tertium, summã, in qua sunt throni, cherubin
& seraphin. Dicunt ergo Apostolũ raptũ vsque ad tertium
cœlum, id est, vsque ad æqualitatẽ cognitionis angelorum
summæ hierarchiæ, ita vt tam clarè viderit deum quá illi. Po
stremo nõnulli per primum cœlũ intelligunt cognitionem
cœlestiũ orbiũ. Per secundum, cognitionẽ cœlestiũ animo-
rum. Per tertium, notitiá diuinarum personarum, ad quarũ

D contemplationem raptus est Paulus, nec dubium, quin alia quoque vidit in deo. *Et scio huiusmodi hominē (siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit) quoniā raptus est in Paradisum*, id est, in prædictū tertium cœlū spirituale seu corporale, ꝙ dicitur paradisus ratione dulcedinis & tranquillitatis,
Apoc.2. quę ibi sentitur. De qua paradiso scriptū est in Apoc. Vincēti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Loquitur autem Apostolus de paradiso terrestri, vt aliqui opinātur dicentes apostolū bis raptum fuisse semel in cœlū tertiū, & semel in paradisum, quando videlicet ingressus est templū dei, de quo dicebat, Factum est, inquiens, reuertente
Act.22. me in Hierusalem, & orante in templo, fieri me in excessu
Ambros. mentis, & isti sequuntur Ambrosiū, quorum positionem re-
E probant quidam per hoc, quod visio ista secunda facta fuit diu post scripturam ac missionē præsentis epistolæ, vtpote instante captione & ductione apostoli ad Romanorum Imperatorem. Hanc verò epistolam iam antè scripsit à Troa-
Hierony. de, vt dicit Hieronymus in præsentis epistolæ prologo. Sed ista reprobatio nō valet Quamuis enim Apostolus hanc secundam visionē recitet in Actis, vbi describitur eius captiuitas, ex qua Romam delatus est, tamen intuenti diligenter
Acto.22. textum prælegati cap. constat, quòd Apostolus visionem illam habuerit statim post primam, quando videlicet à Damasco reuersus, ingressus est templum. Quomodocunque autem dicatur, sequentia verba veritatem habent, & magis cōueniunt raptui eius in tertiū cœlum, quàm in paradisum, si distinctæ visiones dicantur. Et licet distinctæ visiones es-
F sent, tamen per paradisum posset spiritualiter accipi suauissima quædam tranquilitas mentis. Subdit ergo. *Et audiuit arcana verba.* i. deo in anima eius loquente per illuminationēm internam, percepit atque cognouit quædam secreta de Deo & creaturis, præsertim de mysteriis Christi, de prædestinatione diuina, de angelorū ordinibus, multísq; aliis quorum cognitio omnē naturalē cognitionē excedit. Denique cessante hoc raptu ad intellectū pertinente, remanserunt in anima Pauli quædā similitudines, per quas memor erat eo-
Sap.9. rum quæ vidit in raptu. Nec oportet dicere, quòd omnium memor mansit quæ vidit in raptu, quia corpus quod corrūpitur, aggrauat animam: sed tanta mansit in eo illorum memoria siue scientia, quāta necessaria fuit sibi ad instructionē

ecclesiæ,

ecclesiæ, vel profectum animæ suæ. *Quæ non licet homini lo-* A
qui, id est, manifestari cum non sint capaces aut digni, nisi
forte essent tales qualis Paulus, vt potius dici possent dij quã
homines. Vnde Tobiæ Raphaël dixit, Sacramentum regis *Tob.12.*
abscondere bonum est. Et Esaias, Secretum, ait, meum mihi, *Esa 24.*
secretum meum mihi. Aliquibus tamen sanctissimis diuinis-
simisque hominibus, vt Dionysio, creditur Paulus multa de
his arcanis reuelasse. *Pro huiusmodi gloriabor*, id est, pro tan-
tis beneficiis mihi diuinitus distributis lætabor in domino
gratias referendo. *Pro me autẽ*, id est, de meipso. *Nihil*, glo-
riabor. *Nisi in infirmitatibus meis*, id est, persequutionibus & *Psal.89.*
calamitatibus atq; langoribus, quæ pro Christo, vel propter
ipsius amorem libenter sustineo, de quibus in domino glo-
riorin iuxta illud, Lætati sumus pro diebus quibus nos humi- B
liasti, annis quibus vidimus mala. *Nam & si voluero gloriari*
de reuelationibus seu infirmitatibus meis. *Non ero insipiens*,
secundum veritatem quamuis quidam hoc putent, nõ enim
inaniter, sed in domino gloriabor. *Veritatẽ enim dicam*, lau-
dando & gloriando hoc modo. *Parco autem*, id est, mode
ratè & sobriè refero gratias mihi donatas, nõ omnes exprí-
mens, *Ne quis me existimet supra id quod videt me.* i. ne aliquis
homo putet me altioris naturæ vel dignioris conditionis,
quàm sum vt puta angelum incarnatum, vel hominem im-
passibilem, cuius tamẽ oppositum videt. *Aut audit* ab aliis,
Aliquid ex me, id est, de me, videlicet qp sum homo passibi-
lis sicut & cæteri. Vel, ex me. i. ex ore meo quod dico me si-
milem aliis mortalem atque passibilem, ne ergo putet me
aliquis esse altiorem quàm talem, ideo parco. Vel sic, Parco C
autem ne quis suspiciosus me existimet erigi per tumorẽ su-
perbiæ, supra id quod videt me, aut audit aliquid ex me, id
est, vltra famã meritorũ meorum. Post hæc ostendit Aposto
lus datũ est sibi esse remedium cõtra superbiã. Magna enim
specialisq; gratia solet esse elationis occasio, cætera enim vi
tia regnant in impiis, superbia verò de spirituali excellentia
virtuosos fortius tangere solet. *Et ne magnitudo reuelatio-*
num, diuinarum. *Extollat me*, ex occasione. i. ad superbiendũ
inducat me. *Datus est mihi*, à deo effectiuè vel permissiuè. *Sti-*
mulus carnis meæ. Per hunc stimulum quidã intelligunt cor-
poralem infirmitatẽ, ac pœnã quandã punctiuam videlicet
dolorem laterum, vel passionem iliacam, aut simile aliquid,

D Corporis autem infirmitas, mentis humilitatem conseruat, quia per eam inducitur homo ad propriæ fragilitatis ac imperfectionis considerationem. Subditur autem, *Angelus Satanæ*. i. dæmon, à suo principe apostata missus ad affligẽdum me sicut afflixit Iob, scilicet, *Vt me colaphizet* i. ictibus infirmitatis fatiget. Non quòd stimulus iste fuerit realiter angelus Satanæ, sed quia inferebatur & concitabatur ab eo. Alij per stimulum carnis intelligunt tentationem libidinis seu concupiscentiam carnis, quam dicunt grauius incitasse Apostolum post raptum quàm ante. Et ne æstimetur stimulatio ista fuisse à causa interiori (hoc est à carne) sed à diabolo, subditur angelus Satanæ stimulum istum in me agitans indefessè, vt me colaphizet, id est, cõfusibiliter tractet.

Iob. 1. 2.

E Talis autẽ tẽtatio maximè reprimit motus spiritualis superbię, quoniã facit hominẽ experimento scire proprię conditionis miserabilem inclinationem, & pronitatẽ in malũ. Tẽtatio autem cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercẽdæ virtutis. Quod tamẽ intelligendũ est de tẽtatione exteriori, illa videlicet quæ fit ab hoste, nõ à carne, quæ enim à carne est, siue interior, peccatum est veniale, licet ei denegetur consensus. Veruntamen secundum doctores, motus primo primi, qui sunt ex causa purè naturali nequaquam volũtaria, nullo modo habent rationem peccati. *Propter quod*. i. propter stimuli huius inquietudinem siue molestiam. *Ter rogaui dominũ*, supplicatione præcipua ac solẽni. *Vt discederet à me*, tribulatio stimuli huius, quæ videbatur mihi magis obesse quã prodesse. *Et dixit mihi*, dominus, per

F inspirationem internam, siue per angelum. *Sufficit tibi gratia mea*. i. excellentia spiritualis perfectionis quam tibi largitus sum, satis efficax est vt per eam omni tentationi præualeas, omnémque languorẽ æquanimiter feras. *Nam virtus*. i. actus virtuosus seu habitus virtutis. *In infirmitate perficitur*, dupliciter, scilicet materialiter, prout infirmitas est materia exercendæ virtutis, videlicet humilitatis & patientiæ. Secundò, occasionaliter, quoniam proprię infirmitatis experimentalis cognitio efficit hominem ad vitia præcauenda cautiorem, & ad diuinæ misericordiæ implorationem magis diligentem ac humilem. Vel sic, virtus in infirmitate, id est, per infirmitatem perficitur, quia contra eam pugnando eãque vincendo augetur ac roboratur. Propter quod dicit scri-

Ephes 6.

ptura,

ptura. Probatio fidei patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Præterea cum dicat saluator, Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, certum est Paulum istum non petiisse in nomine Iesu, id est, secundum rationem veræ salutis. Homo enim comparatur ad Deũ, sicut ægrotus ad medicũ. Quemadmodum ergo pius ac sapiens medicus non semper exaudit precẽ ægroti ad votũ, quamuis exaudiat eum ad cõmodum eius: sic Deus non semper exaudit electos & sanctos secundum votum ipsorũ, quia quod postulant, non simpliciter expedit eis, exaudit tamen eos quantum ad aliquid melius. *Libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis*, id est, de hoc quòd tribulationes istas sustineo, hoc enim ad perfectam obedientiam pertinet, quæ delectabiliter agit. Sicut & Iacobus dicit, Omne gaudium existimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis. *Vt inhabitet in me virtus Christi*, id est, gratia Christi perficiatur in me. Christus enim testatur, In patientia vestra possidebitis animas vestras. *Propter quod placeo mihi*, id est, vehementer delector. *In infirmitatibus* corporis. *In contumeliis*, verborum ab aliis mihi illatis. *In necessitatibus*, id est, indigẽtiis victualium. *In persequutionibus*, quibus de loco ad locum expellor. *In angustiis*, animi pro Christo. In his nanque gaudendum est, quæ homini prosunt ad promerendam vitam æternam, ad proficiendum in gratia, ad satisfaciendũ pro culpa, ad imitandum vestigia Christi. Talia autem sunt omnia præinducta, ideo habenda est in illis complacentia. Ad quam perfectionem non peruenit, nisi qui priuato exterminato amore, in diuina profecerit charitate. In prædictis ergo placeo mihi *Cum enim infirmor*, id est, affligor, vel corpore langueo. *Tunc potens sum*, in anima, per gratiam se rendo aduersa. *Factus sum insipiens*, id est, similis stulto laudando meipsum, cum hoc sit opus ignaui. *Vos me coegistis*, id est, ardens dilectio, qua vestram quæro salutem, cõpulit me ad hoc. *Ego enim à vobis debui cõmendari*, tanquam magister, pater, atque apostolus vester, quod non fecistis, sed pseudoapostolis mihi detrahẽtibus, cõsensistis. Subditi ergo laudare debent bonos prælatos suos. *Nihil enim minus feci* prædicando, miracula operando, & multipliciter laborãdo in ecclesia Dei, præsertim in vobis. *Ab his*, id est, quàm hi. *Qui sũt supra modum*, communem. i. excellenter. *Apostoli*, scilicet, Petrus

Iacob. 1. Ioan. 15. Matth. 18 Marc. 11 Luc. 11

Roma. 5 B Iacob. 1.

Finis. Luc. 21

Matth. 5

A B C

D Iacobus,& Ioannes. Vel ſenſus apoſtoli eſt,quòd ipſe non
Galat. 1. minus fecit conuerſis à ſe,quàm illi conuerſis ab ipſis. *Tamen etſi nihil ſum*,ex meipſo, vel comparatione illorum ſublimium apoſtolorum,vt aliqui opinantur. *Signa tamẽ apoſtolatus mei*,id eſt,opera ſupernaturalia, per quæ probor verus Dei apoſtolus. *Facta ſunt ſuper vos*,id eſt,in vobis. *In omni*. i.
Prou. 19. perfecta. *Patientia*,quæ declarat veram eſſe doctrinam meã, quia doctrina viri per patiẽtiam noſcitur *In ſignis*, id eſt,miraculis minoribus,vt ſunt ſanatio febris,illuminatio cæci. *Et prodigijs*,id eſt,miraculis maioribꝰ,vt ſunt ſuſcitatio mortui,cognitio ſecretorum cordis, & futurorum purè contingentium. *Et virtutibus*, animæ vniuerſis,vt ſunt humilitas,
E charitas,&c. Vel,virtutibus,id eſt,cæteris quibuſcũque ope
Roma. 1 ribus diuina poteſtate peractis. Virtus enim vno modo eſt genus ad ſignum & prodigium. Nam omne miraculum dicitur virtus, quia diuina virtute peragitur. *Quid eſt enim quod minus habuiſtis*,à me. *Præ cæteris eccleſijs*,id eſt,quàm aliæ eccleſiæ à ſuis apoſtolis,vel etiã à me, *Niſi quod ego non grauaui vos?* ſtipendia ſeu ſumptus vitæ ſumendo à vobis, quod certum eſt non pertinere ad minorem beneficẽtiam, ſed ma
1. Petri. 3. iorem. Vnde in hoc plus habuiſtis,quàm eccleſiæ aliæ. Vnde ironicè ſubdit. *Donate mihi hanc iniuriam*,id eſt, ſi quid peccaui,non grauando vos,hoc mihi ignoſcite.

F Cap. vltim. *Ecce tertio hoc.* ARTIC. XIII.

QVidam incipiunt huius epiſtolæ capitulum vltimum hoc loco quo dicitur, Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos. Quidam verò infrà, vbi ſcriptum eſt, Ecce tertio hoc venio ad vos, quæ fortè diuerſitas contigit propter coincidentiam verborum illorum, ſed modica vis eſt quo loco incipiatur. Oſtendens ergo beneuolentiam ſuam Apoſtolus ad Corinthios,ait, *Ecce tertio hoc* tempore,id eſt, hac tertia vice. *Paratus ſum* voluntate. *Venire ad vos*. Nõ quod antè bis venerit,ſed ſemel, & alia vice venire propoſuit,non tamen venit. Nunc autem tertiò paratum ſe dicit
Philip. 2 venire ad eos. *Et nõ ero grauis vobis*,veſtra recipiendo. Quod
1. Pet. 5. ideo dico,ne me putetis primò callidè nihil ſumpſiſſe,vt modò abundantius capiam. *Non enim quæro quæ veſtra ſunt*,id eſt,temporalia veſtra. *Sed vos*, id eſt, ſalutem animarum ve-
Roma. 15. ſtrarum. *Non enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes*

rentes filiis, Hoc de carnalibus parentibus verum est, quibus incumbit filios suos nutrire, eísque in temporalibus prouide re. In casu tamen iustum & condecens est, filios carnales parentibus thesaurizare, vel saltem necessaria ministrare. Spirituales verò filios dignum est necessaria vitæ spiritualibus patribus ministrare, dummodo filij tales habeant propria: monachi enim à patribus suis prouisionem accipiunt. Apostolus verò in tantum se asserit nil velle accipere, vt legẽ patris carnalis, filiorúmque eius ad spiritualem referat patrem ac filios spirituales, quod & suo modo verum est. Nam filij spirituales non debent suis prælatis thesaurizare, id est, diuitias congregare, quamuis debeant eis necessaria ministrare, sed parentes spirituales filiis spiritualibus thesaurizare debent, præsertim spirituales diuitias vitæ æternæ, imò & temporalia eis præbere, si eis adsit facultas, ipsíque egeant, sicut & ego Paulus quodammodo feci, alias ecclesias expoliando ad ministerium vestrum. Denique non solùm mea, sed & meipsum paratus sum vobis communicare. *Ego autem libẽtissimè*, id est, promptissima charitate. *Impendam*, vobis spiritualia bona quæ habeo, & temporalia, si quæ habuero. *Et superimpendar ipse*, id est, vltra illa meipsum impendam. *Pro animabus vestris*, id est, pro salute earum, tanquam paratus mori pro vobis. Hinc alibi loquitur scriptura: In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. *Licet plus vos diligens*, quàm alios quosdam. Vel, quàm pseudo illi Apostoli vos diligant. *Minus diligar*, à vobis quàm falsi illi: vel, quàm ab aliis: & sic estis charitati meæ pro parte ingrati. Dilectio enim est primum & maximum donum gratuitum, in quo cætera dona seu beneficia conferuntur. *Sed esto*, id est, concedatur sic esse vt dixi, núncque resumo videlicet. *Ego vos non grauaui*, vestra exigendo aut recipiendo. *Sed* dici posset *Cum essem astutus*, id est, nequiter callidus *Dolo vos cæpi*. i. fraudulenter vestra obtinui, aliorum mediãte auxilio. *Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumueni vos?* id est, decepi?nõ vtique. Nam *Rogaui Titum*, ire ad suos. *Et misi cum illo fratrem*, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias, scilicet Lucam vel Barnabam *Nunquid Titus vos circumuenit: Nónne eodem spiritu*. i. ductu eiusdem spiritus sancti, vel pari voluntate. *Ambulauimus*, inter vos?

A

2. *Thess.* 3

B

1. *Ioan.* 4. *Philip.* 2

C

Prou. 26.

2. *Cor.* 8

D *Nónne eiſdem veſtigiis*, id eſt, ſimilibus actibus exterioribus? Qui veſtigia appellantur, quia in eis relucet ac repræſentatur bonitas & malitia volũtatis: iuxta illud, A fructibus eorũ cognoſcetis eos. *Olim putatis*. i. iãdudum, vel iam diu exiſtimatis falſa ſuſpicione. *Quód excuſemus nos apud vos*, tanquã in aliquo rei quantum ad vos: quod ita nõ eſt. *Coram Deo*. i. in diuinæ præſentiæ cõſpectu noſipſos cõſtituẽdo. *In Chriſto*, id eſt, ſecundũ Chriſti volũtatẽ & ſapientiam. *Loquimur* omnia iſta. *Omnia autem* iſta *Chariſſimi operamur* & loquimur laudando noſipſos, & vituperando pſeudoapoſtolos. *Propter veſtram ædificationem*, vt agnita veritate declinetis à malo, & bona agatis. *Timeo enim ne fortè cum venero*, ad vos, *Non quales volo*, vos eſſe, *Inueniam vos*, videlicet incorrectos atque diſcordes. *Et ego inueniar à vobis, qualé non vultis*, vtpote durus correptor, tradénſque eos Satanæ in interitum carnis, qui ſe non correxerunt. Timeo itaque. *Ne fortè cõtentiones*. i. lites verborum. *Æmulationes*. i. inuidiæ. *Animoſitates, diſſenſiones* i. diſcordiæ. *Detractiones, ſuſurrationes*. i. occulta ſemina diſcordiarum. *Inflationes*, ſuperiorũ contra ſubditos, *Seditiones*, tumultus ad pugnam, ſeu perturbationes. *Sint inter vos*. Timeo itaque iſta vitia inueniri in vobis. *Ne iterũ cũ venero* ad vos. *Humiliet me deus*. i. contriſtet atque affligat. *Apud vos*, quibus condolerem errantibus. *Et lugeam multos ex his qui ante* miſſionẽ primæ epiſtolæ. *Peccauerũt*, etiá poſt baptiſmum. *Et non egerunt pœnitentiam ſuper immũditia*. i. de vitio cõtra naturá, vel incæſtu. *Et fornicatione*, ſimplici, quæ eſt ſoluti cum ſoluta. *Et impudicitia*. i. virginum defloratione. *Quæ geſſerunt*. Et debetis diſtrictionem meam timere. Nam *Ecce tertio hoc*, quantum ac cordis propoſitum. *Venio*, id eſt, breui veniam. *Ad vos*. Semel enim venit, & ſecũda vice venire diſponit, quod non fecit propter diſcordiam Corinthiorũ. Idcirco dicit ſe nunc tertiò aduenire. *In ore duorum vel trium teſtium*, approbatorum accuſantium vel atteſtantium. *Stabit omne verbum*. i. firmiter recipietur, credetur & determinabitur, quicquid accuſandum vel iudicandum occurrerit. Idẽ habetur in lege Moſaica *Prædixi enim*, vobis *Et prædico nunc vt præſens vobis*. i. tanta certitudine, ac ſi corpore præſens eſſem. Vel, vt præſens ſpiritu. *Et nunc abſens* corpore prædico. *His qui ante peccauerunt*, ſecũdum ſenſum iam dictum. *Et cæteris omnibus*, qui illis in peccato cõmunicauerunt

E

F

2 Petri. 2.
Matt. 7.
Pſal. 33.
1 Cor. 15
Roma. 2.
Ephe. 6
Deute. 17.
Matth. 18
Ioan. 8.
Hebr. 10.

runt, vel postea scilicet post missionem primæ epistolæ, ini- A
què egerunt. *Quoniam si venero iterum, nō parcā eis.* Sed duo-
rū vel triū testiū testimonio credēs cōuictos rigidè tracta-
bo. Deinde ostēdit apostolus omnia hęc verba & opera sua
se exercere non propria potestate, sed Christi authoritate.
An experimentum eius quæritis, id est, vultis ne propter incre
dulitatem vestram experiri iudiciariam potestatem ipsius.
Qui in me loquitur, id est, cuius nutu & inspiratione hæc lo-
quor, qui est, *Christus*? cuius authoritate facio vniuersa pro
vestra salute? *Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis*,
id est, potestatem suam in vobis ostēdit, magnalia inter vos
operando. *Nam & si crucifixus est ex infirmitate*, id est, se-
cundum naturam humanam passibilem. *Sed viuit ex vir-
tute Dei*, id est, diuina potestate surrexit; & immortaliter B
viuit. *Nam & nos*, imitatores Christi. *Sumus in illo*, id est, exē
plo & amore Christi varias persecutiones, tribulationēsque
patimur, quoniam non est maior seruus domino suo. *Sed vi-
uimus* vita gratiæ *Ex virtute Dei*, gratiam infundentis. Viui-
mus autem. *In vobis*, id est, in vestri conuersione, & sancta *Roma.* 1
cōuersatione manifestatur vita gratiæ nobis concessa quē- *Ioan.* 13.
admodum causa relucet in suo effectu. Quoniam ergo po-
testatem puniendi habeo, & veniens non parcam. *Vosmetip- Roma.* 13.
sos tentate*, id est, interiora & exteriora vestra prudenter dis-
cutite. *Si estis in fide* catholica, in omnibus rectè credendo.
Vel, si estis in fide formata per opera bona. i. si fide & opere
Christiani estis, *Vos probate*, id est, examinate. Potest enim
homo certò scire se habere fidem informem: cōrectiuè ve-
rò & probabiliter scire potest an sit in fide formata, id est, C
charitati coniuncta. Quoniam ergo homo seipsum hoc mo *Sapien.* 8.
do cognoscere valet, subditur. *An nō cognoscitis vosmetipsos*,
quātum ad dona, & gratias spiritus sancti, videlicet an per-
tineatis ad Deum per fidem & gratiam, vtpote. *Quia* (id est,
quòd) *Iesus Christus in vobis est*? habitando in cordibus ve-
stris per fidem & charitatem? *Nisi forte reprobi sitis*, id est,
imò cognoscitis vosmetipsos hoc modo, vel aliquādo saltē
cognoscetis, si non estis præsciti, atque damnandi. *Spero
autem quòd cognoscetis* de nobis per opera nostra virtuosa, at
que miracula. *Quia* (id est, quòd) *Nos nō sumus reprobi*, sed e-
lecti. Vnaquæque enim arbor à fructu suo cognoscitur 2. Pet. 3
Oramus autem deum, vt nihil mali, mortalis peccati præcipuè, *Matt.* 7

D nec etiam venialis, quantũ possibile est *Faciatis*, id est, vt detur vobis gratia immaculatæ vitæ. *Non vt nos probati pareamus*, id est, virtutibus exercitati, & laude digni videamur hominibus, habẽdo discipulos tantæ perfectionis. Non enim quærimus gloriam nostram: sed Dei honorem, vestrámque salutem. Ideo subditur. *Sed vt vos quod bonũ*, id est, meritoriũ, *Est, faciatis*, non solùm actu exteriori, sed etiam interiori. *Nos autem vt reprobi simus*, id est, abiecti & impotentes esse putemur, non ostendentes authoritatẽ nostrã in vestri correctione. *Non enim possumus* licitè agere, *Aliquid aduersus veritatem* vitæ, iustitiæ & doctrinæ, *Sed pro veritate*, tuẽda possimus aliquid, imò qui hoc potest quod sibi non expedit, quantò id amplius potest, tantò impotentior est. Aliqui tamen abutuntur potestate sibi concessa, veritatẽ impugnant,
E & in quibusdam expugnant, sed tandem à veritate vincuntur. *Gaudemus enim quando nos infirmi sumus*, in corpore & afflicti. *Vos autem potentes estis*, in anima gratia Dei supernaturaliter confirmata. *Hoc & oramus*, videlicet. *Vestram cõsummationem*, hoc est, perfectionis plenitudinem, deprecãtes dominum, vt omnium virtutum apicem attingatis adiutorio gratiæ Dei. *Ideo hæc absens scribo*, vobis, præmonendo vos, quia monitio habet correctionem præcedere. *Vt non præsens* corpore apud vos. *Durius agã*, id est, multũ durè vestra peccata vlciscar. *Secundum potestatem* apostolicã & sacerdotalẽ, qua possum excommunicare, soluere & ligare, *Quam dominus dedit mihi in ædificationem*, id est, ad profectum fidelium, *Et non in destructionem*, hoc est, non ad hoc vt corda eorum
Matt. 16. subuertam, & potestate abutar. *De cætero fratres gaudete* in
F cultu diuino. iuxta illud, Seruite domino in lætitia. *Perfecti*
Psal. 99. *estote*, in virtute & gratia secundum conditionem præsentis
Matth. 5 fragilis status, prout dicit Saluator, Estote & vos perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Ad hanc perfectionẽ exigitur indefessa custodia cordis. Nam sicut nauis in flumine posita, continuò descendit per aquæ motum, nisi remigetur in contrarium: sic anima ex carnis corruptione & pro
Prou. 4. *Roma. 12.* nitate in malum incessanter descendit à perfectione virtutis, nisi in contrarium renitatur Ideo Salomon, Omni (inquit) custodia custodi cor tuum. *Exhortamini*, mutuò verbis ardentibus. *Idem sapite*. i. in cognitione veritatis & gustu bonitatis conformes estote, *Pacem* internam. i. mentis tranquillitatem

litatem, *Habete*, & quantum fieri potest cum omnibus homi A
nibus, pacem, quæ ex charitate procedit habere satagite.
Et deus, amator ac largitor *Pacis*, spiritualis. *Et dilectionis*, syn
ceræ. *Erit vobiscum*, hoc est, in cordibus vestris per dona ista
manebit. Quemadmodum pollicetur, Ad eum (inquiens) *Ioan. 14*
veniemus & mansionem apud eum faciemus. Et iterum, Bea *Mat. 5.*
ti pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. *Salutate inuicem in os*
culo sancto, id est, charitatiuo & puro, quod est internæ vnio
nis (quá efficit charitas) signum. *Salutant vos*, idest, beatitudi
nem optant, & dicunt vobis, *Sancti omnes*, qui mecum sunt,
quorum merita vobis communicantur per desideria chari-
tatiua, quæ habent de vestra salute. *Gratia domini nostri Iesu*
Christi, gratificans atque deificans, quam ipse, vt deus, nobis
infundit, *Et charitas dei*, patris. *Et communicatio sancti spiritus*, B
hoc est, influxio septem donorum spiritus sancti. *Sit cum om*
nibus vobis, *Amen*. Videtur autem Apostolus gratiam appro
priare filio, quia per eum reconciliati, gratiamque sortiti su
mus. Charitatem verò patri, quia propter nimiam charita-
tem suam qua dilexit nos, filium suum misit, & contulit no-
bis. Communicationem verò spiritui sancto, cui conuenit
bonitas, ad quam spectat suiipsius liberalis diffusio. In his *Ephe. 2.*
insuper verbis superbenedicta trinitas, eiusque potentiæ v-
nitas commendatur, cùm diuinæ personæ distinctis nomi-
nibus expimuntur, & vni personæ adscribitur, quod certum *1. Ioan. 5.*
est fieri ab alia, immò à tribus simul. Quæ est super omnia C
deus sublimis & benedictus. Amen.

IN EPISTOLAM B. PAVLI

Ad Galatas Proœmium.



STo firmus in via domini, & in veritate sen *Eccles. 5.*
sus tui. Perfectio creaturę est, creatori ordi
natè assimilari. Incommutabili autem æter
noq; deo assimilatur anima rationalis per
stabilitatem, firmitatem, seu fixionem suam
in cõtemplatione ac dilectione diuinorũ.
Idcirco scriptura instabiles multipliciter reprehendit: stabi
les quoque in bono ediuersò commendat. Vnde in epistola
núc exponenda, arguuntur præcipuè ab Apostolo Galatæ
de hoc, quòd ita instabiles erant in euangelica veritate, quá

D primò ab apostolo didicerunt, & post eius recessum à pseudoapostolis multipliciter subuersi fuerunt, ita vt crederent
1. Cor. 12 euangelicam legem sine cæremonialibus veteris testamenti, nequaquam sufficere ad salutem. Deinque Galatæ Græci sunt. Nam Galli olim quãdam Græciç ingredientes prouinciam, Græcis se miscuerunt, propter quod illa prouincia primò dicta est Gallogręcia, Deinde Galatia. Habitatores quoque ipsius primò vocati sunt Gallogræci, postea Galatę, qui etiam tardi & obtusi fuerunt ingenij, cùm tamen Græci semper fuerint ingenioſi. His igitur scribit Apostol⁹ ab Epheso, reuocans eos ad euangelicæ veritatis integritatem, & Christianæ fidei puritatem. Procedit́que in epistola more solito
E salutationem præmittẽdo, deinde ad narrationẽ veniendo.

Cap. I. *Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem.* ARTICVL. I.

QVoniam improbaturus erat apostolus in præsentis epistolæ processu detractores sui pseudoapostolos, increpaturusque Galatas, eo quòd contra suam doctrinam pseudoapostolis credidissent, idcirco in exordio huius epistolæ personam suam ipsius magnificè laudat, sicut & id sæpius facit, non ex aliqua vanitate,
2. Cor. 1. neque ob propriam laudem, sed ex vera charitate ad filiorum suorum spiritualem ædificationem; sicut in expositione præcedentis epistolæ plenissimè patuit. Ait ergo. *Paulus*, ordinatus seu factus & missus. *Apostolus, non ab hominibus*, viatoribus, scilicet Ananias, aut cæteris apostolis. *Neque per hominem*, purum, qui fuF erit mediator inter deum & Paulũ. *Sed per Iesum Christum, & deũ patrem*, id est, à Christo dei filio. & eius ęterno patre, immò à tota superfelicissima trinitate vno simplici deo, cuius sicut essentia vna est, sic opera indiuisa sunt. Veruntamen Paulus factus est apostolus per Christum ministerialiter, mediatè & instrumentaliter, secundum quod Christus
Actor. 6. Ephe. 3. est homo, sic enim in via apparuit Paulo & Ananiæ in Damasco. Omnia quoque gratiarum charismata per Christum hominem, & merito eius conferuntur hominibus. *Qui*, Deus pater. *Suscitauit eum*, videlicet Christum. *A mortuis, & qui mecum sunt*, in Epheso. *Fratres omnes*, mandant. *Ecclesiis*, id est, congregationibus fidelium. *Galatiæ*, prouinciæ

sic

sic vocatæ. *Gratia*, gratum faciens, quæ est habitus deifor- A
mis ac supernaturalis, animam ponens in esse diuino ac me-
ritorio. *Et pax*, id est ordinata tranquillitas vobis piè præ-
stetur. *A deo patre nostro*, id est, sancta trinitate, cui dicimus, *Matth. 6.*
Pater noster qui es in cœlis. *Et domino nostro Iesu Christo*, dei
ac hominum mediatore, per quem, seu merito cuius, secun-
dum quod homo est, munera gratiarum nobis præstantur.
Si autem per patrem nostrum, quis intelligere velit distin- *1. Tim. 2*
ctam patris personam, per dominum Christum, designabi-
tur persona filij secundum quod deus est, patri æqualis, & *Ioan. 5.*
idem author pacis & gratiæ cũ deo patre. Iuxta illud, Quæ-
cunque facit pater, hæc & filius similiter facit. *Qui*, Christus
Dedit, i. obtulit. *Semetipsum*. tempore passionis in patibulo
crucis. *Pro peccatis nostris*, id est, pro remissione peccatorum *Matth. 20*
nostrorum. Quemadmodum in Euangelio loquitur: Venit B
enim filius hominis dare animam suam in redemptionem *Ioan. 10*
pro multis. Et rursus, Ego sum pastor bonus, & animã meam *Esa. 53.*
pono pro ouibus meis. Hinc & Esaias, Ipse autem (inquit)
vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est pro-
pter scelera nostra. Sic autem obtulit Christus seipsum pro-
nobis ex ardentissima charitate, qua dei patris honorem, &
nostram optabat salutem. Ex promptissima quoque obedi-
entia, qua vt homo voluntati patris in omnibus paruit. De-
niq; sicut pater dedit, seu tradidit Christum hominem pro-
nobis sic etiam verbum seu Christus vt deus, dedit seipsum *Philip. 2*
vt hominem pro nobis. Quomodo autem pater tradidit *Roma. 8*
Christum pro nobis, dictum est plenius ad Roma. *Vt eripe-* *1. Ioan. 5.*
ret nos de præsenti sæculo nequam, id est, de mundo isto, qui to C
tus in maligno positus est, scilicet de cõuersatione seculari, *Psal. 63.*
& malis quæ fiunt in seculo, de conuentu malignantium,
de consortio reproborum. Vel de præsenti seculo nequam,
id est, de hoc sensibili inferioriq; mundo transferret, ad *1. Petr. 1.*
patriam beatoũr. Hinc ait scriptura, Non corruptibilibus
auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatio *Psal. 118.*
ne, sed precioso sanguine quasi agni immaculati. Eramus
quippe funibus peccatorum constricti, & variis vitiis irre-
titi, sed Christi passione ac merito absoluti eductiq; su- *Esaiæ. 53.*
mus. Propter quod Esaias ait, Omnes nos quasi oues erraui
mus, vnusquisque in viam suam declinauit. Et dominus po-
suit in eo iniquitatem omnium nostrũ. Verè languo-

D res nostros ipse tulit,& peccata nostra ipse portauit. *Secundum volũtatem dei & patris nostri* id est,prout deus pater nosster Christo homini inspirauit, atq; per eius sacratissimã passionem genus humanũ reparare decreuit atque voluit. Ideo
2.Cor.1. passione instante Christus dicebat, Pater si nõ potest hic calix transire,quin bibam illum,fiat voluntas tua. Item & alibi
Mat.26. testatur, Ego quæ placita sunt ei,facio semper. Hinc rursus
Ioan.8. prædixit propheta, Dominus voluit eum conterere in infir
Esa.53. mitate. *Cui*, deo & patri nostro, videlicet summæ trinitati. *Est gloria*,id est,frequens fama cum laude,de hac redemptione Vel,Cui,id est,Christo est gloria.Quoniam sua passione meruit præmium accidentale: sicut alibi Apostolus aperit,
Philip.2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem.
E Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.Propterea quoque & prophe
Esa.53. ta dixit,Si posuerit animam suam pro peccato,videbit semẽ longæuum,& voluntas domini in manu eius dirigetur. *In secula seculorum*, id est,in sempiternũ. *Amen*, id est,sic fiat,vel verum est. Deinde procedit apostolus ad narrationem,& primò de leuitate increpat Galatas.*Miror*, quasi causã ignorans,& inopinatam rem audiens,scilicet. *Quòd sic*,id est,hoc modo,seu vehemẽter. *Tam cito*, post meũ recessum à vobis quos bene instruxi. *Transferimini* .i.auertimini. *Ab eo qui vos vocauit*,per inspirationem internã,& meã prædicationẽ. *In gratiam Christi*,id est,ad fidem,& dona gratuita saluatoris.Id est à deo trinitate,qui est prima principalisque cau
F sa cõuersionis nostræ.Propter quod Christus ait, Nemo potest venire ad me,nisi pater meus traxerit eũ.Itẽ. Omnis(inquit) qui audit à patre.i.didicit,venit ad me. *In aliud euan-*
Ioan.6. *gelium*, id est, in falsam annunciationem,& vanã doctrinã à
Ibidem. pseudoapostolis excogitatam, qui asserũt legalia simul cum
1.Tim.6. Euangelio Christi esse seruanda,quam annũciationem pseudo apostolorum vos æstimatis fore euangelium, cùm tamẽ non sit veraciter euangelium, quoniam euangelium est bona annunciatio.Ideo subditur. *Quod non est aliud*, Euangelium,cùm non sit euangelium, sed humana inuentio. *Nisi sunt aliqui*,falsi. *Qui conturbant vos*. i.in dubitationem atque errorem corda vestra inducunt. Nisi ergo hi essent,istud aliud Euangelium,nec esset,nec aliud esset verè,vel apparenter.*Et volunt conuertere*.i.in aliud mutare.*Euangelium Christi*

scilicet

scilicet in carnales ac cæremoniales obseruantias legis, quasi A
sine illis non sufficiat ad salutem lex noua. Vel sic, Transferimini in aliud Euangelium, id est, in doctrinam legis Mosaicæ, quod non est aliud ab Euangelio Christi, secundum intentionem finalem, & inteligentiam spiritualem, nisi sunt aliqui qui conturbant vos, id est, præter hoc quòd aliqui interpretantur peruersè documenta legalia, admiscentes carnalia spiritualibus, & noua veteribus. Secundum externam ergo superficiem & carnalẽ sensum differũt Euangelia ista. *Leui. 19.*

Sed licet nos, Apostoli *Aut angelus*, sanctus descendens *De cœlo, euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis*, id est, aliud prędicet nostræ prędicationi cõtrariũ. *Anathema sit*. i. excõmunicatus & maledictus habeatur talis assertor. *Sicut prædixi*, iã immediatè. *Et nunc iterũ dico*, id est, B
resumo, vt repetitio sit confirmationis indiciũ. *Si quis*, quicunque sit ille. *Vobis euangelizauerit præter id*, id est, contrarium ei. *Quod accepistis*, ex nostra prædicatione de Christo. *1. Ioan. 4.*

c *Anathema sit*, hoc est, diuisus ab aliis, ne eos sua falsitate inficiat. *Modò enim hominibus suadeo*, hoc est, nũquid hæc dico & cõprobare laboro ad complacendũ hominibus, *An deo*? id est, an non ad dei honorem vt ei placeam? *An quæro hominibus placere*? ob propriam laudem, & sicut finale bonũ? Non vtique. Nã *Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus non essem*. Videtur huic contrariũ, quod alibi dixit Apost. Ego per omnia omnibus placeo. Et rursus, Vnusquisq; proximo suo placeat in bonũ. Sed hæc difficultas sæpe soluta est. Núc enim Apostolus loquitur de homine, quantũ ad id quod cõmuniter in hominibus dominatur, quod est sensualitas & C
peccatũ. Iuxta quem modum Corinthiis ait, Cùm sit inter vos zelus & contentio, nõne carnales estis, & secundum hominẽ ambulatis? Est igitur sensus: Si adhuc hominibus placerem, faciendo ea quæ placent carnalibus & iniustis, prout ipsi sunt, Christi seruus non essem, quoniã eius vestigia non imitarer. Ipse enim ait, Quia de mundo non estis, sed elegi vos de mũdo, propterea odit vos mũdus. Simili quoq; sensu dicit Psal. Quoniam deus dissipauit ossa eorũ, qui hominibus placent, cõfusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Interdũ vero Apostolus loquitur de homine, quantũ ad id quod conuenit ei secundum partem sui superiorẽ, id est, prout ratione ornatur, & sanctæ trinitatis imagine decoratur. Vt est *1. Cor. 10. Rom. 5. 1. Cor. 1. Ioan. 15. Psal. 52.*

D illud: Si secundum hominem ad bestias pugnaui, id est, se-
1. Cor. 15. cundum rationis processum contra bestiales homines dis-
putaui. Hoc modo de homine loquendo debemus velle pla
cere hominibus ad ædificationem eorum & gloriam Dei.
Deinceps ostendit Apostolus doctrinam euangelicam à se
prædicatam, esse authenticam, perfectam, atque diuinam
& supernaturalem. *Notum enim vobis facio fratres euange-*
Epist. *lium*, hoc est, de euangelio: *Quod euangelizatum est à me,*
quia non est secundum hominem, id est, humanum, seu natura-
li ratione inuentum, firmatum, aut diuulgatum. *Neque enim*
Eph. 3. *ego ab homine*, puro, *Accepi illud*, vt illud aliis prædicarem.
2. Cor. 12. *Neque didici*, illud ab homine puro. *Sed per reuelationem Je*
su Christi, id est, secretam, internam, subitaneam & superna-
E turalem instructionem filij Dei, tempore raptus mei in ter-
tium cœlum. Quòd patet: *Audistis enim conuersionem meam*,
quam habui. *Aliquando*, scilicet antequam Christianus fie-
rem. *In Iudaismo*, id est, lege & ritu Iudæorum. *Quoniam su-*
Actio. 7. *pra modum*, id est, multum excessiuè & plus aliis. *Persequebar*
ecclesiam dei, primitiuam, maximè in Hierusalem. *Et expugna-*
bam illam, quoldam occidendo, quoldam incarcerãdo, aliis-
que modis torquendo fideles. *Et proficiebam*, id est, fortiter
agebam. *In Iudaismo supra multos coætaneos in genere meo*, id
est, præ multis adolescentibus mihi in ætate comparibus at-
que de meo genere natis, puta Iudæis. Vel, per genus suum
intelligit tribum Beniamin, *Abundantius* illis *Æmulator*, a-
mator & imitator. *Existens paternarum traditionum*, id est, or
dinationum, ac iussionum moralium, seu iudicialiũ à Moy-
I se & prophetis datarum, vel ab aliis additarum. *Cum autem*
placuit ei, videlicet deo omnipotenti, qui omnia liberè agit,
Qui me segregauit ex vtero matris meæ, id est, de vẽtre mater-
no eduxit, vel segregauit, id est, ab aliorum (puta scribarum
& phariseorum) grege separauit, & ex vtero matris meæ, id
est, de cõsortio seu medio synagogæ. *Vt reuelaret*, id est, de-
clararet *Filium suum in me*, id est, in corde meo, dans mihi
notitiam veram de Christo. *Vt euangelizarem illum in Gen-*
1. Cor. 1. *tibus*, quia Gentilibus specialiter datus sum ac missus Apo-
stolus. *Continuò non acquieui carni & sanguini*, id est, cõcupi
scentiis carnis, neque Iudæis mihi carne propinquis, méque
à Christo auertere desiderantibus. *Neque veni Hierosolymã*
ad antecessores meos Apostolos, id est, cæteros Apostolos, qui
ante

ante me ad gratiam apostolatus promoti fuerunt (vnde pa- A
teſcit quòd non fuit ab eis inſtructus..) *Sed abij*, à Damasco,
In Arabiam, cauſa prædicandi, vbi tunc nullus Apoſto- 2. Cor. 11.
rum prædicauit. Huic videtur diſſonare, & etiam his quæ
ſequuntur, quod ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, vbi
cum dictum eſt, quod diſcipuli dimiſerunt eum nocte in Act. 9.
ſporta, à Damaſco, mox ſubditur: Cùm autem venisſet in
Hieruſalem, tentauit ſe iungere diſcipulis, & omnes fuge-
runt, non credentes quod eſſet diſcipulus. Barnabas autem
apprehenſum illum duxit ad Apoſtolos, & narrauit illis,
quomodo in via vidiſſet dominum &c. Ad hoc quidam re-
ſpondent, quod Apoſtolus poſt ſui conuerſionem, non ſta-
tim venit in Hieruſalem, ſed poſt longũ tempus, fortè poſt
tres annos. Scriptura enim non ſeruat ſemper ordinem re- B
rum geſtarum. Alij dicunt, quòd licet venerit, non tamẽ re
putatur venisſe, quia mox abiit. *Et iterum*, ab Arabia. *Reuer-*
ſus ſum Damaſcũ, vbi primò diſputaui, prædicaui, & Iudęos 2. Cor. 11.
confudi. *Deinde poſt annos tres*, à mei conuerſione, cum iam
tribus circiter annis prædicaſſem: *Veni Hieroſolymam videre*
Petrum, non propter informationem: ſed dilectionem & re-
uerentiam eius. *Et manſi apud illum diebus quindecim: Alium*
autem apoſtolorum vidi neminem, hac vice. *Niſi Iacobum fra-*
trem domini, id eſt, Iacobum primũ Hieroſolymorum fide-
lium epiſcopũ, qui propter ſingularem ſimilitudinem ſuam
cum Chriſto, tã in corporis diſpoſitione, quã in animæ ſan-
ctitate, dictus eſt frater domini. *Quæ autem ſcribo vobis, ecce*
coram deo, quia non mentior. Iurat Apoſtolus propter tardita- C
tem Galatarum ad credendum. Iuratio enim cum debitis
ſacta circunſtantiis ſuis, eſt actus virtutis quæ dicitur la-
tria, ſicut frequenter oſtenſum eſt. Chriſtus autem non ab- Rom. 9.
ſolutè prohibuit iurationem, ſed iurationem incautam &
non neceſſariam. *Deinde*, videlicet poſtquam in Hieru-
ſalem fui cum Petro. *Veni in partes Syriæ & Ciliciæ.* Vn- Mat. 5.
de & natus eram, quia à Tharſo Ciliciæ fui oriundus. Huic
concordat illud Actuum, Diſputabat cum Græcis (videli-
cet in Hieruſalem) Illi autem quærebant interficere eum. Act. 22.
Quod cùm cognouiſſent fratres, deduxerunt eum Cæſa- Act 9.
ream & dimiſerunt Tharſum. *Eram autem ignotus facie,*
hoc eſt, aſpectu *Eccleſiis Iudææ*. id eſt, Iudæis conuerſis, e-
ram tamen eis notus per famam. *Quæ erant in Chriſto*, per

D fidem & charitatem coniunctæ. *Tantum autem auditum hã bebant*, id est, hoc audiendo perceperunt de me. *Quoniam* Paulus iste. *Qui persequebatur nos aliquando*, antequam cõ-
1. Cor. 1. uersus esset ad Christum. *Nunc euangelizat fidem quã aliquã-*
* Ephe. 1. *do expugnabat*, id est, in cordibus Christianorum extinguere
Finis. nitebatur. *Et in me clarificabant deũ*, id est, de gratia & beneficiis dei mihi concessis gratias domino retulerũt ex charitate fraterna, & deum in me famulo eius honorabant, laudã do potentiam atque clementiam eius, qui me tam potenter misericorditérque conuertit, & tantam gratiam contulit.

Cap. II. *Deinde post annos quatuordecim, &c.*

ARTICVLVS II.

L DEinde, Expleta prædicatione in Syria atq; Cilicia. *Post annos quatuordecim*, à Christi passione. In quibus includũtur tres anni prędicti à Pauli cõuersione, post quos prius venit Hierusalem. *Ascendi*, à terris humilioribus. *Iterum Hierosolymam*, dum quæstio erat de legalium obseruatione,
Act. 15. prout in Actibus plenius enarratur. *Cum Barnaba*, ex Iudęis
Ibidem. conuerso. *Assumpto & Tito*, ex Gẽtilitate cõuerso, quatenus horum testimonio comprobarem falsam esse assertionẽ dicentium, me aliud Iudæis, aliud Græcis prædicare. *Ascẽdi autem*, non meo decreto, sed. *Secundum reuelationem* Chri
Act. 13. sti mihi ostensam. *Et contuli cum illis* Hierosolymitis. *Euange-*
Act. 15. *lium quod prædico in Gentibus*, id est, de prædicatione & doctrina euangelica quam annuncio Gentibus, habui tractatum cum illis, generaliter tamẽ & quasi superficialiter. *Seor*
F *sum autem*, id est, in priuato ac seperatim contuli pariculariter & profundè. *Cum his qui videbantur*, veraciter *Aliquid esse*, id est, cæteris præstantiores ac doctiores. Per quos intelligit Petrum, Iacobum, & Ioannem, sicut patebit post pauca. Ideo autem contuli. *Ne forte in vanum*, id est, infructuosè, quantum ad auditores. *Currerem*, prædicando Euangelium dei. *Aut cucurrissem*, inaniter. Prædicatio nẽpe apostoli Pauli multis erat suspecta, quia cũ Christo in carne cõuersatus non fuit, nec cum cæteris Apostolis spiritum sanctum recepit, nec inter Apostolos fuerat diu conuersatus. Idcirco propter securos reddendos alios, necessarium sibi

fuit

fuit Hierosolymam ire, & cum Apostolis loqui, vt eorum A
authoritate sua prædicatio roboraretur. Vnde quod ait,
Ne fortè & cætera: non sic est intelligendum, quasi Apo-
stolus aliquo modo ambigeret de suæ prædicationis veri-
tate, sed ad aliorum æstimationem refertur, quibus præ-
dicatio Pauli non profuisset, nisi cum aliis contulisset Apos-
tolis. Ostenso quòd doctrina Pauli ab Apostolis commenda-
ta sit, ostenditur quod facta eius laudata sint. *Sed neque Ti-
tus qui mecũ erat*, in Hierusalem. *Cùm esset Gentilis*, ex vtro-
que parente, nam Græcus erat. *Compulsus est*, à veris Apo-
stolis. *Circuncidi*, quamuis aliqui ex Iudæis conuersi, præci-
puè Pharisæi niterentur ad hoc. Non enim idonea erat mo-
tiua eorum. Cur ergo vos Galatæ circuncisionem recipitis?

Sed propter subintroductos falsos fratres, id est, propter B
quosdam simulatores Iudæos, hæreticos, vel omnino in Iu-
daismo induratos, qui callidè inducti fuerunt ad nostram
societatem sub specie religionis à pseudoapostolis. *Qui*, 2. Cor. 11.
fratres. *Submiserunt*, nostrum conuentum. *Explorare*, id Rom 8.
est, obseruare & experiri. *Libertatem nostram*, id est, ex-
onerationem ab obseruantiis cæremonialium legis. *Quam* Ioan. 8.
habemus in Christo Iesu, id est, virtute & merito Christi,
qui nos ab onere tanto absoluit, meritò suæ dignissimæ pas-
sionis, in qua figuralia impleta sunt, & finem sumpserunt.
Introierunt ergo non recta intentione, sed *Vt nos in serui-
tutem* legis, id est, ad obseruantias legales, *Redigerent*, quod Actor. 15.
erat onus adeò graue, quòd neque nos, neque patres, no-
stri ferre potuimus. Propter hos ergo restitimus, secundum
quod subditur. *Quibus neque ad horam*, id est, nullo tempo- C
ris spatio. *Cessimus*, hac vice in Hierusalem, *Subiectioni*, id Eccle. 40.
est, ad hoc vt vos suæ voluntati, aut legalium obseruationi
subiicerent. *Vt veritas euangelij*, id est, doctrina nouæ legis, 2. Tim. 2.
quæ docet cessasse legalia. *Permaneat apud vos*, id est, in cor
dibus vestris firma & fixa cõsistat. Aduersariis nanque veri-
tatis & fidei resistendum est rationabiliter, dum fides, seu ve
ritas periclitaretur: & talis resistentia non pertinet ad impa-
tientiam, sed iustitiam. *Ab his autem*, hoc est, præ fallsis fra
tribus istis. *Qui videbantur esse aliquid*, id est, maiorem sapiẽ
tiam & authoritatem possidere, videlicet veri Apostoli, Pe- Mat. 16.
trus, Iacobus, & Ioannes. *Quales*, id est, quàm illiterati,
pauperes, abiecti, & modici. *Aliquando fuerint*, antequam

D à Christo vocati erant, imò vsque post eius resurrectionem? Petrum nanque & Ioánem piscatores fuisse certissimum est.

Mat.4. Ideo *Nihil mea interest*, id est, ad me non pertinet de hoc
Mat.16. magnam facere mentionem, ne videar eos contemnere, aut meipsum iactare, qui ante conuersionem mei doctus & diues, potens & nobilis eram, vt pote natus ciuis Romanus. Ideo etiam ad me non pertinet illud narrare, quia nec
Actо.22. obest, nec prodest. Nam *Deus personam hominis non accipit,*
Epist. id est, propter hæc naturalia & accidentalia exteriora, non prefert vnum alteri, sed propter dona diuina & merita. Vnde non obest illis quod tales fuerunt, nec ideo sunt spernendi. Hinc etiam in Actibus Apostolorum astruit Petrus.
Actо.10. In veritate (inquiens) comperi, quod non est personarum
E acceptor Deus. Nullum enim ad se redeuntem contemnit vel abiicit. Verumtamen ideo Paulus recitat ista, vt Galatæ sciant eum non esse ignarum legalium, sed quantum ad humanam pertinet instructionem, prædictis Apostolis fuisse eruditiorem. Vnde constat quòd ab eis edoctus non sit.

Deinceps demõstrato quòd nihil in sua doctrina correxerunt, nunc manifestat quòd nihil in ea suppleuerunt.

Mihi autem qui videbantur esse aliquid, id est, prædicti magni Apostoli. *Nihil contulerunt*, de sapientia. Nam quicquid ab illis audiui, antè cognoui ex reuelatione diuina.
1.*Cor.2.* *Sed econtra*, id est, contra opinionem aduersariorum meorum. *Cum vidissent*, Apostoli isti. *Quòd creditum est mihi euangelium præputij*, id est, quod mihi a Christo commissa es-
F set prædicatio euangelica Gentibus incircuncisis proponẽda, *Sicut Petro*, creditum est Euangelium *Circumcisionis,*
1.*Cor.1.* id est, prædicatio Iudæis inferenda. Non quòd euangelia
Mat.16. ista sint diuersa aut alia, sed vnum Euangelium diuersè nominatur, propter diuersitatem hominum quibus impenditur. *Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis*, id est, Christus qui Petro commisit officium apostolatus sui exercere in populum Iudæorum, eos docendo & conuertendo. *Operatus est & mihi inter Gentes*, id est, Gentilium
Act.9. Apostolum me constituit, & efficaciam inter eos mihi largitus est. Vnde dominus: Vas (inquam) electionis est mihi
Act.10. iste, vt portet nomẽ meum coram Gentibus. Et alibi ad Pau-
Act.13. lum, Veni, quia ad Gẽtes lõgè mittã te. Hæc quoq; nõ sunt intelligenda præcisè, sed appropriatè. Non enim sic dicitur

Petrus

Petrus Iudæis missus, quasi non sit missus, ad Gentes, imò per eum primò conuersi sunt Cornelius Centurio, & qui cũ eo erant Gentiles. Nec sic Paulus dicitur missus ad Gentes, quasi non sit missus ad Iudæos: sed sicut in Actibus legitur ipse & Barnabas longo tempore prædicauerũt solis Iudæis. Sed ideo ista dicuntur, quia præcipuè erat Petro commissa conuersio synagogæ, Paulo autem Gentilitatis conuersio. Iudæi quippe signa, Græci autem sapientiam quærunt. Petrus ergo qui in signis præfulsit, ad Iudæos congruè missus est. Paulus verò sapientia singulari missus est Græcis. Non tamen simpliciter præferenda videtur sapientia Pauli, sapientiæ archiapostoli. *Et cum cognouissent gratiam*, id est, virtutem miraculorum, & sapientiæ affluentiam, prædicationisque præstantiam atque aptitudinem. *Quæ data est mihi, Iacobus*, Alphæi, frater domini. *Et Cephas*, hoc est, Petrus *Et Ioannes* Euangelista. *Qui videbantur*, id est, certò scie bantur & cernebantur *Columnæ esse*, id est, sua perfectione aliorum imbecillitatem sustentare, ecclesiam stabilire, & omnibus præfulgere. *Dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis*, id est, ad suam societatem nos receperunt, atque in signũ sodalitatis, & apostolicæ cõmunionis dexteras suas nostris dexteris inseruerunt. *Vt nos in Gentibus* prædicaremus, *Ipsi autem in circuncisionem*, id est, inter Iudæos. *Tantũ*, id est, hoc solùm adiecerunt. *Vt pauperum memores essemus*, qui omnia sua vendentes precium posuerunt ante Apostolos, & postea fame exorta in magna penuria fuerunt. Vnde apostoli rogauerunt Paulum & Barnabam vt Gentes conuersas hortarentur ad succurrendum istis pauperibus. *Quòd etiam sollicitus fui hoc ipsum facere*, id est, hanc commissionem effectui commandare, inducendo Gẽtiles ad mittendũ eleemosynas his egenis Patet nanque in diuersis epistolis quàm sollicitus fuerit Paulus pro collectis. Sed circa prædicta quæri potest: Cùm Iacobus fuerit primus fidelium Iudæorum episcopus, cur nõ potius ipse quàm Petrus dicitur ordinatus Iudæorũ Apostolus? Et respõdẽdum, quòd licet primitiuam ecclesiã rexit in Hierusalem, non tamen sic perambulauit Iudæã euangelizando vt Petrus. *Cum autem venisset Cephas*, id est, Petrus *Antiochiam* vrbem Gentiliũ. *In faciem*, id est, manifestè *Et restiti*, quia in veritatis euangelicæ defensione par ei fui. *Quia reprehẽsibilis erat* incautè agẽdo, *Prius enim quàm veni-*

A

Ioan. 12.

B

1. Cor. 1

1. Tim. 3.

Ephe. 3.

Ioan. 1.

Matt. 17.

Marci. 1

Act. 9.

Actor. 13

C

Act. 4.

Act. 11

Finis.

Act. 11.

Actor. 10.

D rent *quidam*, ex Iudæis conuersi, missi *A Iacobo*, Antiochiã. *Cum gentibus*, conuersis *Edebat*, non discernens inter cibos. *Cum autem venissent*, prædicti fratres à Iacobo æmulatores legis, qui Christum & legem æquo iure venerabantur. *Sub-*
1. Cor. 8. *trahebat & segregabat se*, Petrus à cibo & consortio Gẽtium
Roma. 14 *Timens*, offendere aut scandalizare, *Eos qui ex circumcisione erant*, id est, ex populo Iudæorum, nisi se hoc modo subtraxisset, & fratribus à Iacobo missis adiunxisset, Gentibus derelictis. *Et simulationi eius*, videlicet Petri, qua se simulauit
Acto. 15. seruare legalia, tanquam necessaria ad salutem, cum tamen
Acto. 20 ita non seruaret ea. Simulauit enim se idem sentire cum fratribus à Iacobo missis, qui etiam errauerunt, putantes legalia de necessitate seruanda: sed Petrus conformauit se eis, vt eos paulatim corrigeret. *Consenserunt Iudæi cæteri*, conuersi
Acto. 13. ad Christum Antiochiæ demorantes, vitando cibos & co-
E mestionem Gentilium. *Ita vt Barnabas*, qui mecum erat ordinatus Gentium Apostolus. *Duceretur ab eis*, hoc est, à Petro, & Iudæis Antiochenis. *In illam simulationem*, cuius exemplum vidit in Petro. Nam licet Anthiocheni isti, & Barnabas tanquam viri perfecti bene sentirent de legalium cessatione, eadem tamen intentione se Gentibus subtraxerunt, & fratribus à Iacobo venientibus conformauerunt, qua & Petrus. Hæc autem indiscreta simulatio Gentes scandalizauit, iudaizaréque fecit: quoniam Gentes his visis arbitrabantur legalia necessariò seruanda. Ideo subdit. *Sed cũ vidissem.*
Acto. 15. Ego Paulus. *Quòd non rectè ambularent*, hoc est, nõ iustè nec
F verè conuersarentur. *Ad veritatẽ Euangelij*, id est, secũdum euangelicæ veritatis tenorem. Nam propter scandalum euitandum omiserunt veritatem doctrinæ nouæ legis, secundum quam legalia cessarunt post Christi passionem, quantum ad obligationem & meritum. *Dixi Cephæ*, tanquã principali. *Corã omnibus*, quoniã manifestè fecit id pro quo corripi meruit, & vt eius correptione cæteri sanarentur, Gentes quoque veritatem cognoscerent. *Si*, pro quia. *Tu* Petre *Cũ Iudæus sis*, natione *Gentiliter & non Iudaicè*, id est, secundum ritum & vsum Gentium conuersaris, non Iudæorum. *Vius*, non discernẽdo cibos, nec vitando Gentiles communiter, quamuis hac vice aliter agas. *Quomodo*, id est, qua ratione *Gentes*, conuersas *Cogis Iudaizare*? id est, legales cæremonias obseruare? Cogis, inquam, tuæ couuersationis exemplo,

quamuis

quamuis non cogas doctrinæ imperio. Dicit sanctus Hiero A
nymus, Hunc locum nobis obiecit Porphyrius, arguens Pe- *Hieron.*
trum de vitioso errore, & Paulum de procaci increpatione,
imò nos omnes deuicti dogmatis mendacio, dum inter se
principes ecclesiarum discordant. Vnde ad satisfaciendum
Porphyrio, & ad excusandum Petrum à culpa, Paulum quo-
que à præsumptione Hieronymus dixit, quòd Petrus nõ ve
rè neque ex animo post Christi passionem obseruauit lega-
lia, sed solùm quadam pia simulatione ac dispensatione ad
vitandum scandalum Iudæorũ. Sícque in prædicta subtra-
ctione & iudaizatione Petri erat simulatio in facto & appa-
rentia. Et idẽ dicit Hieronymus de aliis apostolis, qui post *Lucæ.14.*
dominicam passionem legalia obseruasse leguntur. Asserit
quoque beatus Hieronymus, quod legalia statim post Chri
sti passionem omnibus erant mortifera, quibus gratia noui *Iosue.8.*
testamẽti fuerat publicata, si ea veraciter obseruarent, ad qđ B
multas authoritates & rationes adducit. Insuper dicit Hie-
ronymus, qp Paulus non verè, sed dispensatoria simulatione
reprehendit Petrum: quia nec Petrus verè reprehensibilis
fuit (vt dicit) ita quòd Paulus & Petrus contradixerant sibi,
vt Petrus se hoc modo à Gentibus subtraheret, & Iudæis mi
sceret, atque ob id Paulus eum argueret, vt videntes tantum
apostolũ reprehendi, cognoscerent non esse obseruanda le *Ephe.8*
galia, nec ea seruarent. Porrò huic positioni Hieronymi, Au *Act.2*
gustinus contradicit, præsertim in tribus. Primò igitur ait, *August.*
Quòd Petrus & alij Apostoli post Christi passionem inter-
dum ex certa causa veraciter seruauerũt legalia, vt patet in *Acto.10.*
Actibus apostolorũ. Vnde simulatio Petri (de qua nunc fa- C
ctus est sermo) non est intelligenda quantum ad opus exte-
rius, seu exteriorem experientiam: sed quantum ad cordis
intentionẽ, quoniã simulauit se cõsentire Iudæis, vt exposi- *1.Cor.9*
tũ est. Secũdò dicit Augustinus, Quòd legalia ante Christi
passionẽ viua atq; salubria erant, post promulgationem ve-
rò euangelicæ legis fuerũt mortua atque mortifera obser-
uantibus ea. Sed tempore intermedio mortua erãt, ita quòd
nullũ obligabant, nec aliquid profuerunt, non autem morti
fera Iudæis conuersis, quia sine peccato poterant obseruа-
re ad tempus, ex rationabili causa, ita tamen vt spem in eis
non figerent, quasi alicuius essent virtutis, vel sine eorum
obseruatione non sufficeret gratia Christi ad veritatem sa- *Matth.11*

D lutis, sed à Gentibus conuersis nullo modo erant seruandæ. Lex quippe, vt ait, Augustinus, non erat à Iudæis subitò abiicienda, sicut à Gentibus idololatria, ne videretur nõ fuisse diuina. Erátque mater synagoga cum honore ad tumulum deducenda, non subitò obruenda. Postremò, perhibet Augustinus Petrum à Paulo veraciter reprehensum, ita quòd Petrus venialiter peccauit, indiscretè seruando legalia coram Gentibus in scandalũ earundẽ cogens eas iudaizare. Quòd probat Augustinus per hoc quòd Apostoli non debuerunt omittere veritatem doctrinæ, propter vitandum scandalum Iudæorũ. Item, quoniam non est verisimile, quòd Paulus in epistola ad Galatas aliquid simulatoriè scriberet. Rursus, si Petrus verè reprehensibilis non fuit, Paulus nec verè, nec iustè scripsit, quod in facié restitit ei, quia reprehensibilis erat, & quòd non rectè ambulauit ad veritatẽ Euangelij. Si enim
E in diuinis scripturis inueniatur vnum mendaciũ, tota veritas eius nutabit. Hinc ergo ecclesia magis consentit in hac parte dictis Augustini, quàm sancti Hieronymi. Ad blasphemias quoque Porphyrij facile est respõdere, videlicet quòd non derogat euangelicæ legis veritati, quòd eius ministri quandoque venialiter peccauerint, aut in aliquo modico (quod fidẽ d. rectè non respicit) errauerint: quia in his quæ fidẽ concernunt, summa concordia est. Increpatio etiã Pauli procax non fuit, sed ex iusta libertate processit, quã & Petrus humiliter pertulit: vt discant prælati non indignari, dũ à subditis seu inferioribus iustè corripiuntur. Veruntamen beatus Hieronymus super Esaiam quodam loco positionẽ
F suam multum seriosè, instanter, & fortiter stabilire conatur. De hac verò materia in glossa plenius continetur. Deinde ostendit apostolus, quòd post Christi aduentum & Euangelij prædicationem, carnales obseruantiæ legis cessauerint,
1 Cor. 11 eo quòd iustificatio sit ex fide, non autem ex lege. *Nos*, Apostoli. *Natura*, id est, naturali origine *Iudæi*, sumus ex semine patriarcharum prodeuntes. *E- non ex Gẽtibus*, sumus. i. de numero & sorte Gẽtilium. *Peccatores* idololatræ vt illę, quàm
Ephe. 3. non simus ab omni peccato immunes. Alibi tamen dicit a-
Roma. 3 postolus, Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum ego primus sum: sed nunc dicit, Non ex Gentibus peccatores, quoniam vitia Gẽtilitatis non contraxerunt. *Scientes autem* ex reuelatione diuina, & scripturarum notitia. *Quòd non iu-*

stificatur

stificatur homo, Iudæus aut quicũque alius corã deo *Ex operibus legis*, duntaxat.i. per sola opera legis præsertim cæremonialia, imò nec per opera legis moralia sine fide, charitate & gratia Christi. Ideo subditur. *Nisi per fidẽ Christi Iesu.* Fides enim est prima virtus, sine qua impossibile est placere Deo, nec sine ea vnquã aliquis saluatus est. Sicut enim nos saluamur per fidem qua credimus Christum venisse, sic veteres saluabantur per fidem Christi venturi, imò illorum, & nostrũ vna est fides, quamuis sit modò magis expressa. Tres quippe virtutes theologicæ ad salutẽ requiruntur, & in omnibus electis fuerunt, sicut & gratia gratum faciens Hinc ergo. *Et nos* Apostoli omnésque Christiani. *In Christo credimus*, id est, de Christo fidem ei placentem atque formatam habemus. *Vt iustificemur ex fide & non ex operibus legis*, fide secluſa. Opera autem legis propriè appellãtur carnales obseruantiæ: sed facta cæremonialia, quia cum lege cõstituta terminata sunt. *Propter quod*, sequitur, quòd *Ex operibus legis* secundum se sumptis. *Non iustificatur omnis caro.* i. nullus homo. Ponit enim partem pro toto, carnem, scilicet pro homine. *Quòd si*, nosipsi. *Quærentes.* i. cupientes. *Iustificari in Christo*, hoc est, in fide & merito Christi. *Inuenti sumus & ipsi peccatores.* i. eoipso quòd quærimus in Christo iustitiam adipisci, probati & declarati sumus esse peccatores. Aliter enim non quæreremus in alio iustificari. *Nunquid Christus peccati minister est?* id est, nunquid Christus qui iussit nos lege relicta ad se cõsurgere, est peccati causa, seu minister? quod vtique sequeretur, si lex sine fide & gratia Christi posset saluare. *Absit*, vt Christus dicatur peccati minister hoc iubendo, quia nec ego peccaui legem deserendo. *Si enim quæ destruxi hæc iterum reædifico.* i. si opera legis quæ omisi ac reprobaui, rursus assumo & approbo. *Præuaricatorem me constituo.* i. deũ offendo, hoc faciendo. *Ego enim per legẽ*, Euangelicã. *Legi* Mosaicæ. *Mortuus sum.* i. ab eius obseruãtia liberatus ac mortificatus. *Vt Deo viuamus*, vita gratiæ in præsenti, & vita gloriæ in futuro, custodiẽs legem Christi, in omnibus sine querela. Lex etenim Christi virtute sacramentorum suorũ gratiam confert, sicque iustificat, non autem lex Mosi. Ea verò quæ hic dicuntur de insufficientia legis scriptæ & efficacia legis nouæ in epistola ad Romanos plenius, subtiliúsq; conscripta atque tractata sunt. *Christo confixus sum cruci*, id est,

A

B

Hebr.7.

Matth.5

C

Roma.8

Philip.3

Roma.6.

D clauis amoris, & piæ compassionis, ac cruciformis imitationis, simul cũ Christo crucifixus sum cruci seu propriæ mortificationis labori, sequẽdo vestigia eius, prout ipse ait, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Vnde alibi apostolus, *Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Qui autem Christo crucifixo seipsum conformat, cruci eius affigitur, & ardor peccati virtute dominicæ crucis in ipso extinguitur, habẽtque carnes diuino timore confixas, ne membra sua ad vitia solita extendantur. *Viuo autem iam non ego*, id est, postquã Christo confixus sũ cruci, viuo, & non viuo. Viuo enim non solùm vita naturę, sed gratiæ: non vita humana, sed diuina: non vita carnali, mundana, & consueta, sed spirituali, cœliformi, ac noua. Ideo E subditur. *Viuit verò in me Christus*, id est, non secundũ meipsum viuo, seu ago, sed secundum Christi inspirationem, volũtatem, atque doctrinam. Christus ergo viuit in me, id est, regnat in anima mea & possidet me, facítque me in se viuere. Viuere autem est actum vitalem habere. Amor verò trásponit & mutat amantem in amatum. Dum ergo homo in Christi amore succenditur, crescit, & perficitur: moritur in semetipso, quia non agit secundum propriam voluntatem, secundum naturalem inclinationem, secundum priuatum amorem: sed secundum diuinæ charitatis instinctũ, & Christi iussionem, atque consilium. *Quòd autem nunc viuo*, id est, bene & meritoriè ago. *In carne*, hac fragili. *In fide viuo filij Dei*, id est, per virtutem fidei Christi ago, non propria potestate, aut legis subsidio. Iustus enim ex fide viuit: Qui verò F incredulus est, infideliter agit. *Qui dilexit me*, sicuti ipse protestatur, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Rursúsque per prophetam, In charitate perpetua dilexi te. *Et tradidit semetipsum pro me*, prout dicit, Ego sum pastor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. Hinc propheta, Tradidit, inquit, in mortem animam suam. Ecce quàm affectuosissima, prorsúsq; dulcissima verba? Quod enim generaliter pro omnibus factum est Apostolus propter ardentissimam ad Christum dilectionem, quasi pro se solo, vel singulariter factum æstimat. Nam vt ait Chrysostomus. Hic est affectus serui fidelis, vt quod pro omnibus communiter fecit & pertulit Christus quasi pro se tantum putet illum

Lucæ. 9 *Galat. 5.* *Psal. 118.* *Ephe. 2* *Abac. 2* *Eccle. 21* *Ioan. 15* *Hiere. 31* *Ioan. 10* *Esa. 53.* *Chrysost.*


fecisse

fecisse & pertulisse. Et vtique meritò hoc æstimare debe- A
mus, quoniam tanta est Christi misericordia, bonitas, & dilectio ad vnunquenque nostrum, vt mallet pro quolibet sigillatim ac singulariter omnia facere & sustinere, quæ pro omnibus simul fecit & passus est, quàm aliqué perire, quantum est ex parte ipsius. *Non abiicio gratiam Dei*, id est, charitatem & beneficia diuina mihi per Christum collata, non sperno nec desero, legi finaliter inhærẽdo. *Si enim per legem iustitia*, id est, si virtute & actibus legis homo iustificatur, remissionem peccati, & gratiæ infusionem adipiscendo, vt Iudæi confidunt. *Ergo Christus gratis*, id est, sine causa necessaria, & quasi superfluè. *Mortuus est*, cũ nõ sit mortuus secundũ scripturas, nisi propter hominis iustificationẽ, iuxta illud propheticum: Spiritus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris. *Thren. 4.* *Ephe. 2.* B

Cap III. *O insensati Galatæ.*

ARTICVL. III.

OStensa cessatione legalium ex perfectione euangelicæ legis, nunc idem ostenditur ex imperfectione legis Mosaicæ. *O insensati*, id est, stulti, insipientésque. *Galatæ*, Nõ incurrit Apostolus sententiam saluatoris dicẽtis, Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis: quia non ex contẽptu aut malignitate, sed zelo æquitatis, & animo corrigendi insensatos eos appellat. Sic enim & Christus dixit discipulis, *O* stulti & tardi corde ad credẽdum. *Quis vos fascinauit*, id est, more magorum ludificauit atq; decepit, vel more inficientium oculos falsitatis veneno immutauit & intoxicauit. *Non obedire veritati?* id est, veræ prædicationi & iustis præceptis euangelicæ disciplinæ, per quam legalia excludun tur? *Ante quorum oculos*, id est, in quorum notitia euidenti. *Christus Iesus proscriptus est*, id est, ad mortem damnatus, vel aperte descriptus? Hoc enim vobis certissimè constat, quòd Christus propter nostram salutem adiudicatus est morti, ipseque Christus vobis clarè notificatus, *Et in vobis*, est. *Crucifixus*, id est, crucifixio eius cordibus vestris innotuit. Vel, in vobis crucifixus id est, vestri amore mortem crucis sustinuit Vel, in vobis crucifixus est, vestra infidelitate & culpa rursus quodammodo crucifixus videtur, quia sic peccatis in eum, vti qui eum crucifixerunt. Vnde & alibi de quibusdam asseritur, Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, *Matt. 5.* *Luce 24* C *Hebr. 6.*



D & ostentui habentes. Sciendū quòd fascinatio diuersis modis accipitur, videlicet pro magica ludificatione, pro inuidia, pro immutatione alterius, quam Auicenna dixit fieri posse sola imaginatione vnius in alium. Quod Ægidius de Roma in libro contra errores philosophorum satis redarguit. Fit tamen interdum per quandam materialem effluxionem humorum nocentium, aërem inficientium, sicut quorundam vrentes, infectique oculi teneros lædunt pueros, in tantum vt escam euomant atque fastidiant. Propter quod pueri tales fascinari dicuntur. Pro inuidentia quoque sumi videtur, cùm in libro Sapientiæ dicitur, Fascinatio ma-
Sap. 4 ligna bonitatis obscurat bona: inuidus nanque non solùm sibipsi,
Acto. 10. sed etiam his nocet in quibus aliqua bona esse incipiunt.
Act. 2. 3. 8. *Hoc solum*, primò & præcipuè, *Volo à vobis discere*, id est, per
E modum discentis audire. Loquitur autem apostolus ironicè, & quærit hoc non per modum dubitantis, sed admirantis, vel potius ex obliquo apertissimum errorem ostendentis. *Ex operibus legis*, id est, virtute & merito obseruantiarum legalium, *Spiritum*, sanctum. *Recepistis*, in signo visibili, sicut frequenter fiebat in primitiua ecclesia, quando baptizabantur fideles, & manus apostolorum eis imponebantur. Vel si Galatæ non receperunt spiritum sanctum in signo tali externo, tamen tam copiosam gratiam perceperunt, vt certissimè pateret eos recepisse spiritum sanctum. *An ex auditu fidei?* id est, ex fide, quæ per auditum acquiritur dispositiuè, à
Rom. 2. 3. Deo autem efficienter? Et quoniam certum est, quòd non receperunt spiritum ex operibus legis, quia Gentiles erant,
F legem non habentes, nec obseruantes, sed ex fide. Nam cum ad apostoli prædicationem crederent, & baptizarentur, descendit in eos spiritus sanctus: idcirco in obseruatione legalium nō consistit salus ipsorum, aut aliorum Gentilium. *Sic stulti estis*, id est, diuinorū cognitione priuati. *Vt cum spiritu*, sancto operante in vobis. *Cœperitis*, spiritualiter viuere. Vel spiritu, id est à spirituali feruore, & interna deuotione. *Nūc carne consummemini*, id est, in carnalibus obseruātiis legis, & exterioribus exercitiis perfectionem quæratis, imò carnales & frigidi efficiamini. Hoc modo multi à spiritu ordiuntur & carnaliter terminant, procedentes ordine retrogrado. Cōueniens etenim ordo est, à carnalibus ad spiritualia scandere, nō à spiritualibus ad carnalia cadere, sicut his accidit

Tanta

Tanta passi estis, i. tam vehemẽter decepti, fascinatique estis A
à talis. *Sine causa*, id est, irrationaliter. *Si tamẽ sine causa*, quia fortassis propter peccata vestra meruistis sic ludificari. Vel, Deus propter aliquid melius illud permisit. Vel sic, Tanta passi estis id est, multa iam aduersa passi estis pro Christo sine causa. i. sine fructu & præmio. Nam legalia obseruãdo, & fallacibus credendo peccastis mortaliter, & omne meritum perdidistis, si tamen sine causa. i. non absolutè dico vos illa sine causa perpessos, quoniam pœnitere potestis, sicque reuiuiscent opera meritoria, quæ antè viua fuerunt. *Esa.26.* *Qui ergo tribuit vobis spiritum*, sanctũ, videlicet Deus pater. *Et operatur virtutes*, i. opera virtuosa seu signa. *In vobis*. Omnia enim opera nostra operatus est in nobis. *Ex operibus legis*, hoc facit in vobis. *An ex auditu fidei?* Patet autẽ quòd nõ ex operibus legis (quę nũquam perpetrastis) Deus hoc faciat, sed B
ex auditu fidei, secundum sensum inductum. Et ad hoc allegat scripturam, & exemplum Abrahæ patriarchæ. *Sicut Abrahã credidit Deo*. Sicuti Geneseos testatur historia, Credidit enim in spem & cõtra spem. *Gene.15.* *Et reputatum est ei*, secundum diuinæ pietatis acceptationem. *Ad iustitiam*, i. actu fidei suæ iustificatus est. *Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt*, id est, per fidem agunt, & vere fideles cõsistunt. *Hi sunt*, spirituales. *Filij Abrahæ*, imitando fidem ac deuotionem ipsius. *Prouidens autem*, i. prudenter prænuncians *Scriptura*, seu Deus in scripturis. *Quia ex fide*, sine cæremonialibus legis. *Iustificat gentes*, conuersas *Deus prænunciauit Abrahæ: quia benedicentur in te*, id est, in fidei tuæ imitatione, seu Christo ex te nascituro *Omnes gẽtes*, i. aliquid de omni genere hominum. *Igitur qui ex fide sunt*. i. per fidem in deo esse meritorium habent. *Benedicentur*, id est, diuinarum gratiarum collationem recipient. *Cum fideli Abraham*, id est, sicut benedicens est Abraham merito fidei suæ. Quamuis & illud meritum fuerit Dei donum, cuius est omne bonum. Quod autem ex operibus cęremonialibus legis nemo iustificetur, ostenditur. *Quicunque enim ex operibus legis sunt*, id est, virtute legalium se posse saluari confidunt. *Sub maledicto sunt*, i. transgressionis periculo subiacent quod euadere nequeũt, quoniã Christi gratiã non requirunt. *Scriptum est enim, Maledictus omnis*, vel simpliciter coram Deo: vel reprehensione aliqua dignus est.

Qui non permanserit, per obedientiam. *In omnibus mandatis*,

D *Quæ ſcripta ſunt in libro legis*, Moyſi, id eſt, in Deuteronomio
Deute.27 vbi reſumũtur ſub compẽdio præcepta diuina, in aliis Moyſi libris præſcripta. *Vt faciat ea*, id eſt, opere impleat, quo ad præcepta affirmatiua. Hoc autem ſine fide & gratia Chriſti
Roma.4 non potuit adimpleri, ideo lex mortem atque damnationẽ ex occaſione operabatur. Iuſſit enim, & tamen gratiam obediendi non contulit. *Quoniam autem in lege*, ſcripta, id eſt, virtute & cæremoniis legis, ſecluſa fide & gratia Chriſti videlicet per ſolam legem, & actus eius exteriores. *Nemo iuſtificatur apud Deum*, qui cordis inſpector eſt infallibilis. *Manifeſtum eſt*, authoritate Abacuc prophetæ, qui ait, *Quia iu-*
Abac.2 *ſtus ex fide viuit*: Sic enim ſcriptura dicit, Ecce qui incredu-
Roma.1 E lus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus autem
Hebr.10. in ſua fide viuet. Chriſtus quoque ſimilia his loquitur ſæpe:
Abab.2. vt eſt illud, Qui credit in me, habet vitam æternam. Et, fides
Ioan.6. tua te ſaluum fecit. &c. *Lex autem*, quantum ad cæremonia-
Luc.7. lia, de quibus iam agitur hìc. *Non eſt ex fide*, id eſt, non prin-
Hebr.10 cipaliter innititur fidei, quũ non ſit de incomprehẽſibilibus quorum eſt fides. *Sed qui fecerit ea*, id eſt, cęremonialia iuſſa impleuerit. *Viuet in illis*, id eſt, corporalis mortis pœnas euadet, ſed vitam gratiæ non conſequetur, niſi opera illa operata, ex interna charitate & fide ducant originem. Inſuper manifeſtat apoſtolus, quòd à Chriſto deriuetur ad nos iuſtificatio & benedictio. *Chriſtus nos redemit*, id eſt, merito ſuæ digniſſimę paſſionis abſoluit. *De maledicto legis*, id eſt, de iugo, damnatione & pœna, quam lex tranſgreſſoribus inflige bat. Abſoluit enim nos (id eſt Iudęos) ab obligatiõe ſeu de-
F bito ſeruãdi legem, & per cõſequens à maledicto ſequenti. *Factus pro nobis maledictũ*, id eſt, pro noſtra ſalute maledictionem hominum paſſus. Quia & culpam ei adſcripſerũt, & pœnam tanquam impio inflixerunt, quod totum ipſe propter nos pati dignatus eſt: ſicut per Pſalmiſtam teſtatur, Quæ nõ
Pſal.68 rapui, tunc exoluebam. Et. Tu ſcis improperium meum, &
Ibidem. confuſionem meam. Hinc quoque Eſaias dicit, Cum ſcele-
Eſa.53. ratis reputatus eſt. *Quia ſcriptũ eſt, Maledictus*, maledictione
Deut 21. culpę, & meritò reprobatus. *Omnis*, homo. *Qui pendet in ligno*, pro ſuis ſceleribus. Sed hoc in Chriſto locum non habuit. Quomodo ergo apoſtolus applicat authoritatem iſtã ad Chriſtum, niſi quantum ad hoc quòd Chriſtus cum cæteris maledictis & impiis crucifixis reputatus eſt à reprobis

imò

imò & assimilatus per pœnas? Propter quod ait per prophe A
tam, Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. Item, E- *Psal. 87.*
go autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominũ, *Psal. 21.*
& abiectio plebis. Itaque Christus nos Iudæos redemit de
maledicto legis. *Vt in Gentibus*, quæ non erant sub legis ma-
ledicto. *Benedictio Abrahæ fieret*. id est, gratia Abrahæ pro-
missa diffunderetur. *In Christo Iesu*. i. virtute ac merito Chri-
sti, seu per Christum, tanquã per mediatorem. *Vt pollicitatio-* *1. Tim. 2.*
nem spiritus, id est, æternam fœlicitatem à spiritu sancto (qui *Rom. 5.*
nobis datus est in pignus & arram futuræ beatitudinis) re- *2. Cor. 5.*
promissam. *Accipiamus*, post præsentis peregrinationis au- *Ephe. 1.*
xilium. *Per fidem*, non per opera legis, quibus lex ab Euan-
gelio distinguitur, puta per cæremonialia, seu iudicialia, de
operibus autẽ moralibus nõ est sermo. Præterea probat a- B
postolus per humanæ consuetudinis obseruãtiam, quòd iu-
stitia & beatitudo, & spiritus sanctus detur per fidem, non
per opera legis. *Fratres, secundũ hominem dico*, id est, per hu-
manam consuetudinem probo quod dixi. *Tamẽ hominis te-*
stamentum confirmatum nemo spernit; id est, quamuis in rebus
humanis sit magna instabilitas, tamen hominis cuiuscun-
que testamentum, id est, ordinationem de successione hæ-
reditatis, confirmatum testibus, signis, seu morte testatoris.
Testamentum enim in mortuis confirmatur, imò & im- *Heb. 9.*
mobilitatum est, nemo spernit tanquam inualidum. *Aut su-*
perordinat. i. aliquid ei adiungit aut de rebus alio modo dis-
ponit, si tamen sit homo rationabiliter agens, fueritque te-
stamentum ritè peractum. Multò igitur fortius diuinæ dis-
positiones seu promissiones firmæ erunt & inuariabiles, de C
quibus subiũgitur: *Abrahæ dictæ*. i. diuinitus factæ. *Sunt pro-* *Rom. 4.*
missiones diuersæ, vel vna frequẽter, vt patet in diuersis cap. *Epist.*
libri Geneseos. Facta est enim ei promissio de possessione *Gene. 15.*
terræ sanctæ, per quam mysticè designãtur possessio terræ
viuentium, seu patriæ beatorum. De innumerabili quoque
multiplicatione seminis sui, præsertim spiritualis. i. fidelium
qui per fidem eius filij sunt. Et quòd in semine suo benedi- *Gene. 2.*
cerentur omnes gentes. *Et semini eius*, id est, Christo filio A-
brahæ secundum naturam assumptam, factæ sunt promis-
siones, non quòd ad eum fiebant, sed quoniam pertinebant
ad eum, tanquam implendæ per ipsum. Per Christum nan-
que data est benedictio omnibus gentibus, quæ erat prin-

D cipalis promissio Abrahæ facta. Ideo subditur. *Non dicit* scri
Gene. 15. ptura Genesis. *In seminibus, quasi in multis*, id est, promissionẽ factam semini Abrahæ scriptura nõ exprimit pluraliter, dicẽdo ad Abraham, In seminibus tuis benedicentur omnes Gẽtes: quod faceret si de pluribus loqueretur. *Sed quasi in vno*, id est, singulariter nominat semen istud, dicendo. *Et semini tuo qui est Christus*, id est, in Christo ex te nato benedicen-
Gene. 22. tur omnes gentes. Sic enim ad Abraham dictum est, In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. *Hoc autem dico*, quod subditur, scilicet *Testamentum confirmatum à Deo*, id est, promissionẽ ad Abraham factam, per Christum implẽdam, videlicet de omnium gentiũ benedictione in Christo. *Que post quadringentos & triginta annos facta est lex*, id est, lex scri-
E pta, quæ facta est, id est, Mosi data in monte Sinai post qua-
Exod. 19. dringentos & triginta annos à tempore promissionis, quæ
20. 43. primò facta est Abrahæ venienti de terra Chaldæorum.
Gene. 12. *Non irritum facit*, id est, promissionem prædictam diuino iu-
Acto. 7. ramento formatam non falsificat. *Ad euacuandam promis-sionem*, hanc suo effectu, videlicet impediendo impletionem ipsius, quod tamen faceret, si per legem daretur benedictio illa quæ est hæreditas sempiterna. Hæc enim promissio Abrahæ facta, & per semen eius (id est, Christum) implenda, diu præcessit legislationem. Si ergo bonũ per eam promissum (puta benedictio hæc) daretur per legem. Primò, sequeretur, quòd nõ esset ex promissione. Secundò, quòd frustra fieret mentio de semine Abrahæ, qui est Christus. Tertiò, quòd Abraham, Isaac, Iacob & cæteri sancti qui ante legem
F fuerũt, diuina benedictione caruissent, neque æternam hæreditatẽ essent adepti. Vnde certissimè liquet, quòd à principio mundi per fidem Christi futuri dabatur hominibus benedictio gratiæ & salutis. Sed quæri potest, quomodo ei quod nunc dicit Apostolus, legem datã post annos quadringẽtos & triginta à promissione Abrahę facta, cõcordet
Act. 13. quod idẽ dicit apostolus in Actibus, Sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos. Lex enim data est primo anno egressionis ab Ægypto. Distributio verò terræ facta est post quadraginta annos ab egressione prædicta: & ita secundũ ratiocinationem hũc habitã, distributio terræ facta esset post annos quadringentos & septuaginta, vel circiter. Quæritur etiam, quomodo his concordet

concordet quod legitur in Exodo, Habitatio autẽ filiorum A
Israël qua máserunt in Ægypto, fuit quadringentorum tri- *Exod.12.*
ginta annorum, quibus expletis, eodẽ die egressi sunt. Si enim tamdiu in Ægypto manserũt, nó poterũt anni, de quibus iam tractat Apostolus, cõputari à promissione Abrahæ facta, sed ab ingressu Iacob in Ægyptum. Et respondendũ, ꝙ anni de quibus Moses in Exodo loquitur, secundum doctores, computantur à promissione primò facta Abrahæ vsque ad legislationem. Porrò ab exitu Abrahæ de Chaldæis *Gene.15.*
cum primò facta est ei diuina promissio, vsque ad descẽsum Iacob in terrá Ægypti, fluxerũt anni ducenti viginti. Dein- *Gene.46.*
de vsque ad mortẽ Ioseph anni septuaginta vnus. Inde vsq; ad egressum de Ægypto CXLIIII. qui simul iuncti, præ- *Acto.7.*
dictum numerũ constituũt. Anni verò de quibus in Actibus B
legitur cõputãtur ab alio exordio, scilicet à natiuitate Isaac (secundum Bedam) quando & dictũ est Abrahæ, ꝙ semen suum accola esset in terra aliena annis quadringentis. Hæc secundum alios dicta sunt. Non enim apposui cor meũ hac *Gene.12.*
vice ad considerandũ tempora illa attentius. Quod autem promissio euacuaretur, si ex lege esset benedictio, pandit apostolus. *Nam si ex lege*, datur. *Hereditas*. id est, benedictio gratiæ seu vita, fœlicitásque æterna. *Iam non ex promissione* daretur, sed ex alia causa, videlicet lege, & ita Abrahá esset frustratus spe sua, quod dici non potest, sicut subiungitur. *Abrahæ autẽ per repromissionem*, de Christo ei sæpius factã, seu per fidem Christi promissi. *Donauit deus*, hæreditariã benedictionẽ cœlestẽ, de qua ad eum dicebat, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Sed quia ex dictis sequi vi- C
detur, ꝙ lex omnino erat inutilis, quærit Apost. vt nostræ dubitationi respõdeat. *Quid igitur lex?* id est, cur data est, & *Gene.15.*
quę eius vtilitas? Et respondet. *Propter transgressionem*, id est, peccata hominũ reprimenda ac punienda. *Posita est*, quatenus homines saltem timore pœnarum quæ determinãtur in lege, retraherentur à vitiis. *Donec veniret semẽ*, id est, Christus per incarnationẽ mundum intraret. Cui *promiserat*. i. de quo Deus promisit, ꝙ per ipsum implerentur promissiones diuinæ. Sicut ad Abraham dixit, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Lex inquam *Ordinata*. i. ordinatè collata à *Gene.12.*
deo. *Per angelos* Moysi. Vnde Stephanus dicebat Iudęis. Ac *Acto.7.*
cepistis legẽ in dispositióe angelorũ. *In manu mediatoris*. i. lex

D posita est in potestate Christi, ita vt ipse eam posset mutare, & ei finem imponere, nec esset necessariò ei subiectus. Pro-
Ioan.12. pter quod aiebat: Dominus est filius hominis etiã sabbathi. Sic communiter exponitur: Sed videtur hoc loco per mediatorem, Moses posse intelligi, per cuius manũ, id est, ministerium data est lex. Moses enim inter Deum & populũ Israël fuerat mediator, sicut & ipse interdum testatur. Constat
Exod.20. ergo quòd lex data sit Mosi, nõ solùm vnius ministerio angeli, sed multorum, quamuis communiter non fiat mentio in libris Mosi, nisi de angelo singulariter, qui etiam frequenter dominus nominatur, cuius persona apparuit ac loquebatur. *Mediator autem vnius non est*, duntaxat, sed duorum extremorum: inter quæ mediat, & ea connectit. *Deus autẽ vnus*
1.Tim.2. *est* in essentia. Tanquá dicat, Licet Christus sit mediator dei
E & hominum, est tamen idem deus cum patre & spiritu sancto. *Lex ergo aduersus promissa dei.* i. cum lex propter transgressiones posita sit. nunquid ex hoc sequitur, legem esse cõtrariam promissioni diuinæ, ita vt irritam faciat eã, eo quòd ex ipsa lege detur hæreditas sempiterna, & non potius ex promissione diuina, sicut promissionis forma continuit? Q si esset, lex promissionem excluderet. *Absit.* Vnde quòd non sit ita subiungitur. *Si enim data esset*, per Mosen. *Lex, quæ posset viuificare*, vitam gratiæ cõferendo. *Verè ex lege*, id est, ob-
Rom.6. seruantia legis. *Esset iustitia*, infusa & meritoria, quæ efficit di-
Rom.7. gnum vita æterna, & non ex promissione. *Sed concluſit*, id est
Rom.3. esse ostendit, conuicit, & accidenter fecit. *Scriptura*, id est, lex scripta. *Omnia*, genera hominum, seu omnes Iudæos. *Sub*
F *peccato*, non solùm originali, sed etiam actuali. Per legem enim erat peccati cognitio directè, & item peccati augmentatio indirectè. Primò, quia in vetitum nitimur. Secundò, quia post prohibitionem peccare, grauius est quàm antè. *Vt promissio.* i. promissa beatitudo & gratia. *Ex fide Iesu Christi, d iretur credentibus* Per fidem enim Christi, salutem consequimur. Ostenso quòd lex retraxit à malo, iam declarat
Finis. quòd disponebat ad bonum. *Prius autem quàm veniret fides*, Christiana. i. antequam catholica fides publicata fuisset
Epist. *Sub lege custodiebamur*, id est, per legis obseruationem ab aduersarijs nostræ salutis protegebamur. *Concluſi.* i. de necessitate inducti, nos Iudæi, de quibus ista dicuntur. *In eam fidem quæ reuelãda erat*, id est, in fidem catholicam, in qua publicè

blicè credenda proponuntur, quæ in veteri testamento oc- A
cultabantur. Non enim potuerunt Iudæi per legem saluari,
nisi habendo fidem de Christi aduentu, ita vt ad fidem con *Heb.11.*
fugere cogerentur. *Itaque lex pædagogus.* i. manuductor *No-*
ster, scilicet Iudæorum. *Fuit in Christo*, id est, secundū Christi
voluntatem ac dispositionem, qui ita instituit vt Iudæi per
legem quasi manuducerētur ac dirigerentur ad saluatorem
& fidem explicitam. Vel in Christo Iesu, id est, in obserua- *Prou.19.*
tionibus mandatorum à Christo datorum, sine quibus lex
nullum ad vitam perduxit. *Vt ex fide iustificemur*, credendo
in Christū. Dicitur autē pædagogus propriè ductor puero-
rū, seu pueri, ἀπὸ τοῦ παιδὸς, quod est puer, & γωγὴ ductio.
Quemadmodum ergo pædagogus puerum insolentem &
imperfectum ad perfectionem perducit, vitia eius per pœ- B
nas & minas comprimendo: sic lex populum Israël carnalē
ac rudem præparauit ad Christum. Deinceps tangitur legis
cessatio. *At vbi*, id est, quando seu postquam *Venit fides*, *Roma.10.*
catholica, id est, cum promulgata est fides euangelica. *Iam*
non sumus sub pædagogo, id est, ad legis custodiam non tene-
mur. *Omnes enim filij dei estis*, adoptiui. *Per fidem*, formatā
In Christo Iesu, id est, per fidem Christi, seu existentem in
Christo sicut in obiecto. Vnde Ioannes Euangelista testa- *Ioan.1.*
tur, Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios
Dei fieri. *Quicunque enim in Christo*, id est, in nomine Chri- *Mat.28.*
sti, vel in forma à Christo præscripta: videlicet in nomine
patris & filij & spiritus sancti. *Baptizati estis Christum*, spi-
ritualiter. *Induistis*, id est, gratia eius ornati, eiúsque passio-
ni ac morti cōformati estis, habētes Christū in cordibus ve- C
stris morātem. De hac materia plenius dictum est suprà ad
Rom. *Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber,* *Rom.6.*
non est masculus neque fœmina, id est, diuersitas generis, condi
tionis & sexus nil facit quantum ad fidei statum, & digni-
tatem, non enim propter ista est alius melior alio, sed pro-
pter dona infusa & supernaturalia. *Omnes enim vos*, bapti- *Acto.10.*
zati, cuiuscunque sitis generis, conditionis aut sexus. *Vnum*
estis, per fidem & charitatem, & vnum mysticum corpus. *In*
Christo Iesu. Secundum quod ipse orabat. Pater rogo vt om- *Ioan.7.*
nes sint vnum sicut tu pater in me, & ego in te, vt sint vnum
consummati in vnum. *Si autem vos Christi* estis, id est, per fi-
dem & gratiā ad Christū pertinetis. *Ergo semen Abrahæ estis*,

D id est, spirituales filij eius, sectando ipsius vestigia. *Secundum promissionem*, Abrahæ factam. *Hæredes*, vitæ æternæ, id est, futuræ beatitudinis possessores eritis, sicut promissum est Abrahæ, si enim filij, & hæredes. Eadem quoq; ratione fideles vocari possunt filij Iacob, Isaac, atque similiũ prophetarum & patriarcharum. De cessatione autem legis præfata dicit saluator, Lex & prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam.

Rom 4.
Rom.8.
Luc.16.

Cap. IIII. *Dico autem, quanto tempore hæres parvulus est.* ARTICVLVS IIII.

PRobata legis cessatione per exempla & rationes, nunc idem ostenditur per humanæ consuetudinis similitudinem. *Dico autem*, quod subditur: scilicet, *Quanto tempore*,

Epist.

E id est, quamdiu *Hæres parvulus est*, id est, infra annos discretionis. *Nihil differt à seruo*, quantum ad liberum vsum hæreditatis sibi relictæ, sed cogitur disciplinari rigore, nec aliquid facere, aut propria dispensare permittitur, nisi iuxta voluntatem eorum quibus à parentibus est commissus. *Cum sit dominus omnium*, id est, quamuis tota hæreditas ad eũ pertineat. *Sed sub tutoribus*, id est, defensoribus, qui eum ab aduersariis protegant. *Et actoribus*, id est, causatoribus seu curatoribus, qui causas eius expediant, cúmque in moribus instruant. *Est, vsque ad præfinitum*, id est, determinatum. *Tempus à patre* eius, videlicet vsq; ad annos discretionis, vel amplius, prout patri placuerit. Solebant enim antiquitus patres morituri determinare, vt vsque ad illud vel illud tempus filij sub tutorum & actorum dominio essent. *Ita & nos* Iu-

Gene.7.

F dæi, *Cum essemus parvuli*, id est, virtutibus imperfecti, & in diuinorum noticia modici. *Sub elementis mundi huius*, id est, sub cæremonialibus legis præceptis. *Eramus seruientes*, domino Deo, seruitute incompleta & superficiali. Dicũtur autem præcepta cæremonialia elementa, quoniam erant quædam primordiales institutiones ad fidem atque iustitiam. Appellantur quoque elementa mundi, quia terrena

Gene.15.

bona habebant in præmium secundum legis promissa. Hæc autem legalia, sub quibus domino ministrabant Iudæi, eis erant tutores, id est, contra dæmonum insidias, defensores & actores, quoniam causam eorum coram Deo agebant, qui per sacrificia placabatur. *At vbi venit plenitudo temporis*, id est, statim cum adimpletum est tempus diui-

nitus

nitus præordinatum, vt in eo filius dei fieret homo. *Misit deus*, pater, paterna authoritate, id est, in mundo visibiliter apparere, conuersarique voluit. *Filium suum* vnigenitum sibi consubstantialem, coæternum & coæqualem. Non itaque misit pater filium suum, quasi filius in sui missione locum mutauerit, cum sit immensus, & omnia implens, sicut & pater: sed & ideo missus dicitur, quoniam patre volente & operante carnem assumpsit, atque in mundo nouo modo apparuit. *Factum*, id est, genitum, secundum assumptam naturam. *Ex muliere*, inuiolata virgine benedicta, de qua Hieremias vaticinabatur, Nouum creabit dominus super terram, mulier circundabit virum. Est autem Hebræi idiomatis consuetudo, vt quæcunque fœminei sexus persona, mulier nuncupetur. *Factum sub lege*, id est, legis præceptis sponte subiectum, in circuncisione, oblatione, & aliis multis. *Vt eos qui sub lege erant*, id est, Iudæos legalibus mandatis astrictos. *Redimeret*, merito suæ humilitatis ac passionis. Non solùm à morte peccati & gehennæ, sed etiam à legalium obseruatione. *Vt adoptionem filiorum*, id est, effectum adoptionis diuinæ, qua adoptatur homines à deo, videlicet gratiam gratificantem in præsenti, & gloriam consummantem in cœlo. *Reciperemus*. Christi enim descensio, nostri est sublimatio, & eius incarnatio, nostri vtique deificatio creditur. Hæc de visibili missione filij Dei, inducta sunt. Est autem & alia, videlicet inuisibilis, missio filij Dei, qua ad animas sanctas atque fideles increata Dei sapientia mittitur iuxta illud Sapientiæ, Mitte illam de cœlis tuis, vt mecum sit & mecum laboret. Porrò quid ex diuina adoptione sequatur in nobis, pandit Apostolus. *Quoniã autem estis* ô Galatæ, cæteríque fideles. *Filij dei* adoptiui ab æterno electi, ideirco in signũ filiationis istius. *Misit deus*, pater. *Spiritum filij sui*, id est, spiritum sanctũ à patre filioque manantẽ tãquam ex vno principio, & eosdẽ nectentem. *In corda nostra*, id est, dona spiritus sancti vbique existentis, mẽtibus nostris infudit. Tũc enim spiritus sanctus dari & mitti asseritur, cum dona eius gratifica conferuntur, sicut plenius dictũ est suprà. *Clamantem*, i. nos fiducialiter clamare facientem ad deum omnipotentem & trinum. ô *Abba pater*. Duo nomina ista idẽ significãt, Abba autẽ est nomẽ Hebræũ, quod nomine patris exponitur. Itaque spiritus sanctus probat nos esse filios dei.

Hiere. 21.

Matth. 5

Luce. 2

Luce. 12.

Sapien. 9.

Roma. 8

D Nam vt probaremur adoptati à Deo in filios, ſpiritum ſuũ tribuit nobis in ſignum & arram, vt oſtendat affectum patris in nos, détque fiduciam appellãdi deum patrem. Ex his infert Apoſtolus, *Itaque*, id eſt, quoniam ſpiritus ſanctus facit nos clamare, Abba pater. *Iam* tempore euangelicæ legis. *Non eſt*, aliquis verè credẽtium. *Seruus* ſubiectus ſeruitio
Ioan.8 timoris. De quo ſeruo ſcriptum eſt, Seruus non manet in do
Ioan.15 mo in æternum Et alibi, Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. *Sed filius* eſt. *Quod ſi filius* Dei adoptiuus eſt homo credens, ſequitur quòd. *Et hæres* vitæ æternæ erit. *Per deum*, id eſt, à deo, vel per miſericordiam Dei. Vnde dicitur, Filius manet in domo in æternum. *Sed tunc quidem*, id eſt, tempore gẽtilitatis veſtrę. *Ignorantes deum* verũ. *Hi qui naturâ nõ ſunt*
Ioan.8. *dij*, ſed vana hominum æſtimatione, id eſt, qui veram deita-
Roma.1 tem non habent. *Seruiebatis*, videlicet idolis & creaturis po-
E tius quàm creatori. Iuſuper increpat ingratitudinem Galatarum. *Nunc autem cum*, per meam prædicationem, & ſpiritus ſancti illuſtrationem. *Cognouerutis deum*, fide formata, quandiu ſtetiſtis in gratia. *Imò cogniti eſtis*, à Deo per approbationem ad minus ſecũdum præſentem iuſtitiam quando in gratia ſtatis. *Quomodo conuertimini iterum*, id eſt, à fide & cultu nouæ legis reditis. *Ad infirma & egena elemẽta?*
Acto.15 id eſt, præcepta legis cæremonalia? Quæ dicuntur elementa, propter rationem prædictam. Dicuntur quoque infirma quoniam non ſufficiunt ad ſalutem. Et egena, eo quòd gratiam non continebant nec iuſtificabant. Sed cum Galatæ ante ſui conuerſionem Gentiles fuerint, nec vnquam ſeruauerint legem, quomodo dicit eis Apoſtolus, Conuertimini iterum ad infirma & egena elementa. *Quibus denuo ſeruire vultis?* Reſpondet Hieronymus, quia tempore nouæ legis ob-
F ſeruantia cæremonialium, idem, ſeu par peccatum eſt cum
Hierony. idololatria. *Dies*, videlicet ſabbatha, dies azymorum & expiationum. *Obſeruatis*, id eſt, colitis atque attẽditis, more ac ritu Iudæorum. *Et menſes*, id eſt, neomenias & menſem primum ac ſeptimum. *Et tempora*, egreſſionis ex Ægypto. *Et annos*, id eſt, annum ſeptimum remiſſionis & quinquageſimum iubilæum. Quidam exponunt hæc de reditu ad idololatriam, & de ſuperſtitioſa obſeruatione temporum, elementorum, ac ſyderum: ſecundum quam aliqui dicunt, Tali tempore, die, ſeu anni initio nihil eſt inchoandum agendũ

ſeu

dum, seu patiendum. Sed non videtur pertinere ad præ- A
sens, non enim reprehenduntur Galatæ de reditu ad ido-
lolatriam, sed quòd pseudoapostolis crediderunt, qui vtique
non idololatriam, sed legalia docuerunt. *Timeo vos*, id est,
de vobis, vt qui iam à Deo deuiatis. *Ne forte sine causa*, id est,
fructu & vtilitate. *Laborauerim in vobis*, prædicando, & alia Act. 15
bona ad vestri conuersionem spectantia operando, timeo
nanque ne penitus pereatis. *Estote sicut ego*, legalia dimitten
do, sicut ego ea dimisi. *Quia & ego*, sum sine lege. *Sicut &*
vos, sine ea fuistis, & nunc esse debetis. Præterea sanctus A-
postolus more sapientissimi medici post asperam correptio-
nem, adiungit dulcem & consolatoriam admonitionem, pri
stina quoque Galatarum bona commendat, ne considera-
tione præteritorum malorum desperent. *Fratres obsecro* B
vos, id est, per sacra rogo, videlicet conuerti ad euangeli-
cam veritatem. Et fiducialiter obsecro, nam, *Nihil me læsi-*
stis, id est, in nullo me offendistis directè quo ad personam
meam: quamuis vehementissimè doleam de hoc, quòd de-
um offendistis, propriámque salutem negligitis. *Scitis au-*
tem quia per infirmitatem carnis, id est, cum magna corporis
afflictione & persequutione, quam ab aliis passus fui ante-
quam vobis prædicare incœpi. *Euangelizaui vobis*, fidem
Christi. *Iampridem*, id est, dudum cum apud vos eram. *Et*
tentationem vestram, vobis à dæmone infusam. *In carne mea*,
id est, de afflictionibus corporis mei. Tentauit enim eos dia
bolus, ne personæ tam abiectæ, vt videbatur esse Apostolus,
támque afflictæ fidem adhiberent. *Non spreuistis, nec respui-* C
stis, id est, non inaduertenter eam admisistis, nec paruipen-
distis tentationem hanc dæmonis, sed dignè restitistis. *Sed*
sicut angelum Dei excepistis me, id est, cum ingenti reuerentia
personam meam tractastis, verba mea audistis, rationibus
consensistis, imò. *Sicut Christum Iesum*, me suscepistis, id
est, tam charitatiuè ac honorificè, velut si Christus in pro-
pria persona visibiliter venisset ad vos, qui & ipse est ma-
gni consilij angelus. *Vbi est ergo beatitudo vestra?* id est, cum Esa. 9
olim tam virtuosè egeritis, vbi est nunc meritum vestrum?
Tanquam dicat. Mirum est quòd à tanta perfectione sic
subitò caditis. Quod autem tam reuerenter me susceperistis,
iámque in spe beati fuistis, hinc patet. *Testimonium enim*
perhibeo vobis, quia si fieri potuisset, id est, licuisset, oportuisset,

D vel mihi expediens fuiſſet. *Oculos veſtros*, qui ſunt membra chariſſima. *Eruiſſetis & de liſſetis mihi*, ex nimia charitate. Eſt autem conſuetudo ſcripturæ, vt dicatur nō poſſe fieri, quod
Eſa. 63 non fit iuſtè. *Ergo*, id eſt, cum hæc ita ſe habeant, ſequi videtur, quòd *Inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis?* id eſt, ob hoc quòd vos iuſtè atque veraciter increpo & infirmo? nam aliam cauſam inimicandi mihi non habetis, quia in nullo offendi vos. *Aemulantur*, id eſt, diligunt *Vos* falſi. *Non bene*, id eſt, non ordinatè, ſed carnaliter & peruerſè. *Sed excludere vos volunt*, à mea dilectione, ab euāgelica veritate, à regno cœleſti. *Vt iſtos æmulemini*, id eſt, ſectemini, & ametis præ nobis. *Bonum autem*, id eſt, actum virtuoſum ſeu hominem bonum. *Aemulamini*, & amate atque ſectemini. *In bo*
E *no*, id eſt, bona intētione, & propter finem bonum, ſeu propter ipſum bonum honeſtum in ſe, nō propter vtile aut delectabile, quoniam hæc eſt ſola vera ac ſyncera dilectio, quę
Matth. 10 *Marc. 24.* fundatur in bono honeſto. Hoc autem facite. *Semper*, Quia
Matt. 6 qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. *Et non tantum cum præſens ſum*, corporaliter. *Apud vos*, ne videamini bona agere potius mei timore ſiue intuitu, quàm diuino amore atque reſpectu. Decet enim ſubditos in abſentia ſui prælati diligentius cuſtodire ea quæ Dei ſunt, & honeſtatē concernunt quàm in eius præſentia. propter cauſam prædictam, & etiam quia tunc magis neceſſarium eſt, & eſt ſignū quòd
Act. 13. homo diuino ſtimuletur amore. Denique declarata grauiori conditione exiſtentium ſub lege, per humanæ conſuetudinis exemplum, nunc idem declarat per legis diuinæ authoritatem. *Filioli mei*, qui parui eſtis in perfectione virtu-
F tutum. *Quos iterum parturio*, id eſt, cum dolore & planctu ſpiritualiter regenero transferendo vos de non eſſe ſpirituali ad eſſe ſpirituale, per huius epiſtolæ documenta. *Donec formetur*, id eſt, recipiatur ac deſcribatur. *Chriſtus in vobis*, id eſt, in cordibus veſtris per fidem purā, iugem memoriam, & dilectionem firmatam. *Vellem autem apud vos eſſe modo*, corporali præſentia, ſi negotia paterentur. *Et mutare vocem meā*, id eſt, aliter vobis proprio ore loqui quàm ſcribo, increpando vos durius, quàm ſcribere volo. *Quoniam confundor*, id eſt, apud alios erubeſco. *In vobis*, id eſt, de veſtri ſeductio-
Act. 15. ne. Deinceps oſtendit ceſſationem legalium per myſticam expoſitionem ſcripturæ legalis. *Dicite*, id eſt, reſpondete

Mihi

Mihi qui sub lege vultis esse, id est, cæremonialibus legis iussio- A
nibus obedire. *Legem non legistis?* id est, an libros veteris testa
menti legistis? Tanquam dicat, Vel nō legistis, vel male in-
tellexistis. Ideo autem quæro an legem legistis, an spirituali
ter intellexistis. *Scriptum est enim*, in libro Geneseos. *Quo-* *Epist.*
niam Abraham duos filios, principales ac famosiores cæteris, *Gene. 21.*
vt puta Isaac & Ismaëlem. *Habuit.* Habuit quoq; alios mul- *Gene. 25.*
tos post obitū Saræ de Cethura. *Vnum*, videlicet Ismaëlem *Gene. 6*
habuit. *De ancilla* Ægyptiaca Agar, quæ tamen vxor erat an *Gene. 18.*
tequam Abraham eam cognouit, aliàs fuisset adulter. *Et*
vnum, scilicet Isaac habuit. *De libera*, id est, de Sara, quæ nun
quam ancilla Abrahæ fuerat, quāuis eum ex humilitate, do-
minum appellauerit, quoniam illa fuit charitatis non ser-
uitutis subiectio. *Sed qui de ancilla*, prodiit, id est, Ismaël.
Secundum carnem, id est, naturalem carnis propagationem, B
fœcunditatem atque originem, sine miraculo. *Natus est.*
Poterat enim Abraham senex de iuuencula naturaliter ge-
nerare. *Qui autem de libera*, genitus fuit, videlicet Isaac.
Per repromissionem, id est, ex præuia ac repetita dei promissio
ne, & miraculosa operatione natus est. Nam Sara sterilis fuit *Gene. 21*
& nonagenaria, muliebribus carēs. Vnde diuina virtute da-
ta est ei fœcunditas, sæpius etiam promissa fuit natiuitas
Isaac. *Quæ sunt per allegoriam*, id est, mysticam significatio-
nem. *Dicta*, id est, ad hoc vt ex sensu literali detur intelli-
gi quid sit credendum. Allegoria etenim instruit quid sit
credendum. *Hæc enim*, quæ de Sara & Agar, seu de libe-
ra & ancilla, earúmque filiis dicta sunt. *Sunt* per allego- C
ricam significationem, id est, designant. *Duo testamenta.*
Vnum quidem, id est, vetus testamentum. *In monte Sinai*,
datum, vt patet in Exodo. Vnde in Deuteronomio legitur: *Exod. 20*
Dominus de Sina venit. Sina autem & Sinai idem signifi- *Deute. 33.*
cant. *In seruitutem generans*, id est, vetus testamentum Iu-
dæos seruituti legalium subdidit, eósque timore pœnarum
& propter temporalia promissa fecit Deo seruire. *Quæ*,
seruitus legalis seu timorosa. *Est*, figuratiuè *Agar*, hoc
est, per Agar ancillam Abrahæ designatur. *Sina enim mons*
est in Arabia, minori situatus, qui (vt dicitur) sua magni- *Deute. 6.*
tudine diuersas tangit prouincias, & in sua extremitate
fertur terræ promissionis vicinus. Qui mons Sinai. *Con*
iunctus est, non loco, sed allegorico intellectu, *Et quæ*

D *nunc est Hierusalem*, id est, terrenæ præsentíque synagogæ,
Exod. 21. quæ tempore Pauli in Hierusalem fuit. Significat enim hãc plebem eiúsque seruitutem. Seruitus autẽ legis per montem Syna signata, tunc viguit in Hierusalem, in qua legalia & sacrificia seruabantur. *Et seruit cum filiis suis*, id est, in synagoga Iudæorum cum personis sibi subiectis seruit domino seruili timore, vt patuit. *Illa autem quæ sursum est Hierusalem*, hoc est, ecclesia militans, ex Gentibus maximè congregata. Quæ dicitur sursum, quia per contemplationem & spem, atque diuinum amorẽ, ad diuina erigitur, iámque per inchoationem euãgelicæ conuersationis in cœlestibus demoratur *Libera est*, à seruitute peccati, & conditione seruili, seu obseruantia legis. *Quæ* Ecclesia. *Est mater nostra*, in baptismo enim ex ea spiritu sancto renascimur. Denique quod sit ma-
Ephe. 1. ter nostra ostendit authoritate prophetica. *Scriptum est enim*
Esa. 54. in Esaia, *Lætare* corde in domino. o *Sterilis quæ non paris*, id est, collectio Gentium, quæ tempore testamenti veteris fueras infœcũda, & idololatriæ dedita. *Erumpe & clama*, id est, ex interioris lætitiæ magnitudine in exteriorem exultationem, laudem vocalem, & gratiarum actionem prorũpe. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Propter quod ait Psal-
Matt. 12. mista, Cor meum & caro mea exultauerunt in deũ viuum.
Lucæ. 6 *Quia multi filij desertæ*, hoc est, plures sunt filij ecclesiæ ex Gẽ
Psal. 83. tibus adunatæ, quæ olim erat à Deo relicta. *Quàm eius quæ habet virum*, id est, synagogæ quę habet sponsum cœlestem, videlicet deum, cui in legis susceptione fuerat desponsata.
F Certum est enim ecclesiam numero & merito excedere synagogam. *Nos autem* Christi fideles ô *Fratres secundũ Isaac*, id est, iuxta typum & similitudinem Isaac. *Promissionis*, id est, cœlestis benedictionis, & spiritualis generationis. *Filij sumus*, quia ex aqua & spiritu sancto renascimur, gratiámque cœlestis beatitudinis obtinemus. Sic ergo per Isaac designatur ecclesia CHRISTI. *Sed quomodo tunc*, scilicet tempore Abrahæ. *Qui secundum carnem natus fuerat*, hoc est, naturali virtute, videlicet Ismaël. *Persequebatur eum qui secũdum spiritum*, id est, per repromissionem fuerat natus, vtpu-
Gene. 21. ta ipsum Isaac, vt in Genesi dicitur, Ismaël lusit cum Isaac. Quem ludum Hebræi intelligunt, quòd compulerit Ismaël fratrem suum Isaac luteas adorare imagines. Alij verò exponunt quòd sub specie ludi interim læserit eum. *Ita & nũc*

scilicet

scilicet tempore Pauli Apostoli carnales Iudæi, pseudo a- A
postoli, tyranni, atque hæretici secundum carnem ex sanguinibus nati, persequuntur fideles ex deo natos, in quibus permanet semen Dei, hoc est, verbum seu gratia Christi. Omnes enim qui volunt piè viuere in Christo, persequutionem patiuntur. Contra verò hanc persequutionem iustorum ab impijs, ponit apostolus consolationem idoneam. *Sed quid dicit scriptura?* Et respondet, *Eiice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* Hæc Saræ sunt verba ad Abraham, quæ quum vidisset Ismaëlem cũ Isaac dolose ludentem, irata dixit marito, Eiice, id est, de domo nostra expelle ancillam hanc Agar, & Ismaëlem filium eius. Non enim hæres erit Ismaël cum Isaac. Hoc sic factum est ad literã. Per quod spiritualiter figurabatur, quòd synagoga atque legalis obseruãtia essent tempore, euangelicę legis à populo Christiano separandæ, conuersatione, loco, & merito, & postmodum præmio. *Itaque fratres, non sumus ancillæ*, id est, veteris testamenti, synagogæ, seu legalis obseruãtiæ. *Filij, sed liberæ*, id est, militantis ecclesię & libertatis Christianæ. *Qua libertate*, id est, per cuius libertatis cõmunicationem, seu infusionẽ. *Christus nos liberauit*, formaliter, sicut per gratiã saluat. Liberauit (inquam) nos ab onere legis, à iugo peccati, & dæmonis dominio. Vnde per Euangelistã Ioannẽ dominus dicit, *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Hæc ergo libertas secundũ glossam, est peccatorũ remissio, C
& fidei per dilectionem operantis iustificatio. Vel sic. Sumus filij liberæ, id est, ecclesiæ libertate dilectionis vt spõte, hilariter, & charitatiuè, non seruiliter, formidolose, & coactè obediamus ecclesiæ, & domino ministremus: qua libertate in anima Christi existẽte, liberauit nos Christus efficienter propria passione. Christus enim mera charitate, atque spontanea libertate ad charitatem pertinente pro nobis mori dignatus est. Iuxta illud Esaiæ, Oblatus est, quia ipse voluit. Vnde & passione instante dixit ad Petrum, An putas quia non possum rogare patrẽ, & exhibebit mihi modo plus quã duodecim legiones angelorum?

Gene. 21

2. Tim. 3.

Esa. 53.
Mat. 26.

Cap. V. *State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* ARTICVL. V.

D DEnique post strenuas increpationes annectit apostolus exhortationem salubrem, & sanum consilium con-
Galat. 4 tra errores, propter quos Galatas increpauit: ait enim *State* id est, cor rectum & ad deum erectum habete in fidei veritate. *Et nolite iterum iugo seruitutis*, id est, onere legis in seruitutem redigentis, seu legalium iussione. *Contineri*, id est, con-
Actor. 10. cludi seu comprehendi, ita vt tanto vos iugo subdatis, de
1. Cor. 12. quo Petrus testabatur, Neque nos neque patres nostri illud portare potuimus. *Ecce ego Paulus*, cui tanquam Christi Apostolo ad tertium cœlum rapto, securè & absolutè credendum est, *Dico vobis quoniam si circumcidamini*, more Iudaico.
Christus vobis nihil proderit, hoc est, ex fide, passione &
merito Christi, nullum consequemini fructum propter ve-
E stram peruersitatem. Quemadmodum medicus optimus ni-
Actor. 12. hil prodest rebelli infirmo. *Testificor autem*, id est, firmiter assero. *Omni homini*, siue Iudæo, siue Gentili. *Circumcidenti se*. quasi circuncisio necessaria sit ad salutem. *Quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ*, id est, circuncisionem accipiendo obligat se ad vniuersa quæ præcipiuntur in lege, videlicet ad obseruantiam præceptorum moralium, cæremonialium ac iudicialium. Quemadmodum enim baptismum susIoan. 14 scipiens obligat se ad precepta Euangelij, & circuncisionem
Iaco. 2 accipiens, ad vniuersa legis mandata tenetur: ita vt tantum teneatur ad alia, sicut ad circuncisionem, quamuis absolutè nec ad hác, nec ad totam legem obseruandam sit obligatus Sed circuncisionem accipiendo, ostendit ipso facto quòd se ad omnia obliget. *Euacuati estis à Christo*, id est, à participa-
F tione virtutũ beneficiorúmq; Christi inanes effecti estis legalia recipiendo. *Qui in lege iustificamini*, i. per obseruationẽ legis Mosaicæ iustificari optatis aut creditis. A *gratia*, id est, gratuita iustificatione per fidem Christi, imò ab ipso habitu gratiæ *Excidistis*, peccando tam grauiter. Quòd autem hoc ita sit, patet ex contrario. *Nos enim*, Apostoli, primitias spiri-
Roma. 8. tus habentes, & omnes veraciter Christiani. *Spiritu*, id est,
Ephe. 2. spiritus sancti instinctu, seu spirituali intellectu, *Ex fide*,
Actor. 15. Christi. *Spem iustitiæ*, id est, speratã iustitiam, seu plenum iustitiæ præmium, scilicet vitã æternã. *Expectamus*, quia per fidem & gratiam sine operibus legis saluari speramus. Sæpe autem in scripturis sumitur spes, pro re sperata. Meritò autẽ sic expectamus. *Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid*

valet

valet, ad salutem, tempore Euangelij diuulgati. *Neque præ-* A
putiũ, i. ritus gentilitatis. Vtrũque enim æqualiter reputatur *Ephe. 2.*
inane tẽpore nouę legis. *Sed fides quæ per dilectionẽ operatur*,
implẽdo diuina præcepta, aliquid valet, & sufficit ad salutẽ.
Porrò, fides sine charitate informis est, & sine operibus mor- *Iacobi. 2.*
tua est, si tamen opportunitas operandi occurrat. Ad minus
tamen in adultis exigitur actus interior charitatis & fidei
ad salutem, quoniã arbor quę non facit fructum bonum, ex- *Marci. 3.*
cidetur. *Currebatis bene*, O Galatæ. i. festinãter, & recto itine
re processistis de via ad patriã, de exilio isto ad paradisum
cœlestem, de mediis ad vltimum finem. Ita vt dicere potuis-
setis illud Psalmistæ, Viam mandatorũ tuorum cucurri. Hic
autẽ cursus est feruens desiderium mentis ad deum, efficax B
quoque executio cœlestiũ præceptorum. *Quis vos impedivit*,
ab isto cursu. *Veritati non obedire?* vt nostræ veræ prædica- *Psal. 18.*
tioni, euangelicæq; doctrinæ non obediatis? *Nemini*, vos ab
hac obedientia impedienti. *Consenseritis*. *Persuasio enim*, i. to
pica argumentatio illorum qua vos ad legalia obseruanda
nitũtur inducere. *Non est*, quantũ ad suam falsitatem ac de- *Matth. 7.*
formitatẽ. *Ex eo qui vocat vos*, i ex deo, qui vos per inspira-
tionem internam, & nostram prædicationem vocat ad fidei
syncerităt & vitam æternam. *Modicum fermentum totã maſ-*
sam corrumpit. Hoc ad literã ita est. Quod in epistola ad Co- *1. Cor. 5.*
rinthios plenius est expositũ, Quo significatur quod pau-
ci pestiferi, fallaces, & indurati totam fidelium congregatio
nẽ inficiunt, ideo sunt vitandi. *Ego autem confido in vobis*, i de
vobis. *In domino*, id est, quoniã antè virtutibus fuistis tã insi-
gnes, spero nũc ꝙ resipiscetis à vestro errore. Ita *Quod nihil*
aliud sapietis, perfecta hac epistola, nisi quod ego vos docui C
Qui autẽ cõturbat vos, i. pacẽ & quietẽ mentis vestræ, quã in
euangelica veritate habuistis, sollicitat & subuertit. *Portabit*
iudiciũ, reprobationis. i. debitam pœnã sustinebit, nisi pœni-
teat. *Quicunque sit ille*, siue sit magnus, siue mediocris. Deus *Mat. 13.*
enim nil mali impunitũ relinquit. Iuxta illud Iob, Deus in- *Iob. 24.*
ultum abire nõ patitur. *Ego autẽ fratres si circumcisionẽ adhuc*
prædico, obseruandã vt mihi à pseudoapostolis illis imponi-
tur. Qui vt facilius Galatas ad legaliũ obseruationes induce
rent, asseruerunt Paulum apud alios adhuc circuncisionem
prædicare. Si ergo hoc ago. *Quid*, id est, qua ratione. *Adhuc*
persecutionem patior? à Iudæis. Tanquã dicat, nulla. Ob hoc

D quippe præcipuè indignabantur, & pœnas intulerunt Iudæi apostolo, quia cessationem circũcisionis ac sabbathi docuit. Vnde si circunciſionẽ adhuc prædicasset in Gentibus,
Actor. 13. cessassent Iudæi persequi ipsum. *Ergo*, Hoc est, si circunciſi-
1. Cor. 1. onem doceo obseruandam. *Euacuatum*, id est, ablatum. *Est*
Ephes. 1. *scandalum crucis*, id est, offendiculum passiuum seu scandalizatio Iudæorum quo irascuntur. Offenduntur seu scandalizantur de hoc quod gloriam crucis prædicamus, asserentes ad salutem sufficere fidem & gratiam dominicæ passionis, magisque constare salutem in cruce, quàm in circunciſione Si itaque Paulus circunciſionem docuisset, vt falsi illi dixerunt, non fuissent Iudæi sic concitati aduersus eum. Et quoniam Galatis innotuit Iudæos persequi Paulum, & scanda
E lizari in prædicatione ipsius, idcirco per hæc innuit eis apostolus falsum esse quod sibi imponebatur à peruersis. *Vtinam & abscindantur*, id est, à societate fidelium, & vestro cõ
Eccles. 10. uentu penitus remoueantur, imò & desistant, quantum ad culpam. *Qui vos conturbant*, ingerendo auribus vestris falsam doctrinam, & inquietãtes cor vestrum. *Vos enim in libertatem*, id est, exonerationem à seruitute legalium. Vel, in libertatem, id est, euangelicam legem, quæ à Iacobo vocatur lex perfectæ libertatis, quoniã à seruitute peccati ac dæmonum saluat. Vel, in libertatem, charitatis. *Vocati estis*,
Iaco. 1. per gratiam Christi, qui nos à iugo legis absoluit, vt non timore, sed amore moueamur ad cultum diuinum. Veruntamen quoniam non est libertate hac abutendum, subiungitur. *Tantum*, id est, hoc solùm vos præcor ac moneo. *Ne*
F *libertatem*, vobis collatam. *In occasionem carnis detis*, id est,
Actor. 15. ad satisfaciendum carnalibus concupiscentiis expendatis. Libertas nempè multis peccandi occasio est, quoniam pœ-
2. Pet. 2. nam non metuunt. Nam & hæretici quidam fuerunt, qui sibi per spiritus libertatem omnia licere asseruerunt, qui vtique omnium vitiorum miserrimè seruituti subiecti fuerunt. *Sed per libertatem*, diuinam atque fraternam, *Seruite in inuicem*, hoc est, ex dilectione interna, ac pura procedite ad charitatiua obsequia, mutuò succurrendo in spiritualibus ac temporalibus, prout perfecta charitas (quæ omnia facit
Ioan. 13. communia) exigit. *Omnis enim lex*, id est, vniuersa legis præcepta. *In vno sermone impletur*, id est, per obseruationẽ vnius præcepti custodiuntur. De quo sermone præceptiuo subiun-

iungitur. *Diliges proximũ tuum ſicut teipſum*, id eſt, ſpiritualiter, & propter Deum, in deo, & in ordine ad vitam æternã. A
Licet enim duo ſint charitatis præcepta propter materialẽ diſtinctionem obiecti, (de quibus ait Saluator, In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ) vna tamen eſt charitas, qua deus proximúſque diligitur. Ideo hoc loco, & alibi ſæpe vnum mandatũ in alio includitur. Vnde cum in dilectione proximi dicitur lex impleri, in dilectione proximi comprehenditur dilectio Dei. Porro verbum hoc, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, in Leuitico habetur. *Quod Leuit.* 19.
ſi inuicem mordetis. verbis pungitiuis & peſſimis. *Et comeditis*, id eſt, fraudatis & deuoratis tẽporalia vel ſpiritualia bona veſtra mutuò corrumpendo. *Videte*, id eſt, attẽdite. *Ne ab inuicem conſummamini*, id eſt, penitus pereatis in anima & B
corpore. Tanquã dicat, Niſi à morſu inuidiæ, & mutua coroſione ac nocumẽto abſtinueritis: anima veſtra & corpus, & omne eſſe ſpirituale atque gratificũ perdet in ſeculo illo, pœnáſque æternas ſentiet in inferno. *Dico autẽ*, id eſt, admoneo vos, *In Chriſto*, i. ſecũdũ Chriſti doctrinã. *Spiritu ambulate*, i. ſecundũ ſpiritus ſancti inſtinctũ agite. Vel, per ſpiritũ deſignatur ratio, cuius iudicio in omnibus ſequi debemus: quoniam optimum hominis eſt eſſe ſecundum rationem, vt Dionyſius proteſtatur. *Et deſideria carnis non perficietis*, i. car- *Dion.*
nales concupiſcentias non deducetis ad effectũ, neque prębebitis eis cõſenſum, qui corã deo pro opere reputatur. *Ca-* *Gene.* 8.
ro enim, id eſt, appetitus ſenſitiuus, ſeu anima ſecundũ carnẽ, vel ipſe homo ex parte ſenſualitatis. *Cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ*, i. ea deſiderat quæ directè ſunt rationi contraria, videli- C
cet delectationes ſenſibiles. De quibus ſcriptum eſt. Poſt cõ- *Eccle.* 1.
cupiſcentias tuas nõ eas, & à voluptate tua auertere. *Spiritus autem*, i. appetitus intellectualis, ſeu ratio vel anima ſecũdum partem ſui ſuperiorem, concupiſcit *Aduerſus carnẽ*, id eſt, ea quæ carni & ſenſualitati laborem & tædium ingerunt, vtpote ſpiritualia bona, continentiam, ſobrietatem, diuinorum frequentiam ac ſtabilem vacationem, quibus caro caſtigatur, fatigatur, & attenuatur. *Hæc enim*, videlicet caro & ſpiritus, *Sibi inuicem aduerſantur*, appetendo contraria, vt dictum eſt. Caro cupit bona delectabilia, & vtilia etiã inordinatè, ſeu vltra neceſſitatem: ſpiritus autem vult bona honeſta per reſpectum ad deum. *Vt non quæcunque vultis*

D secundum rationis iudicium. *Faciatis*, propter sensualitatis
Roma.7. rebellionem. Quemadmodum alibi dicit Apostolus, Non
Prou.27. quod volo bonum, hoc facio. Vel sic, sibi hæc aduersantur, vt non quæcunque vultis, id est, non omnia ad quæ inclinationem habetis, faciatis: sed per rationem vitia carnis refrænetis. Sicque dictio illa, vt, tenetur concomitanter, quia ex illa mutua aduersatione sequitur, vt non liceat nobis omnia
1. Pet 2. operari quæ volumus. Hinc etiá testatur Petrus, Charissimi (inquiẽs) obsecro vos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. *Quòd si spiritu ducimini*, id est, à spiritu sancto. *Non estis sub lege*, id est, legalibus obseruantiis non subiicitis vosmetipsos. Tanquam dicat, In hoc constat vos esse deceptos, quòd legis iugo subditi estis. Scien-
E dum autem quod spiritus multis modis accipitur in scripturis. Primò, pro intellectuali & separata substantia, sicque
Ioan.4. Deus & angeli spiritus appellantur. Vnde est illud, Spiritus
Act.23. est Deus. Et in Actibus, Sadducæi dicunt, nec spiritum, nec resurrectionem esse. Vbi per spiritum angelus designatur. Secundò, pro substantia animæ, vt dum Stephanus ait, Do-
Acto.7. mine, accipe spiritum meum. Tertiò, pro superiori parte rationis, sicut hoc loco. Quartò, pro virtute imaginatiua, vt
Apo.1. ibi. Fui in spiritu dominica die. Quintò, pro subtili humo-
Sap.3. re, per quem anima operationes vitales exercet in corpore Sapiens, Spiritus diffundetur tanquam mollis aër. Sextò, pro aëre vel vento. De quo quidam exponunt illud Geneseos, Spiritus domini ferebatur super aquas. Itẽ & illud, Spi-
Gene.1. ritus vbi vult spirat. Deinde de operibus carnis, quibus
Ioan.3. F spiritus reluctatur, tractat Apostolus. Opera enim carnis
Rom 8. propriè nominãtur ad quæ caro inclinat. Vt sunt gula, & lu-
Ephes 4. xuria, germináque eorum. De quibus subditur, *Manifesta autem*, id est, apertam malitiam habent, & naturali rationi opponuntur. *Sunt opera carnis. Quæ sunt fornicatio*, id est coitus soluti cum soluta. *Immunditia*, id est, vitium contra naturam. *Impudicitia*, quantum ad gestus prouocantes libidinem, in aspectu, tactu, & osculis. *Luxuria*. Quæ est nomen commune, quo cæteræ species luxuriæ iam non expressæ designantur. *Idolorum seruitus*, id est, idololatria, quæ interdum ex luxuria generatur, vt patet in Salomone. *Ve-*
3. Reg.11. *neficia*, id est, sortilegia. *Inimicitiæ*, quæ ex carnali generantur amore. *Contentiones*, verborum. *Æmulationes*, id est inuiden-

Inuidentiæ eorum qui idem appetunt, sed vnus per alium impeditur, sicut plures ad prælationem aspirant. *Iræ*, id est, appetitus vindictæ. *Rixæ* lites verbosę. *Dissensiones*, animorum, quantum ad partialitates. *Sectæ*, separationes dissentientium iam firmatæ. *Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes*, assiduę comessiones. *Et his similia, quæ prædico vobis*, vitanda, antequã morte præoccupemini. *Sicut prædixi. Quoniam qui talia agunt*, scilicet aliquod horum secundum suam perfectam rationem. *Regnum dei non consequentur.* Ex quo duo sequuntur. Primum, quòd omnia hæc sint peccata mortalia. Alterum quòd damnati nunquam liberabuntur aut saluabuntur. Insuper enumerantur opera spiritus, id est, quæ à spiritu sancto in nobis fiunt, & spiritui nostro rationali insunt atque conueniunt. Dicuntur autem hæc opera, fructus, ad similitudinem fructus materialis. Sicut enim huiusmodi fructus ex terra aut arbore oritur, & cum quadam dulcedine degustatur: sic opera ista à spiritu sancto principaliter atque à nostro spiritu diuinitus confortato nascuntur, animámque delectant. Ait ergo. *Fructus autem spiritus*, sancti, seu nostri. *Est charitas*, id est, actus dilectionis per modum ignis ad cœlestia scandens ac eleuans. *Gaudium*, hoc est, diffusio animi in conceptione boni honesti. Quod alio loco vocatur gaudium in spiritu sancto, nec competit reprobis. Est tamen & aliud gaudium seculare, vanum & falsum. De quo dicitur in Ioanne, Mundus gaudebit. Et apud Iob, Gaudium hypocritæ ad instar pũcti. *Pax*, id est, tranquillitas mentis seu quietatio eius in bono. *Patientia*, in aduersis, id est, æquanimis perpessio contrariorum. *Longanimitas* spei, in præstolando bona diuinitus promissa. *Bonitas*, id est, beneuolentia. *Benignitas*, id est, beneuolentiæ exercitio, seu largitio facultatũ. *Mansuetudo*, id est, tractabilitas, iram repellens. *Fides*, id est, fidei certitudo, siue fidelitas. *Modestia*, id est moderatio in verbis & actibus. *Continentia*, id est, refrænatio voluptatis laboriosa. *Castitas*, id est, repressio venereorũ & concupiscentiæ sine impugnatione atque labore. Continentia enim & castitas quamuis circa idem versentur, nihilominus tamen distinguntur. Quoniam continens sustinet concupiscentias fortes, sed non vincitur. Castus verò nec sustinet eas, vnde nec superatur. Deniq; horum duodecim fructuũ spiritus (ad quos alij fructus reducũtur) distinctio-

A

B

Rom. 8. 1. Ioan. 5.

Rom. 14.

Ioan. 16. Iob. 20.

C

D nem ac ſufficientiam ſanctus Thomas in prima ſecundæ po-
Thomas. nit, hoc modo, Fructus diſtinguntur ſecundum varium proceſſum ſpiritus ſancti in nobis. Primò enim mens ordinatur in ſeipſa per amorem, qui eſt radix omnium affectionũ. Ideo primus fructus eſt charitas, ſine qua nihil rationem fructus ſortitur, & in qua ſpiritus ſanctus ſpecialiter datur. Secundo ponitur gaudium, quod ex charitate producitur, quoniam amans habendo amatum in ſe gaudet de eius præſentia, quã efficit charitas. Iuxta illud Euangeliſtæ, Qui manet in cha-
1. *Ioan.* 4. ritate, in deo manet, & deus in eo. Tertius fructus eſt pax, quæ eſt perfectio gaudij. Primò, propter quietem ab exteriori perturbatione. Aliter nanque non eſſet gaudium perfectum Secundò, propter interioris ac fluctuantis deſiderij
E ſedationem. Vnde per hæc tria bene ſe habet anima in bonis: In malis quoque bene ſe habet dupliciter. Primò, ne ex imminenti malo turbetur, quod fit per patientiam, quæ eſt quartus fructus. Secundò, ne ex dilatione boni ſperati frangatur, quod fit per longanimitatem, quæ eſt quintus fructus. Secundò, bene diſponitur homo ad id quod eſt iuxta ſe, ſcilicet ad ſuum proximum. Primò, per voluntatem benefaciẽdi, quod pertinet ad bonitatem, quæ eſt ſextus fructus. Secundò, per voluntatis iſtius executionem, quod fit per benignitatem, quæ eſt ſeptimus fructus. Tertiò, æquanimiter tolerando mala illata, quod fit per manſuetudinem quæ eſt fructus octauus. Quartò, ne proximis fraude aut dolo noceamus, quod fit per fidem pro fidelitate acceptam. Si verò fides ſumatur pro certitudine fidei, quæ eſt virtus theologi-
F ca, ſic per eam bene diſponitur homo ad id quod ſupra ſe eſt, hoc eſt ad Deum, ſubdendo ei proprium intellectum. Tertiò inſuper rectè diſponitur ad id quod infra ſe eſt. Primò quantum ad verba & actus, quod eſt per modeſtiã, quæ ponitur decimus fructus. Secundò, quantum ad interiorem paſſionem ſeu concupiſcentiam: & ita ponuntur alij duo fructus, videlicet continentia & caſtitas, quorum differentia poſita eſt. Quoniam verò iuxta præhabita, fructus nominat operationem, Charitas, patientia, manſuetudo, & cætera prout fructus ponuntur, non accipiuntur pro ipſis habitibus, ſed habituum actibus. Sciendum quoque quòd fructus vocantur non ſolùm actus virtutum delectabiles, ſed etiam delectationes actibus virtuoſis annexæ. Idcirco præ-

dicta

dicta omnia accipi possunt tam pro actibus virtuosis, quàm pro delectationibus mundi. Iterum aduertendum, q̃ virtutes & dona conueniunt in hoc quòd sunt habitus. Sed virtutes perficiunt potentias animæ: dona verò perficiunt ipsas virtutes. Similimodo beatitudines & fructus conueniũt in hoc quod sunt actus virtutum seu donorum. Sed beatitudo superaddit ad rationem fructus excellentiam quandam. Beatitudines nanque sunt actus præcipuarum virtutũ. Propter quod potius attribuũtur donis quàm virtutibus. Omnes ergo beatitudines fructus dici possunt, non autem econtrario. *Aduersus huiusmodi fructus spiritus. Nõ est lex* prohibens eos, sed pro eis est lex. *Qui autem sunt Christi*, per fidem & charitatem perfectam, id est, imitatores crucifixi. *Carnem suam crucifixerunt*, id est, spiritualiter mortificauerũt eam macerando, affligendo, domando. *Cum vitiis*, exterioribus. *Et concupiscentiis*, interioribus, tam vitia quàm cõcupiscentias persequendo & occidendo. Deinde Apostolus exhortationẽ cõuertit ad Galatas. *Si*, pro quia, *Spiritu*, id est, rationis iudicio, vel spiritus sancti operatione. *Viuimus*, intra nos vita gratiæ. *Et spiritu ambulemus*, i. rationis iudicium seu spiritus sancti instinctum sequamur in conuersatione exteriori & vita aliis exemplari, vt luceat lux nostra coram hominibus, quatenus videntes opera nostra bona ædificentur, & deum glorificent. Veruntamen ne in hoc aliquo modo propriam gloriam intendamus, subiungitur, *Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi*, id est, nõ appetamus ab hominibus æstimari aut honorari. *Inuicẽ prouocantes*, verbis, vel signis. *Inuicem inuidentes*. Inuidia enim quum directè aduersetur charitati, quę est animę vita, maximè perhibetur mors esse animæ. Hinc est illud Ioannis, Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrẽ suum, homicida est. Propterea dicit Saluator: In hoc cognoscẽt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.

A

B *Finis.*

Epist.

Mat. 5.

C

Ioan. 3.

Ioan. 13.

Cap. VI. *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto.* ARTICVLVS VI.

HOrtatur demum Apostolus in huius capituli exordio prælatos & perfectiores, vt imperfectis & subditis piè condescendant atque subueniant. Ait enim, *Fratres, & si præoccupatus*, id est, quamuis præuentus seu comprehensus *Fuerit homo*, ex subito motu passionis, infirmitate seu igno-

D rantia. *In aliquo delicto*, ex huiusmodi causa exorto. *Vos qui spirituales estis*, hoc est, virtutibus exercitati. *Huiusmodi* hominem. *Instruite*, id est, ad vitam veritatis reducite atque corrigite. *In spiritu lenitatis*, id est, animo mansueto ac dulci, non impetuoso aut grauiter indignanti. *Considerãs teipsum*, id est, propriæ conditionis fragilitatem attendens. *Ne & tu tẽteris*, id est, simili modo delinquas. Hoc est, Estote aliis misericordes & compatientes, vt & vos misericordiã consequamini, si culpã incideritis. Etenim beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et bene facit animæ suæ homo misericors. Propterea quoque & alibi dicitur, Memẽto iudicij mei: sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie. Mutat autem hoc loco Apostolus numerũ, sicut frequẽter fit in scripturis. *Alter alterius onera portate*, id est, defectus vestros, & infirmitates, atque peccata mutuo patiẽter sufferte, orando pro alterutro, mutuò succurrendo verbis ac rebus. Vnde & alibi ait, Supportãtes inuicẽ in charitate. Hoc verbo redarguuntur complures, qui in aliorum defectibus mox inflammantur, & rigidè quasi sub specie iustitiæ afficiuntur. Propria verò vitia non corrigunt, neq; ab aliis durè increpari dignãtur. *Et sic adimplebitis legẽ Christi*, id est, charitatis præceptum. De quo ait Christus. Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Hæc itaque agite, & nolite in delicto præoccupatum durè corripere, quamuis ex deliberatione seu certa malitia peccans sit durè corripiendus. *Nam si quis existimat se aliquid esse*, à seipso, vel spiritualiter, seu comparatione sanctorum. *Cum nihil sit*, à seipso, & quantum ad esse gratificum, spirituale ac meritoriũ, seu comparatione sanctorum. Nam & si aliquid esset per gratiam, tamen reputando se tumidè, perdit quod habuit. Iuxta quod dicitur. Sola superbia destruit omnia si comitetur. Hinc ait Psalmista, Substantia mea tanquam nihilum ante te. Itẽ Ecclesiasticus, Quid superbis, inquit, terra & cinis? *Ipse se seducit*, id est, in falsitatem præcipitat, & damnationem incurrit. *Opus autem suum probet vnusquisque*, id est, totam vitam suam prudenter examinet. *Et sic in semetipso tantum gloriam habebit*, id est, de propriis bonis, seu conscientiæ suæ testimonio exultabit si fuerit virtuosus. Non tamen finaliter aut principaliter in se, sed in domino: Iuxta illud, Qui gloriatur in domino glorietur. Vnde

Luc. 6. Prou. 11. Eccle. 38. Eph. 5 4. Joan. 13. 1. Cor. 4. Psal. 38. Eccle. 10. 1. Cor. 11.

de & dictum est, Gloria nostra hæc est testimonium con- A
scientiæ nostræ. *Et non in altero*, id est, de factis & meritis 1.Cor.10
aliorum non præsumet, neque aliorum laude & adulatione 1.Cor.1
lætabitur. Quis enim scit quid agitur in homine, nisi spiri- 1.Cor.2.
tus hominis? *Vnusquisque enim onus suum*, id est, causam quam
cum districto iudice habet expedire, seu conscientiæ suæ
grauamen, vel vitiorum suorum vltionem, vel actionũ sua-
rum manipulum, *Portabit*. Opera enim illorum sequuntur Apoc.14
illos. Porrò, prædicta iam verba Apostoli non secundum
superficiem literalem, sed sapienter intelligenda sunt. Alias
enim inuicem secum pugnarent. Dixit nanque, Alter alte-
rius onera portate. Nunc verò adiunxit, Vnusquisque suum
onus portabit. Quasi vnus nõ sit portaturus onus alterius. Roma.4
Item alibi dicit, Nemo glorietur in hominibus. Et, Qui glo 1.Cor.1
riatur, in domino glorietur. Nũc autẽ tessatus est, In semet- B
ipso tantũ gloriam habebit. Sed si sanè intelligatur, & mo-
dus, & ordo, atque intentio, quibus introducuntur pensen-
tur, nulla erit discordia. *Communicet autem*. i. se conformet,
vel subueniat. *Is qui catechizatur*. i. instruitur, *Verbo*, sapiẽtiæ
salutaris *Et qui se catechizat*, id est, suo instructori. *In omni-
bus*, id est, operibus, non autem in vitiis. Vel in omnibus bo-
nis, id est, diuitiis seu facultatib⁹, vt ei in temporalibus admi
nistret, à quo spiritualia bona suscipit. *Nolite errare*, à luce 1.Cor.3
veritatis, & via iustitiæ excusando vos à prædicta communi
catione, vel aliorum præceptorum executione. *Deus nõ irri-
detur*. i. non fallitur. Ideo scit, an excusatio sit condigna &
vera. Quòd autẽ deus nõ irrideatur, hinc cõstat. *Quæ autẽ
seminauerit homo* i. opera quæ in hac vita effecerit, quæ ad fu
tura præmia comparantur. sicut semẽ ad fructũ. *Hæc & me-
ret*. i. horũ fructum, seu mercedẽ recipiet. Iuxta illud, Anima C
eius in vita ipsius benedicetur. Itẽ & illud, Ecce venio citò Psal.48
& merces mea mecum est, dare vnicuique iuxta opera sua, Apoc.22
Quoniam qui seminat in carne, id est, carnaliter viuit, impetum
passionum sequẽdo. *De carne*, id est, pro vitiis carnis. *Metet*,
id est, recipiet. *Corruptionem*, peccati ac mortis æternæ. *Qui
autem seminat in spiritu*, id est, spiritualiter cõuersatur, ratio-
nis sententiam & charitatis instinctum semper sequendo.
De spiritu i pro operibus spiritualibus, vel de spiritu sancto,
tãquam à remuneratore *Metet vitam æternam*, hoc est, cœle-
stem beatitudinem consequetur in præmium. *Bonum autem*,

D id est, opus virtutis. *Facientes non deficiamus*, id est, nequaquam cessemus, nec tepescamus. Non enim coronatur, nisi
2. *Timo.* 2 qui legitimè certauerit. Et qui perseuerauerit in finè saluus
Matt. 10. erit. *Tempore enim suo*, id est, hora diuinæ retributionis, vi-
& 24. delicet cum ab omni culpa & pœna fuerimus absoluti, siue in hac vita, siue in purgatorio. *Metemus*, id est, æternâ gloriam recipiemus. *Non deficientes*, id est, finem non habituri præmij tanti, nec plus appetituri, quàm dabitur. *Ergo dũ tempus*, promerendi, *Habemus*, id est, quãdiu durat vita hęc
Finis. præsens. *Operemur bonum ad omnes*, id est, omnibus quantũ possibile est, benefaciamus (sicut generalis exigit charitas) corporalia seu spiritualia bona nostra eis communicando.

Maximè autem, operemur bonum. *Ad domesticos fidei*, id
1 E est, ecclesiæ filios veros Christianos, quibus alibi dicit Apo-
Ephe. 2. stolus, Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. Qui ergo nobis magis coniundi sunt, his magis benefacere obligamur. Charitas nanque est
1. *Tim.* 5. ordinata. Propter quod rursus alibi ait apostolus, Si quis (inquiens) suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. *Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu*, id est, considerate quali sermone
Coloss. 3 ego præsentem epistolam dictaui, & manu propria scripsi, ne quis vos decipiat, dicendo epistolam hanc non esse missam à me, vel simili stylo vobis scribendo. *Quicunque enim volunt placere*, id est, sibiipsis. *In carne*, vestra, id est, præputij vestri circunci sione. Vel, qui volunt placere Iudæis incredu-
F lis in carne, id est, in carnalibus obseruãtiis. *Hi cogunt*, id est, vehementer & importunè quærunt & excitant. *Vos circuncidi*, id est, in corpore. *Tantum*, id est, præsertim ad hoc. *Vt persecutionem crucis Christi*, id est, persecutionem pro fide & passione saluatoris. *Non patiantur*, à Iudæis qui eos persequebantur, qui cessationem legalium docuerũt. Pseudo enim apostoli legalia simul cum Euangelio prædicauerũt, ne à Iudæis infidelibus paterentur molestias. *Neque enim qui circunciduntur*, carnaliter. *Legem custodiunt*, spiritualiter, neque præceptis legis moralibus verè obtemperant. *Sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra*, id est, de vestri circũcisione carnali. *Glorientur*, inaniter quasi voluntatis suæ effectũ in vobis adepti. *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi*, id est, in contemplatione filij Dei crucifixi,

xi, & beneficiorum ipsius, videlicet in consideratione pas- A
sionis, charitatis, & obedientiæ Christi. Per hoc tamen nó
excluditur gloriatio in diuinitate, & excellentia saluatoris,
quoniam gloriatio crucis ordinatur ad illam sicut ad vltimũ
finem. Vnde & illa datur in ista intelligenda. Absit itaque à
me gloriari in circũcisione, in cæremonialibus legis, in rebus
caducis & vanis. Sed hæc sit gloriatio mea, in Christi passio-
ne occupari, eius beneficia meditari, ipsius vestigia sequi.
Per quem, Christum, id est, per cuius gratiam, passionẽ, & imi
tationem. *Mihi mundus crucifixus est*, hoc est, mortuus. Vt pu *Roma. 8*
ta tam homines seculares, quàm concupiscentiæ atque diui-
tiæ seculi huius, ita vt talia mihi non sapiant, non delectent,
non vniant, nec me sibi coniungant inordinato affectu. *Et*
ego mundo, per Christum crucifixus, id est, mortuus sum ita, B
vt mundo non placeam, non viuam, neque communicem.
Iuxta illud, Quoniam propter te mortificamur tota die. *Psal. 43*

Denique ideo absit mihi gloriari nisi in cruce Christi.
In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, ad veram
salutem. *Neque præputium*, id est, ritus Gentilitatis. *Sed no-*
va creatura, id est, spiritualis regeneratio ex aqua & spiritu,
seu vita recens per gratiæ quotidianam innouationem. *Et*
quicunque hanc regulam, id est, gloriationis huius rectitudinẽ
atque mensuram. *Sequuti fuerint, pax*, interna, id est, tranquil
litas cordis sit. *Super illos & misericordia*, id est, peccatorũ *1. Ioan. 1.*
remissio. *Et super Israel Dei*, id est, super electos Iudæos le-
galia successiuè deserentes, & fidem catholicam amplecten- C
tes, sit pax ista & misericordia. *De cætero nemo mihi mole-*
stus sit, docendo, aut mihi imponendo obseruationem lega- *Ioan. 14.*
lium. Vel ad delectamenta præsentis vitæ me exhortando.
Ego enim stigmata Iesu, id est, signa vulnerum, & similitudi-
nem pœnarum Christi. *In corpore meo porto*, baiulando cru *Matt. 16.*
cem meam indesinenter, & Christum sequendo, eiúsque pas *Luc. 9.*
sioni me pro viribus conformando. *Gratia domini nostri Ie-*
su Christi sit *Cum spiritu vestro*, id est, in anima vestra. ô *Fra-*
tres. Amen. Hæc est gratia gratum faciens quæ à tota trini-
tate infunditur, quamuis interim etiá vnicuique diuinæ per
sonæ attribuatur. Tota enim superbeatissima trinitas inse-
parabiliter operatur ad externa. Quæ est super omnia Deus
sublimis & benedictus, Amen.

D IN EPISTOLAM B. PAVLI

Ad Epheſios, Proœmium.

Marc. 7
Pſal. 118.

OMnis qui audit verba Dei, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Meritò diuina ſcriptura multipliciter eos commendat, qui in ſemitis mandatorũ cœleſtium ſtabiliter atque ardenter perſiſtunt, tentationibus efficaciter reſiſtentes, cunctáſque perſecutiones pro amore iuſtitiæ fortiter ſuſtinentes. Nõ enim minoris laboris ac laudis eſt in bono cœpto perſeuerare, quàm illud inchoare. De horum numero fuerunt

E Epheſi (ab Aſia minori Aſiani vocati) quibus apoſtolus iam nunc declarandam ſcribit epiſtolam. Scribit autem ex Roma in carcere poſitus per Tychicũ diaconum. Porrò Epheſij non à Paulo conuerſi ad fidem, ſed in bonis ab ipſo confirmati fuerunt. Et quia in fide & in ſanctis operibus permanſerunt ſtabiliter, ſalſiſque doctoribus ſpretis, euangelicæ ſapientiæ adhæſerunt, ideo non increpatoriam, ſed commendatoriam ac conſolatoriam eis ſcribit epiſtolam, prouocans eos ad meliora, & ad gratias domino referendas eos inducens, præcipuè docens omnem virtutem perfectionémque noſtram diuinæ pietati ac gratiæ adſcribẽdam, Et in ipſo epiſtolæ exordio ſolito more procedit.

F Cap. I. *Paulus Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei.* ARTICVLVS. I.

Roma. 1
Galat. 1.
1 Cor. 1.

PAulus *Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei*, id eſt, à diuina voluntate ad apoſtolatum efficienter promotus ſcribit. *Sanctis omnibus*, id eſt, firmis & dignis Chriſti fidelibus. *Qui ſunt Epheſi*, id eſt, in vrbe ſic dicta commorãtur, *Et* pro, id eſt, *Fidelibus*, qui ſunt *In Ieſu Chriſto*, per fidem & charitatem, ſicut membra in capite. Vel per ſanctos, intelligit prælatos & perfectiores. Per fideles verò imperfectiores ac ſubditos. *Gratia vobis* detur. *Et pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.* Salutatione præmiſſa à gratiarum actione orditur, & ait. *Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti.* Omnia hæc iam prædicta verba in præcedentium exordiis epiſtolarum ſcripta atque expoſita ſunt. Idcirco hæc prætermitto. *Qui* Deus & pater noſter. *Benedixit*

Epiſt.
Pſal. 66.
Galat. 1
Eph. 1.

dixit nos, id est, benedictos & gratiosos nos fecit, dando no- A
bis munera cœlestium gratiarum, sicut subiungitur. *In omni benedictione spirituali*, id est, in omni dono gratiæ liberaliter dato, nostróque cordi infuso, ita vt benedictio ista sit causa formalis, per quam à Deo effectiuè benedicti sumus. Frequenter autem accipitur in scripturis benedictio pro dono liberali. Sicut cum Abigail ait ad Dauid, Accipe benedictionem 1. Reg. 25.
quam attulit famula tua. Benedixit itaque nos in omni benedictione saltem in genere. Et hoc, *In cœlestibus*, bonis seu gratiis. Vel ad hoc, vt ad cœlestia regna perueniamus. Vel Philip. 3
omni benedictione habenda perfectè in cœlestibus mansionibus. *In Christo Iesu*, hoc est, merito Christi, siue per Christum tanquam per mediatorem. *Sicut elegit nos*, id est, præ aliis multis seu reprobis ad æternam beatitudinem prę-
ordinauit. *In ipso*, id est, in Christo, seu per Christum. Ita B
vt pater & Christus (seu filius) imò & cum eis spiritus sanctus sint vnus electo r, sicut vnus creator. Vnde Christus testatur, Ego scio quos elegerim. Et rursus, Non vos me ele- Ioan. 15
gistis, sed ego elegi vos. Elegit ergo nos in ipso. *Ante mundi constitutionem*, hoc est, ab æterno, quæ electio ex dilectione processit. Potest quoque sic accipi, vt pariter dicatur nos elegisse in Christo ante mundi constitutionem, quoniam ab æterno disposuit per Christi incarnationem ac passionem impendere nobis suæ æternæ electionis effectum, id est, veram salutem. *Vt essemus sancti*, id est, puri in anima. *Et immaculati*, in opere. *In conspectu eius*, hoc est, coram Deo videlicet verè, seu diuino iudicio, non tantùm humano. *In charitate*, quæ est vita decorque animæ, i. per actū cha- C
ritatis interiorem, sine quo nihil est meritorium. Vnde per charitatem efficimur sancti in affectu, & immaculati in effectu. *Qui* pater *prædestinauit*, hoc est, ad vitam æternā in sua dispositione præmisit seu præordinauit. *Nos in adoptionem fi-* Roma. 8
liorū, i. ad hoc vt bona gratiæ quæ filiis adoptiuis præstātur, nobis donentur. Quod autem subiungitur, *Per Iesum Christum*, referri potest vel ad verbum prædestinauit, vel ad nomen filiorū, quia per filium dicimur prædestinati sicut electi. Per filiū quoque adoptio filialis nobis confertur. Dedit Ioan. 1
enim nobis potestatē filios Dei fieri. Sic autē prædestinauit nos. *In ipsum*, id est, ad imitationē filiationis naturalis, quæ conuenit Christo, cuius similitudo est filiatio adoptiua.

D Vel, in ipsum, hoc est, vt veniamus ad gloriam Christi, & eius efficiamur cohæredes. Prædestinauit insuper. *Secundum*
Roma. 1 *propositum*, id est, æternum decretum. *Voluntatis suæ*, qua om-
Iacob. 1. nia liberrimè agit, id est, secundum voluntatem tuam diuinam, omnia iustè agentem ac proponentem, quæ vtique est prima causa prædestinationis. *In laudem gloriæ gratiæ suæ*, id est, vt laudemus magnificentiam gratiæ tuæ gratum facientis per quam adoptio filiorum Dei nunc inchoatur, quæ in patria per lumen gloriæ consummatur. *In qua* gratia gratum faciente, id est, per quam formaliter. *Gratificauit*, hoc est sibi acceptos ac gratos. *Nos* fecit *In dilecto filio suo*, id est, per Christum mediatorem Dei & hominum scilicet merito Christi, & per omnia quæ Christus pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit *In quo* filio dei dilecto. *Habemus redem-*
E *ptionem*, à iure & iugo diaboli. *Per sanguinē eius*, hoc est, me-
1. Ioan. 3. rito effusionis sui pretiosissimi sanguinis. Iuxta illud. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Ideo subditur. *Remissionem peccatorum*, id est, redemptio ista
2. Tim. 2. est vitiorum nostrorum solutio. Quæ facta est. *Secundum diuitias*, hoc est, plenitudinem. *Gratiæ eius*, videlicet Christi, qui gratiosè & piè nos liberauit. Vnde per Euangelistam
Ioan. 1 Ioannem dicitur, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et de plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia. Quæ gratia *Superabundauit in nobis* apostolis, id est, copiosissime nobis infusa est, quippe qui primitias spiritus sancti accepimus. *In omni sapientia*, id est, diuinorum notitia omni quantum ad sacram spectat scripturam, quam plenè cognoscimus. *Et prudentia*, id est, temporalium &
F humanarum rerum agnitione. Hæc enim nobis per gratiam spiritus sancti collata sunt, *Vt notum faceret nobis sacramentum*, id est, secretum voluntatis suæ, seu voluntatem suam secretam, aliis occultatam, vel incarnationis Christi mysterium, seu diuinæ mentis consilium circa humani generis redemptionem. *Secundum bonum placitum eius*, id est, secundum quod sibi piè complacuit. *Quod proposuit in eo*, hoc est, cuius placiti executionem constituit & impleuit in Christo. Quid autem, & quando factum sit, hoc subditur. *In dispensatione plenitudinis temporum*, id est, adueniente tempore diuinitus præordinato & dispensato, videlicet tempore gra-
Galat. 4. tiæ. De quo alibi dictum est, Ecce iam venit plenitudo temporis,

poris, *instaurare omnia in Christo*, id est, per Christi mysteria A
reformare. *Qua in cœlis*, hoc est, ordines angelorum supplendo ruinas eorum. *Et quæ in terra sunt*, id est, genus humanum. *In ipso*, id est, eos qui in Christo electi iam soli effectu diuinæ liberationis finaliter sortiuntur. *In quo*, id est, per quem Christum. *Et nos*, apostoli, sicut & cæteri electi. *Sorte*, id est, diuina electione. *Vocati sumus*, ad fidem & gratiam salutarem. Dicitur autem sors, diuina electio, quia vtrũque est dei, non hominis, & sicut electio non accipit personam, ita nec sors. Propter quod ait scriptura, Sortes mittuntur *Prou. 16.*
in sinum, & à domino temperantur. *Prædestinati*, id est, ad æternam beatitudinem præordinati, *Secundũ propositũ eius*, id est, secundum æternam incommutabilis eius decreti dispositionem. *Qui omnia operatur*, per seipsum vel causis secũ- B
das. *Secundum consilium voluntatis suæ*, hoc est secundum certissimam rationem suæ voluntati consonam atque placentẽ. Nil enim operatur ad extra de necessitate aut casu, sed sapienter ac liberè vniuersa producit: iuxta illud, Omnia in *Psal. 103.*
sapientia fecisti. Et, Omnia quæcunque voluit dominus fe- *Psal. 134.*
cit. *Vt simus in laudem gloriæ eius*, id est, in nobis deus glorificetur, qui tantam gratiam nobis sine meritis nostris ineffabili pietate largitus est, ex cuius beneficij consideratione nosipsi alíque fideles in laudem & gloriam Dei erumpere debemus. *Nos qui ante sperauimus in Christo*, id est, nos apostoli, qui ante eos qui per nostram prædicationem conuersi sunt, Christo per fidem & per spem inhæsimus. *In quo*, Christo, hoc est, cuius ordinatione & adiutorio. *Et vos*, Ephesij *Cum audissetis*, non solùm auribus corporis, sed etiam cordis C
Verbum veritatis, scilicet. *Euangelium salutis vestræ*, id est, doctrinam Christi annunciantem hominum liberationem, in cuius doctrinę obseruatione salus vestra consistit. *In quo & credentes*, id est, cui euangelio fidem adhibentes. *Signati estis*, id est, inter electos computati, & à peruersis distincti, certis diuinæ prædestinationis indiciis, quorum vnum est illud, Qui ex deo est, verba dei audit. Et, Beati qui audiunt ver- *Ioan. 8.*
bum dei, & custodiunt illud. *Spiritu promissionis sancto*, id est, *Luc. 11.*
virtute & operatione spiritus sancti electis promissi, iuxta illud in Luca, Ego mittam promissum patris mei in vos. *Luc. 24.*
Vel, Spiritus sanctus dicitur spiritus promissionis quia promittit vitam æternam. Qui spiritus sanctus. *Est pignus hære-* *Rom. 8*

D *ditatis noſtræ*, hoc eſt, arra futuræ fœlicitatis. Quia per eius inhabitationem, inſpirationem, conſolationem, ac cætera dona certificamur de beatitudine ſubſequente. Ex perceptione quippe præſentium munerum, certa ſit expectatio futurorum. Dicitur ergo ſpiritus ſanctus pignus hæreditatis quam habituri ſumus in patria, quia per modum pignoris interim nobis confertur. Pignus enim eſt loco rei non habitæ, eſtque eiuſdem valoris cum ea. Deus autem eſt noſtra fœlicitas atque hæreditas obiectalis, quãuis fruitio Dei ſit hæreditas noſtra, fœlicitasque formalis. Hanc autem hæreditatem nondum habemus in re, ſed ſpiritus ſanctus quem interim habemus per ſuam gratioſam inhabitationem, eſt eiuſdem valoris cum ea: imò & ipſe realiter idem cum ea eſt,

Gregorius

Ioan. 17

E ſed diuerſo habetur modo in via & in patria, ideo modò vocatur pignus, in patria autem vocatur hæreditas. Veruntamen (vt in gloſſa quoque Auguſtini teſtantur citata verba) conuenientius dicitur ſpiritus ſanctus arra, quàm pignus, quoniam pignus aufertur cum promiſſum vel debitum ſoluitur. Arra verò cum ſit pars pretij non aufertur, ſed completur cum ſolutio agitur. Quoniam ergo in perceptione futuræ atque cœleſtis hæreditatis ſpiritus ſanctus non aufertur electis ſed plenius datur, idcirco aptius nuncupatur arra quàm pignus. Nihilominus quoniam ſpiritus ſanctus dicitur nobis dari per dona ſua. id eſt, propter hoc quòd dona ſua nobis præſtantur, & aliqua dona ſua propter imperfectionem incluſam non manent in patria, vt fides & ſpes, ideo quãtum ad hæc dona ſpiritus ſanctus rationem pignoris habet Sic enim aufertur quantum ad modum, venientibus dotibus quæ fidei & ſpei ſuccedunt. Quantum verò ad dona quę manẽt & perficiuntur in patria, qualia ſunt charitas, ſapiẽtia, timor filialis, ſpiritus ſanctus propriè dictus eſt arra. *In redemptionem acquiſitionis*, hoc eſt, in liberationẽ ſaluificam, per quam adipiſcimur vitã ęternam, videlicet vt iugo peccati, dæmonumq; per gratiam ſpiritus ſancti erepti, ſalutem acquiramus perpetuã. De qua ait Petrus, Vos genus electum, gens ſancta, populus acquiſitionis. *In laudem gloriæ eius*, id eſt, ad præconium diuinæ beatitudinis ac maieſtatis, puta ad hoc, vt diuinæ naturæ beatitudinem ac maieſtatem grata mẽte laudemus. Omnia enim propter ſeipſum operatus eſt dominus. Denique litera iſta quãtum ad tenorem

Auguſt.

1. Cor. 15

1. Pet. 2.

Proner. 16

rem verborum nonnihil truncata est, vnde supplere opor- A
tet. Vt cum dicitur: In quo & credétes, fiat puncti distinctio, sicque facilè elicitur sensus perfectus. Et quia bonus prælatus, imò & quilibet proximus de salute alterius ex vera charitate lætari, & domino gratias agere debet subiicit apostolus *Propterea & ego audiens*, à narrantibus, vel etiam ab interna locutione spiritus sancti. *Fidem vestram quæ est in Christo Iesu* puram, sanctam, christianam atque catholicam; *Et dilectionem*, habitualem & actualem, quam ostenditis. *In omnes sanctos*, hoc est, in vniuersos veraciter christianos, quibus in spiritualibus ac temporalibus benefacitis, prout casus occurrit, facultasq; suppetit, *Non cessi*, cógruentibus horis. *Gratias agens deo pro vobis*, id est, propter beneficia vobis impẽsa, B
Memoriam vestris faciens, id est, vestri recordás. *In orationibus meis*, quibus pro vestro profectu oro. *Vt deus domini nostri Iesu Christi*, id est, verus deus, qui est deus Christi prout homo Sic enim quælibet diuina persona, totaque simul superbeatissima trinitas deus est Christi. Qui deus est, *Pater gloriæ*, id est fons & origo omnis sanctæ lætitiæ. Vel, pater gloriæ id est, maiestatis altissimæ. *Det vobis spiritum*, hoc est, donũ. *Sapientiæ*, quæ est vnum ac summum septem donorum spiritus sancti. Vel, spiritum sapientiæ, id est, spiritum, sanctum datorem sapientiæ habitualis. *Et reuelationis*, actualis, id est, illuminationis ex habitu sapientiæ & motione spiritus sancti procedentis. Non enim sufficit nobis gratia aut sapientia habitualis, sed requiritur insuper actualis motio spiritus sancti excitantis habitũ ipsum in actũ, cuius motione efficitur C
anima citò capax per habitualia septé dona spiritus sancti, quéadmodum capax est motionis propriæ rationis per habitus virtutũ. Det itaque vobis spiritum sapientiæ. *In agnitionẽ eius*, id est, ad contemplandum Deum, quod est, *Illuminatos*, habere *oculos cordis vestri*, id est, intellectum speculatiuũ ac practicum diuinitus illustratum, *Vt sciatis*, & sciendo iustè viuatis. Sciatis inquã. *Quæ sit spes vocationis vestræ*, hoc est, bonum speratum siue fœlicitas ad quam diuinitus inuitamur. *Et quæ diuitiæ*, id est, spirituales opulẽtiæ seu plenitudines copiosæ. *Gloriæ hæreditatis eius*, id est, gloriosæ fœlicitatis dei, quam exhibet. *In sanctis*, in patria. Beatitudo enim est status omnium honorum aggregatione perfectus, iuxta Boëtium. Vnde quamuis beatitudo dei in seipso sit

Ioan. 13.

Rom. 8

2. Cor. 4.

Boetius. 3

simplici

D simplicissima, beatitudo quoque quam electis infundit, secundum essentiam simplex sit, scilicet visio dei, quæ est tota merces: dicimus tamen secundum nostræ intelligentiæ modum, quòd in deo sit omnium bonorum copiosissima opulentia atque ditissima plenitudo. Beatitudini autem creatæ quæ communicatur beatis, multa iunguntur perficientia eã videlicet dilectio, delectatio, &c. quæ dicuntur diuitiæ gloriosæ hæreditatis seu beatitudinis nobis promissæ. Orat ergo apostolus vt beatitudinis huius diuitias magis perfe-

E ctè cognoscant. Sciatis præterea. *Et quæ sit supereminens magnitudo*, hoc est, incomparabilis sublimitas, summaque gratia, *Virtutis eius in nos*, id est, diuinæ potestatis gratiam tantam cordibus nostris infundentis, *Qui credidimus*, in Chri-

Rom. 8 stum, atque primitias spiritus sancti recepimus. *Secundum ope-*
Philip. 3. *rationem potentiæ virtutis eius*, hoc est, secundum efficaciam eius diuinæ potentiæ, quæ virtus vocatur, cum sit potestas consummata atque perfecta. Realiter tamen idem sunt, præsertim in deo, potentia actiua & virtus, quamuis potentia secundum quosdam, dicat potentiam absolutè: virtus autem complementũ potentię. *Quam*, virtutẽ. *Operatus est*, id est, operando monstrauit. *In Christo*, mortuo ac sepulto. *Suscitans illum à mortuis*, tertio die *Et constituens*, hoc est, firmi-

Rom. 4. ter ponens eũ. *Ad dexteram suam*, i. in potioribus bonis suis,
1. Cor. 6 videlicet in summo honore, dignitate & gloria. *In cœlestibus*,
Gala. 1. id est, in cœlo empyreo, *Super omnem principatum*, id est, an-
Colo. 2 gelos de summo, seu tertio choro infimæ hierarchiæ, *Et po-*
1. Thes. 1. *testatem*, hoc est, angelos de infimo choro secundæ hierar-

F chiæ. *Et virtutem*, id est, angelos de medio choro eiusdem hierarchiæ, *Et dominationem*, id est, angelos de summo ordine hierarchiæ secundæ. In hac authoritate fundat se beatissimus theologorum princeps Dionysius, ponens principatus in infima hierarchia. Constituit quoque eum in die ascensionis, quo ad naturam assumptam. *Et*, supra *Omne nomen*. i. vltra omne ens nominatum, aut nominabile. *Quod nominatur*, i. exprimitur, scitur, vel esse perhibetur, *Non solum in hoc seculo*, variabili, *Sed etiam in futuro*. i. in patria nominabitur aut scietur, id est, vltra omnem creaturam terrestrẽ & cœlestem, corporalem ac spiritualem, sublimauit Chri-

Psal. 8. stum, quo ad humanitatem assumptam: imò sola humanitas
Hebr. 2. Christi propter vnionem suam personalem cum verbo,

præ-

præſtátior eſt toto vniuerſo ſimul accepto. *Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius*, id eſt, vniuerſa creata Chriſti poteſtati atque imperio, imo & inferiori eius naturæ (quæ nomine pedũ intelligi poteſt) deus pater pleniſſimè ſubdidit. Vnde ipſe ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra *Et ipſum* Chriſtum, deus pater. *Dedit* id eſt conſtituit *Caput*, id eſt, principalem. *Super omnem eccleſiam*, militantẽ ac triũphantem. *Quæ eſt corpus ipſius*, Chriſti myſticum, quoniam vnitur ei vt capiti per communionem naturæ, participationémque gratiæ. Eſt quoque eccleſia. *Plenitudo eius*, videlicet Chriſti, vel quia ab ipſo donis gratiæ adimpletur, vel quia facit ad hoc vt Chriſtus omnia membra ſua myſtica habere dicatur. *Qui* exiſtens ſecundum diuinitatis naturam. *Omnia in omnibus*, non eſſentialiter aut formaliter, ſed cauſaliter ac ſupereminenter, vt dictum eſt plenius. *Adimpletur*, quantum ad myſticum corpus ſuum, quamuis in ſeipſo non perficiatur nec creſcat. Aduertendum præterea, quòd Chriſtus dicitur caput eccleſiæ, ad ſimilitudinem capitis naturalis. Sicut enim in capite naturali ſunt tria; videlicet Ordo, quoniam caput eſt prima atque ſuperior pars hominis. Perfectio, quia in capite vigent omnes ſenſus. Virtus, quoniam motus & gubernatio omnium membrorum dependent à vi ſenſitiua ac motiua, quæ dominatur in capite. Sic Chriſtus prior & altior eſt aliis propter gratiæ ſuæ eminentiam, & in ipſo ſunt omnes ſenſus ſpirituales. Ipſe quoque omnibus influere poteſt ſpiritualem ſenſum & gratiæ motum. Eſt autẽ Chriſtus ſecundum vtrãque ſuam naturam caput totius eccleſiæ, ſed ſecundũ diuinam naturam influit authoritatiuè, eſtq; caput iure creationis atque excellentiſſimæ gubernationis. Secundum humanitatem verò influit inſtrumentaliter: ſecundum quam etiam Deus eſt caput Chriſti. Nec hominum tantum, ſed & angelorum quoque Chriſtus, vt homo, caput cenſetur. Quemadmodum enim angelorum & hominum vnus eſt vltimus finis atque fœlicitas, ſcilicet viſio dei per ſpeciem, ſic vna eſt eorum eccleſia. Multitudo namque electorum, actibus, officiíſque diſtincta myſticum Chriſti corpus vocatur. Quoniam igitur Chriſtus etiam vt homo propter propinquitatẽ ſuam ad verbũ, influentiã habet in ſummos ordines angelorũ, & cæteros vniuerſos, eos purgando, illuminãdo & perficiẽdo (ſecundũ magni Dionyſij

A *Mat. 28.* *Col. 2.*


B

C

1 *Cor. 11.* *Heb. 2.* *Dionyſius.*

D documenta) constat quòd sit eorum caput Christus. Iam enim inductum est, quòd deus constituit eum super omnem principatum & potestatem, &c. Alibi quoque ab eodem Apostolo de ipso asseritur, quòd est caput omnis principatus & potestatis. Postremò sciendum, quòd Christus est caput omnium, non æqualiter, sed ordine quodam. Primò enim & principaliter est caput beatorum, qui ei vniuntur per gloriã fruitionis. Secundò eorum qui vniuntur ei per charitatem viæ. Tertiò autem illorum qui sola fide ei iunguntur. Quartò verò qui vniuntur ei per potẽtiam ad actum reducendã. Quintò (& maximè impropriè) eorum qui vniuntur ei per potentiam nunquam ad actum reducendam. Damnatorum verò Christus caput non est, sed existentium in purgatorio E caput veraciter appellatur.

Collo. 2.



Cap. II. *Et vos cum essetis mortui in delictis & peccatis.* ARTICVLVS II.

INtendens autem Apostolus Ephesios ad gratiarum actionem inducere, & gratiam Dei commendare, commemorat quales, id est, quàm vitiosi ac miseri, ex semetipsis fuerint, & quales per misericordiam & gratiam Christi effecti sint. *Et vos* Ephesij, *Cum essetis mortui*, spiritu. *In delictis*, omissionis. *Et peccatis*, commissionis. De hac mortuis ait in Euangelio dominus. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. *In quibus* vitiis, *Aliquando*, scilicet dum non-F dum credidistis in Christum. *Ambulastis*, iniustè viuendo.

Mat. 8.

Secundum seculum, id est, conuersationem seu vitia, *Mundi huius*, qui totus in maligno positus est, id est, hominum mundanorum. Nec solùm secundum seculum, sed & *Secũdum principem potestatis aeris huius*, hoc est, secundum suggestiones diaboli, qui potestatem suam exercet, & habitat in aëre caliginoso, qui princeps hominum impiorum est. *Spiritus* malignus. *Qui nunc operatur in filios diffidentiæ*, id est, desperantes, incredulos, & induratos seducit ac possidet. Sequuntur enim penè in omnibus diabolicum instinctum.

Hiere. 8.
1. Ioan. 5.

In quibus, delictis atque peccatis (quantum ad genus eorum) *Et nos omnes*, Iudæi, sicut & Gentes. *Aliquando cõuersati sumus*, antequam gratiam Christi susciperemus. *In desiderijs carnis nostræ*, id est, carnalibus concupiscentijs consentiendo,

Rom. 8.

ſentiendo. *Facientes*, id eſt, actu implentes. *Voluntatem* A
carnis & cogitationum, id eſt, inclinationes ſenſualitatis, & cogitationum prauarum, ſeu ea in quibus caro delectatur, vel cogitatio inaniter occupatur & gloriatur. *Et eramus natura*, hoc eſt, naturali propagatione ab Adam tracta. ſecundum illud, Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. *Filij* *Pſal.50.*
iræ, id eſt, digni vindicta & pœna, propter originale peccatum, cui debebatur pœna damni, non pœna ſenſus, in poſteris. *Sicut & cæteri*, impij ſunt. *Deus autem qui dives*, id eſt, copioſus. *Eſt in miſericordia*. Nã in ſeipſo immenſam habet clementiã, & effectus diuinæ pietatis ineffabiles ſunt: iuxta *Pſal.144.*
illud, Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. *Propter ni*
miam charitatem ſuam, hoc eſt, vehementẽ dilectionem. Qua *Ioan.3.*
dilexit nos. De qua dilectione legitur apud Ioannẽ, Sic deus B
dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. *Cum eſſemus mortui peccato*, originali ac perſonali ſeu actuali. *Conuiuificauit nos Chriſto*, id eſt, ſimul cum Chriſto, imò & per Chriſti incarnationem ac paſſionem viuificauit nos, liberando à morte culpæ, & influendo vitã gratiæ, daturus demum vitam gloriæ. *Cuius gratia*, id eſt, gratuita pietate, dono ac merito. *Eſtis ſaluati*, non propriis meritis. *Et conreſuſcitauit*, id eſt, cum Chriſto & per Chriſti reſuſcitationem reſuſcitauit nos à morte, nunc in ſpe, quod in die iudicij fiet in re. Capitis enim præceſſio, ſpes membrorum eſt. *Et cõ* *Roma.8*
ſedere fecit in cœleſtibus, in Chriſto Ieſu, id eſt, per fidem, gratiam & meritum Chriſti iam præparauit nobis locum beatæ quietis in cœleſtibus manſionibus: nunc enim conſedere nos fecit in ſpe. Vnde & Chriſtus ait, Ego diſpono vo- C
bis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam, & ſedeatis ſuper thronos. Et rurſus alibi, Qui vicerit, dabo ei ſe- *Apoc.3.*
dere mecum in throno meo. *Vt oſtenderet in ſe abs ſuper-* *Pſal.144.*
uenientibus, hoc eſt, in futuris generationibus vel in die iu- *Ioan.10.*
dicij. *Abundantes diuitias gratiæ ſuæ*, id eſt, copioſa munera cœleſtium gratiarum, ſeu gratiæ habitualis, ex qua omnia alia dona gratifica aliquo modo dependent. Hæ autem diuitiæ non ſunt niſi ſublimia dona ſpiritus ſancti nobis collata. *In bonitate* Dei, extenta. *Super nos*, id eſt, ex diuina pietate nos miſericorditer aſpiciente. *In Chriſto Ieſu*, hoc eſt, per Chriſtum, & eius ſacra myſteria. *Gratia enim*, id eſt, gratuita Dei pietate, qui omnes homines vult ſal-

D uos fieri. Vel, gratia habituali omne meritum vestrum præ-
1. Cor. 15. ueniente. Vel gratia, id est, gratioso merito Christi. *Estis*
1. Tim. 2. *saluati*, à potestate diaboli, & seruitute peccati, cæteríque
Heb. 11. animarum periculis (quantum est ex parte Dei saluantis). *Per fidem*, Sine qua impossibile est deo placere, & sine qua nulla actio meritoria est, per quam etiam meritum Christi nobis applicatur. *Et hoc non ex vobis*, id est, non propria virtute estis saluati. *Dei enim donum est*, saluatio vestri, seu fides. Et hoc. *Non ex operibus*, id est, non vestris meritis saluationem aut fidem meruistis, sed Deus misericorditer vos præuenit. *Vt ne quis glorietur*, id est, ne aliquis se propriis viribus iactet saluatum, sicque in seipso non in domino glorietur Et meritò nemo in se gloriari debet. *Ipsius enim*, dei
E *Sumus factura*, id est, creati à deo, quantum ad esse naturale. *Creati* (quantum ad esse gratiæ) recreati ac regenerati. *In*
Hiere. 9. *Christo Iesu*, id est, in sacramentis & fide Christi. Sacramen-
1. Cor. 4. ta enim Christi gratiam conferunt, & spiritualiter creant.
Psal. 91. De qua creatione ait Psalmista, Cor mũdũ crea in me Deus.
Psal. 50. Creati inquam, *In operibus bonis*, id est, per opera bona virtuosa ac meritoria ad perfectam regenerationem, & spiritualem existentiam ducti. Quamuis enim per fidem & gratiam renascamur & iustificemur, oportet tamen vt tempore opportuno fides per dilectionem operetur, quoniam fides sine operibus mortua est. *Quæ*, opera bona, *Præparauit deus*, id est, in sua prædestinatione nobis dare disposuit. Omnia enim opera nostra operatur in nobis. *Vt in illis ambulemus*, id est, conuersemur, procedendo de via ad patriam
I per semitam mandatorum. *Propter quod*, hoc est, quoniam
Gala. 5 tantam misericordiam consecuti estis, idcirco vt gratiores
Iaco. 2. domino Deo sitis. *Memores estote, quod aliquando*, antequã
Esa. 26. conuerteremini ad Christum. *Vos Gentes eratis*, id est, gen-
Psal. 118. tiliter & infideliter conuersantes. *In carne*, id est, in peccatis carnalibus. Sic etiã accipitur caro ad Romanos, vbi dicitur, Vos autem in carne non estis. *Qui dicebamini præputium*, id est, immundi & incircuncisi vocabamini, tanquam habentes præputium. *Ab ea quæ dicitur circumcisio*, id est, à populo Iudęorum circuncíso. Vel distincti à populo isto. Circuncisio enim est signum distinguens Iudæos à Gentibus. *In carne manufacta*, id est, circuncisio ista in membro
Rom. 8. corporis, ministerio manuum fiebat. *Qui eratis in tempore*

illo

illo sine Christo, id est, sine fide, charitate & gratia Christi, quamuis sine Christo, prout Deus est, nihil possit in momento subsistere. *Alienati à conuersatione Israel*, id est, à cultu diuino, qui tunc in solo Israëlitico populo viguit. *Et hospites testamentorum*, id est, extranei à veteri testamẽto. Quod pluraliter testamenta vocatur propter diuersitatem promissorum suorum. *Spem promissionis*, id est, æternæ felicitatis nobis promissæ. *Non habentes, & sine deo* vero, id est, sine gratia atque notitia Dei. *In hoc mundo. Nunc autem* id est, hoc tempore vestræ conuersionis, seu euangelicæ legis. *In Christo Iesu*, hoc est, per dominum saluatorem. *Vos qui aliquando eratis longè*, à Deo, non loco, sed dissimilitudine, quam efficit culpa. Iuxta illud prophetæ, Iniquitates vestræ diuiserunt inter Deum vestrum & vos. Et, Peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. *Facti estis propè*, hoc est, deo per charitatem vniti estis. *In sanguine eius*, id est, per pretiosi sanguinis Christi effusionem. *Ipse enim*, Christus. *Est pax nostra*, effectiuè non formaliter, id est, pacificator noster. Nam pacem fecit inter Deum & homines. Homines quoque per diuersas leges diuisos pacificauit, imò homines & angelos optimè pacificasse cognoscitur. *Qui fecit vtraque*, id est, duos populos scilicet Iudæos & Gentiles. *Vnum*, in fide ac dilectione. Hinc est quod ait ipse, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Christus quippe est lapis angularis, in quo duo populi concurrerunt & adunati sunt. Ita vt ex Iudæis Gentibúsque conuersis constet vna Ecclesia. Propter quod ait propheta, Consilium pacis erit inter duos illos. *Et medium parietem maceriæ*, id est, obstaculum accedendi ad Deum. *Soluens*, id est, per suam passionem & gratiam auferens. Abstulit enim à Iudæis obseruantiam legalium, à Gentibus autem idololatriam, & pro omnibus satisfecit: De tali pariete ait Psalmista. In Deo meo transgrediar murum. Dicitur autem hic paries maceriæ propter suam infirmitatem. Maceria nanque est congeries lapidum sine cæmento. Vocatúrque medius, quoniam diuisit populos istos ab inuicem, & à Deo. Non enim sibi concordabant inuicem, neque cum Deo stante pariete isto: sed erant omnes quasi oues errantes, vnusquisque in viam suam declinauit. Gratia verò Dei parietem istum destruxit facilè,

Collos. 2. *Hiere. 23.* *Deute. 7.* *Esa. 59.* *Hiere. 31.* *Ioan. 17.* *Psal. 117.* *Zacha. 6.* *Psal. 17.* *Esa 53.*

D consumendo peccata, & vnitatem charitatis præstando. *Inimicitias* Iudæorum & Gentium in alterutrum, & in deum. *In carne sua*, id est, per corporis sui mysteria, scilicet passionẽ & mortẽ. *Soluẽs*, ipse est enim agnus qui abstulit peccata mũ-
Ioan.1. di. Quibus ablatis amicitia redit, & habitare facit vnius mo-
Psal.67. ris in domo. Insuper Christus est *Legem mandatorum*, hoc est, legem Mosaicam, plenam mandatis triplicibus, scilicet moralibus, iudicialibus & cęremonialibus. *Decretis*, hoc est, euangelicis præceptis. *Euacuans*, id est, cessare faciens, quã-
Mat.22. tum ad cæremonialia. De quibus decretis legem euacuantibus dicit Saluator, In his duobus præceptis tota lex pen-
Rabbi Moses. det & prophetæ. Fertur autem Rabbi Mosen dicere. Tot esse mandata in lege, quot sunt ossa in humano corpore, hoc
E est, sexcenta & tredecim. *Vt duos* populos, à se olim fide & cultu diuisos (puta Iudæos & Gentes.) *Condat*, hoc est, constituat. *In semetipso*, tanquam in Saluatore ac capite, iungens eos sibi per fidem & charitatem, *In vno nouo homine*, hoc est, in semetipso Deo humanato, nouo ordine
Rom.12. genito, & omnia innouante. *Faciens pacem*, inter populos istos adinuicem, & quo ad Deum & angelos. *Vt reconciliet amboss Deo in vno corpore*, id est, in proprij corporis passione. Vel, in vno corpore, hoc est, ad hoc vt sint vnum mystlicum corpus ecclesiæ, quod est ipsa ecclesia, quæ est mysticum corpus Christi. *Per crucem*, id est, crucis passionem. *Interficiens*, hoc est, penitus tollens seu auferens, quantum in se est. *Inimicitias*, id est, peccata quæ inimicitiam induxerunt.
F Odio enim sunt deo impius & impietas eius. *In semetipso*, hoc est, propria morte ac merito. Iuxta illud Esaię vaticinũ,
Sap.14. *Esa.53.* Pro nobis volens vulneratus est. Item & illud Petri. Ipse pec-
1.Pet.4. cata nostra tulit in corpore suo super lignũ. *Et venẽs Chri-*
Baruc.3. *stus*, id est, in natura assumpta nouus apparẽs in terris, & cum
Esa.33. hominibus conuersans ac ambulans. *Euangelizauit*, hoc est, dandam prædicauit, & per Apostolos datam annunciauit. *Pacem*, prædictam *Vobis*, Gentibus. *Qui longè fui-*
Ioan.10. *stis*, hoc est, multum à Deo auersi. Vnde in Euangelio, Alias
Mat.10. (inquit) oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Et rursus, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Euangelizauit. *Et pacem his qui propè*, hoc est, Iudæis vnum verum Deum colentibus. De

quibus

quibus ipse ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt, A
domus Israël. Hoc verbum Apostoli sumptum videtur ex *Matt.15*
eo quod per Esaiam dominus protestatur, Creaui fructum
labiorum eius, pacem ei qui longè & pacem ei qui propè. *Esa.57.*
Quoniam per ipsum, Christum tanquam per optimum media
torem, reconciliatorem & aduocatum. *Habemus accessum*,
hoc est, causam atque fiduciam accedendi corde syncero.
Ambo, id est, nos Iudæi & Gentes. *In vno spiritu*, id est, in- *1. Timo.2*
stinctu & operatione eiusdem spiritus sancti. Vel, in vno spi *1. Ioan.3*
ritu, id est, pari affectu seu anima vna per charitatem. Sicut
multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. *Ad*
patrem, æternum, eum laudando, & operibus venerando.
Vnde dicit alibi Apostolus, Adeamus cum fiducia ad thro- B
num gratiæ eius, vt misericordiam cõsequamur. *Ergo*, id est,
quoniam per Christum reconciliati, & propè facti estis, ha- *Actо. 4.*
bentes per ipsum accessum ad patrem: sicut & ipse ait, Ne-
mo venit ad patrem, nisi per me. *Iam*, tempore gratiæ & no-
uæ legis, cum estis ad Christum conuersi. *Non estis hospites*,
id est, aduentitij, & citò abeuntes à Deo & ecclesia. *Et adue-*
næ, id est, à Deo & electis extranei. Per fidem enim & chari *Epist.*
tatem, & cætera dona spiritus sancti firmiter stabiliti estis in *Ioan.14*
Deo, atque in ecclesiastica vnitate. Ideo subditur. *Sed estis*
ciues sanctorum, id est, de numero electorum, tanquam eius-
dem iuris ac dignitatis cum illis in domo militantis eccle-
siæ. *Et domestici Dei*, id est, Deo familiariter copulati, & in C
domo eius (scilicet ecclesia) recepti, sempérque mansuri.
Superædificati, id est, mente fortiter innixi, radicati atque fun
dati siue instructi. *Super fundamentum apostolorum & pro-*
phetarum, id est, super Christum, qui est primum fundamen-
tum, in quo Apostoli & prophetæ fundati fuerunt per fidem
& gratiam singularem. Potest quoque per fundamentum
intelligi sacra scriptura noui ac veteris testamenti, in qua fi-
delium corda fideliter constabiliuntur. Aedificati itaque
estis hoc modo. *Ipso summo angulari lapide*, existente.
Christo Iesu, id est, ita vt Christus in ædificio isto ecclesiæ spi *1. Cor.3*
ritualis sit lapis summus & angularis. Lapis quidem, quoniã
firmiter sustinet & conseruat credentes in se. Summus, quo- *Deute. 12.*
niam perficit eos. Angularis, quia in ipso, sicut in capite
vniuntur duo populi, Iudæi videlicet & Gentiles ad con-
structẽdam vnam ecclesiam, quemadmodum duo parietes in

D lapide materiali in angulo posito concurrunt atque cohæ-
Psal. 117. rent. De hoc lapide ait Psalmista, Lapidem quem reproba-
uerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. Quod Chri-
Matth. 21 stus de se prædictum testatur, dicens Iudæis, Nunquid legi-
stis? Lapidem quem reprobauerunt ædificantes & cætera.
In quo, Christo, id est, in cuius doctrina, fide & gratia. *Omnis ædificatio*, id est, domus, videlicet fidelis quilibet, seu multitu-
do fidelium. *Constructa*, id est, spiritualiter erecta & confir-
mata. *Crescit*, id est, proficiẽdo procedit de bono in melius.
In templum sanctum, id est, ad hoc vt sit templũ purum à vi-
tiis in quo deus per gratiam habitare dignetur: iuxta illud,
1. Cor. 3. Templũ dei sanctum est, quod estis vos. *In domino*, id est, ad-
iutorio Dei, vel secundũ voluntatem ipsius. *In quo*, domino
E id est, cuius subsidio. *Et vos coædificamini*, id est, simul cum a-
liis fidelibꝰ ædificamini, intus in anima, virtutibus, donis at-
que scientiis. *In habitaculum Dei*, id est, vt sitis templum inha
bitationis diuinæ. *In spiritu sancto*, id est, virtute spiritus san-
cti, qui huius ędificationis artifex est, & sine quo nullum ac-
ceptũ est opus. Quæritur circa prędicta, quomodo ei (quod
dictũ est, Iam non estis hospites & aduenæ) consonet, quod
de sanctis scriptũ est alibi, Confitentes quia peregrini & ho
Hebr. 11 spites sunt super terram. Item quod ait Petrus, Obsecro vos
1. Petri. 2. tanquam aduenas & peregrinos. Et illud denique Dauidi-
Psal. 38 cum. Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te & peregri
nus, sicut omnes patres mei. Et respondendum, quòd sancti
sunt peregrini & aduenæ quantum ad seculum istud, in quo
peregrinantur à domino, suspirãtes ad patriam supercœle
F stem. Mundus enim carcer est atque exilium electorum. Nõ
autem sunt, hospites, peregrini aut aduenę quo ad regnum
& domum seu ciuitatem militantis ecclesiæ, imò & trium-
phantis ecclesiæ ciues & domestici sunt in spe.

Cap. III. *Huius rei gratiâ ego Paulus vinctus Iesu Christi.* ARTICVLVS III.

ORans præterea sanctus apostolus pro Ephesiis, ait. *Huius rei gratiâ*, id est, pro hac causa mihi grata, & vo-
bis gratiosa, videlicet vt ædificemini in habitaculum dei in
spiritu sancto, secũdum intellectum iam expressum. *Ego Pau lus vinctus Iesu Christi*, id est, propter Christum Romæ incar
ceratus, & vinculis strictus. *Pro vobis Gentibus*, id est, ob hoc
quòd

quòd vobis Gentibus euãgelizo. Et hoc vobis constare po A
test sic esse. *Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ da* *Infrà.4*
ta est mihi, id est gratiam mihi ex diuina dispensatione seu
dispositione collatam, videlicet apostolatum, & cætera do-
na gratis data atque gratifica mihi impensa. *In vobis* i. ad ve-
stram salutẽ & institutionem. *Quoniam secundũ reuelationẽ*,
id est, ex supernaturali & clara illuminatione Christi. *Notũ* *2. Cor.1*
mihi factũ est sacramentũ. i. humanæ redemptionis mysteriũ,
seu occultũ Dei consiliũ de saluatione hominum. *Sicut su-*
prà, videlicet in præcedẽti capitulo. *Scripsi in breui*, sermone,
dicendo de Christo, Ipse est est pax nostra, qui fecit vtraq;
vnũ. *Prout potestis legentes*, verba illa. *Intelligere prudentiam*. i.
sapientiã. *Meam in mysterio Christi*, cognoscendo. i. in descri
ptione, prædicatione, seu cognitiõe huius diuini secreti, seu B
summæ mentis consilij, vt puta quòd Gentes per Christũ sal *Suprà.2*
uandæ sint. *Quod mysteriũ Aliis*. i. præteritis. *Generationibus*
non est agnitũ, hoc est, reuelatum, scilicet *Filius hominũ*, qui fue
runt. *Sicut nunc*. i. tam plenè, tã vulgatè, & tã perfectè quàm *Matt. 11.*
modò. *Reuelatum autẽ sanctis apostolis eius & propheris*, noui *Lucæ. 10.*
testamẽti, quorũ multi nominantur in Actibus apostolorũ. *Acto. 13.*
Nam & omnes apostoli fuerunt prophetæ. His ergo reuela-
tum est. *In spiritu*, id est, per spiritũ sanctũ. Vel, in spiritu. i. spi
rituali mentis excessu seu eleuatione ad percipiendam reue-
lationẽ diuinã. *Esse Gentes*. i. electos Gẽtiles. *Cohæredes*, quo
ad fœlicitatẽ futuram. *Et concorporales*, hoc est, ad idem my
sticũ corpus pertinentes. *Et comparticipes promissionis*. i. con-
sortes cœlestium promissionum cũ nobis apostolis, cæterís-
que electis Iudęis. Ita vt eadẽ sit beatitudo omniũ nostrũm
in patria, & nũc vnum corpus sumus Christi. Quod totũ fa C
ctum est. *In Christo Iesu*. i. in virtute & gratia, seu per incarna
tionẽ & passionem & merita Christi. Itẽ. *Per euangeliũ*, hoc
est, euangelicæ legis prædicationẽ, per quam Gẽtes ad fidẽ
conuersæ sunt, & Christi gratiã susceperunt. *Cuius* euange-
lij *Factus sum ego minister*. i. obsequiosus annũciator. *Secun-* *2. Pet.1*
dum donũ gratiæ dei quæ data est mihi, hoc est, secundũ apostо *Ioan. 1.*
latum & sapientiã mihi diuinitus distributã. *Secundum ope-*
rationẽ virtutis eius. i. secundũ influxum diuinæ potentiæ ad
tantam me gratiam promouentis. *Mihi enim*, Paulo. *Omniũ*
sanctorũ minimo, non simpliciter, sed secundũ aliquam consi-
derationẽ, videlicet quantũ ad id ꝙ sum ex meipso, & quod *1. Cor. 15.*

D feci aduersus ecclesiam. Etenim secundum diuersas considerationes suipsius, potest homo diuerso de sese iudicare modo sine mendacio. Sícque maior ac perfectior potest se verè humiliare sub inferioribus. Nunquam enim debet aliquis propter humilitatem à veritate recedere. *Data est gratia hæc* id est, authoritas & sapientia, *In Gentibus euangelizare*, hoc est, Gentibus prædicare. *Inuestigabiles diuitias*, id est, imperscrutabilia & copiosissima dona & beneficia. *Christi*, hominibus præstita vel promissa. *Et illuminare*, instrumẽtaliter, id est, prædicando docere. *Omnes*, Gentes, id est, quasdam de omni genere gẽtium *Quæ sit dispensatio*, id est, executio, seu E dispẽsatiua adimpletio. *Sacramenti absconditi à seculis in Deo*, id est, humanæ redemptionis secreto consilio factæ, seu incarnationis filij dei. Quod sacramentum absconditum, seu celatum fuit in Deo, id est, in diuinæ mentis notitia à seculis, id est, ab omniũ generationũ exordiis, vtpote ab origine mundi, ita vt nulli creaturæ angelicæ vel humanæ, fuerit plenè manifestatum *Qui* Deus *Omnia creauit, vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum præfinitionem seculorum, quam fecit deus in Christo Iesu domino nostro.* In horũ expositione verborum *Hierony.* maximam difficultatem habentiũ, sanctus Hieronymus & sanctus Augustinus nonnihil dissonare videntur. Secundum Hieronymum enim exponitur sic, Mihi data est gratia euangelizare in Gẽtibus inuestigabiles diuitias Christi, vt innoF tescat, id est, ita vt notificetur principibus & potestatibus, id est, angelorũ ordinibus, qui sunt in cœlestibus mansionibus per ecclesiã, hoc est, per apostolorum in ecclesia prędicationẽ, seu ex prædicatione apostolorũ in ecclesiis facta, multiformis sapientia Dei, id est, diuinæ mentis sapientialis dispositio de humani generis liberatione. Quæ vtique cognitio, vel sapiẽtia Dei, quãuis in se vna & simplicissima sit, tamen propter diuersa quę includit, cõcernit & efficit, multiformis vocatur. Est enim de omnibus mysteriis Christi. Quòd autẽ subiũgitur, secundũ præfinitionẽ seculorũ &c. referri potest ad verbũ innotescat, erítque sensus. Vt innotescat principibus & potestatibus per apostolorũ prædicationẽ multiformis sapientia Dei, secundũ præfinitionem seculorum, id est, *Matt. 16.* secundum prædicationẽm dominicam ab exordio tẽporũ præconceptam. quam præordinationẽ fecit, id est effectui man-

1. Cor. 1
Sup. ca. 2
Roma. 3

mácipauit,in Christo Iesu domino nostro.hoc est, per Chri A
sti prædicationem inchoatiuè, & per missionem ac illu mi-
nationem qua ipse apostolos docuit, & ad prædicàtionem
emisit.Secundò,refertur ad nomen multiformis. Tanquam
dicat.Multiformis sapientia Dei, non in se multiformis, sed
simplex. Multiformis verò,secundum præfinitionem secu-
lorum, id est,secundum ordinationem eorum quæ in secu-
lo fiunt. Vel secundum hæc ipsa ex diuina præordinatione
procedentia:quam prefinitionem fecit, id est, impleuit, vel
implere disposuit de⁹ pater in Christo Iesu domino nostro *Ioan.1.*
id est,per vnigenitum filium suum,per quem facta sunt om- *Ioan.15.*
nia.Qui testatur,Pater meus vsque modò operatur, & ego
operor.Secundò exponitur iuxta Augustinum, hoc modo, *Aug.Iust.*
Data est mihi gratia illuminare omnes, quæ sit dispẽsatio sa
cramenti à seculis in deo absconditi,vt innotescat, id est,sic B
tamen vt innotuerit principibus & potestatibus,id est,ange
lis vniuersis:per ecclesiam,hoc est,in ecclesia,multiformis sa
pientia Dei. Ponit ergo Augustinus super Genesim, quòd
omnes angeli à principio seculi præcognouerunt mysteriũ
regni cœlestis,id est,vnigeniti filij Dei incarnationẽ. Quòd
etiam Thomas in prima parte affirmat,rationem adiiciens. *S.Thom.*
Quoniam incarnatio verbi est finis ad quem omnia ange- *Hiere.1.*
lorum ministeria ordinantur. Omnes autem sunt aliquo mo
do administratorij spiritus. Omnes ergo sacramentum hoc
cognouerunt,quantum ad substantiam eius in generali, nõ
autem quantum ad singulas circunstantias, seu particulares
conditiones ipsius. Et quantum ad hoc profecerunt in co-
gnitione multiformis sapientiæ Dei mysteriorúmque Chri C
sti tempore ascensionis & prædicationis apostolorũ. Porrò *Hierony.*
beatus Hieronymus videtur sentire oppositum hoc loco, *Esa.63*
& Esaiæ exponens illud, Quis est iste qui venit de Edom.
Ait itaque, quòd angeli mysteriũ incarnationis, passionis
Christi ignorauerunt donec impleretur à Christo quoque
ascendente illud addiscerent,atque ex prædicatione aposto
lorum in eius agnitione proficerent. Veruntamen si dicta
Hieronymi diligenter inspiciantur,non videntur prædictis *Hierony.*
pœnitus dissonare. Nam asserit quòd angelicæ dignitates
non ad purum intellexerunt præmemoratum mysteriũ,do-
nec completa est passio Christi, & Apostolorum prædi-
catio in Gentes, promulgata. Certum est autem dici non

D posse, quòd angeli absolutè nescierũt mysteria Christi, donec rebus essent expleta. Prophetice autẽ reuelationes (secundum Dionysium) angelorum ministerio fiunt: quod ergo de Christo præcognouerunt prophetæ, angeli prius, certiús que nouerunt. De hac verò materia plenius dixi in Esaia, exponẽdo, caput illud, cuius exordium est, Quis est iste qui venit de Edom? Videtur quoque expositio glorioſi Hieronymi hoc loco magis cõcordare literæ, quàm expositio Augustini vt constat inspicienti. *In quo*, Christo, id est, cuius gratia & merito *Habemus fiduciam*, futuræ fœlicitatis. *Et accessum* ad Deum. *In confidentia*, hoc est, confidendo de bonitate Dei, meritis Christi, & actibus propriis. *Per fidem eius*, quia in fide Christi omnia bona nostra fundantur. Vnde & confidentia ista ex fide procedit. Deinde admonet Ephesios ad patientiam atque constantiam. *Propter quod obsecro*, hoc est, per sacra vos rogo. *Ne deficiatis*, hoc est, ne frãgamini per impatiẽtiã, pusillanimitatem, aut tædium animi, nec à fide, bonóque opere desistatis. *In tribulationibus meis*, id est, ex consideratione persecutionum, & aduersitatũ quas patior. *Pro vobis*, hoc est, ad vestri ædificationem ac probationem. *Quæ* constantia scilicet non deficere. *Est gloria vestra*, id est, glorioſum meritum vestrum. Solent autem pusilli scandalizari, frangi, deficere, dum conspiciunt iustos ab impiis opprimi aut occidi. In quorum persona scriptum ab Abacuc. Quare domine non respicis contemplatores, & taces cõculcante impio iustiorem se? Propter hoc lacerata est lex. Exercitati autem in via & lege diuina, qui sciunt quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœleste, & quòd pœnæ iustorum in hac vita non sunt nisi medicinæ atque remedia, non mouẽtur ex hoc: quin potius dicunt illud Saluatoris. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Huius rei gratiâ*, puta ne deficiatis à bono propter aduersa. *Flecto genua mea*. i. corpus in oratione humiliando ad insinuandam vel excitandam cordis mei humiliationem. *Ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur*, id est, de cuius verissima paternitate deriuatur, & nomen paternitatis sortitur, omnis paternitas angelorũ & hominũ. Ita quòd paternitas primò & propriè conuenit Deo patri qui genuit filium non solùm in

Dionysius.
Esa. 63.
Ioan. 14
Epist.
Abac. 1
Act. 14
Roma. 8
Matth. 5
1. Cor. 4

natura

natura similem, sed etiam sibi consubstantialem. Cæteris verò conuenit paternitas per quandam imitationem paternitatis diuinæ. *Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ*, id est, secundum plenitudinem suæ perfectionis increatæ & opulentissimę. *Virtutem*. i, cordis cõstantiam *Corroborari*, hoc est. vt confirmemini. *Per spiritum eius*. i. per inspirationem & opem spiritus sancti. *In interiori homine*, hoc est, in anima. Quod est *Habitare Christum per fidem*, formatam. *In cordibus vestris*. i manssionem quietam, ac iugem prędsidentiam habere in interioribus vestris. Sitis quoq;. *In charitate*, dei ac proximi, *Radicati*, hoc est, radicitus hæi, seu firmiter inhærentes, quemadmodum radix terræ fortiter inest. *Et fundati*, id est, per firmas rationes diuini amoris stabiliti, videlicet ex consideratione diuinæ bonitatis in se, & charitatis eius super nos, ex cõsideratione etiam beneficiorum, promissionúmque Christi. *Vt posßitis comprehendere*, i. syncerè cognoscere, *Cum omnibus sanctis*, hoc est, sicut sancti in via Deo reuelante cognoscũt. *Quæ sit latitudo*, spiritualis charitatis. *Et longitudo, & sublimitas, & profundum*. Hæ dimensiones attribuũtur charitati, per similitudinem corporalium dimensionum.

A

B

1. Cor. 9.

Vnde latitudo charitatis est, quòd ad omnes extenditur, etiam inimicos. Longitudo eius est, quòd tendit in lõgum atque futurum, videlicet vsque in vltimum finem, seu vitam æternam, nec frangitur propter dilationem. Vnde secundũ Augustinum, Lõgitudo est perseuerandi longanimitas. Sublimitas verò charitatis est, quòd immediatè vnit nos Deo, imò in Deum transformat, eíque inseparabiliter colligat, quod maximè in patria adimpletur. Profundum autem charitatis est condescensus ad proximum: Vel humiliationis deliuitas ex consideratione terribilium iudiciorum Dei.

Augus.

C

Possunt quoque hæc quatuor metaphoricè ad diuinam referri naturam. Vt latitudo pertineat ad diuinæ naturæ communicabilitatem, qua Deus dat omnibus affluenter, nec aliquid expers est à diuinę bonitatis participatiõe. Lõgitudo verò pertineat ad æternitatem, qua attingit à fine vsque ad finem, imò vniuersa præcedit, & omnia sequitur. Vel ad longanimem expectationem, qua impiorum præstolatur emendationem. Sublimitas autem ad maiestatis diuinæ incircumscriptibilem excellentiam. Vel, ad promissorum supernaturalem dignitatem. Profundum quoque ad incomprehẽsibilia

Iaco. 1.
Sap. 8

D diuinæ naturæ, ciuſque iudiciorũ, De quibus dicit ſcriptura
Pſal.35. Iudicia tua abyſſus multa. Item alibi, Excelſior cœlo eſt, Et
Iob.11. quid facies? Profundior inferno, Et vnde cognoſces? Longior terra menſura eius, & latior mari. *Scire etiam*, ſcientia practica, hoc eſt, ſciendo imitari, & iuſtè agere, *Supereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti*, id eſt, dilectionem illam præcipuã qua Chriſtus ſecundum ſuã ſcientiam nos dilexit. Dilectio enim ex cognitione procedit. Vel ſic, Poſſitis ſcire charitatẽ Chriſti ſupereminentem ſcientiæ, id eſt, noſtram notitiã ſua magnitudine excedentem. *Vt impleamini* id eſt, diuinarũ gra-
Eccle.24. tiarum recipiendo influxũ tẽdatis ac perducamini. *In omnẽ plenitudinem Dei*. id eſt, ad omnia dona perfecta quæ cõferũtur à Deo. Quatenus nunc obtineatis plenitudinem meritorũ: poſtmodum verò plenitudinem præmiorũ. *Ei autem*, ſci-
E
1.Tim.1 licet Deo omnipotenti. *Qui potens eſt omnia*, ſibi placentia, &
Fuus. nobis ſalubria. *Facere*, id eſt, implere. *Superabundanter quàm petimus aut intelligimus*. i. copioſius quàm orare aut noſſe valeamus, qui tamen plus intelligimus, quàm orare præſumamus, *Secundum virtutem*. i. omnipotentiam ſuam. *Quæ operatur in vobis*, vt cauſa prima ac principalis, nobiſque virtutem & gratiã operandi largitur, *Ipſi*, ſit. *Gloria*, id eſt, clara cũ laude notitia *In eccleſia*, i. in cordibus fidelium, qui Deum glorificant. *Et in Chriſto Ieſu*. i. propter ea quæ nobis per Chriſtum donauit. Gloria, inquam, duratura, *In omnes generatio-*
F
nes, id eſt, per vniuerſa generationum interualla, ſeu tempora. *Seculi*. i. Præſentis vitæ cõtẽtiuæ. *Seculorum*, id eſt, includẽtis in ſe vniuerſa, id eſt, ſingulas mundi ætates. Porrò, ſecũ-
Damaſce. dum Damaſcenum, ſeculum multa ſignificat. Primò vniuſcuiuſque rei vitam. Secundò, tempus mille annorum. Tertiò totam vitam ſeu durationẽ (vt ita loquar) præſentem. Quartò, vitam futuram in patria poſt reſurrectionem nouiſſimã. Quintò, menſuram æternorum. Sextò, menſuram perpetuorum. Septimò, ſingulas ſeptem mundi ætates.

Cap. IIII. *Obſecro itaque vos ego vinctus in domino.*

ARTICVL. IIII

Ephe.3. DOcuit ſanctus Apoſtolus omnia bona noſtra diuinæ pietati ac gratię eſſe aſcribẽda: induxit quoque Epheſios ad gratiarũ actionẽ, & fudit pro eis precem deuotam. Iã

in

in moralibus instruit eos dicẽdo: *Obsecro itaque vos ego vinctus*. i. Romę incarceratus atq; ligatus, *In domino*, hoc est, propter deũ & fidei prædicationẽ. *Vt dignè ambuletis*, quotidie in virtutibus proficiẽdo. Dignè inquã *Vocatione qua vocati estis*, ad Christianã religionem atq; euãgelicã legem me foris per prędicationẽ meam vocante: Deo autem interius operãte, & per inspirationem internã vocante, hoc est, sic viuite vt cõuenit Christianis, & sicut lex iubet quam assumpsistis, *Cum omni humilitate*. interiori & exteriori, in verbis & factis ita vt latentem superbiam & manifestam præsumptionem ac promptam abiiciatis. *Et mãsuetudine*. id est, mititate iram refrenante. Hoc & Christus admonet, Discite, inquiens, à me, quia mitis sum & humilis corde. Vnde & Tobias præcepit filio suo, Superbiam nunquã in tuo sensu, aut in verbo tuo dominari permittas. In ipsa enim sumpsit initiũ omnis perditio. Et in Ecclesiastico scriptũ est, Odibilis coram Deo & hominibus est superbia. De cõmendatione verò mansuetudinis scriptum est, Fili, in mãsuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriã diligeris. *Cum patientia*, quæ passionem ttistitiæ aufert. i. cum æquanimi tolerantia aduersorum. *Supportantes inuicem*, mutuos defectus atque labores, cõpatiendo peccantibus, & laborantibus succurrendo: sicut alibi dictum est, Alter alterius onera portate. *In charitate*. id est, syncero affectu nõ simulatione, aut pro commodo tẽporali. *Solliciti seruare*, id est, studiosi ac diligentes ad conseruãdum. *Vnitatem spiritus*, id est, spiritualem vnionem & conformitatem animorum, vt sit vobis anima vna per charitatis affectum, vel vnitatem spiritus, id est, vnitatem ecclesiæ quam facit spiritus sanctus. *In vinculo pacis*, hoc est, in pace seu tranquillitate animi, quæ est spirituale vinculum vnitatis præfatæ, quoniam nutrit eam atque conseruat. *Vnũ corpus*, Christi mysticum estis, *Et vnus spiritus*, cum Deo ei fideliter adhærendo. Vel, vnus spiritus cum spiritu Christi per charitatem, eadem volendo ac nolendo cum eo, quemadmodũ Per Hieremiã dominus loquitur, Dabo eis cor vnũ, & animam vnam. *Sicut vocati estis in vnam spem*. id est, ad eandem beatitudinem sperãdam. *Vocationis vestræ*. i. ad quam vestra vocatio ordinatur. Meritò insuper obseruãda est vnitas ista interna ac spiritualis. Nam. *Vnus dominus*, scilicet Deus trinitas. De quo in libro Hester quidam aiebat, Domine rex

A
Epist.
Matth.11.
Tob.4.
B
Eccle.10.
Eccle.3.
Hebr.10.
1.Cor.13.
Galat.6
C
Ioan.17.
Roma.12.
Hiere.32.
1.Petr.5
Hester.3.

D omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita. *Vna fides*, in
Roma.3. specie ex parte obiecti, quod est veritas prima, sed ex parte subiectorũ fides numeraliter diuersificatur. Quamuis enim multa sint credẽda, & multi articuli fidei, vna tamen est formalis, & propria ratio obiectalis, propter quã omnibus creditur, & cui fides innititur scilicet veritas increata. *Vnũ baptisma*, in specie, quia materia vna est, vtpote aqua, & forma baptismi eadem est. Vel dicitur baptisma vnum, ex parte interioris baptistæ videlicet Christi, qui solus lauat & mundat interius. Vel ideo vnũ vocatur, quia iterari nõ potest est q́ eiusdem valoris à quocunque ministretur, quoniã non consistit in merito dãtis, sed in virtute dominicę passionis. *Vnus*
E *Deus & pater omnium*, hoc est, deus trinitas. Qui Deus dicitur propter creationem: pater, propter benignam gubernationem. *Qui*, est. *Super omnes*, id est, incomparabili dignitate cunctis præstantior. *Et per omnia*, spiritualiter extentus siue diffusus, cunctaq́e penetrans & includens. Propter quod
Hier.23. ipse per Hieremiam contestatur. Nunquid non cœlum &
Finis. terram ego impleo? *Et in omnibus nobis*, credẽtibus atque electis est per fidem, charitatẽ & gratiam. Sed ne ex hoc quod dixit, nos esse vnum corpus, vnúmque spiritum, æstimetur
Epist. in omnibus esse par gratia, subditur. *Vnicuique autẽ nostrũm*
Ioan.1 *data est gratia*, gratum faciens, vel gratis data, seu vtraque simul. *Secundum mensurã donationis Christi*, hoc est, iuxta quãtitatem mensuratam à Christo: vel secundum quod Christus dator mẽsurat, qui dat singulis secundum propriam ca-
Psal. 67. pacitatem siue virtutem. *Propter quod dicit.* Psalm. *Ascendens.*
F Christus, *In altum*, id est, in cœlum empyreum in die Ascensionis. *Captiuam duxit captiuitatem*, hoc est, à diabolo captos eripuit, cepit, & secum deduxit, videlicet sanctos de lymbo omnésque omnino purgatos. *Dedit dona hominibus*, maximè in die sancto Pentecostes, quando discipulis mittens spiritum sanctum impleuit corda eorum diuersis charismatibus
Acto.2. spiritus sancti, vt patet in Actibus. Allegat autem Apostolus potius sensum quàm verba Psalm. Sic enim cõtinet nostra trãslatio. Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. *Quod autem*, Christus. *Ascendit, quid est*, hoc est, quomodo verum est. *Nisi quia & descendit primũ*. i. antè, videlicet in die resurrectionis seu mortis suæ. *In inferiores partes terræ?* id est, ad lymbum patrum, qui est,

secus

secus infernum situm in medio terræ. Inde enim captiuam A
duxit captiuitatem. Porrò Christus in puncto mortis suæ
descendit in lymbum, quantum ad animam. In die verò re-
surrectionis rediit illuc cũ corpore & anima secundũ quos-
dam. Vel sic, Descendit primùm in inferiores partes terræ, *Zacha.9.*
hoc est, ad hunc mundum inferiorem, humanam naturam
assumendo, atque in mundo visibiliter operando. Vnde ipse
ait, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. *Ioan.3.*
Qui descendit, modis præfatis. *Ipse est & qui ascendit*, in die *Mar.16.*
ascensionis secundum corpus & animam. *Super omnes cœ-*
los, materiales & habitationes eorum. Ascendit autem loco
& dignitate, vel potius dignitatis suæ manifestatione super
omnes creaturas corporales ac spirituales. Sunt autem septé *Acto.1.*
cœli planetarum: octauum cœlum est firmamentum quod B
appellatur sydereum. Estque partim diaphanum, & partim
lucidum. Nonum est cœlum crystallinum, seu aqueum, om-
nino diaphanum, quod philosophi nominant nonam sphæ-
ram. Vltra quam aliqui ponunt decimam sphæram seu deci-
mum cœlum, quod nom nant primum mobile. Vltra hos cœ
los, est cœlum empyreum maximè vniforme ac simplex at-
que immobile, quod est mansio beatorum. Denique præ-
ter hos cœlos superiores, & secundum substantiam prorsus
incorruptibiles sunt cœli elementares, videlicet cœlum aë-
reum, æthereum, olympium, & igneum. Sic ergo ascendit.

Vt adimpleret omnia, quæ in lege, prophetis, ac Psalmis de
ipso prænunciata fuerunt. Vnde in cruce dicebat. Consum- *Luc.24.*
matum est. Vel impleret omnia genera hominum, id est,
quosdam de vniuersis generibus hominum donis & gratiis C
spiritus sancti. De quibus omnibus dixit apud Ioannem, *Ioan.19.*
Omnia traham ad meipsum; Quomodo autem & quibus *Ioan.10.*
gradibus hoc fecerit: subditur. *Et ipse* Christus *Dedit*, hoc
est, gratis cõstituit. *Quosdam quidem Apostolos*, de quibus in
Luca habetur. Hos duodecim elegit, quos & apostolos no- *Luc.6.*
minauit. *Quosdam autem prophetas*. i. futurorum prænuncia-
tores, vt erant Agabus & Dionysius, qui Ioanni Euangeli- *Acto.11.*
stæ prophetauit de sua reductione à Pathmos. Secundum *Ambro.*
Ambrosium per prophetas potius intelliguntur scripturarũ
expositores, quoniá in nouo testamento scripturarum ex-
planatores appellãtur prophetæ. *Alios verò Euãgelistas*, vel A *Act.6.*
quia euangelium cõscripserũt, vt Lucas & Marcus: vel quia *Luc.1.*

Mar.1. D Euangelium prædicauerunt, vt septem diaconi & succesſo-
res eorum. Euangeliſtæ nanque vocantur qui quamuis sacer
dotes non sint, tamē euangelizare ex officio possunt. *Alios
autem* dedit, *Pastores & doctores*, puta episcopos, qui verbo
& opere gregem suum pascere habent. De quibus dominus
Hiere.3. loquitur per Hieremiā. Dabo vobis pastores iuxta cor meū,
& pascent vos scientia & doctrina. Loquitur autem Apoſto
lus de distinctione istorum formaliter. Materialiter nanque
frequenter coincidunt, eo ꝙ eidem personæ diuersæ gratiæ
conferantur. Nam ipsi apostoli vtique & prophetæ & Euā-
Ibidem. gelistæ, pastores atque doctores fuerunt. Hos itaque dedit
Deus. *Ad consummationem sanctorum*, id est, vt fœliciter
finiantur seu consumentur, qui nunc sancti & perfecti consi
E stunt, qui à prædictis dirigūtur. *In opus ministerij*, id est, ope-
rosum obsequium, puta ad hoc vt singuli sua officia ordina-
Heb.6. tè & expeditè valeant exequi. *In ædificationem corporis Chri
sti.* propter ædificationem spirituālē ecclesiæ, & vt infideles
per fidē ei incorporentur, quæ est mysticum corpus Christi.
Porrò prælatio ordinationis prædictæ durabit. *Donec occur
ramus omnes*, hoc est, in die iudicij nobis inuicem & Christo
Mat.25. obuiemus: iuxta illud in Euangelio Ecce sponsus venit, sur-
1. Tes.4. gite obuiam ei. Et alibi, Simul rapiemur cum illis in nubibus
obuiam Christo. *In vnitatem fidei*, hoc est, idē credētes quā-
tum ad electos fideles, qui nondum deum per speciem vide-
re meruerunt. *Et agnitionis*, id est, contemplationis, *Filij Dei.*
Hoc refertur ad beatos qui ante futurum iudicium deo per-
fruuntur. Vel sic. Occurramus omnes, qui iam sumus & viui-
F mus, in vnitate fidei. i. in vna fide catholica, & agnitione fi-
deli Christi filij dei. *In virū perfectum*, hoc est, in statu perfe-
cto habētes videlicet perfectionem virtutum, & fortitudinē
animorum, sicque appareat nos esse viros nō ratione sexus,
Gala.4. sed perfectionis. Non ergo ideo ait, in virum perfectū, quasi
Ennis. post resurrectionem defecturus sit sexus muliebris, sed quia
electi fœliciter immutabuntur. *In mensuram ætatis plenitu-
dinis Christi*, hoc est, in ea ætate occurremus & resurgemus,
qua Christus consummatus atque occisus est, scilicet, in an-
no trigesimotertio. Non ait in mensuram corporis vel sta-
turæ, quoniam vnusquisque proprij corporis mensuram re-
cipiet, quam vel in iuuentute habuit, licet senuerit, vel fuerat
habiturus nisi prius obiisset. Nō autem satis est dicere secū-

dum

dum Augustinum, quòd in resurrectione detur corpori ma- A *August.*
gnitudo quã non habuit, nec naturaliter habuisset, vel quòd
corpora maiora ad dominici corporis quantitatem redigã-
tur: sic enim multum periret de illis: cum tamen ne vnus qui- *Luc. 21.*
dem periturus sit capillus eorum. Hæc verò tam pręclara lar
giturus siue daturus est Deus beneficia nobis. *Vt iam* post re
ceptionem baptismi, & conuersionem nostram. *Non simus*
paruuli, id est, discretione ac sensibus minorati seu modici.
Fluctuantes, id est, instabiles. *Et circunferamur*, id est, vndique
à Deo & rectitudine sanctæ conuersationis abstrahamur ac
euagemur. *Omni vento doctrinæ*, id est, inani, verbosa, &
turbulenta instructione hominum peruersorum, ne depu-
temur cũ illis, de quibus dicit Psalm. In circuitu impij ambu- *Psal. 11.*
lant. Et, Deus meus pone illos vt rotam, & sicut st pulam an- *Psal. 82.*
te faciem venti, quæ circunferentia seu vana instructio sit. B
In nequitia hominum, id est, à nequam hominibus. *In astu-*
tia, hoc est, cum fraude & simulatione. *Ad circunuentionem*
erroris, id est, ad hoc vt alios fallant mittendo eos in diuer-
sos errores sub prætextu iustitiæ & specie veritatis. *Veritatẽ*
autem iustitiæ, hoc est, opera iusta *Facientes*. Vel veritatem do
ctrinæ facientes, id est, actus virtuosos exequentes. *In chari*
tate, hoc est, ex charitatis impulsu atque imperio non fictè,
coactè aut formidolosè. *Crescamus*, in gratia gratificãte. *In*
illo per omnia, virtutum exercitia. *Qui est caput* nostrũ, vide-
licet, *Christus*. i. auxilio Christi, secundum eius cõsilia ad glo
riam eius. *Ex quo* i. cuius virtute & operatione. *Totum cor-*
pus mysticum, quod est vniuersa ecclesia. *Compactum*, hoc *1. Pet. 2.*
est, per fidem & opera fortiter iunctum. *Et connexum* coagu *1 Cor. 12.*
lo charitatis. *Per omnem iunctu*ram *subministrationis*. i. per sin- C
gula membra, siue supposita mysticum corpus integrantia,
& sibi inuicem charitatiuè ministrãtia. *Secundum operationẽ*,
id est, realem & actualem subuentionem seu seruitutem. *In*
mensuram vnius cuiusque membri, id est, iuxta facultatem, pro-
portionem, seu modum cuilibet personæ ecclesiasticæ con-
uenientem, videlicet secundũ quod gratia Dei in ea maior
aut minor est. Hoc itaque corpus ita cõpactum. *Augmentũ* *1. Cor. 3.*
corporis facit, hoc est, seipsum auget ac perficit numero & me
rito Christi virtute, *In ædificationem sui*, hoc est, ad hoc vt
plures conuertantur ad fidem, corrigantur in moribus vel
perficiantur virtutibus. *In charitate*, in qua tota spiritualis

D fundatur & consummatur constructio. Sic ergo in corpus ecclesiæ iunctum est, vt singula membra eius sibi inuicē per dilectionem cohæreant atque ministrent. Deinde instruuntur Ephesij in moribus, primóque admonentur declinare à malo. *Hoc igitur*, id est, quoniā tanta vobis collata est gratia. *Dico & testificor in domino*, id est, deo testāte, vel sub testimonio domini iubeo: Deum testē adhibendo. *Vt iam*, tempore gratiæ. *Non ambuletis sicut & Gentes ambulāt.* i, non viuatis sicut Gētiles. *In vanitate sensus sui*, hoc est, diuersis erro-
Rom. 1. ribus humana vanitate cōceptis. *Tenebris.* i. perfidia, variísque falsitatibus. *Obscuratum habentes intellectum, alienati à vita*
Prou. 3. *dei.* i. à fide & lege diuina. *Per ignorantiam quæ est in illis*, quæ est priuatio veritatis, idcirco alienat & separat intellectum
E à via dei, quæ pulchra est atque pacifica. *Propter cæcitatem.* i. hebetudinem & duriciem. *Cordis ipsorum*, per quam prædi-
Sap. 1. cationi veritatis claudunt oculos mentis. In maleuolā enim
Heb. 13. animam non introibit sapientia. *Qui desperantes*, hoc est, futuræ vitæ ac diuinæ remunerationi fiduciam non habentes, *Semetipsos tradiderunt impudicitiæ*, id est, turpitudini, luxuriæ, procedentes ex concupiscentia. *In operationem immundiciæ omnis*, id est, in opera totius fœditatis, nullum genus carna-
Hebr. 13. lium voluptatū omittentes. *In auaritiam*, id est, ex peccato luxuriæ etiā in auaritiam lapsi, desiderantes temporalia, sine quorum vsu, libidini vacare non possunt. De talibus scriptū est per Sapientem, Dixerunt impij apud se: Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, &
Sap. 2. post hæc erimus tanquam nō fuerimus. Venite ergo & fruaF mur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. *Vos autem non ita*, scilicet vt impudicè viuatis, & vitiis Gentilitatis vacetis. *Didicistis Christum*, hoc est. Christi doctrinam, quæ docet oppositum, *Si tamen illū*, id est Christi documenta. *Audistis*, auribus mentis, id est, intellexistis. *Et in Christo*, hoc est, secundum eius vitam, mores & theoriam. *Edocti estis*, à spiritu sancto per Christi ministros *Sicut est veritas in Iesu*, id est, si sic informati estis, vt dici possitis edocti in Christo, hoc est, si verè sapientes estis, vitam & mores conformando scientię, exemplo Christi, qui cœpit
Act. 1. facere & docere. Vnde subiungit quid sit in Christo edoctum esse, *Deponere vos secundū pristinam cōuersationem*, id est,

per

per abnegationem præcedentium vitiorum. *Veterem hominem*, hoc est, vosipsos relinquere, quantum ad id quo primo parenti præuaricatori similes estis per inobedientiæ eius imitationem. Hinc enim dicit Saluator, Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Et Salomon loquitur, Verte impios & non erunt. *Qui*, vetus homo, *Corrumpitur*, id est, spiritualiter annichilatur omne esse gratiæ gratificantis perdendo. *Secundum desideria erroris*, hoc est, cõsentiendo desideriis prauis, vel ea mancipando effectui. Quæ dicuntur desideria erroris, quia ex errore seu defectu cognitionis aliquo modo procedunt. (Omnis enim peccans, est ignorans secundum philosophum) & ad errorem peccati actualis deducũt. Per veterem autem hominem designatur quilibet nostrũm per comparationem ad pristina vitia, quibus anima vetusta efficitur. Deinde Apostolus exhortatur Ephesios ad operationem boni. *Renouamini autem spiritu*, id est, affectu, *Mentis*, id est, animæ *Vestræ*. Vel spiritu mentis vestræ, id est, spiritu qui est mens vestra. Quid autem sit taliter renouari, additur. *Et induite nouum hominem*, id est, similitudinem Christi vel cuiuscunque hominis spiritualis in Christo renati ac renouati assumite, eius sequẽdo vestigia: sicut superius dictum est. Induimini dominum Iesum, hoc est esse virtutum & gratiæ adipisci curate vt quotidie in charitate & gratia proficientes, indesinenter recentes & vigorosi imò indies magis recentiores fiatis. *Qui*, nouus homo. *Secundum deum*, id est, à Deo seu operatione diuina, vel secundum beneplacitum dei. *Creatus*. i. formatus seu reformatus. *Est in iustitia & sanctitate veritatis*. i. puritate vera non simulata. Has enim virtutes Christus, secundum quod homo, accepit: quãdo in vtero virginis creata est anima eius, & corpori suo vnita. Alij verò in baptismo, & pœnitentia eas recipiunt. *Propter quod deponentes mendacium*, quod veritati & per consequẽs Deo, qui veritas est, aduersatur. Deponẽtes (inquam) omne mendaciũ, scilicet officiosum, iocosum, & maximè pernicioſum: de quo in lib. Sapientiæ habetur, Os quod mentitur, occidit animam. Et in Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. *Loquimini veritatem*, id est, verum sermonem. *Vnusquisque cũ proximo suo*, hoc est, quolibet homine, qui secundũ naturã tibi frater & proximus est. Nã & pater vnus omniũ nostrũ, & deus vnus creauit nos. *Quoniam sumus inuicẽ membra*. i. per

A B C

Luc. 9. *Prou. 12.* *Rom. 13.* *Ioan. 14.* *Sap. 1.* *Psal. 5.* *Mala. 2* *Roma. 12.*

D modum membrorum vniti, ad idem corpus Ecclesiæ pertinentes, atque ad mutuam subuentionem obligati. Hinc per
Zacha. 8. prophetam dicitur, Veritatem tantùm & pacem diligite.
Psal. 4. *Irascimini & nolite peccare.* Hoc ex Psalmo quodam acceptũ est. Potéstque satis multipliciter explanari, prout Ira diuersis modis accipitur. Si enim sumatur pro motu primùm primo, id est, purè naturali, sic nõ est peccatum, & ita permissiuè dicitur, Irascimini. Additur tamẽ, Et nolite peccare, quoniam ira talis facillimè redditur virtuosa. Secundò accipitur ira pro motu subito ex humana infirmitate & pœna peccati prodeunte, qui est veniale peccatum. Procedit enim ex aliqua apprehẽsione, nec rationis iudicium præstolatur. Et ita quod dicitur, Irascimini non est exhortatio irascendi, sed
E consilium atque remedium iram vincendi. Nam sequitur, & nolite peccare. Tanquam dicat. Si motio talis orta in vobis fuerit, non ei consentiat ratio, sed reprimat eam. Tertiò, sumitur ira pro motu quodam rationem sequẽte, quo contrà propria vel aliena peccata mouemur, appetendo vindictam
1. Reg. 19. secundum rationis dictamen. Et hæc est ira per zelum quæ
Gregor. est laudabilis, faciens actum rationis efficacius fieri, quam virtuosi frequenter sponte assumunt. De qua dicitur Gregorius. Tũc robustius ratio cõtra peccatũ erigitur, dũ ira subita rationi famulatur. De hac itaque ira admonendo iam dicitur, Irascimini, scilicet contra vestra & aliorũ peccata. Veruntamen quoniam ira hæc magno moderamine eget, ne excessiuè accendatur vel maiorem expetat vltionem quàm
Ibidem. culpa meretur: ideo subditur. Et nolite peccare, hoc est, ne
F permittatis iræ commotionem sic crescere vt ratio conturbetur, vel iustitia omittatur. Propter quod ait Gregorius, Cauendum summopere est, ne ira, quæ vt instrumentum virtutis assumitur, rationi dominetur, ne vt domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata, à rationis tergo nunquã recedat. Si ergo vindicta quęratur propter correctionẽ culpę & obseruationẽ iustitię, erit ira per zelũ, aliàs esset ira per vitiũ. Denique ira dupliciter metas rationis excedit. Primò, nimiũ feruescẽdo, quando videlicet, ipsa cõmotio in se excessiua cõsistit rationis actũ impediẽdo. Secũdò, maiorẽ vindictã quã oportet expetẽdo, quod est grauius primo, est enim cõtra charitatẽ atque iustitiam. Vnde ex suo genere est mortale. *Sol iste visibilis. Non occidat* ad occasum tendendo,

Super

Super iracundiam vestram, hoc est, ira vestra durante. Tanquã dicat. Si motus iræ exurgat, non maneat. Vel sol iustitiæ, id est, Christus aut certè sol intelligentiæ, hoc est, iudicium rationis non occidat super iracundiam vestram, id est, à vobis non elongetur, nec separetur propter iracundiæ vestræ excessum. *Nolite locum*, hoc est, ingressum ad possidendum animam vestram. *Dare diabolo*, admittendo suggestiones eius nepharias, vel redeũdo ad pristinas iniquitates. Vnde scriptum est, Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Aliter vobis continget quod Christus in Euangelio loquitur, Cùm immundus spiritus exierit ab homine, perambulat arentia loca, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit reperit eam vacantem, & scopis purgatam atque ornatã. Tunc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus sceleratiores se, & ingressus inhabitat illic, & fiunt postrema hominis illius peiora prioribus. *Qui furabatur*, ante conuersionem seu pœnitentiam.

Iam non furetur, aliena tollendo, quod ex suo genere est mortale, quoniam contrarium est iustitiæ. Interdum tamen est veniale, propter paruitatem nocumenti, vel actus imperfectionem. *Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est*, id est, licita opera exteriora atque mechanica pro pretio faciat. *Vt habeat* aliquod temporale bonũ, *Vnde tribuat necessitatem patienti*, hoc est, egenis eleemosynam conferat de labore manuum suarum. Hinc in Actibus idem iste ait Apostolus, Omnia ostendi vobis, quia sic laborantes oportet suscipere infirmos, & meminisse verbi domini Iesu, quia beatius est magis dare quàm accipere. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat*, quamuis animo fuerit præconceptus, sed reprimatur, præsertim cum de omni verbo otioso reddenda sit ratio in die iudicij: Corrumpunt nanque mores bonos colloquia praua. Propter quod in Ecclesiastico scribitur, Beatus vir qui non est lapsus in verbo ex ore suo. *Sed qui bonus est ad ædificationem fidei*, hoc est, sermo vtilis ad ædificandum fidem in alio proferatur à vobis, non qualitercunque, sed cum debitis circunstantiis, scilicet. *Vt det gratiam audientibus*, id est, proficiat eorum saluti, sicque per occasionem præstet seu augeat gratiam Dei in eis. *Et nolite contristare spiritum sanctum Dei*, hoc est, non ita per inobedientiam vestram offendatis spiritum sanctum, vt

A *Iob.5*

Iacobi.4.

Matt.12.

B

2. *Thess.3.*

C *Acto.20.*

Matt.12

1. *Cor.15*

Eccle.14

per modum contristati se habeat, vel alios bonos propter
vestram peruersitatem ad contristandum seu condolendum
inducat. Quamuis enim spiritus sanctus sit verus & incom-
mutabilis deus, ei tamen adscribitur, quod ipse in hominibus
Roma.8 operatur, iuxta quem sensum fertur pro nobis orare gemiti
bus inenarrabilibus. Per modum quoque contristari se ha-
bet, dum à nostris cordibus per peccata fugatur: iuxta illud
Sapien. 1. Sapientiæ, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & au-
feret se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Penes hũc
Esa.63. sensum & in Esaia scribitur. Afflixerunt spiritum sancti eius.
Translatio septuaginta interpretum habet, Afflixerunt spi-
ritum sanctum eius. *In quo signati*, id est cuius virtute & gra-
tia à reprobis separati, distinctique estis. *In die redemptionis*,
E id est, conuersionis, vel baptismatis vestri. Vel, in die redem
Acto.1 ptionis, id est, dominicæ passionis, quia tunc facta est signa-
tio ista quantum ad meritum eius ex parte Christi, qui tunc
omnibus sufficienter, electis verò efficienter promeruit gra
tiam veræ salutis. *Omnis amaritudo* cordis, sermonis & ope-
ris. *Et ira*, per vitium. *Et indignatio*, procedens ex ira atque su
perbia. *Et clamor*, id est, sermo impetuosus, vel irrationabilis
Esa.5. eleuatio vocis. *Et blasphemia*, contra deum & sanctos. *Tol-
latur à vobis*, vel per anticipationem, vel per correctionem,
Roma.9 gratia Dei vestris studiis ac precibus auxiliante. Non est e-
nim volentis neque currentis, sed Dei miserentis. *Cum omni
malitia*, id est, cum cæteris vitiis, vt habeatis cor mundũ. Nã
Iacob.2. si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, fa-
ctus est omniũ reus. Nempe (vt ait Ambrosius) in seruo Dei
Ambros. F omnia debẽt bona videri, ne puritas eius ex aliqua parte ma
culetur. Hæc ergo vitanda sunt vitia. Vnde de amaritudinis
Deute.29. euitatione scriptum est. Non sit inter vos radix germinans
Eccle.21 fel & amaritudinem. Et alibi iterum. Nõ est sensus vbi abun
Eccle.7 dat amaritudo. De ira verò, scriptum est apud Ecclesiastem,
Iob.5 ne sis velox ad irascendum, quoniam ira in sinu stulti requie
Prou.27. scit. Cui consonat illud Iob, Virum stultum interficit iracun
dia. Et alibi legitur, Ira non habet misericordiam, nec erum
pens furor. Spiritum autem ad irascendum facilem, quis po-
terit sustinere? De indignatione quoque Salomon ait, Qui
ad indignationẽ facilis est, erit ad peccata procliuior. *Estote
Prou.29.* autem inuicem benigni*, mutuò subueniendo. *Misericordes*, cor-
Matth.5 dialiter compatiẽdo. Beati enim misericordes, quoniam ipsi

misericor-

misericordiá consequentur. Et in Prouerb. scribitur, Per mi- A
sericordiam & fidem purgátur peccata. *Donantes inuicem*, id *Prou.15*
est, mutuas offensas pœnitus remittentes. *Sicut & deus*, pater
vel trinitas. *In Christo*, id est, merito Christi. *Donauit nobis*, id
est, piè indulsit. Propterea ipse ait Saluator, Si non dimiseri- *Matt.11.*
tis, nec pater vester, qui in cœlis est dimittet vobis peccata
vestra.

Cap. V. *Estote ergo imitatores Dei.*

ARTICVLVS V.

PRosequitur demũ Apostolus in præcedenti capite cœ- *Epist.*
ptam instructionem moralem: & ait. *Estote ergo*, id est,
quoniam deus in Christo nobis donauit, idcirco estote.
Imitatores Dei, id est diuinæ pietati conformate vosipsos, of B
fensoribus vestris parcendo, benefaciendo, omnésque dili-
gendo. *Sicut filij*, mei spirituales, vel filij Dei adoptiui. *Cha*
rissimi, id est, valde dilecti, pro quibus pater vnigenitum suũ
misit & dedit, filius mortem sustinuit, spiritus sanctus seip-
sum copiosissimè infudit. Hoc est, quod in Euangelio do-
cet, præcepítque Saluator, Diligite inimicos vestros, bene- *Matth.5*
facite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœ *Lucæ.6*
lis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Assi
milari autem creatori, est summa perfectio creaturæ, si tamé
assimilatio fuerit ordinata, non vsurpata. *Et ambulate in di*
lectione, Dei ac proximi, charitatiuè viuendo: iuxta illud,
Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut & dile *Ioan.15*
xi vos. Vnde iam subditur. *Sicut & Christus dilexit nos*, id
est, taliter vt puta purè ac spiritualiter, quamuis non æquali- C
ter. *Et tradidit semetipsum pro nobis oblationem*, pacificam.
Et hostiam, pro peccato in ara crucis. *Deo* patri vel trinita
ti, id est, ad gloriam eius, & vt ei pro nobis satisfaceret. *In*
odorem suauitatis, id est, in suauem odorem, videlicet in holo
caustum acceptissimum atque gratissimum Deo. Maximè
enim placuit deo oblatio Christi ex parte patientis non ex
parte inferentis. Nam ex parte patientis mors illa erat piis-
sima, & ex summa charitate assumpta: sed ex parte infe-
rentis, crudelissima erat, sacrilega & displicentissima Deo.
Fornicatio autem, simplex, *Et omnis immunditia*, id est, alia *Hebr.13.*
quælibet luxuriæ species. *Aut auaritia*, id est, inordinatus
temporalium appetitus. *Nec nominetur*, id est, non solùm

D non sit, sed nec exprimatur. *In vobis*, id est, à vobis. *Seu inter vos sicut decet sanctos*, esse sine talium nominatione. *Aut turpitudo*, id est, indecentia in osculis & amplexibus. *Aut stultiloquium*, sicut est adulatio. *Aut scurrilitas*, id est, iocularitas risum concitans. *Quæ ad rem non pertinet*, id est, saluti non proficit. Horum nolium nominetur aut sit in vobis.

Sed magis gratiarum actio, à vobis domino persoluatur. Per hoc docet Apostolus, quàm longè debeant esse magna peccata ab his qui student perfectioni. *Hoc enim scitote intelligentes*, id est, sacram scripturam sapienter pensantes. *Quòd omnis fornicator*, id est, cum soluta concumbens.

1. Ioan. 3 *Aut immundus*, id est, aliud aliquod luxuriæ genus exercens, vt est stuprum, incæstus adulterium. *Aut auarus, quod est idolorum seruitus*, id est, cuius iniquitas idololatriæ com-

E paratur, eo quòd sicut idololatra idola colit magis quàm deum verũ, ita auarus potius adhæret argento & auro quàm Deo, magísque confidit in eis quàm in domino. Propter

Eccle. 10. quod in Ecclesiastico legitur. Auaro nihil est sceleſti⁹, & nihil iniquius quàm amare pecuniam. *Non habet hæreditatem*, id est, beatam possessionem seu paratam fœlicitatem. *In regno Dei & Christi*, quod est vnum regnũ, quia nec modò pertinet ad filios ecclesiæ militantis per gratiam gratificantem, nec postmodum pertinebit ad ciues ecclesiæ trium-

Apoc. 21 phantis per gloriam. Nõ enim intrabit in illam aliquid coinquinatum, nisi qui scripti fuerint in libro vitæ & agni. Et

Esa. 26 Esaias ait, Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. *Nemo vos seducat inanibus verbis*, id est, coloratis sermonibus, apparentibus argumentis, friuolis promissionibus, prouidentiam

F Dei negando, vel impunitatem ex diuina misericordia promittendo, seu longam vitam spondendo. *Propter hæc enim*, id est, propter horum inanium verborum prolationem, se-

Sapien. 4. ductionem seu credulitatem. *Venit ira*, id est, vltio *Dei in filios diffidentiæ*, id est, in homines desperantes de vita futura

Roma. 1 seu præmiatione diuina. *Nolite ergo effici participes eorum*, sic diffidentium, id est, nec effectu, nec opere, neque auxilio conformemini eis. Digni quippe sunt morte, non solùm

Eccle. 3 qui faciunt, sed etiam qui consentiunt. Nam & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *Eratis enim aliquando*, dum mundo & concupiscentiis inhæsistis. *Tenebræ*, id est, tanta vitiorum caligine, cordis cæcitate, & ignorantiæ tenebris in-

uoluti:

uoluti:vt non ſolùm tenebroſi, ſed etiam tenebræ fuiſſe di- A
camini. *Nunc autem*,quando ad deum conuerſi eſtis,facti e- *Philip.2*
ſtis *Lux*,id eſt,ſpiritualiter illuminati. *In domino*,id eſt,in ve
ritate & gratia dei. Ideirco. *Vt filij lucis ambulate*,id eſt,purè,
honeſtè, ac religioſè conuerſemini, ſicut ad filios lucis per-
tinet,id eſt,ad filios Dei,qui eſt lux æterna & increata: iux-
ta illud Ioan.Erat lux vera. Vel per lucem intelligitur ſplen *Ioan.1.*
dor ſeu claritas gratiæ,cuius filij ſunt omnes qui gratiam ha
bent,vnde ait Saluator, Dum lucem habetis, credite in lu- *Ioan.12*
cem,vt filij lucis ſitis. Meritò autem ſic debetis ambulare.
Fructus enim lucis,id eſt, operatio gratiæ, vel opus placitum
luci æternæ. *Eſt* viuere *In omni bonitate*,id eſt,interna vir-
tute ac pietate,quo ad ſeipſum. *Et iuſtitia*,id eſt,in iuſta a-
ctione, quantum ad proximum. *Et veritate*, quantum ad B
deum ei veraciter miniſtrando. *Probantes*, id eſt, pruden-
ter inueſtigantes, vel rationabiliter diſcernentes. *Quid ſit* Finis.
beneplacitum Deo, vt illud ſemper agatis, & quæ diſplicent *Galat.6*
Deo, vitetis. Vnde apud Hieremiam dominus proteſtatur, *Hiere.15.*
Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris, *Et noli-
te communicare*, conſentiendo vel cooperando. *Operibus
infructuoſis*,id eſt,vacuis à fructu ſpirituali. *Tenebrarum*, id
eſt,malorum habituum ſeu hominum mentibus obſcurato-
rum. *Magis autem redarguite*,id eſt,iterum atque iterũ cor-
ripite,ſi ſit ſpes de emendatione,& maximè ſi ad veſtrã per-
tineant curam qui peccant. Omnes tamen ad correctionem
fraternam iure charitatis aliquo modo tenentur. His ergo
duobus modis ſecundum Auguſtinum,non te maculat ma- *Auguſt.*
lus,ſi non conſentis, & ſi redarguis. Quoniam enim parum C
eſt non conſentire,iungit Apoſtolus quod maius eſt, magis
autem redarguite.Propter quod ait Saluator, Si peccauerit *Matt.18.*
in te frater tuus,id eſt,te ſciente vade & corripe eum inter
te & ipſum ſolum &c. Deinceps oſtendit,quare non debea-
mus communicare operibus impiorum. *Quæ enim in occul
to*,id eſt,in locis abſconditis, *Fiunt in eis*, prædictis excæcatis
hominibus, humanum potius quàm diuinum conſpectum
timentibus, *Turpe eſt dicere*,quantò magis facere? *Omnia* *Prouer.18*
autem quæ arguuntur, id eſt, opera quæ reprehenduntur
A lumine manifeſtãtur, id eſt, per veram loquutionem,
ſplendidámque doctrinam increpantis, innoteſcunt eſſe
digna reprobatione, nec vltra valent latere, quemadmo-

D dum ad Timotheum ipse ait, Insipientia illorum omnibus
2. Tim. 3 manifesta erit. *Omne enim quod manifestatur*, hoc modo per increpationem vel humilem peccantis confessionem. *Lumen est*, id est, clarum, certum ac notum. Vel, lumen est, id est, spirituali luce perfunditur, dum in publicum ducitur. His consonat verbum Christi, Omnis qui male agit: odit lucem
Ioan. 3. & non venit ad lucē, vt non arguantur opera eius Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. *Propter quod*, videlicet quoniā lumen est quod manifestatur. *Dicit* spiritus sanctus per me, *Surge*, à vitiis per pœnitentiam. *Qui dormis*. i. in ignauia tua quiescis. *Et exurge*, per opera pœnitentialia. *A mortuis*. i. de societate impœnitentiū spiritualiter mortuorum. *Et illumi-*
E *nabit te*. i. radium sapientiæ & lumen discretionis tribuet tibi Christus, iuxta illud Esaiæ, Requiem dabit tibi dominus
Esa. 58. semper, & implebit splendoribus animam tuam, si glorificaueris dominum, dum non facit vias tuas. Vnde Michæas ait,
Mich. 8 Epist. Cùm sedero in tenebris, dominus lux mea est & deducet me dominus in lucem, & videbo iustitiam eius. *Videte itaque fratres*, id est, oculo intellectuali pensate. *Quomodo cautè ambuletis*, id est, vigiláter & custoditè viuatis, occasiones peccati vitādo, atque in arcta via, quæ ducit ad vitam, cum omni circunspectione progrediendo: vt impleatis quod à Sa-
Matth. 7. piente dicitur, Omni custodia custodi cor tuum. Et quod
Prouer. 4 rursus idem ait, In timore domini esto tota die, & habebis spem in nouissimo. *Non quasi insipientes*, id est, sola temporalia atque præsentia bona seu mala considerantes. *Sed vt sa-*
F *pientes*, in cognitione diuinorū. i. discreti ac prouidi cœlestibus bonis semper intenti. *Redimentes*. i. ab infructuosis occu-
Prou. 23. 1. Cor. 10. pationibus expedientes. *Tempus*, vitæ præsentis. i. certas horas ad vacandū Deo aptātes. Vel, redimentes tempus, id est, tempora, quæ infructuosè expendistis reparantes per infructuosissimā occupationem tēporis præsentis atque restātis: quatenus priores negligentias & impietates recompensetis per ardentissimā conuersationē temporis nondū elapsi quo estis victuri, ne inter impios numeremini, de quibus canit
Psal. 54 Psalmographus, Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabūt dies suos. *Quoniam dies mali sunt*. i. aduersitatibus, periculis atque malitiis pleni. Non quòd dies in se mali sint, sed quia hæc mala insunt hominibus in diebus seculi huius viuentibus.

bus. Scriptura enim tẽpori ea adſcribit quæ quæ fiunt in tẽ pore: quemadmodum primo Machabęorum inducitur. Videns Ionathas quia tempus eum iuuat. Hinc enim Saluator Sufficit (inquit) diei malitia ſua. Et in Geneſi Iacob aſſeruit, Dies peregrinationis meæ mali, praui. *Propterea nolite fieri imprudentes*, ſola ſenſibilia & temporalia ponderando. A *1. Mac. 12* *Matth. 6.* *Gene. 47.*

Sed intelligentes quæ ſit voluntas Dei, id eſt, hoc diligentiſſimè inquiratis, quid placeat deo, vt illud ſemper agatis. *Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, cauſaliter, quia calorem auget, atque libidinem concitat. Venter enim vino æſtuãs, cito ſpumat in libidinem, iuxta Hiero. Vnde Sapiens dicit, Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: qui his delectatur, non erit ſapiens. Rurſuſque ſcriptura, Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum? *Sed implemini ſpiritus ſancto*. id eſt, ita viuatis & corda veſtra ſic occupetis. vt in gratia ſpiritus ſancti proficiatis quotidie: deus enim vnicuique influit, ſecundum quod ſe diſponit aut capax efficitur. *Loquentes vobiſmetipſis*, id eſt, mutuò exhortantes voſipſos. *In pſalmis*, ad bene operãdum hortantibus, *Et hymnis*, ad dei laudem ſpectantibus. *Et canticis ſpiritualibus*, quæ de gaudiis futuris commemorant. *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris*, id eſt, ſilenter in anima. Vel in cordibus veſtris i. cũ cordiali intentione & ex mentali affectu. *Domino*. Deo altiſſimo, quem decet hymnus, laus, honor, & gloria. *Gratias agentes ſemper*, id eſt, qualibet hora cõueniẽti ac debita. *Pro omnibus beneficiis dei*. Vel, pro omnibus hominibus beneficia diuina ſortitis, omnium ſaluti cõgratulãdo. *In nomine*, nominato *Domini noſtri Ieſu Chriſti*. i. in ipſo Chriſto, videlicet ad laudem & gloriam eius. Vel, certè per eum. *Deo & patri*. i. patri æterno, qui eſt deus ratione creationis, patérque Chriſti naturalis & pater noſter adoptiuus. *Subiecti inuicem*, ex debito obedientiæ vel ex condecentia humilitatis & charitatis. *In timore Dei*, caſto ac filiali. Prælati enim per humilitatem & charitatẽ ſubdunt ſe inferioribus, ſubditi verò ex debito obedientiæ ſubiiciuntur prælatis. Cæteri omnes communiter ſe inuicem honorare, præferreque habent: iuxta illud quod alibi dictum eſt, Honore inuicem preuenientes. Propter quod Chriſtus teſtatur, Qui maior eſt veſtrûm, ſit veſter miniſter. Et iterum legitur, Quanto maior es, humilia te in omnibus. Præterea generalibus exhortationib⁹ poſitis, de- B *Eccleſia. 31.* *Hierony.* *Prou. 20.* *Pſal. 64.* G *Roma. 5.* *Finis.* *Roma. 12.* *Matth. 20.* *Eccleſia. 3.*

Descendit apostolus ad particulares personas, dicendo. *Mulieres viris suis subditæ sint*, in licitis & honestis. *Sicut domino*. id
1. Cor. 11. est, sicut domino subditur seruus. *Quoniam vir caput*. i. superi
Colo. 3. or. *Est mulieris*. i. perfectior atque discretior ea communiter,
Gen. 3. Et dominus prætulit virum fœminæ, dicens ad eam: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. *Sicut & Christus caput*. i. rector ac princeps *Estecclesiæ ipse*, Christus existēs *Saluator corporis eius*. i. ecclesię, quæ est mysticū corpus Christi.
Mat. 19. *Sed sicut eccl sia*. i. fidelium iancta collectio. *Subiecta est Chri*
Gene. 5. *sto*, fide & opere, *Ita & mulieres viris suis in omnibus*, bonis
2. Pet. 3. sint subditæ. Sciendū tamen quòd subiectio mulieris sub viro non est omnibus similis subiectioni ancillæ aut serui, cùm ipsa sit socia viri, & vna caro cum eo, facta non de capite aut pedibus, sed de latere viri, quasi similis ei, & iuxta latus eius ponenda. *Viri diligite vxores vestras*, non carnali & fœdo, sed ordinato ac spirituali amore. *Sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit*. In mortem. *Pro ea*. i pro eius salute. *Vt illam sanctificaret*. i. virtutibus adornaret. *Mundans eam*, primo, i. à vitiis purgās. *Lauacro aquæ*. i. intinctione seu lotione in aqua baptismatis. Lauacro iuquam facto. *In verbo vitæ*. i. sub debita forma verborum, quibus hoc sacramentum ex Christi institutione perficitur. Accedit quippe verbum ad elementum: & fit sacramentum, in quo, verbum est formale ac principale, elementum verò est materiale. *Vt exhiberet*. i. repræsentaret vel faceret. *Ipsi*, Christus sponsus cœlestis. *Sibi*, id est, ad suum honorem, secundum quod Deus est, in præsenti seculo inchoatiuè, in futuro autem compleI tiuè. *Gloriosam ecclesiam*. i. claritate scientiæ atque virtutum splendoribus refulgentem. *Non habentem maculam*. i. peccatum mortale apertum. *Aut rugam*. i peccatum mortale occultum, sed mundam ac simplicem. *Aut aliud huiusmodi*, criminale habentem. *Sed vt sit sancta*, in interioribus. *Et immaculata*, in exterioribus. *Ita viri debent diligere vxores suas vt*
Gene. 2. *corpora sua*, quia sunt vna caro. Si autem sumatur corpus pro parte hominis materiali, sic viri magis tenentur diligere vxores suas, quā corpora propria. Si verò sumatur corp⁹ pro toto composito, minus diligendæ sunt vxores. Ideo similitudo est quātum ad aliquid, non absolutè in omnibus. Por-
Apoc. 21. rò de hac Christi gloriosa & illibata ecclesia scriptum est in Apocalypsi. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem

dentem de cœlo à deo patrem quia sponsio creatum vi
ro fuit facta, Quia vocarent deum suum, & vtor eius
præsentia. Item quia, Egressus magnum apparuit in ce-
lo nubes amictus sole & luna sub pedibus eius, & in capite
eius corona stellarū duodecim. De qua etiam in psalmo ꝓ- Psal. 60
phetat Elias, Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lu-
men tuum, & gloria domini super te orta est. Quæ tam va-
rijs dictis, quàm re ipsa indigna, tanta est vnitas vtrusq; Sunt nan-
que duo in carne vna. Merito itaque debet homo vxorē suā
diligere. Nemo enim in nullius nationis inter & humanè se ha
bens, *Nemo carnem suam vnquam odio habuit.* Vel simpliciter. Nemo 1. Tim. 6
vnquam carnē sui odio habuit, quia vel dilectione naturali, Matth. 26
vel amore carnali, vel charitate infusa ad eam afficitur. Na Matth. 14
& qui filios occidit, carnē iuam amplius probantur, quam
ideo perimunt, vt breui tormento longa euadant patientis B
vitæ supplicia. *Sed nutrit eam, vidit.* Et *fouet eam*, vestitu. Sanat &
Christus ecclesiā, nutrit sacramento alearis & fouet eam vesti
mēto iustitiæ. *Quia membra sumus*, nos Christiani. Corporis eius
Ecclesiæ quæ est mysticū corpus Christi. Sumus itaq; mē-
bra. *De carne eius & de ossibus eius*, i. eiusdē naturæ existētes, cū
Christo homine. Vel hoc ideo dicitur, quia fidelium qui à
Christo instituti sunt quidā, puta infirmi, dicuntur de carne
Christi quæ ante passionē erat infirma, quoniā indigēt à for
tibus suis sustentari, quēadmodū caro sustētatur ab ossibus.
Alij scilicet fortes ac perfecti, dicūtur de ossibus Christi pro
pter constantiam, & dominicæ passionis ac patientiæ imi-
tationem. *Propter hoc*, i. ad designandum dilectionē ac vni-
tatem Christi atque ecclesiæ, scriptum est in Genesi. *Relin- C*
quet homo, id est, maritus *Patrem suum & matrem suam*, id est Genes. 2
carnales parentes quātum ad cohabitationem localem. *Et* Matt. 19.
adhærebit vxori suæ, habitando, conuescendo & dormiendo 1. Cor. 7.
cum ea: *Et erunt duo in carne vna*, scilicet maritus & coniunx.
In carne vna, id est, in vno carnali cōmercio per seminis pro-
pagationem. Vel, dicūtur duo in carne vna, quoniam nul
lus eorū propriæ carnis habet potestatem, & propter cōmu
nionem præcipuam vna caro reputantur. Vnde dicit salua- Matth. 19
tor, Itaque iā non sunt duo, sed vna caro. Deinde ponit apo
stolus mysticū sensum scripturæ de matrimonio allegatę. *Sa-*
cramentum hoc i. sacrū signū istud in coniugio pronuntiatū.
Magnum est. i. magnæ rei significatiuum. *Ego autem dico*, id

est

D est signũ istud expono, impletumq́ue assero. *In Christo & in ecclesia*, id est, in spirituali dispensatione inter Christũ & ecclesiam facta, quando videlicet verbum caro factum est, & *Ioan.1.* nostram naturam assumens, ostendit quantũ dilexerit nos, cum quibus idem fieri voluit. Matrimonium ergo seu coniugium, magnum est sacramentum, propter significantiam coniunctionis Christi & ecclesiæ, in qua etiã Christus quo- *Ibidem.* dammodo patrem reliquisse videtur, non simpliciter, cum æternaliter sit in sinu, imo in corde patris, sed secundũ apparentiam quandam ratione incarnationis. Sic enim de nouo *Ioan.10.* apparuit mundo ad coniungendum sibi ecclesiam tanquam *Psal.18.* sponsam. Propter quod ait, Exiui à patre, & veni in mũdum. Et Psalmista, Ipse (inquit) tanquam sponsus procedens de E thalamo suo. A summo cœlo egressio eius. Matrem quoque suam. i. synagogã Christus reliquit, & adhæsit vxori suæ, id est, gẽtilitati conuersæ, quam ipse spiritualiter visitat & fœcũdat. *Verũtamen*, id est, quãuis prędicta de cõiugio mysticè intelligantur de Christo, nihilominus. *Et vos singuli*, hoc est, vnusquisque vestrũm coniugem habens, *Suã vxorem, sicut seipsum diligat. Vxor autem timeat virum*, id est, in reuerẽtia habeat eum, & casto timore formidet, ne eum offendat.

Cap. VI. *Filij obedite parentibus vestris.*

ARTICVL. VI.

Collo.3. POst informationem conuersationis habendæ inter virũ F & cõiugem ponitur informatio conuersationis debitæ inter parẽtes & filios. *Filij obedite parentibus vestris*, carnalibus *In domino*, i. secundũ voluntatem diuinã, videlicet in licitis & honestis, atq; ex animo, scilicet prõptè reuerenter & amorosè. *Hoc enim iustũ est*, iure naturali diuino & humano, imò *Malach.1.* magistris diis & parẽtibus, non potest reddi ęquiualens, iuxta philosophũ. *Honora patrem tuum & matrem*, tuam. Vnde apud Malachiã habetur. Filius honorat patrem suum, & seruus timet dominũ suum: Honorare ergo debemus parentes, reuerentiã impendendo: & necessaria si indigeant ministrãdo, sunt enim principiũ nostrũ. Propter quod in Ecclesiasti *Eccles.30.* co legitur. Quàm malæ famæ est, qui relinquit patrẽ, & ma- *Exod.20.* ledictus à Deo. qui exasperat matrẽ. *Quod est mandatum*, diuinum in Exodo scriptum, *Primum in promißione. i.* primum

cu.

cui mercedis additur promissio. Decalogus autem præceptorum ad duo præcepta pertinet charitatis. Tria enim in prima tabula scripta, respiciunt præceptum charitatis Dei. Alia septem in secunda tabula scripta, concernũt præceptũ charitatis proximi. Inter quæ præceptum de honoratione parentum præcedit, cui annectitur merces quæ subditur. *Vt bene sit tibi*, in spiritualibus ac temporalibus. *Et sis longæuus super terram*, id est, æternaliter habites in terra viuentium. Ad literam tamen hoc dictum videtur de prolongatione vitæ præsentis in terra peregrinationis istius, seu in terra promissionis, quantum ad populũ Israël pro tempore illo. Hoc enim meretur præter præmium spirituale obseruatio huius mandati secundum communem iustitiæ legem, quamuis interdum ex diuinæ dispensationis moderamine, aliter accidat. *Et patres* carnales. *Nolite ad iracundiam prouocare filios vestros*, aut filias nimis rigorosè & asperè procedendo cum illis. *Sed educate illos*, id est, foucte & necessaria prouidete non solùm carnaliter, sed *In disciplina* morali. *Et correptione domini*, id est, iusta correctione: quemadmodũ scriptum est. Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instãter erudit. Rursúsque Salomon, Stultitia (inquit) colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Hinc etiam in Ecclesiastico legitur, Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella. Certum est autem hæc quoque ad spirituales patres ac filios pertinere. Patet verò ex his, quòd parentes tenentur filiis in tribus, quæ sunt necessariorum prouisio, instructio, & correctio. Deinceps introducitur exhortatio conuersationis inter seruum & dominum. *Serui obedite dominis carnalibus*, id est, temporalibus, & sensualitatem sectantibus. Et per consequens multò plus obediendũ est dominis spiritualibus & honestis. *Cum timore* animæ. *Et tremore* corporis. *In simplicitate cordis vestri*, id est, sine simulatione. *Sicut Christo*, seruiendum est: iuxta illud in Psal. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Seruitus enim hæc propter peccatum ex diuina ordinatione inflicta est in pœnã peccati, idcirco patienter ferenda est tanquã purgatorium vitiorum, exercitiúmque virtutũ. *Non ad oculum seruientes*, id est, solũ in præsentia hominũ. *Quasi hominibus placẽtes*, id est, humanũ fauorẽ duntaxat optãtes. *Sed vt serui Christi, facientes voluntatem dei*. i. diuinis mandatis obtemperantes,

A

B

Colloss. 3.

Prou. 13.

Prou. 22.

Eccle. 13.

Rom. 6.

C

Psal 2.

Col. 3.

1. Pet. 2.

D *Ex animo*, id est, prompto affectu, sic sitis. *Cum bona voluntate*, videlicet conformando vestrum affectum dispositioni diuinæ. *Seruientes*, dominis carnalibus. *Sicut domino*, deo altissimo. *Et non* sicut *Hominibus* tantum, id est, cum reuerentia & trémore ac cordis simplicitate. *Scientes quoniã vnusquisque*
Gala. 6. *quod fecerit bonum, hoc percipiet à domino*, id est, pro illo præmium iustum habebit à deo, qui nullum bonum deserit irremuneratum. *Siue* sit *Seruus siue liber*. Seruitutis enim condi tio seu libertas, non tollunt præmiationem diuinæ iustitiæ.
Eccle. 33. *Et vos domini eadem eadem facite illis*, id est, tã benigni estote seruis vestris, quã fideles fuerint vobis: iuxta illud Ecclesiastici, Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua, & quasi fratrem tracta illum *Remittentes minas*. i. pœnas cõminatas non inferen-
E tes, si tamen serui pœniteãt, vel rarò seu parum offenderint.
Eccle. 7. Vnde iterum in Ecclesiastico scribitur. Ne lædas seruum in veritate operantem. Porrò si serui rebelles aut duri consistant, agendum est quod rursus, in Ecclesiastico fertur, Ciba-
Eccle. 33. ria & virga & onus asino, panis & disciplina & opus seruo.
Ibidem. Itémque, Seruum inclinẽt operationes assiduæ. *Scientes*, vos domini. *Quia illorum*, seruorum. *Et vester dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud deum*. Idcirco timete, quo-
Mat. 7. niam eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.
Tob. 4. Qualem ergo vultis vobis esse cœlestem dominum, iudicẽque æternum, tales exhibete vosipsos seruis ac subditis ve-
Epist. stris. Post specialia iussa & certarum exhortationem personarum redit apostolus ad institutionem communem cun-
1. Pet. 1. ctorum fidelium. *De cætero*. i. insuper & tempore adhuc re-
F stante. *Fratres confortamini in domino*. i. spirituale robur à deo adipisci studete, & cõtra impugnationes mundi carnis atq; diaboli roboretur corvestrũ in domino, id est, gratia eius & in certa fiducia diuini auxilij. *Et in potentia virtutis eius*. i. in potenti potestate dei, innitendo semper diuinæ potentiæ, non propriis viribus. Vel, in potentia virtutis eius. i. in efficaci fortitudine à Deo infusa quæ animũ roborat in aduersis.
Ad hanc confortationem monet dominus vnumquenque
Iosue. 11. nostrũm in libro Iosue, Confortare & esto robustus valde: Noli metuere, quoniam tecum est dominus Deus tuus. Sic autem confortantur, qui toto corde sperãt in domino: iux-
Prou. 18. ta illud Sapientis, Turris fortissima nomen domini ad ipsum currit iustus & exaltabitur. *Induite vos armaturam Dei*,

id est,

sdest,virtutibus interiora vestra vestite, videlicet intellectũ prudentia, voluntatem iustitia, sensitiuum appetitum cęteris virtutibus moralibus. Hæc enim sunt arma spiritualia à deo fabricata ac data, quibus anima contra omnia nocumenta munitur. *Vt possitis stare*, id est, fortiter dimicare, ac præualere. *Aduersus insidias*, id est, occultas machinationes, *Diaboli*, qui se frequenter transfigurat in angelũ lucis, sub specie boni multa mala proponens. Denique (vt Leo papa testatur) omnium discutit mores, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi querit causas nocendi, vbi quenquam viderit studiosius occupari. *Quoniam non est nobis collactatio*, principalis aut sola. *Aduersus carnẽ & sanguinem*, id est, homines carnales ac fragiles, seu vitia carnis. Vnde dominus in Genesi ait, Nõ permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Et in Euangelio. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Verumtamen graue bellum habemus contra carnem & sanguinem, id est, mundum & concupiscentias carnis. Bellum verò quod contra hostes inuisibiles habemus, periculosissimum est atque grauissimum. De quibus subiungitur. *Sed aduersus principes & potestates*, id est, angelos apostatas seu dęmones, qui erant ante lapsum suum de ordinibus principatuum & potestatuũ: De omnibus enim angelorum ordinibus quidã cecidisse creduntur, qui omnes iam per principatus & potestates designantur, ita quòd nomine principatuum designãtur dæmones inferiores: nomine autem potestatuum superiores, quibus inferiores obediunt, homines impugnando. Est enim in dæmonibus prælatio quædam, eo quòd omnes concordes sint in desiderio nocendi hominibus. *Aduersus mundi rectores*, id est, contra prædictos inuisibiles hostes hominum secularium directores ac principes: homines enim iniqui dęmonum voluntati obediũt, & ab ipsis captiui tenentur, ac vndique circunferuntur sicut serui à dominis. Et ne quis per mundum putaret significari machinam mundialẽ, quasi diabolus creator & rector esset mundi sensibilis, sicut Manichæi dixerũt, ob id seipsum exponens Apostolus, subdit. *Tenebrarum harum*, id est, hominum obtenebratorum. Vnde paulò antè dictum est, Fuistis aliquando tenebræ. Hoc modo mundus frequenter accipitur in scripturis: sicut cum dicitur, Mundus eum non cognouit. Et, Mundus in maligno positus est. Et, Non estis de mundo.

A

Leo papa.

B

C

Gene.6.

Mat.16.

2. Cor.11.

2. Tim.2.

Sap 5.

Ioan.1.

1.Ioan.5.

Ioan.15.

D *Cõtra ſpiritualia neguitiæ.* i. agmina dæmonũ nequitiis plena, habitantia *In cœleſtibus.* i. in aëre caliginoſo, in quo dæmones complures vſque ad diem iudicij volitant. Aër autem ſæpius cœlum vocatur. Hinc nanque dicuntur volucres cœli,
Pſal. 8. qui aſſeruntur volare in cœlo. i. in aëre. Vnde & dæmones ſignificantur per volucres cœli, vbi ait Saluator, Semen ce-
Mat. 13. cidit ſecus viam, & volucres cœli comederũt illud. *Propter-*
Luc. 8. *ea*, id eſt, quia tam arduũ prælium imminet vobis, *Accipite armaturã dei.* i. virtutes, & opera virtuoſa, quibus dæmones
Iob. 19. repellũtur. De quibus armis Iob ait. Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ea ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo. *Vt poßitis reſiſtere* diabolo, qui tanquam leo rugiens circuit,
2. Pet. 5. quęrens quem deuoret. *In die malo*, id eſt, tẽpore tentationis
E & aduerſitatis. *Et in omnibus*, proſperis & aduerſis. *Perfecti ſtare*, ruinã vitãdo peccati, ita vt nec proſpera vos extollant, neque aduerſa deiiciant: ſed regia ſemper via incedatis, vtẽtes vtraque manu pro dextera, quatenus omnia cooperentur vobis in bonũ. *State ergo*, in virtutibus fixi. *Succincti*, cingulo caſtitatis, *Lumbos veſtros*, in quibus viget luxuria. i. car-
Iudith. 3. nis concupiſcentias refrenate, continenter viuendo; prout
Rom. 8. monet Saluator. Sint lumbi veſtri præcincti. Hos lumbos
Luc. 12. præcinxit Iob, Pepigi, inquiens, fœdus cum oculis meis, ne
Iob. 31. cogitarem quidem de virgine, Sic autem accingite lumbos *In veritate.* i. veraciter corã deo, non ſimulatorie coram hominibus, ſicut hypocritæ. *Et induti loricam iuſtitiæ.* i. virtute iuſtitię interiora veſtra munite, ſicut lorica corpus tegitur ac munitur. Vnde apud Eſaiam dicitur, Indumẽto iuſtitiæ cir-
F cundedit me dominus. *Et calceati pedes.* i. pedes corporales
Eſa. 61. & etiam ſpirituales. i. animi veſtri affectiones habete munitos & expeditos. *In præparationem euangelij pacis.* i. ad hoc vt ſitis parati annunciare vel adimplere euangelicam doctrinam, in qua pacificatio noſtra cum deo deſcribitur, & per cuius obſeruantiam veram pacem ſortimur: iuxta illud Pſal-
Pſal. 118. miſtę. Pax multa diligentibus legem tuam. *In omnibus* ſpiritualibus pugnis ſeu tentamentis. *Sumentes ſcutum fidei*, id eſt, ipſam fidem pro ſcuto arripite, virtutem & actum fidei opponentes ſuggeſtionibus dæmonis, puta futura tormenta inferni, ſempiterna gaudia cœli, metuẽdum iudicium dei, quæ omnia cadunt ſub fide. Per quorum vtique conſiderationem omnia tentamenta vincuntur. Ideo ſubditur, *In quo*

ſcuto

scuto. *Positis omnia tela nequissimi ignea*, id est, impugnatio- A
nes acres ac feruidas pessimi tẽtatoris. *Extingere*, id est, re-
primere. Propter quod Petrus ait. Aduersarius vester diabo 1. *Pet.* 5.
lus circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fi-
de. *Et galeam salutis assumite*, id est, spem futuræ fœlicitatis
seu charitatem menti vestræ superponite, vt contra præsen-
tium bonorum blandimenta, spem futurorum atque diuino
amore armemini. *Et gladium spiritus*, id est, à spiritu sancto
datum spiritui vestro. *Quod est verbum dei*, id est, sermo sacrę *Hebr.* 7.
scripturæ, qui penetrat intima animæ, & vitia resecat, atq; à *Finis.*
mundo animam diuidit, sicut materialis gladius penetrat
corpus. De hoc gladio spirituali dicit Saluator, Nõ veni pa *Mat.* 10.
cem mittere, sed gladium. Et Psalmista. Accingere gladio *Psal.* 44.
tuo super fœmur tuum potentissime. Sed quia hæc omnia B
ex diuino auxilio manant, atque per gratiam conferuntur
deuotè orãtibus: ideo subditur. *Per omnem orationem*, id est,
prædicta implete, deum inuocando per omnem, id est, per-
fectam orationem. Est autem oratio, simplex petitio: obse-
cratio verò est petitio cum adiuratione, seu commemora-
tione rei sacræ, sicut cum dicimus. Per incarnationem tuam
libera nos domine. De qua nunc sequitur. *Et obsecrationem*
quę etiã propriè est respectu difficilium. *Orantes omni tẽ-*
pore, id est, singulis horis deputatis & debitis vel cõgruis ad
orandum, quemadmodum in Ecclesiastico habetur. Non
impediaris semper orare. Vnde & Saluator, Oportet inquit, *Eccle.* 18.
semper orare, & non deficere. *In spiritu*, id est, cum deuotio- *Luc.* 18.
nis affectu seu attentione mentali. Spiritus enim est Deus; *Ioan.* 4.
& eos qui adorant in spiritu & veritate oportet adorare. *In* C
ipso vigilantes, id est, solliciti atque feruentes. *In omni instan-*
tia, id est, conamine, quo actibus virtuosis insistitur. *Et obse-*
cratione fusa. *Pro omnibus sanctis*, viatoribus, vt perseuerent
proficiántque in bonis. *Et pro me vt detur mihi sermo in aper-*
tione oris mei, id est, quatenus spiritus sanctus mentem illumi-
net, ita vt mox dum os meum ad loquendum aperio, infun-
datur mihi à Deo, quid loqui expediat, sicut & Deus pro-
misit in Psalm. Dilata os tuum, & implebo illud. Et item in
Euangelio, Ego dabo vobis os & sapientiam. *Cum fiducia*, *Psal.* 80.
id est, securè ac liberè. *Notum facere mysterium Euangelij*, id *Luc.* 21.
est, sacrum secretum euangelicæ legis, videlicet Christi in-
carnationẽ & cætera eius mysteria. Ponitur enim singulare

D pro plurali. *Pro quo*, euangelio prædicãdo, *Legatione fungor*, id est, à Christo destinatus sum nunc Romæ existens. *In catena*, id est, in vinculis. *Ita* legatione fungor & vinculis strin
Act. 28. gor. *Vt* nihilominus *In ipso*, id est, per gratiã Christi. *Audeam*, fiducialiter. *Prout oportet me*, id est, sicut commissum est mihi *Loqui*, euangelica mysteria prædicando. Deinceps ostendit apostolus dilectionem suam ad Ephesios, insinuando eis statum suum, quemadmodum pertinet ad familiares amicos. *Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt*, id est, quę mihi contingunt, *Quid agam*, in tot persecutionibus. *Omnia* hæc *Nota vobis faciet*, id est, ore tenus referabit, *Tychicus*,
E diaconus lator præsentis epistolæ. *Charissimus frater*, noster spiritualis. *Et fidelis minister in domino*, id est, secundum voluntatẽ & gratiã dei. Vel, in domino, id est, in his quę Dei sunt. *Quem misi ad vos in hoc ipsum*, id est, propter hãc causam. *Vt cognoscatis*, ex eius veridica relatione. *Quæ circa nos sunt*, id est, prospera & aduersa quæ accidunt nobis. *Et consoletur corda vestra*, de mei captione & catenatione dolentia. Porrò vt finis epistolæ concordet principio, addit, *Pax* sit *Fratribus*, id est, fidelibus. Quo nomine sorores quoque intelliguntur. *Et charitas cum fide*, id est, charitas & fides detur vobis. *A deo patre nostro*, id est, patre æterno. *Et domino Iesu Christo*, filio patris, quibus expressis intelligitur spiritus sanctus. *Gratia* dei gratificans & finalis, sit *Cum omnibus qui diligunt*
F *dominum nostrum Iesum Christum*. Quod vero subiũgitur. *In*
Rom. 2. *incorruptione*, referri potest ad nomẽ gratiæ. Etítque sensus, Gratia sit cũ eis in incorruptione, id est, in vita æterna. Vel
Act. 13. ad verbum, diligunt, vt sit sensus, Qui diligunt Christum in incorruptione, id est, in cordis ac fidei integritate, seu inconcussa mentis constantia. Sic enim amandus est deus sublimis & benedictus. Amen.

IN EPISTOLAM B. PAVLI

Ad Philippenſes, Proœmium.

A

QVaſi tempeſtas tranſiens, non erit impius: Iuſtus autem quaſi fundamentum æternum. In hoc ab impio iuſtus diſtinguitur, quoniam iuſtus ſtabili fundamento innititur, vtpote rectę rationi atque diuinæ veritati, ideo non commouetur neque turbatur: iuxta illud Iob, Si iniquitatem quę eſt in manu tua abſtuleris, eris ſtabilis: Impius autem in nullo ſtabili radicatur. Sequitur enim rationem errantem voluntatem peruerſam, ſenſualitatem corruptam. Porrò euangelica doctrina tẽdit ad hoc, vt homo ſtabiliatur directè ac immediatè in Deo, quod primò & maximè fit per actus virtutum theologicarum, deinde per ſeptem dona ſpiritus ſancti. Quoniã ergo non minoris pręconijeſt in aſſumpta perfectione fortiter perdurare, nec tentationibus cedere, quàm viam virtutum aſſumere, intrare, ſiue incipere: ideo viri ſancti & iuſti prælati eos præſertim commendant ac diligunt, qui animo concuſſo perſiſtunt in ſemitis mandatorum cœleſtium, neque tepeſcunt in actibus conſiliorum, inter quos Philippenſes, quibus nunc exponenda epiſtola ſcribitur, extiterunt. Denique Philippenſes ſunt Macedones, qui verbum veritatis ab apoſtolo audierunt & acceperunt, & in eo ſtabiles permanſerunt, non recipiẽtes falſos apoſtolos. Hos laudat Apoſtolus ſcribens eis à Roma de carcere per Epaphroditum, cum quo Philippenſes aliquid ſuæ ſubſtantiæ tranſmiſerunt apoſtolo. Armat itaque & præmunit Philippẽſes apoſtolus in præſenti epiſtola contra duplex bellum, videlicet perſecutorum & fallacium prædicatorum. Procedit autem apoſtolus more conſueto, ſalutationem præmittendo, deinde gratias agendo, poſtea pro eis orãdo, eóſque ad perfectionem hortando, ſicut patebit.

Prouer. 10

Iob. 10.

B

C

Pſal. 118.

Cap. I. *Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti.*

ARTICVLVS. 1.

PErſonas ſalutantes tangit Apoſtolus in exordio huius epiſtolæ, dicens. *Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti*, nõ ſeruitute timoroſa, & purè ſeruili, ſed amoroſa ac libera. Nõ addit Paulus hoc loco nomẽ gloriæ ſuæ aclũmę dignita

Infra c. 2.

D tis dicendo, Paulus Apoſtolus, &c. quoniam Philippenſes nihil indignum de ipſo ſenſerunt. Coniungit quoque apoſtolus ſibi Timotheum, quamuis ipſe ſolus epiſtolam dictauerit, quia miſſurus erat eum ad Philippenſes. Vnde vt reuerentius eum ſuſciperent diligentiúſque audirent, exprimit eum in forma ſalutationis. Hi ergo mandant. *Omnibus ſanctis*, id eſt, verè fidelibus. *In Chriſto Ieſu*, id eſt, per fidem, charitatem, & gratiam Chriſti. *Qui ſunt*, hoc eſt, commorantur. *Philippis*, id eſt, in vrbe Macedoniæ quæ eſt pars Græciæ, quam vrbem conſtruxit Philippus pater Alexandri magni putatiuus, vocans eam ex nomine ſuo, Philippi, *Cum epiſcopis & diaconibus*, id eſt, etiam epiſcopis atque diaconis mandans. Hi enim tanquam principales poſt generalẽ omnium deſignationem exprimuntur. Porrò (vt Haymo aſ-

Haymo. E ſerit) per epiſcopos intelliguntur presbyteri. Non enim in vna vrbe plures epiſcopi præſidebant: nec ab epiſcopis ad diaconos deſcenderet prætermiſſis presbyteris, niſi per epiſcopos intelligeret ſacerdotes. Vnde dicit ſolet, quòd in primitiua eccleſia epiſcopi nõ diſtinguebantur à ſacerdotibus. Epiſcopus nanque dicitur, quaſi ſupra intentus, ad ἐπί quod eſt ſupra & σκοπὸς intentio, ſed hoc epiſcopis conuenit atque presbyteris. Vnde hoc loco per epiſcopos presbyteri, & ſummus eorum, videlicet pontifex Philippenſium, intelliguntur. *Gratia*, gratificans detur & inſit. *Vobis & pax*, interior quæ eſt tranquillitas mentis, atque exterior, quæ eſt quies ab extrinſeco impugnante. *A Deo patre noſtro*, id eſt,

Iacobi.1 perſona patris æterni. *Et domino Ieſu Chriſto.* Quibus expreſ

Ioan.1 ſis intelligitur ſpiritus ſanctus amor & nexus amborum, qui F omnes ſunt vna fontalis & effectiua origo totius bonitatis creatæ. *Gratias ago Deo meo*, id eſt, ſuperbeatiſſimæ trinitati, ſimpliciſſimo Deo, qui eſt omniũ deus generaliter & Deus meus ſpecialiter, propter ſpecialem pietatẽ, gratiam & prouidentiã eius in me: & item propter ſingularem dilectionem & cultum, quibus ei ſoli principaliter finalitérque inhæreo. Hoc dicere non competit niſi perfectis. Propter quod diui-

Dionyſius. nus & magnus Dionyſius hoc dicere vix præſumens interdum ſic ait, Deus (& ſi fas eſt dicere) meus. *In omni memoria veſtri ſemper*, i. toties, quoties veſtri memor ſum. *In cunctis orationibus meis* fuſis. *Pro omnibus vobis*. Dum enim memor ſum veſtri, occurrit mihi conſideratio gratiæ exiſtentis in vobis.

De qua

De qua gratias refero, & oro vt gratia ampliori mereamini A
adimpleri. *Cum gaudio*, ſpirituali. *Deprecationẽ faciens*, id eſt, Deum pro vobis exorans. Gaudio, inquam, concepto ſeu habito. *Super communicatione veſtra*. i. de beneficio vobis cõceſſo, videlicet quòd mihi communicaſtis ſeu conformati eſtis fide, charitate, & opere. *In euangelio Chriſti*. i. in prædicatione, exhortatione, ſeu obſeruatione euangelicæ legis. *A primo die*, conuerſionis veſtræ. *Vſque nunc confidens hoc ipſum*, *Ioan.15*
id eſt, ex conſideratione gratiæ vobis hucúſque conceſſæ cõfido de gratia pleniori, videlicet. *Quia*, id eſt, quòd *Qui cœpit in vobis opus bonum*, id eſt. Deus per gratiam gratum facientem, & ſpiritus ſancti motionem actualem inchoauit in vobis opus meritorium, *Perficiet*, illud in vobis. *Vſque in diẽ Ieſu Chriſti*, incluſiuè. i. vſque in diem mortis veſtræ, qua à Chriſto viſitabimini, & particulare iudicium ſuſtinebitis. A B
Deo enim eſt inchoatio, cõtinuatio & cõſummatio operis *1.Cor.1*
boni. *Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis*, id eſt, tam ex parte diuinæ bonitatis quàm ex parte veſtræ ſtabilitatis iuſtum eſt vt ita confidam de, & pro vobis, videlicet quòd Deus perficiet in vobis opus bonum à ſe inchoatum, *Eo quòd habeam vos in corde*, id eſt, cordiali affectu hoc optẽ & ſperem: quod ſubditur. *Et in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione euangelij, ſocios gaudij mei vos omnes eſſe*. i. vt tam in præſenti quàm in futuro ſitis participes conſolationis meæ internæ, quam habeo in vinculis meis, quibus propter Euangelij prædicationem ligatus ſum. Et in defenſione Euangelij, qua euangelicam veritatem defendo contra
aduerſarios eius: & confirmatione Euangelij qua illud con- C
firmo, inſtanter & imperterritè prædicando, miracula faciendo, ſcripturarum teſtimonia allegando, irreprehenſibiliter conuerſando. Quam etiam conſolationem multo copioſius habebo, in patria pro vinculis atque laboribus iſtis. Vel, ideo hæc dicit Apoſtolus, quoniam Philippenſes ſocij fuerũt gaudij eius in vinculis, &c. ita quòd ipſi quoque pro Chriſto vincula pertulerunt, & Euangelium defenderunt, atque conſtanter prædicauerunt ſiue profeſſi ſunt. *Teſtis enim mihi eſt deus, quomodo*, id eſt, quam affectuoſè, ſpiritualiter, & ſyncerè. *Cupiam omnes vos*. i. omnium veſtrũm ſalutem & communionem cum gaudio meo deſiderem. Et hoc *In viſceribus Ieſu Chriſti*. i. Chriſti amore, non humano affe-

D ctu. Vel, quomodo cupiam vos esse in visceribus Iesu Christi, id est, Christo intimè vniri, atque ab eo cordialiter diligi. *Et hoc oro*, Deũ *Vt charitas vestra*, vobis à deo infusa, qua Deum proximúmque meritoriè diligitis. *Magis ac magis abundet*. i. incessanter proficiat. *In scientia*. i. discretione, vt omnia discretè agatis, sitque rationabile obsequium vestrum. Vel in scientia, id est, quatenus diligẽdo mereamini illuminari à Deo in cognitione diuinorũ ac aliorum. Vel in scientia illa, quæ est vnum de septẽ donis spiritus sancti, de qua ait scriptura, Dedit illi scientiam sanctorum, Per quam habet homo rectum iudicium de rebus creatis, videlicet, quòd eis non sit finaliter inhærendũ, eo quòd ex se vanæ sint atque caducæ. *Et in omni sensu*, id est, intellectuali noticia vel potius experimẽtali gustu eorum, quæ ad salutem exigũtur,

E *Vt probetis*, id est, approbando sequamini. *Potiora*, id est, opera perfectiora indies magis ꝓficiendo. *Vt sitis synceri*, id est, mundi corde. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Vnde in Prouerbiis habetur, Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum regẽ. *Et sine offensa*, id est, sine opere malo, præsertim mortali, & ne perseueretis in aliquo vitio, quatenus nec Deum, nec proximum offendatis, quantum fieri potest. *In diem Christi*. i. perseuerãter vsque ad mortem. *Repleti fructu*. i. actu & delectatione. *Iustitiæ*, quę est prę clarissima virtus, & nec lucifer, nec hesperus est ita admirabilis teste Philosopho. Repleti (inquam) non propriis viribus, sed *Per Iesum Christum*, id est, ex virtute & merito Chri

F sti. *In gloriam & laudem Dei*, id est, propter hoc vt deus glorificetur atque laudetur àvobis aliísque electis in præsenti & in futuro. Deinceps apostolus efficit Philippenses beneuolos, statum suum eis insinuans tanquam familiaribus & amicis præcipuis. *Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt*, id est, tribulationes, incarcerationes, & vincula quæ mihi acciderunt. *Magis ad profectum*. i. publicationem, cõfirmationem, ac venerationem. *Euangelij venerunt*, quàm ad detrimentũ ipsius, & hoc cõtra intentionẽ persecutorum meorũ, qui ideo me vinxerunt, vt euangelium offuscaretur. *Ita vt vincula mea manifesta fierent*. i. captiuitas mea & fructꝰ vinculorũ meorũ diuulgaretur. *In Christo*. i. secundũ voluntatẽ ac dispositionẽ Christi. Vel ad gloriã eius. *In omni prætorio*, iudicũ, quò maiores conueniunt, non solùm Romæ, sed in

præto-

Rom. 5

Rom. 12
Esa. 11.
Sapien. 10
2. Cor. 12

Matth. 5
Prou. 22.

Aristot.

prætoriis quoque vrbiũ aliarũ. *Et in cæteris omnibus* locis iu- A
dicialibus quò minores concurrunt. Vt enim Haymo dicit, *Haymo.*
cum Apostolus retrusus esset in carcerem in domo imperatoris, multa fecit prodigia, & in carcere vinctus, & aliis aduentãtibus cõstantissimè prædicauit, sicque conuertit quàm plurimos, ita vt & de palatio Imperatoris, faceret ecclesiam redemptoris. Cùm verò in prætorium duceretur, efficacissimè, & cũ summa securitate respondit: Quoniá ergo Roma caput extitit mundi, fideles qui Romam cõfluxerunt & exierunt, vbique retulerunt signa, fructum, atque constantiá Pauli. Quo audito complures animati fuerunt ad euangelizandum, sicut adiungitur. *Vt plures è fratribus in domino confidentes*, nõ in seipsis. *In vinculis meis*, hoc est, occasione seu intuitu vinculorum meorum, hoc est, exemplo meo. *Abundantius* B
quàm antè. *Auderent sine timore*, eorum qui corpus occidũt, *Verbum Dei loqui*. i. Christi euangelium prædicare, dicentes: Si magister noster in vinculis, in carcere, in prætorio, prædi- *Matt. 10.*
cat sine pauore, cur nos liberè euntes, à prædicatione cessamus? *Quidam quidem*. i. nõnulli à prædictis virtuosis diuer- *Luc. 12.*
si *Et propter inuidiam & contentionem*. i ex inuidia, qua inuident gloriæ apostolatus mei, eúmque habere contendunt. *Quidam autè & propter bonam voluntatem*. i. recta intentione & ex dilectione Dei ac proximi, *Christum prædicant*, vt pro- 1. *Tim.* 3
ximi cõsequantur salutẽ, & Christi honor augeatur. *Quidã autem*, boni. *Ex charitate* speciali ad me hoc faciunt, vicem meã supplentes. *Scientes* hoc scilicet. *Quoniam*. i. ꝙ. *In defensione euangelij*. i. ad defendendum euangelicæ veritatis prædicationem. *Positus sum*, in gradu & gratia apostolatus à Deo. C
Vel in. id est, pro defensione euangelij positus sum in carcere. *Quidam autem ex contentione Christũ annunciant*. i. qui mecum contenderunt, atque à me confutati, & prædicationis 2. *Cor.* 1
officio indigni iudicati sunt. *Non syncerè* i. non pura hoc agunt intentione, *Existimantes pressuram se suscitare*. i. tribulationis argumẽtum procurare. *Vinculis meis*. i. mihi vincto cõcitando alios contra me, quasi contra principalem doctorẽ huius legis, videlicet vt si quis velit eos affligere, propter prædicationem euangelij cõcitent eum aduersum me, velut contra præcipuam causam prædicationis huiusmodi. Vel, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis, id est, me vinctum contristare, ac tribulare, eo quòd prædicent non

D obstante quòd ego reprobauerim eos. *Quid enim*, id est, quid interest, vel quid mihi curandum est de tanta diuersitate prædicantium? *Dum omni modo*, id est, omnibus modis *Siue per occasionem*, id est, incidentaliter, scilicet ex inuidia seu cõtentione *Siue per veritatem*, id est, ex vera & recta intentione. *Christus annuncietur? Et in hoc gaudeo*, quòd sic est. *Sed & gaudebo*, inde de cætero Vel gaudeo, in via, & gaudebo in patria. *Scio enim quia hoc* videlicet, quòd Christus omni modo annunciatur occasione mei. *Mihi proueniet in salutem*, æternam, hoc est, causa maioris gloriæ erit mihi in patria, non duntaxat meritis meis, sed & *Per vestram orationem* fusam pro me. *Et subministrationem*, id est, sustentationem & opem, *Spiritus Iesu Christi*, id est, spiritus sancti à Christo procedentis, qui spiritus adiuuat nostram infirmitatem, nósque in bono ne ruamus, sustentat, sicut columna sulcit structuram. Si autem subministratio videatur non competere sancto spiritui, poterit per spiritum Christi intelligi spiritus angelicus missus à Christo, qui vtique nostræ cooperatur saluti cum simus eius custodiæ deputati Sic autem proueniet mihi. *Secundum expectationem*, actualem, *Et spem meam*, habitualem, id est, quemadmodũ spero, vel tá copiosè sicut confido. *Quia in nullo* loco, tempore seu euentu. *Confundar*, ita sperando. Spes enim non confundit. Iuxta illud in Psalmo, Vniuersi qui sustinent te non confundentur. In Ecclesiastico quoque. Scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est. *Sed in omni fiducia*, hoc est, cum ingenti cõfidentia cordis mei in Deo. *Sicut semper*, ab exordio conuersionis meæ magnificatus est, ita *Et nunc* vltra, quandiu subsisto in carne. *Magnificabitur*, id est, honorabitur *Christus in corpore meo*, id est, in actionibus, & passionibus corporis mei. *Siue per vitam, siue per mortem*, id est, in vita ac morte. Quia si vixero, honorabo Christum prædicando: si occidor aut morior, exemplum deserendo. *Mihi enim viuere*, in corpore isto. *Christus est*, finaliter & meritoriè, id est, ad Christum ordino vitam meam, eique vniri viuẽdo promereor. Ipse quoque est vita viuificans me effectiuè, conseruando & dando vitam naturæ ac gratiæ. Vnde in Euangelio, Ego (inquit) sum via, veritas & vita. Et in Deuteronomio aiebat Moyses, Ipse est vita tua, & longitudo dierum tuorum. *Et mori*, est mihi. *Lucrum*, id est, æternæ vitæ meritorium

Roma. 8 *Hebr. 1.* *Psal. 60*

Roma. 5 *Psal. 24* *Eccle. 2*

2. Cor. 6

Ioan. 14 *Deute. 10.*

rium seu beatitudinis ostium. *Quòd si viuere in carne*, id est, A
in corpore isto manere ac prædicare. *Hic mihi fructus operis est*, id est, tam pretiosus & vtilis fructus est conuersationis in carne, vt dixi; videlicet quòd semper magnificabitur Christus in corpore meo, & mihi viuere Christus sit, Si (in- *Roma.8*
quam) hoc sic est, imò quia sic est. *Et quid eligam*, tanquam vtilius, scilicet viuere an mori. *Ignoro*, aliàs tamen indubitanter eligerem mori, vt possem esse præsens cum Christo. *Coartor enim è duobus*, id est, duo coartant me, scilicet desiderium dissoluendi, & necessitas in carne manendi. Inter hæc duo angustor, & ex consideratione ipsorum quasi in arcto cõstituor, vtrumque desiderans, cum tamen simul haberi non queant & quid electurus sim, nesciens. Deinde tangit hæc duo. *Desiderium habens dissolui*, à corpore *Et esse* B
cum Christo. principaliter per gloriam fruitionis. *Multo enim magis*, hoc est, melius quàm detineri in hac carne mortali, *Permanere autem in carne*, hoc est, me diutius viuere in seculo isto. *Necessarium*. id est, multum expediens est. *Propter vos*, id est, ad vestram pleniorem instructionem, confirmationem, atque salutem. *Et hoc confidens*, scilicet quòd necessariũ est me carne manere propter vos, confidens sic esse. *Scio*, ex reuelatione diuina seu magna fiducia, *Quia manebo & permanebo*, in vita præsenti. *Omnibus vobis ad profectum vestrum* spiritualem. *Et gaudium fidei*, id est, propter consolationem vestram, procedentem ex fide. *Vt gratulatio vestra*, id est, interna exultatio. *Abundet in Christo Iesu*, tanquam in obiecto & causa. Vel, in consideratione beneficiorum ipsius. *In me*, id est, per me, videlicet per liberationem mei de carce C
re, & prolongationem vitæ meæ ad vestrum profectum. *Per meum aduentum iterum ad vos*, quia tunc coram referam ipse vobis plenius, quæ iam breuiter scribo. *Tantum dignè Euan* *Ephe.4.*
gelio Christi conuersamini, id est, hoc solùm admoneo, vt tam sanctè ac religiosè viuatis euangelica doctrina cui credidistis, quatenus, sicut alibi dictum est, dignè ambuletis vocatione qua vocati estis. *Vt siue cum venero & videro vos, siue absens*, existens à vobis. *Audiam de vobis*. à veridicis quod sequitur. *Quia statis*, corde erecto per fidem & charitatem, In *vno spiritu vnanimes*. i. in spiritu sancto concordes. Vel, in *Acto.4.*
vno spiritu creato, habentes cor vnum, & animam vnam per charitatem. *Collaborantes fidei Euangelij*, id est, simul co-

D. nantes implere fidei documẽta. *Et in nullo*, euentu. *Terreamini ab aduersarijs*, id est, inuisibilibus, seu visibilibus hostibus. *Quæ*, perterritio seu molestia hostium. *Est illis causa perditionis*, id est, meritum condemnationis cum sit mortale peccatum. *Vobis autem*, est causa. *Salutis*, quoniam eam patienter ferendo meremini vitam æternam. Hinc quoque Sal
Matth. 10 uator ait. Nolite timere eos qui corpus occidũt, animá autẽ
Lucæ. 11. nõ possunt occidere. Et rursus alibi. Nolite timere pusillus
Esaiæ. 51. grex, quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Hoc est quod per Esaiam inducitur. Nolite timere opprobria hominum & blasphemias eorum. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum arescit? *Et hoc à deo*, id est, non terreri, & æquanimiter pati, dei donum est
E per gratiam eius vobis collatum. *Quia vobis*, gratioſẽ. *Donatum est à deo*, trino ac vno. *Pro Christo*, hoc est, propter meritum Christi. *Non solum vt in eum credatis*, id est, nõ sola fides eiusque actus interior. *Sed vt etiam pro illo patiamini*, hoc est virtus patientiæ, & ipsa sustinentia seu perpessio aduersitatum vobis à deo concessa sunt, ita vt hæc inter munera dei sint computanda. Vobis (inquã) data sunt hęc qui estis. *Idem certamen*, hoc est, similem pugnam. *Habentes*, contra aduersarios fidei. *Quale & vidistis in me*, quando in Philippis cæsus sum nudus atque incarceratus, eo quòd spiritum malignum de muliere Pythonissa excluserim, vt in Actis legitur. *Et nũc*
Actor. 16 cùm Romæ ligatus sum. *Audistis de me*. Porrò de prædicto desiderio dissolutionis à corpore quod non solum Aposto
F lo, sed viris perfectis inest, & conuenit, dicta sunt multa ad
Roma. 7 Romanos, super illud, Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? quæ illic requirantur.

Cap. II. *Si qua ergo consolatio in Christo.*

ARTICVL. II.

Philip. 1 DEnique in moralibus instruens Apostolus Philippẽses,
2. Cor. 1 adiecit. *Si qua ergo*, id est, cũ ita sit sicut iam dixi in fine præcedẽtis capituli. Si igitur qua, id est, aliqua. *Consolatio*, est mihi à vobis. *In Christo*, id est, secundũ voluntatẽ & gratiã Christi. Vel, in Christo, id est, in cultu ipsius, *Si quod*, id est, aliquod. *Solatium charitatis*, ex vera dilectione procedẽs, est

inter

inter me & vos. *Si qua ſocietas ſpiritus*, id eſt, aliqua vnio mentis inter nos eſt. *Si quæ viſcera miſerationis*, vobis inſunt, id eſt, ſi internæ pietatis affectibus mouemini. *Implete*, id eſt, perficite. *Gaudium meum*, quod de veſtri conuerſione & profectu concepi, feſtinantes ad veram perfectionem. *Vt idem ſapiatis*, in omnibus, quæ ad ſalutem requiruntur, id eſt, eadē intellectualiter ſentiatis in his quæ fidem concernunt. *Eandem*, hoc eſt, parem *Charitatem habentes*, id eſt, charitatem infuſam ſpiritualem ac generalē. *Vnanimes*, in affectu ac moribus. *Idipſum ſentientes*, hoc eſt, intellectualiter concordantes, ſeu mala veſtra mutuò ſupportantes. *Nihil*, in vobis fiat *Per contentionem*. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtātia, & omne opus prauum, iuxta beati Iacobi ſententiam. *Neque inanem gloriam*, hoc eſt, ex gloria vana, ſeu propter famā, honorem, aut gloriam ſecularem, ſicut alibi dictum eſt, Nō efficiamini inanis gloriæ cupidi. Hæc vitia in ambitioſis regnare, & ex ſuperbia naſci ſolent. Porrò quā graue peccatam ſit gloria vana, patet per id quod ait Saluator. Quomodo poteſtis credere, qui gloriā ab inuicē accipitis, & gloriam quæ à ſolo deo eſt, non quæritis? *Sed in humilitate ſuperiores ſibi inuicē arbitrantes*, id eſt, ex humilitate vnuſquiſque putet ſe alio viliorem, propria potius quàm aliena peccata penſando, vel ſe ſecundum quod in ſe, & ex ſe eſt, conſiderando. Quamuis enim vnus ſit alio, abſolutè loquendo, melior atq; ſuperior, vnuſquiſque tamē veraciter poteſt ſe ſub alio humiliare, atque indigniorem iudicare, ſecundum aliquam conſiderationem ſui atque alterius. Ideo ſubbitur. *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum*, id eſt, vnuſquiſque veſtrūm, ſi contentionem vanamque gloriam vitare deſiderat, & alios arbitrari meliores ſeipſo, non proprias virtutes & excellentias ſolum penſet, nec propria commoda tantum requirat, ſed bona conſideret, commodaque requirat aliorum. Charitas enim non quærit quæ ſua ſunt. Poteſt tamen & debet homo interim penſare dona ſibi diuinitus præſtita, vt gratus ſit deo. Iuxta illud, Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt, vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Vnde & virgo deifera profitetur. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Inſuper hortatur Apoſtolus ad harum imitationem vir-

A

Rom.15.

B

Iacobi.3

Gala.6

Ioan.5.

C

Roma.12.

1.Cor.3

1.Cor.13

Lucæ.1.

D tutum exemplo Christi. *Hoc enim sentite in vobis*, illud in cor
Epist. dibus vestris versetur, hocque sentiat anima vestra in se.
Quod & in Christo Iesu, fuit, id est, quod Christus vt homo
intra se sensit, quatenus sicut Christus quæsiuit, non quæ
Ioan. 8. sua erant, sed quæ aliorum: Et sicut intra se humillimus ac
Luc. 11. patientissimus fuit, secundum quod ipse ait discipulis, Ego
in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat: ita & vos alio-
rum commoda requiratis, atque in cordibus vestris verè pa
tientes & humiles sitis non simulatoriè sicut hypocritæ. Est
Eccles. 19. enim qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt
dolo. *Qui* Christus *Cum in forma dei esset*, id est. veram deita-
tem haberet, seu vnius cum patre essentię esset, secundum
quod ait. Ego & pater vnum sumus. *Non rapinam arbitratus*
E *est esse se æqualem deo*, id est, sentiendo ac asserendo, se esse æ-
Ioan. 10 qualem deo, non vsurpauit neque adscripsit sibiipsi quod
suum non erat. quia verè sic fuit sicut arbitratus est. Ideo
non commisit rapinam vocando se verum deum, quia nil à
Esa. 14. se alienum sibiipsi adscripsit, quemadmodum Lucifer, di-
cens, Similis ero altissimo, conatus est facere rapinam. Chri
sto igitur non rapina, sed natura est esse deo æqualem, co-
æternum & consubstantialem. Propter quod ipse ait, Om-
Ioan. 16. nia quæcunque habet pater, mea sunt. Et alibi, Pater quod
Ioan. 10. dedit mihi, maius omnibus est. Hoc est diuina essentia, quã
totam pater transfudit in filium, *Sed semetipsum exinaniuit*,
id est, vehementer se humiliauit. *Formam serui accipiens*,
id est, naturam humanam atque seruilem in vnitate perso-
nali assumens, ita quòd natura assumpta, vnita est verbo im
F mediatè atque in ipso suppositа, seu esse personali verbo im
mediatè coniuncta, sicut caro coniungitur animæ *In simi-
litudinem hominum factus*, id est, cæteris hominibus assimi-
latus seu similis fact⁹, assumẽdo indetrahibiles defectus vi-
Hebr. 2. delicet pœnalitates, non vitia. Fuit enim mortalis atque pas
sibilis. Vnde ad Hebræos dicit Apostolus, Debuit per om-
nia fratribus assimilari. *Et habitu*, id est, conuersationis
suæ habitudine. *Inuentus* est, id est, verà innotuit, *Vt homo*,
Bibit enim, comedit, sedit, dormiuit & cæteri. Per quæ pa-
tuit quòd verè fuerit homo. Propterea scriptum est per Pro
Baruc. 3. phetam Baruch, Post hæc in terris visus est, & cum homini
bus conuersatus est. Et per Esaiam, Butyrum & mel come-
det. Vel sic, habitu, id est, in natura humana per morum ha-

bitus

modũ habitus seu vestimenti assumpta, inuẽtus est vt homo, A
nõ apparẽter sed realiter: sicut Ioãnes testatur, Vidimus glo *Ioan.1.*
riã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Denique natura huma
na se habet ad verbum, sicut vestis ad hominem. Nam sicut
vestis induitur atque exuitur sine mutatione substãtiali is esse
hominis vestiti: ita quod homo est homo subsistit, & siue
induatur, siue non: sic verbum humanam naturam assumpsit
sine omni mutatione sui esse diuini: posset q́ue esse, sine hu-
mana natura, sine qua nos esse non possumus *Humiliauit* *Mat.11.*
semetipsum, non solùm in incarnatione, sed in tota conuersatio-
ne sua in seculo isto à principio vsque ad finem: prout Leo *Leo papa.*
papa testatur. Tota Christianæ sapientiæ disciplina, non in
abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appe-
titu laudis & gloriæ, sed in vera & voluntaria humilitate cõ B
sistit: quam dominus Iesus ab vtero matris vsque ad supplı-
cium crucis pro omni fortitudine, & elegit, & docuit. Rur-
susq́ue, Tota (inquit) victoria saluatoris, quæ & diabolum su
perauit & mundum, humilitate est concepta, humilitate con
fecta. *Factus obediens* patri *Vsque ad mortem*, non qualem-
cunque, sed turpissimam, horribilissimam, ac amarissimam,
sicut subiungitur. *Mortem autem crucis*. Mors enim crucifi-
xorum grauissima est, quia in locis neruosis transfiguntur.
Christus autem inter latrones suspensus est, & toto corpo- *Mat.27.*
re, violentissima expansione distentus in tantum vt dicat,
Dinumerauerunt omnia ossa mea. De obedientia hac ait *Psal.21.*
Saluator, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Obe- *Ioan.14.*
diuit autem patri vsque ad mortem inclusiuè, non quòd pa-
ter exegit ab eo mortem, tanquam aliquod debitum (secun- C
dum Anselmum) cum mors sit pœna culpæ, quæ in Christo *Anselm⁹.*
non fuit, sed quia patre iubente iustitiam obseruauit, verbo
& opere increpando Iudæos, ex quo orta est Iudæorum in-
uidia contra Christũ, ex qua insuper inuidia secuta est Chri
sti occisio. Item, per hoc patri vsque ad mortem crucis obe-
diuit, quoniam sicut pater decreuit mundũ per Christi pas-
sionem redimere: sic Christus promptissimè executus est.
Propter quod ait ipse, Opus cõsummaui quod dedisti mihi *Ioan.17.*
vt faceré. Et alibi, Pater, si nõ potest hic calix transire, nisi bi *Mat.20.*
bam illum, fiat voluntas tua. *Propter quod*, id est, merito
passionis & obedientiæ huius. *Et deus*, pater seu trinitas.
Exaltauit illum, id est, Christum sublimauit variis multísq;

D modis, videlicet in resurrectione, dando corpus glorificatum, quale ante passionem non habuit. In ascensione constituendo eum ad dexteram suam, vbi ante secundū humanā naturam non sedit. In prædicatione quoque euangelij per totum mundū, per quam Christus in cordibus hominum fidem recipientium exaltatus est. Sic quoque secundū naturā diuinam exaltatus est, quantū ad manifestationem hominibus factam. Per miracula etiam deus exaltauit Christū, prout in Actis Petrus dixit nato claudo sanato: Deus patrū nostrorum glorificauit filium suū Iesum. Pro hac exaltatione Christus orauit passione instante, Pater (inquiens) venit hora, clarifica filium tuum. Omnia autem quæ ad glorificationem corporis Christi & accidentale prēmium eius pertinēt, E ipse sua humilitate, obedientia & passione promeruit, quāuis etiam ex aliis causis hæc sibi deberentur, videlicet quia à primo instanti incarnationis, glorioſus & fœlix fuit in anima, quæ beatitudo redundasset in corpus, nisi diuina dispensatione dilatum fuisset. Et item: quia secundum corpus & animam vnitus erat verbo hypostatica vnione, ratione cuius debebatur ei exaltatio vltra omnem creaturam. Itaque Deus exaltauit Christum propter passionem & obediē tiam. *Et donauit illi nomen quod est super omne nomen*, id est, nomen Dei Christo imposuit. Per gratiam quippe vnionis datum est Christo homini esse & dici verum Deum, quod vtique est nomen superexaltatum & infinitæ dignitatis vocabulum. Hoc autem nomen datum est Christo à principio suæ incarnationis, sed post resurrectionem dicitur datum, quia tunc manifestabatur datum fuisse. Iuxta quem sensum ait dominus post resurrectionem: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quæ vtique potestas data fuerat ei ab incarnationis exordio. *Vt in nomine Iesu*, id est, ad reuerentiam Christi tanto nomine sublimati. *Omne genu flectatur*, id est, omnis potestas inclinetur ac subiiciatur. *Cœlestium*, id est, angelorum. *Terrestrium* hominum. *Et infernorū*, id est, dæmonum. Christus enim cœlum impleuit, mundum redemit, infernum spoliauit. *Et omnis lingua*, corporalis & spiritualis hominum, spiritualis quoque lingua angelorum ac dæmonum. *Confiteatur*, spontè vel coactè. Nam & dæmones credunt & contremiscunt. *Quia dominus Iesus Christus in gloria est*, id est, in beatitudine *Dei patris*. Secundum deitatem

Ephes. 1.
Act. 3.
Ioan. 17.
Act. 4.
Mat. 28.
Esa. 45.
Iaco. 2
Finis.

rem enim Christi vna est gloria patris & filij, quæ est diuina A
essentia. Secundum humanitatẽ verò Christus dicitur in glo
ria patris, id est, in potioribus bonis eius. Iuxta illud: Domi- *Marci.17.*
nus Iesus assumptus est in cœlum & sedet ad dexteram dei.
Itaque charissimi mei sicut semper, à vestrę conuersionis exor-
dio aptis temporibus. *Obedistis* deo & mihi, sic hortor vos
nunc obedire. *Non vt in præsentia mea tantum*, hoc est, qua-
tenus non solũ me præsente, & inspiciente bona agatis. *Sed*
multò magis nunc in absentia mea, cum metu, filiali, quantum ad
perfectos. *Et timore*, initiali, quantũ ad proficientes. *Et tre-*
more corporis, ex interiore timore progenito. *Vestram salu*
tem, hoc est, opus virtuosum. *Operemini*. Vel vestram sa-
lutem operemini, hoc est, æternam beatitudinẽ bonis ope-
ribus procurate. Cum ingenti ergo timore seruiendum est B
Deo sublimi, & benedicto: prout ait Psalmista, Seruite do- *Psal.2.*
mino in timore, & exultate ei cum tremore. Vnde alibi scri- *Esa.8.*
ptum est, Dominum exercituum glorificate: Ipse pauor ve-
ster, & ipse terror vester. Et Hieremias ait: Magnus es tu, & *Hiere.10.*
magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te
ô rex Gentium? Ideo denique tam timoratè operari debetis
vestram salutem. *Deus est enim qui operatur in vobis*, per gra
tiam & internum instinctum. *Et velle*, bonum merito-
rium. *Et perficere*, id est, exequi & implere opus bonum
quod vultis. *Pro bona voluntate*, id est, ex sua voluntate
benigna, non propter merita vestra. Non enim sumus suffi- *2.Cor.8.*
cientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. De hoc in
epistolam ad Roma. inducta sunt multa. *Omnia autem ope* *Rom.9.*
ra vestra, Facite sine murmurationibus, contra Deum & proxi- C
mum. *Et hæsitationibus*, id est, dubitationibus de diuina
exauditione ac ope prout ait scriptura. Postulet in fide ni- *Iaco.1.*
hil hæsitans. Qui autem hæsitat similis est fluctui maris. Non
ergo existimet homo ille quòd aliquid accipiat à domino.
Certum est enim quòd ex parte pietatis diuinæ, non erit
exauditionis defectus, & quantum ad hoc certi esse de-
bemus de exauditione & ope Dei dum ei placuerit, sed ex *Luc.11.*
parte nostræ indignitatis & culpæ potest esse defectus. *Vt* *Eccle.2.*
sitis sine querela, ita vt nec vos de aliis conqueramini, nec ip- *Prou.3.*
si iustam querelam contra vos habeant. *Et simplices*, hoc *Iacobi.1*
est, synceri & recti, non dolosi, bilingues, ac duplices ani-
mo, *Filij Dei*, per gratiam adoptionis & opera imitationis.

D Cum talibus ſimplicibus ſermocinatur Deus. Porrò vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *Sine reprehenſione*, id eſt, ſine vitio reprehenſionem promerente conuerſantes, *In medio nationis prauæ & peruerſæ*, id eſt, hominum impiorum, quorum interiora peruerſa ſunt, & exteriora opera praua. *Inter quos lucetis*, ſcientia, virtutibus & exẽplis. *Sicut luminaria in mundo*, hoc eſt, tanquam aliorum in mundo conuerſantium illuminatores. Vel, ſicut luminaria cœli, videlicet planetæ ac ſydera fulgent in mundo iſto ſenſibili. *Verbum vitæ*, id eſt, ſacram ſcripturam euangelicamque doctrinam. *Continentes*, memoriter ac efficienter. Iuxta illud, In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. *Ad gloriam meam*, id eſt, ad beatitudinis meæ E augmentum quod habebo. *In die Chriſti*, id eſt, cum Chriſtus iuſtam mercedem mihi tribuerit, ſcilicet in die particularis ac vniuerſalis iudicij. Opera enim meritoria ſubditorum ac diſcipulorum cedunt ad gloriam prælatorum & magiſtrorum bonorum. *Quia non in vacuum cucurri*, id eſt, non infructuoſè inter vos vixi, docendo & bene agendo. *Neque in vacuum laboraui*, orando pro vobis continuè & indeſinenter inſiſtendo veſtræ conuerſioni. Multos enim ex vobis conuerti, & copioſam mercedem repoſitam habeo. Ad hanc exemplarem & irreprehenſibilem conuerſationem hortatur nos & archiapoſtolus. Cõuerſationem (inquiens) veſtram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſita- F tionis. *Sed & ſi immolor*, id eſt, pro fide atque iuſtitia grauiter punior, vel occidor quod eſt Deo offerri. *Supra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ*, id eſt, vltra oblationem veſtram, & opera fidei veſtræ, quæ iam oblata ſunt deo à vobis & à me. *Gaudeo* in me. *Et gratulor in omnibus vobis*, id eſt, de veſtri conuerſione, nihilominus glorior, quãuis propter eam martyrium paterer. *Idipſum*, id eſt, propter eandem cauſam, videlicet ſi pro fide patimini. *Et vos gaudete*, certi de veſtra mercede. *Et congratulamini mihi*, de veſtri conuerſione & paſſione gaudenti; qui in fide vos docui, propter perſecutionem nolite dolere neque triſtari aduerſus me, quaſi qui ad tantam calamitatem vos induxi conuertendo vos ad eam fidem pro qua tanta patimini.

Iaco. 1.

Pſal. 118.

1. Tim. 4.

1. Pet. 2.

Mat. 5.

Spero

Spero autem in domino Iesu, sine cuius dispositione & causa- A
litate nil agere volo aut valeo. *Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt*, id est, cum statum vestrum percepero à Timotheo à vobis ad me redeunte. De vestro autem statu multum sollicitor, ideo cupio scire quæ circa vos sunt, id est, cuncta quæ vobis contingunt. Ideo quoque mittam ad vos Timotheum. *Neminem enim habeo tam vnanimem*, id est, desiderio mentis meæ ita conformem in his, quæ vestram concernunt salutem. Vn- *Hiere.6.*
de subiũgitur, *Qui syncera affectione*, id est, pura ac spirituali dilectione. *Pro vobis sollicitus sit. Omnes enim*, mecum exi-
stentes hac vice, id est, tam multi eorum vt alij comparatione eorum, penè nulli videátur. Tales autem locutiones hyperbolicæ sunt, in quibus aliquid dicitur per excessum. Om- B
nes ergo. *Quæ sua sunt*, id est, propria lucra. *Quærunt* potius quàm proximorum salutem. *Non quæ Iesu Christi*, id est, Dei honorem & gloriam nõ requirunt principaliter atque finaliter. Multi enim mercenarij erant cum Paulo hoc tempore. *Experimentum autem eius cognoscite*, id est, per experientiam vitæ & prædicationis probate, verum esse quod de laudibus Timothei differui, quod veraciter dixi, vósque experiri poteritis. *Quoniam sicut patri filius*, seruit, sic *Mecum seruiuit* Deo. *In Euangelio*, id est, in prædicatione, defensione, & confirmatione cæterísque actibus euangelicæ legis. *Hunc igitur*, tam idoneum nuncium. *Spero me mittere ad vos mox cum videro quæ circa me sunt*, id est, cum expertus fuerim, seu alio modo cognouerim quem exitum sortiẽ-
tur ea, quæ mihi iam acciderunt. Interim nempe carere non C
possum præsentia Timothei. *Confido autem in domino, quoniam & ipse veniam ad vos citò*, quia de carcere isto liberari, in Græciámque reuerti confido. *Necessarium autem*, id est, vestræ saluti multum expediens. *Existimaui Epaphroditũ*, diaconum, præsentis epistolæ portitorem. *Fratrem* religione, *Et cooperatorem* in Euangelij prædicatione, ac obseruatione. *Et commilitonem meum*, in persecutione & luctatione pro fide. *Vestrum autem Apostolum*, id est, instructorẽ præcipuum. *Et ministrum necessitatis meæ*, id est, seruitorem meũ præbentem mihi necessaria in hac mei incarceratione, quoniam munera vestra detulit mihi, quibus eo ministrante sustentatus sum. *Mittere ad vos*, cum hac epistola ante mis- *Infra.c.4.*

D sionem Timothæi. Et meritò. *Quoniam quidem omnes vos desiderabat*, videre & consolari. *Et mœstus erat propterea*, id est, de hoc. *Quòd audieratis illum infirmatum*, sicut & fuit. Doluit autem quòd ipsi perceperunt, sciens eos sibi compati, & de eius morte angustiari. Vnde eorum compassioni & curæ condoluit. *Nam & infirmatus est vsque ad mortem*, excluſiuè. *Sed deus misertus est eius*, ipsum clementer sanando. Vnde patet vitam animæ in corpore non penitus esse innaturalem, & velut in carcere, vt quidam dixerunt. *Non solùm autem eius*, misertus est deus. *Verumetiam & mei*, misertus est liberãdo me ab exteriori dolore. *Ne tristitiã* de morte Epaphroditi. *Super tristitiam*, de vestri consolatione. *Haberem*. Quamuis enim tristitia hæc in se bona nõ fuisset,
E eo quòd inordinata tristitia in Apostolo locum nõ habuit.
Prou. 12. Iuxta illud Sapientiæ, Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, Deus tamen conuertit eum in melius, sicut Saluator promisit, Tristitia vestra vertetur in gaudium.
Ioan. 16. *Festinantius ergo*, id est, multum festinanter. *Misi illum* ad vos. *Vt viso eo*, sano ac læto. *Iterum gaudeatis*, gratias domino referentes de sanatione, ac redituram dilecti doctoris & patris atque Apostoli vestri. *Et ego sine tristitia sim*, cum sciero vos consolatos, quorum desolationi condolui. *Excipite itaque cum omni gaudio*, spirituali deum laudando. *Et eiusmodi*, hoc est, virum talem ac tantum. *Cum honore habetote*, id est, reue
1. Tim. 6. renter tractate. Qui enim bene præsunt duplici honore cõ digni sunt. *Quoniam propter opus Christi*, id est, ad faciendum ea quæ Dei sunt. *Vsque ad mortem accessit*, id est, mor-
F tis periculo se exposuit. *Tradens animam suam*, id est, vitam suam morti exponens propter iustitiã. *Vt impleret id quod ex vobis deerat*, id est, actualem administrationem substantiæ mihi à vobis transmissæ, quam nullus vestrûm coram mihi distribuit, ipse impenderet. *Erga meum obsequium*, mihi personaliter ministrando.

Cap. III. *De cætero fratres mei gaudete in domino.*

ARTICVLVS III.

PRæterea monet ac munit Apostolus Philippẽses contra pseudoapostolorum fallacias, qui eos ad legalium obseruantiam nitebantur inducere: *De cætero*, id est, post

poſt exhortationes præhabitas hortor aliquo tẽpore,ô *Fratres mei,gaudete in domino*,non in cæremonialibus legis. *Eadem vobis ſcribere*,In præſenti epiſtola quæ pręſens dixerã vobis,videlicet non eſſe gaudendum niſi in fide, & gratia dei, atque legalia omitti debere. *Mihi quidem* vos amanti. *Non* eſt *Pigrum*,id eſt,moleſtum aut tardum.Feruido enim amatori delectabile eſt operari quicquid dilecto ſalubre eſt.*Vobis autem neceſſarium*, eſt hæc ſcribi propter imminentia mala fallacium. *Videte canes*,id eſt, pſeudo hæreticos, more canuum rabido ore contra veritatem latrantes. *Videte malos operarios*,id eſt ,peſtiferos aliorum corruptores. *Videte concisionem*.i. illos à Chriſto exciſos, qui alios quoque à Chriſto diuidere ſatagunt. Hos ergo attendite & cauete. *Nos enim* Chriſti fideles. *Sumus circunciſio*.i. verè ac ſpiritualiter circũciſi à vitiis. *Qui ſpiritu* dei.i. à ſpiritu ſancto mouente. *Deo* trinitati. *Seruimus*,ſeruitute latriæ,quæ ſoli deo debetur. *Et gloriamur in Chriſto Ieſu*,id eſt, in virtute & gratia ac merito Chriſti.*Et non in carne fiduciam habentes*,id eſt,non in carnalibus obſeruantiis legis ſpem ſalutis conſtituentes.*Quanquã & ego habeam confidentiam in carne*, id eſt, confidentiam talem haberem ſe eſſet habenda. Vel habeo eam non ita vt in carnalibus ſiſtam,ſed ea ad Chriſti honorem omittam, ſicque præmiũ conſequar de hoc quòd aliquando legalia obſeruaui,quando meritoriè ſeruabãtur.*Si quis alius* deceptor. *Videtur confidere in carne*,id eſt,carnali cuſtodia legis & Iſraëliticæ ſtirpis dignitate. *Ego magis*,confidere poſſum,ſecũdum ſenſum prætactum,videlicet cum ſim, *Circunciſus octauo die*,vt lex Moyſi iubet, natus. *Ex genere Iſrael*,id eſt,genere Iacob. *De tribu Beniamin* filij Iacob, *Hebræus* natione. *Ex Hebræis*,parentibus ortus,non proſelytus. *Secundum legem*,id eſt,religioſam legis obſeruãtiã.*Phariſæus*, id eſt,vnus de præcipuis inter Iudæos. Phariſæi enim dicebantur quaſi contemptibili plebi non admixti , ſed à communibus ſeparati.Sicut egregij quaſi à grege diuiſi dicuntur . Erãtque ſecta Phariſæorum conformior,legi quàm Sadducæorum, qui nec ſpiritum , nec reſurrectionem ponebant. Et Eſſæorum, qui auſterrimæ vitæ fuerunt,ſed idiotæ. *Secundum æmulationem*, id eſt, inordinatum affectum , videlicet ſecundum zelum non adiunctum ſcientiæ. *Perſequens eccleſiam Dei*,primitiuam,vt patet in Actibus Apoſtolorum. *Secundum iuſti-*

A *Galat.5*

B *Leui.12*

C *Acto.24*

Act.8.

1.Cor.15.

Acto.22

D tiam, *quæ in lege eſt conuerſatus ſine querela*, id eſt, ſine reprehenſione cuſtodiendo mandata legalia. *Sed quæ mihi fuerũt lucra*, id eſt, quæ commoda mihi erant tempore Iudaiſmi, videlicet cæremonialia legis. *Hæc*, poſt conuerſionem meam. *Arbitratus ſum propter Chriſtum*, id eſt, propter Chriſti amorem doctrinam ac iuſſionem. *Detrimenta*, id eſt, nociua. Nõ enim ſeruanda ſunt cæremonialia legis poſt diuulgationem euangelicæ veritatis, præſertim vt ſalus aliqua in illis eſſe credatur. Erant enim figuratiua Chriſti, vnde veritate impleta ceſſare debuerant. *Veruntamen exiſtimo omnia*, temporalia & caduca. *Detrimentum eſſe*, id eſt, deſereda. *Propter eminentem*, id eſt, ſupernaturalem & præcellentem. *Scientiam domini noſtri Ieſu Chriſti*, id eſt, quam Chriſtus nobis infudit per ſpiritus ſancti illuſtrationem. Quod intelligi poteſt de ſcientia illa, quæ eſt vnum ſeptem donorum ſpiritus ſancti. Vel de cognitione Chriſti beatifica, quæ datur electis in patria. Vel de quotidiana illuſtratione æternæ ſapientiæ, quæ in animas ſanctas ſe transfert, riuos ac radios veræ ſapientiæ ſtudioſis ac piis cordibus liberaliter influens. Ob hanc ſcientiam adipiſcendam, ſobriè viuere, cunctáque ſenſibilia aſpernari debemus. *Propter quem*, Chriſtum, id eſt, ob cuius amorem ac gloriam obtinendã. *Omnia*, iã præfata *Detrimentum feci*. i. contemnenda monſtraui, contempſi ac deſpici feci. *Et arbitror*, ea. *Vt ſtercora* i. pro nihilo reputaui, *Vt Chriſtũ lucrifaciam*, id eſt, eum pro præmio adipiſcar. Simile eſt quod à ſapiente dicitur. Diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. *Et inueniar in illo*, id eſt, Chriſto incorporer, eiúſque membrum ſim. *Non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt*, id eſt, iuſtitiam quæ conſiſtit in literali obſeruatione cæremonialium legis, quæ tempore nouæ legis non eſt vera iuſtitia. *Sed illam*, iuſtitiam. *Quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti*, id eſt, quantum ad actum ſuum ex fide procedit, & in ea fundatur, non in operibꝰ legis. *Quæ*, iuſtitia. *Ex Deo eſt*, per creationem. Hæc enim eſt iuſtitia infuſa quantum ad habitum, ſimúlque cum fide infunditur, quamuis ſecundum ordinem naturæ eam præſupponat, quoniam fides baſis ſeu fundamentũ eſt vniuerſarum virtutũ. Ideo ſubditur. *Iuſtitia in fide*. i. iuſtitia iſta in fide conſiſtit, quæ fides vtilis eſt. *Ad cognoſcendum iſtum*, videlicet Chriſtum in præſenti per donum ſapientiæ, in patria autem per ſpeciem: ad cognoſcendum etiã

E Iſa. 1.

E Sapien. 7

Titum. 3

Sapien. 7.

F Roma. 8

Et virtutem resurrectionis eius, id est, potestatem resurrectionis Christi, cuius resurrectionis tanta est virtus, vt sit causa exemplaris resurrectionis omnium electorum. Valet etiam fides, *Et* ad cognoscendum, *Societatem passionis illius*. i. vt sciamus quomodo crucem nostram post Christum portemus, eiúsque passionibus communicemus ac sociemur. Inueniar ergo in Christo. *Configuratus morti eius*. i. Christo compassus vel propter illum occisus, aut propter iustitiam tribulatus. Vel per opera pœnitentiæ quotidie mortificatus. *Si quo modo*. i. ad hoc, vt aliquo modo licet difficili. *Occurram*, in die iudicij Christo & sanctis pertingẽdo. *Ad resurrectionẽ quæ est ex mortuis*. i. ad resurrectionem beatam, qua electi fœliciter immutabuntur. Omnes nanque resurgemus, sed non omnes immutabimur. Per resurrectionẽ ergo ex mortuis, hoc loco intelligitur resurrectio glorioſa, qua electi à reprobis discernentur, & ex eorum loco qui terra est, in aëra erigentur. Rapientur nanque in nubibus obuiam Christo in aëra: sicut alibi dixit apostolus, *Non quòd iam acceperim*. i. nõ ideo dixi tanta de mea perfectione, qua omnia propter Christũ vt stercora reputo, quasi iam plenam perfectionem adeptus sim, vel futurã fœlicitatẽ nunc actualiter habeam. Ideo subditur. *Aut iam perfectus sim*, in tãtum, vt vltra proficere nequeam. Aliquo tamen modo perfectus fuit apostolus, quia post pauca adiecit; Quicunque ergo perfecti sumus: *Sequor autem*. i. ad perfectionem tendo affectibus cordis, & bonis operibus potius quàm gressibus corporis. *Si quo modo*, id est vt tandem aliquando. *Comprehendam*, Christum comprehensione beatificæ visionis, de qua ipse ait: Manifestabo ei meipsum videlicet secundum diuinam naturam. *In quo*, id est, eo modo cognitionis seu tali claritate notitiæ. *Et comprehensus sum*, id est, perfectè cognitus à Christo Iesu. Vnde alibi dicit Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et nunc, inquit, cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nulla tamen creatura pura potest deum comprehendere plenè & absolutè, sed comprehensio sumitur tunc pro clara notitia alicuius secundum suam essentiam, sicque beati in patria comprehensores vocantur. Propter quod ait Ioannes: Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse*, arcem virtutũ, perfectionísq;

A *Lucæ.9* *Roma.6*

1. Cor.15

B *1. Thess.4* *Matth.26* *Marc. 14*

C *Ioan.14* *1. Cor.13.* *1. Ioan.3*

D apicem præsertim cum dicat Saluator, Cùm feceritis omnia
Lucæ. 17. quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Et iterum alibi, Omnem qui fert
Ioan.15 fructum purgabit pater, vt fructum plus afferat. Nondum igitur comprehendit, sed proficit. Hęc dicit de seipso Apostolus, ne aliquis nostrûm quantumcúnque laudetur, vana elatione infletur, sed conetur proficere exemplo tanti Apostoli, nec vnquam dicere audeat, sufficit mihi: cùm non proficere sit deficere. Nemo etiã erubescat imperfectum suum fateri, cum audiat Apostolum ista dicentem. Et quasi sciscitaremur, quid ergo facis ô Paule, & quid nobis agendũ tuo exemplo demonstras? Subiecit *Vnum autem*, dico agendum,
E illúdque facio, puta. *Quæ quidem retro sunt, obliuiscens.* i. præcedentia merita mea paruipendens nec pensans, sed memoriæ dei commendans. *Ad ea verò quæ sunt priora.* i. ad opera perfectiora atque futura, quæ nondũ attigi, sed oculis meis proposui. *Extendens meipsum.* i. vires meas applicans per inceſſantem profectum. Vel sic: Quæ retro sunt. i. terrena sen-
Psal.44 sibilia præsertim carnalia, obliuiscens ac deserens. Iuxta illud: Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: ad ea verò quæ sunt priora, id est, ad obtinenda, amanda, & contemplanda bona cœlestia ac diuina, extendens meipsum ardenti affectu & digno effectu. *Ad destinatum*, id est, finale bonum à me intentum, atque à Deo mihi paratum. *Persequor*, id est, perfectè sequor, vt ipsum acquiram, sicut & scriptum est, Inquire pacem & persequere eam. De quo destina
Psal.33. to adiicitur. *Ad brauium supernæ vocationis Dei*, id est, præ
F mium vitæ cœlestis à Deo propositum ac promissum. *In Christo Iesu*, in quo & per quem vocati sumus ad brauium istud, per cuius etiam gratiam illud acquirimus. Brauium autem est quoddam præmium victoribus datum. Debemus autem semper ad hoc brauium tendere, ita vt omne quod agimus vel patimur, ad æternæ adoptionem beatitudinis ordinemus. *Quicunque ergo perfecti sumus*, id est, secundum exi-
1. Cor. 13. gentiam & possibilitatem huius fragilis vitæ ad charitatis atque virtutum synceritatem venerimus passionibus reformatis & inimicis verè dilectis, prout Saluator hortatur, E-
Matth.5 stote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. *Hoc sentiamus*, quod ego iam dixi, videlicet quòd nondum apprehendimus perfectionem completam, eámque adipisci co-

nemur.

nemur. *Et ſi quid aliter ſapitis*, id eſt, ſi ſic ſapiẽdũ ſeu ſentien- A
dum eſſe non æſtimatis, vt dixi, nolentes vos pœnitus humi
liare. *Et hoc vobis deus reuelabit*, eſſe erroneum, vel nunc per
diuinæ illuſtrationis gratiam, vel in futuro per pœnarũ ex-
periẽtiam. Vel ſic, Si quid aliter ſapitis, id eſt, ſi alios modos
proficiendi noueritis, & hoc vobis deus reuelabit. i. hãc no-
titiam deus dabit, eámq; perficiet. *Veruntamen ad quod perue
nimus*. i. in gradu perfectionis, quẽ bene viuẽdo attigimus,
ſtemus & proficiamus. *Vt idem ſapiamus*, in his quæ ad ſalu-
tem exiguntur, & fidem concernunt. *Vt in eadem permanea-
mus regula*. i. in pari rectitudine vitæ, ſeu in eadẽ lege & gra-
tia nos regulante. *Imitatores mei eſtote*. In ſuperioribus Apo- *Epiſt.*
ſtolus propoſuit ſe in exemplum, nunc admonet ad ſe imi-
tandum dicendo, Imitatores mei eſtote, ô *Fratres*. i. confor- B
mate vos mihi in prædictis virtutibus atque in omni ope-
re virtuoſo. *Et obſeruate*. i. ſolerter attendite, & ſequi curate.
Eos qui ita ambulãt ſicut habetis formam noſtrã. i. virtuoſos qui
taliter conuerſantur, ſicut ego vobis verbo & opere manife
ſtaui eſſe viuendum. Alios autem cauete. A fructibus enim
eorum cognoſcetis, an iuxta formam vitæ noſtræ conuer- *Matt. 7*
ſentur, & imitatione ſunt cõdigni. *Multi enim ambulant*, per
vitiorũ abrupta, & vias peruerſas: de quibus Salomon, Via,
inquit, impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruunt. Qui & *Prou. 4*
in die iudicij dicẽt illud Sapien. Laſſati ſumus in via iniqui- *Sapien. 5*
tatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. De qui-
bus ait Chriſtus, Lata & ſpatioſa eſt via quę ducit ad mortẽ,
& multi vadunt per eam. *Quos ſæpe dicebã vobis*, dum erã vo C
biſcum. *Nunc & flens*, ex cõpaſſione eorum & dolore, quia
tot fallunt. *Dico*. i. nomino eos. *Inimicos crucis Chriſti*. i. Chri-
ſti crucifixi, quoniam contra eius doctrinam & iuſſa legalia
prædicant, & vitiis ſubiacẽt. *Quorum finis*. i. mors erit *Interi-*
tus. i. ingreſſus ſeu via æternæ damnationis, quam ſtatim cũ
moriuntur, incurrunt. *Quorum deus venter eſt*. i. delectationi-
bus gulæ ita inſiſtunt, quaſi in repletione ventris ſalus con-
ſiſteret. Vnde ventrem ſuum plus colunt quàm deũ. Quod
autẽ quis maximè colit, hoc deus eius aſſeritur. De quibus
Iudas in ſua teſtatur canonica. Hi ſunt in epulis conuiuãtes *Iudas apo*
ſine timore, ſemetipſos paſcẽtes, quibus procella tenebrarũ *ſtolus.*
cõſeruata eſt vſque in æternũ. *Et gloria*, horũ vana, qua in vi
tiis iſtis, vel in cæremonialibus legis exultãt, erit. *In cõfuſione*

D *ipſorum*, id eſt, confuſibilis erit eis & inhoneſta coram diuino iudicio. Vnde per prophetam dominus proteſtatur, Gloriam eorum in ignominiam commutabo. *Qui terrena ſapiũt*, id eſt, in carnalibus potius quàm in ſpiritualibus delectantur. *Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt*, per contemplationẽ & deſiderium bonorum cœleſtium. Nunc enim noſtra conuerſatio in cœlis eſt per ſpem, iugem intentionem, & rationem obiecti ſeu termini motus, quod eſt in cœlo, videlicet Deus & æterna fœlicitas, Anima namque (ſecundum Auguſtinum) verius eſt vbi amat, quàm vbi animat Denique vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Eorum itaque conuerſatio eſt in cœlis, qui omnia temporalia atque carnalia tranſcendentes cœliformem & angelicam vitam ducunt in terra, illi vni quod ſolum neceſſarium eſt, tota mente intenti. *Vnde etiam ſaluatorem expectamus*, cum magna ſecuritate, videlicet *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, venturũ ad vniuerſale iudiciũ. Qui enim in cœlis conuerſationem iam habent, quãuis adhuc viatores ſint, ſecurè præſtolantur Chriſti aduentum. *Qui reformabit*, i. ad priſtinam formã reducet ac ſuſcitabit in die iudicij. *Corpus humilitatis noſtræ* i. corpus iſtud paſſibile, in quo deiectionem tribulationémque patimur, quod etiam nobis occaſio eſt ad humiliandũ noſipſos, penſantes quòd puluis ſumus. Sic autem reformabit illud, quod erit, *Configuratum corpori claritatis ſuæ*. i. ſimile erit corpori Chriſti glorificato. In tali enim corpore ſancti reſurgent. Sic igitur faciet Chriſtus. *Secundũ operationẽ*. i. virtutem operatiuam. *Qua poteſt etiã ſubiicere ſibi omnia*. i. de ſingulis ordinare & facere quod ſibi placuerit, hoc eſt, ſecundũ diuinam potentiam, per quam reformatio iſta cõplebitur. Subeſt enim Deo, cum voluerit, poſſe: vt dicit Sapiens.

Oſeæ. 4

Auguſt. Matth. 6 Lucæ. 10

E

Gene. 3

F

Sapien. 12

Cap. IIII. *Itaque fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi.* ARTICVLVS. IIII.

DEinceps poſt exhortationes præhabitas conſolatur Apoſtolus Philippenſes. *Itaque*, id eſt, quoniam tantam beatitudinem expectamus, & ſortituri ſumus ô *Fratres mei chariſſimi*, ſecundum appetitum ſuperiorem ſeu intellectualem, id eſt, valde dilecti quo ad futuram fœlicitatem in patria. *Et deſideratiſſimi*, ſecundum appetitum inferiorem ac ſenſitiuum, ordinatum & rationi ſubiectum, id eſt, valde à me deſiderati, quo ad mutuum cõſpectum in

hac

hac vita. Propono enim venire ad vos. *Gaudium meum*, mate A
rialiter, id est, de quorum profectu & gratia gaudeo. *Et co-* 1. Cor. 10
rona mea i. augmentum gloriæ meæ in patria, quoniam om-
nium meritorum vestrorum, sum particeps tanquam insti-
tutor vester ac doctor. *Sic state in domino charissimi*. i. cõstan-
tes atque immobiles estote in Deo, adhærendo iustitiæ si-
cut & ego, vt dicere valeatis illud Iob, Iustificationem quã Iob. 27.
cœpi tenere, non deseram. *Euodiam rogo & Syntychem depre*
cor idipsum sapere, id est, idẽ sentire cum aliis sanctis. *In domi*
no. Has duas deuotas matronas exprimit nominatim, quia
spectabilis erãt vitæ, & fidelibus necessaria ministrauerunt.
Etiam rogo & te Germane cõpar. id est, adiutor & socius meꝰ.
Est autẽ Germanus nomen proprium viri, qui inter Philip B
penses egregius fuit. *Adiuua illas*. i. præfatas fœminas con-
forta in bono. *Quæ mecum laborauerunt in Euangelio*, i. in prę
dicatione euangelicę veritatis, nõ vtique prædicando, quo
niam mulierem docere non permitto, sed mihi euangelizã- 1. Tim. 2
ti necessaria ministrãdo. *Cum Clemente*, id est, etiã Clementi
Et cæteris adiutoribus meis, collaborauerunt ministrando ne-
cessaria eis sicut & mihi. *Quorum nomina*, scripta. *Sunt in li-* Finis.
bro vitæ, id est, qui ad ętternam beatitudinem præordinati
sunt, vt confido, vel vt ex diuina reuelatione certò scio. Por
rò secundum Thomam in prima parte, liber vitæ in Deo
metaphoricè dicitur. Quemadmodum enim homo eos con
scribit qui ad se specialiter pertinent, sic dicitur Deus scrip-
sisse electos, qui ad eum finaliter spectant. Vnde ipsa electo
rum conscriptio in mente diuina, seu firma eorum notitia C
in intellectu diuino liber vitæ vocatur. Qui aliud prorsus
non est, nisi prædestinatio Dei. Cùm autem dicitur liber
vitæ, intelligendum est de vita gloriæ De hoc libro ait Sal-
uator, Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro Luc. 10.
vitæ. Quòd verò prædicti, scripti fuerint in libro vitæ, Pau
lus certò scire non potuit nisi per reuelationem diuinam.

Præterea admonet apostolus Philippẽses ad spiritualem
ac iugem lætitiam. *Gaudete in domino semper*, id est, in deo tã Epist.
quam in obiecto, videlicet in contemplatione & dilectione
Dei, beneficiorũmque eius, imò in omni eo, quod domino
placeat spiritualiter exultate, diuinæ perfectioni, maiestati
ac beatitudini cordialiter cõgaudendo, de beneficiis quo-
que eius nobis collatis siue promissis lætando, & in omni

D exuperat omnem ſenſum viatorum ſecundum quod in pa-
tria habetur ac deguſtatur, cuſtodiat formaliter corda ve-
ſtra, & intelligentias à perturbatione & inquietudine, qua
tenus pax iſta in vobis permaneat, & vitia ſibi oppoſita ab
interioribus veſtris excludat. *De cætero fratres quæcũque ſunt*
vera, veritate doctrinæ, vitæ aut iuſtitiæ. *Quæcunque pudica*,
id eſt, verba & facta caſta, laſciuiam excludentia. *Quæcũque*
ſunt. *Iuſta*, quo ad proximum. *Quæcunque ſancta*, quãtum ad
cultum diuinum, *Quæcunque amabilia*, id eſt, quæ inducũt ad
mutuam amicitiam. *Quæcunque bonæ famæ*. i. quæ bonam fa-
mã pariunt & conſeruant. *Si qua virtus*. id eſt, quia eſt aliqua
virtus moralis intellectualis ; & theologicalis vobis neceſ-
ſaria. *Si qua laus diſciplinæ*. id eſt, quia eſt aliqua diſciplina
E morum, laudabilis ſcilicet compoſitio motuum ac ſenſuum
exteriorum, *Hæc cogitate*, aſſiduè non ſolum vt ſciatis, ſed vt
ea agendo ſeu obtinendo virtuoſi ſaluiq́ue ſitis. *Quæ & di-*
diciſtis, ex mea prædicatione, *Et accepiſtis*, per cognitionem
intellectiuam. *Et audiſtis*. i. ab aliis percepiſtis ea eſſe. *In me*,
& vidiſtis. per experientiam hoc verum eſſe. *Hæc* opera vir
tuoſa. *Agite*, *& Deus*, dator, amator & conſeruator. *Pacis*,
internæ. *Erit vobiſcum*, quotidie per gratiã ampliorem. In-
ſuper congratulatur apoſtolus liberalitati Philippenſium,
non principaliter ob proprium emolumentum, ſed propter
illorum charitatem ac meritum. *Gauiſus ſum autem in domi-*
no vehementer, quoniam tandem aliquando. i. poſt tempora lõ
ga. *Reſloruiſtis*, id eſt, more arboris iterum floruiſtis ſeu fru-
ctuoſe viguiſtis & conualuiſtis. *Pro me ſentire*, & meæ ino-
I piæ compati atque ſuccurrere. *Sicut &*, ante, *Sentiebatis*, pro
me. *Occupati autem eratis*, negotiis aliis, idcirco excuſabiles
eſtis de tãta dilatione refloritionis iſtius. *Non quaſi propter*
penuriam dico. i. non ex neceſſitudine paupertatis meæ hæc
aſſero, vt ſuſtenter à vobis. *Ego enim didici*, per gratiã Dei
& conſuetudinem exercitij mei. *In quibus ſum ſufficiens eſſe*,
id eſt, quod mihi ſufficiat. Natura quippe paucis, minimiſq;
contenta eſt. *Scio & humiliari*. i. actum humilitatis, tribula-
tionis ſeu paupertatis promptè & diſcretè exequi. *Scio &*
abundare, id eſt, in abundantia temporalium non excedere.
Vbique & in omnibus, exercitiis virtutum. *Inſtitutus*, id eſt, be
ne inſtructus, *Sum*, ſciens videlicet. *Et ſatiari*, ſine immode-
Roma. 12. rantia. *Et eſurire*, ſine impatientia. *Et abundare*, non tamen

cor rebus caducis apponere *Et penuriam pati*, in victu ac ve- A
ſtibus ſine triſtitia. *Omnia* hæc *Poſſum*, non propriis viribus,
ſed *In eo qui me confortat*. i. per adiutorium Chriſti. *Verunta-
men bene feciſtis*. i. quamuis donis veſtris poſſem carere, tamẽ
bene & charitatiuè egiſtis. *Communicantes*, id eſt, eleemo-
ſynam veſtram impartientes. *Tribulationi meæ*, id eſt, mihi
incarcerato atque afflicto. Præterea præfert apoſtolus Phi
lippenſes aliis quantũ ad aliquid, quatenus laudibus ſuis au-
ditis prouocentur ad meliora. Virtus enim laudata augetur 1. Cor. 9.
in bonis. *Scitis autem & vos Philippenſes, quòd in principio e-
uangelij*, id eſt, tẽpore prædicationis meæ euangelicæ. *Quã-
do profectus ſum*, id eſt, receſſi. *A Macedonia*, verbo prædica
tionis illic diſſeminato. *Nulla mihi eccleſia communicauit*, id
eſt, temporalia dedit. *In ratione dati & accepti*, id eſt, in ra- B
tionabili recompenſatione temporalium, pro exhibitione
ſpiritualium quæ vobis communicaui. Rationis enim cen-
ſura hoc dictat, vt ſpiritualia bona præſtanti ſeu diſpenſan-
ti, temporalia miniſtrentur. *Niſi vos ſoli*, in quo declaratur
gratitudo ac liberalitas veſtra. *Quia & Theſſalonicam*, id eſt
ad vrbem ſic dictã. *Semel & bis*, id eſt, tribus vicibus, vel ſe-
mel & iterum. *In vſum*, id eſt, ad vtendum. *Mihi miſiſtis*, tẽ
poralia veſtra, vt neceſſaria vitæ ex eis acciperem. *Nõ quia
quæro datum*, id eſt, non ideo vos commendo, quia munera
veſtra requiro, *Sed requiro fructum abundantem*, id eſt, me-
ritum copioſum. *In ratione veſtra*, iam dicta, videlicet in ra Matt. 18
rionabili recompenſatione, qua mihi temporalia pro ſpiri-
tualibus communicaſtis. *Habeo autem omnia*, quæ miſiſtis.
Et abundo, in eis ita vt aliis indigentibus ea communicem. C
Repletus ſum, gaudio mentis & copia rerum. *Acceptis ab
Epaphrodito* his *Quæ miſiſtis* mihi. *In odorem ſuauitatis*, id eſt,
quæ ſic placent deo, vt odor ſuauiſſimus. Eleemoſyna nan-
que eſt hoſtia deo gratiſſima. Ideo ſequitur. *Hoſtiam acce-
ptam, deo placentem*. Vnde ad Hebræos ait; Beneficentiæ & Heb. 13.
communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis placa- Rom. 1.
tur Deus. *Deus autem meus impleat*, id eſt, exaudiat & operi
mancipet. *Omne deſiderium veſtrum*, rationabile & ſyncе-
rum. *Secundũ diuitias ſuas in gloria*, id eſt, piè, gratioſè, & co
pioſè, ſecundum quod ipſe in ſe diues eſt, in gloria. i. in bea-
titudine ſua. Vel, impleat deſiderium veſtrum in gloria, dã-
do videlicet vobis gloriam ſempiternam. *In Chriſto Ieſu*. Roma. 10.

D id est, per dominum saluatorem, & per gratiam seu meritũ
2. Cor. 8. eius. *Deo autem*, per creationem. *Et patri nostro*, per guber
Ephes 2. nationem, videlicet summæ ac incommutabili trinitati, sit *Gloria in secula seculorum Amen. Salutate*, id est, salutem optate ac dicite. *Omnes sanctos*, ad vestram societatem spectantes. *In Christo Iesu*, id est, secundum Christi doctrinã, vel vt in Christo permaneant. *Salutant vos qui mecum sunt fratres*, id est, cooperatores ac socij mei. *Salutant vos omnes sancti*, in vrbe morantes. *Maximè autem qui de domo Cæsaris sunt*, id est, ministri Neronis quos conuerti, qui & specialem dilectionem ad vos gerunt. *Gratia domini nostri Iesu Christi* sit *Cum spiritu vestro*, hoc est, in anima vestra perficiendo eius essentiam. *Amen*, id est, sic fiat atque præstetur vobis
E à Deo sublimi & benedicto.

IN EPISTOLAM B. PAVLI

ad Colossenses Proœmium.

Prou. 18. QVI corripit hominem, postea gratiam inueniet apud eum, magis quàm ille qui per blandimẽta decipit. Quemadmodum inuidus correctionem eius non optat quem odit, sed naturæ eius cupit malum simpliciter: sic verus dilector, eius quem diligit vitia dissimulare non valet, sed corripit, si tamen habeatur
Eccli. 16. correctionis fiducia. Hinc itaque sanctus Apostolus diuini amoris calore, atq; fraternæ salutis zelo repletus, filios suos & filiorum suorum filios ad veritatis lineam reuocare nitiF tur incessanter. Vnde in præsenti epistola Colossensibus destinata, vacillantes confirmat. Denique Colossenses ab vrbe Colossis nomine sic vocati, sicut Asiani, quos ipse Paulus nõ accessit, neque instruxit, sed eius discipuli Archippus Colossensium episcopus, & Epaphras, ex Colossis oriundus. Prædcãte ergo Archippo, & Epaphra (quẽ Paulus edocuit) superueniẽte, atque Archippi prædicationẽ confirmante, aduenerunt pseudoapostoli asserentes legalia simul cum Euangelio obseruanda. Dubitãtibus ergo Colossensibus vtri par-
Act. 15. tium potius esset credendum, Apostolus tanquam mediator idoneus, scribit quid oporteat fieri. Scribit autem ab Epheso per Tychicum diaconum, & Onesimum acolytũ. Modus

proce-

procedendi huius epistolæ similis est aliarum epistolarum A
processui. Nam salutationem præmittit. De profectu & gra
tia Colossensium grates domino refert, ad perfectiora hor
tatur, atque pro eis suppliciter deprecatur.

Cap. I. *Paulus Apostolus Iesu Christi, per volun-*
tatem dei. ARTICVLVS I.

PAulus apostolus *Iesu Christi per voluntatem dei*, id est, di-
uina voluntate constitutus apostolus. *Et Timotheus fra-*
ter, quem propter suam authoritatẽ connectit sibi apostolus.
Erat enim Ephesiorum episcopus. Hi itaque scribunt. *His*
qui sunt Colossis, hoc est, in ciuitate sic dicta. *Sanctis & fideli-*
bus fratribus, id est, veraciter Christianis, qui implere conan *Mat.5.*
tur illud Saluatoris. Estote perfecti, sicut & pater vester cœ-
lestis perfectus est. *In Christo Iesu*, id est, in doctrina & fidẽ B
Christi. Illas enim seruando & operãdo sancti & fideles fue
runt. *Gratia*, gratum faciens. *Vobis, & pax*, hoc est, tranquil-
litas mentis præstetur & conseruetur. *A deo patre nostro*, id
est, in cœlis patre æterno. *Et à domino Iesu Christo*, qui secũ
dum diuinam naturam est causa gratiæ effectiua ac princi-
palis. Quæcunque enim facit pater, hæc & filius similiter fa- *Ioan.5.*
cit: Secundum humanam verò naturam est causa gratię me-
ritoria, instrumentalis ac mediata. *Gratias agimus Deo &*
patri domini nostri Iesu Christi, id est, patri æterno, qui est deus
Christi, vt homo est: pater verò secundum diuinam natu-
ram quam habet à patre. *Semper*, id est, congruis horis.
Pro vobis orantes, audientes fidem vestram, fundatam ac fixam.
In Christo Iesu, & dilectionem, id est, habitum; actum inte-
riorem, & opera charitatiua. *Quam habetis*, extentam, *In* C
omnes sanctos, id est, vniuersos veraciter Christianos, quibus
pro loco & tempore, secundum vestram possibilitatem be-
nefacitis, spiritualia vel corporalia beneficia impendendo.
Propter spem, id est, beatitudinem speratam. *Quæ repo-*
sita, id est, parata. *Est vobis in cœlis, quam audistis*, id est, quæ
vobis prędicata est. *In verbo veritatis*, id est, in vero sermone.
Euangelij quod peruenit ad vos, id est, vobis annunciatum est,
Sicut & in vniuerso mundo est, id est, cunctis Gentibus euan-
gelizatum est, sicut & vobis, sic tamen vt sit distributio,
non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum.
Vnde & Apostolis aiebat Saluator. Euntes in mundum *Mar. 16.*

D actu virtuoso, quo Deus honoratur & colitur delectando. Signum nanque virtutis est delectatio operis, secũdum philosophum. Semper autem gaudendum est hoc modo, actu vel habitu, sed debitis horis, vel in prosperis & aduersis: sic-
2. Cor. 6 ut alibi dicit apostolus. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sed gaudium istum durante præsentis peregrinationis exilio, non excludit admixtionem omnis tristitię, Hoc gau-
Lucæ. 1. dium fuit in virgine glorioſa, quæ cecinit, Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Non ergo in creaturis gaudendum est, nisi per relationem ad Deum, inquantum carũ vsus, amor, possessio, vel notitia manuducit ad Deũ. *Iterum dico*, ad excitandum vestræ deuotionis affectũ, & meæ exhortationis veritatem cõfirmandam. *Gaudete in domino*, modo præfato, seruientes ei hilariter imò cum iubilo cordis. *Modestia vestra*, in verbis & factis. i. cõuersationis vestrę moderatio, discretio, ordinatúsque modus. *Nota sit omnibus hominibus*, i. talis ac tanta sit, vt omnibus innotescat per visum vel famam ad gloriam creatoris, & proximorum ædificatio-
Matth. 5. nem, sicut in Euangelio dominus loquitur, Sic luceat lux vestra coram hominibus. &c. *Dominus propè est*, i. paratus ad succurrendum, imò & per pietatem & gratiam suam in vo-
Prou. 8. bis habitat. Vnde & ipse testatur, Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Et rursus, Ego sto ad ostium & pulso, Si quis
Apoc. 3. Acto. 17 aperuerit mihi ianuam, intrabo & cœnabo cum eo. In omnibus quoque est Deus per essentiam, præsentiam atque potentiam. In ipso etiam viuimus, mouemur & sumus, Deni-
Psal. 144. que, propè est Deus orantibus & afflictis: iuxta illud, Propè
Psal. 90. est dominus omnibus inuocantibus eum. Et, Cum ipso
1. Ioan. 4. sum in tribulatione. Intus est diligẽtibus, sicut ait Ioannes, Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo: qui lõgè est ab impiis, prout in Proucrb. legitur. Propter quod
Prouer. 15 per Hieremiam dicit, Non est anima mea ad populũ istum.
Hierc. 15. *Nihil solliciti sitis*, i. cum dominus propè sit, de nulla re angu-
Matth. 6. stiari, seu inordinatã curam habere debetis: sed primò quęrite regnum Dei, & omnia necessaria adiicientur vobis. Vn-
1. Pet. 5. de & Petrus, Omnẽ, inquit, sollicitudinem vestram, proii-
Matth. 6. cientes in Deum, quoniam ipsi cura est de vobis; Et Christus, Nolite solliciti esse in crastinum. Omnia hæc de inordinata atque superflua cura, quæ ad diffidentiam quodam-
Prouer. 1. modo pertinet, asseruntur. De qua Salomon dicit. Spes sollicitorum

licitorum peribit, Veruntamen (ſicut frequenter præhabitũ A
eſt) quædam eſt ſollicitudo ſpiritualis ac ordinata, quæ eſt
diligens animi vigilãtia circa bona honeſta aut neceſſaria,
quam ſæpe commendat, præcipítque ſcriptura, vt eſt illud: *Deut. 4.*
Cuſtodi temetipſum & animam tuam ſollicitè. Item, Solli- *Ephe. 4.*
citi ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. *Sed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.* Hic ponuntur quatuor partes orationis vel ſpecies, quarum diſtinctio eſt. Oratio enim eſt ſimplex præcatio, quæ eſt de facilioribus impetrandis. Obſecratio eſt inuocatio Dei cum cõmemoratione ſacrorum ſeu diuinorum, quorũ virtutẽ aut merito aliquid impetrare optamus: ſicut cũ dicimus, Per paſſionem tuam, vel propter bonitatem tuã exaudi nos. Eſtque obſecratio pro diffi- B
cilioribus obtinendis, vt eſt iuſtificatio impij. Petitio verò
eſt inuocatio Dei pro bonis gratiæ, quæ ordinantur ad bo
na gloriæ. Alibi quoque ponit apoſtolus aliud genus oratio *1. Tim. 2*
nis, quod dicitur poſtulatio, quæ eſt pro bonis patriæ. Sæpius tamen vnum iſtorum pro alio ſumitur. Hortatur ergo apoſtolus vt petitiones noſtræ factæ in omni. i. quacunque oratione & obſecratione & gratiarum actione ex tanta puritate, attentione & feruore mentis procedant, quatenus apud Deum innoteſcãt. i. à Deo attendãtur & per acceptationem noſcantur, atque ab angelis ſanctis ei præſentẽtur, quemadmodum in Actis angelus ait Cornelio, Orationes *Acto. 10.*
tuæ & eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam in cõſpectu
Dei. Et in Paralipomenon libro ſcriptum eſt, quòd Eſaias *2. Para. 28.*
& Ezechias vociferati ſunt vſque in cœlum contra Senna- G
cherib: peruenítque oratio eorum ad habitaculum ſanctum
Dei. *Et pax* Dei, increata, immẽſa, æterna, id eſt, Deus pacificus: *Quæ*, pax. *Exuperat omnem ſenſum*, i. omnem intellectũ creatum, angelicum & humanum, omnémque guſtũ & experientiã eius in infinitum excedit. *Cuſtodiat*, effectiuè. *Corda veſtra*. i. voluntates ab omni praua affectione. *Et intelligẽtias veſtras*. i. intellectum ſpeculatiuum & practicũ, omnium veſtrũm ab omni errore. *In Chriſto Ieſu*. i. per gratiã & me- *Finis.*
ritum Chriſti. Vel, in Chriſto Ieſu, id eſt, vt iugiter maneatis in ipſo. Vel ſic, Pax Dei, creata, videlicet tranquillitas mentis à Deo infuſa, quæ exuperat omnem ſenſum quo ad ſuam fontalem plenitudinem ſeu plenã perfectionem. Vel,

D exuperat omnem ſenſum viatorum ſecundum quod in patria habetur ac deguſtatur, cuſtodiat formaliter corda veſtra, & intelligentias à perturbatione & inquietudine, quatenus pax iſta in vobis permaneat, & vitia ſibi oppoſita ab interioribus veſtris excludat. *De cætero fratres quæcũque ſunt vera*, veritate doctrinæ, vitæ aut iuſtitiæ. *Quæcunque pudica*, id eſt, verba & facta caſta, laſciuiam excludentia. *Quæcũque* ſunt. *Iuſta*, quo ad proximum. *Quæcunque ſancta*, quãtum ad cultum diuinum, *Quæcunque amabilia*, id eſt, quæ inducũt ad mutuam amicitiam. *Quæcunque bonæ famæ*. i. quæ bonam famã pariunt & conſeruant. *Si qua virtus*. id eſt, quia eſt aliqua virtus moralis intellectualis ; & theologicalis vobis neceſſaria. *Si qua laus diſciplinæ*. id eſt, quia eſt aliqua diſciplina
E morum, laudabilis ſcilicet compoſitio motuum ac ſenſuum exteriorum, *Hæc cogitate*, aſſiduè non ſolum vt ſciatis, ſed vt ea agendo ſeu obtinendo virtuoſi ſaluiq́ue ſitis. *Quæ & didiciſtis*, ex mea prædicatione, *Et accepiſtis*, per cognitionem intellectiuam. *Et audiſtis*. i. ab aliis percepiſtis ea eſſe. *In me, & vidiſtis*. per experientiam hoc verum eſſe. *Hæc* opera virtuoſa. *Agite, & Deus*, dator, amator & conſeruator. *Pacis*, internæ. *Erit vobiſcum*, quotidie per gratiã ampliorem. Inſuper congratulatur apoſtolus liberalitati Philippenſium, non principaliter ob proprium emolumentum, ſed propter illorum charitatem ac meritum. *Gauiſus ſum autem in domino vehementer, quoniam tandem aliquando*. i. poſt tempora lõga. *Refloruiſtis*, id eſt, more arboris iterum floruiſtis ſeu fructuoſe viguiſtis & conualuiſtis. *Pro me ſentire*, & meæ inopiæ
F compati atque ſuccurrere. *Sicut &*, ante, *Sentiebatis*, pro me. *Occupati autem eratis*, negotiis aliis, idcirco excuſabiles eſtis de tãta dilatione refloritionis iſtius. *Non quaſi propter penuriam dico*. i. non ex neceſſitudine paupertatis meæ hæc aſſero, vt ſuſtenter à vobis. *Ego enim didici*, per gratiã Dei & conſuetudinem exercitij mei. *In quibus ſum ſufficiens eſſe*, id eſt, quod mihi ſufficiat. Natura quippe paucis, minimiſq; contenta eſt. *Scio & humiliari*. i. actum humilitatis, tribulationis ſeu paupertatis promptè & diſcretè exequi. *Scio & abundare*, id eſt, in abundantia temporalium non excedere. *Vbique & in omnibus*, exercitiis virtutum. *Inſtitutus*, id eſt, bene inſtructus, *Sum*, ſciens videlicet. *Et ſatiari*, ſine immode-
Roma. 12. rantia. *Et eſurire*, ſine impatientia. *Et abundare*, non tamen

cor rebus caducis apponere *Et penuriam pati*, in victu ac ve- A
stibus sine tristitia. *Omnia* hæc *Possum*, non propriis viribus,
sed *In eo qui me confortat*. i. per adiutorium Christi. *Verunta-
men bene feciſtis*. i. quamuis donis vestris possem carere, tamẽ
bene & charitatiuè egistis. *Communicantes*, id est, eleemo-
synam vestram impartientes. *Tribulationi meæ*, id est, mihi
incarcerato atque afflicto. Præterea præfert apostolus Phi
lippenses aliis quantũ ad aliquid, quatenus laudibus suis au-
ditis prouocentur ad meliora. Virtus enim laudata augetur 1. Cor. 9.
in bonis. *Scitis autem & vos Philippenſes, quòd in principio e-
uangely*, id est, tẽpore prædicationis meæ euangelicæ. *Quã-
do profectus ſum*, id est, recessi. *A Macedonia*, verbo prædica
tionis illic disseminato. *Nulla mihi eccleſia communicauit*, id
est, temporalia dedit. *In ratione dati & accepti*, id est, in ra- B
tionabili recompensatione temporalium, pro exhibitione
spiritualium quæ vobis communicaui. Rationis enim cen-
sura hoc dictat, vt spiritualia bona præstanti seu dispensan-
ti, temporalia ministrentur. *Niſi vos ſoli*, in quo declaratur
gratitudo ac liberalitas vestra. *Quia & Theſſalonicam*, id est
ad vrbem sic dictã. *Semel & bis*, id est, tribus vicibus, vel se-
mel & iterum. *In vſum*, id est, ad vtendum. *Mihi miſiſtis*, tẽ
poralia vestra, vt necessaria vitæ ex eis acciperem. *Nõ quia
quæro datum*, id est, non ideo vos commendo, quia munera
vestra requiro, *Sed requiro fructum abundantem*, id est, me-
ritum copiosum. *In ratione veſtra*, iam dicta, videlicet in ra *Matt. 18*
rionabili recompensatione, qua mihi temporalia pro spiri-
tualibus communicastis. *Habeo autem omnia*, quæ misistis.
Et abundo, in eis ita vt aliis indigentibus ea communicem. C

Repletus ſum, gaudio mentis & copia rerum. *Acceptis ab
Epaphrodito* his *Quæ miſiſtis* mihi. *In odorem ſuauitatis*, id est,
quæ sic placent deo, vt odor suauissimus. Eleemosyna nan-
que est hostia deo gratissima. Ideo sequitur. *Hoſtiam acce-
ptam, deo placentem*. Vnde ad Hebræos ait; Beneficentiæ & *Heb. 13.*
communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis placa- *Rom. 1.*
tur Deus. *Deus autem meus impleat*, id est, exaudiat & operi
mancipet. *Omne deſiderium veſtrum*, rationabile & synce-
rum. *Secundũ diuitias ſuas in gloria*, id est, piè, gratiosè, & co
piosè, secundum quod ipse in se diues est, in gloria. i. in bea-
titudine sua. Vel, impleat desiderium vestrum in gloria, dã-
do videlicet vobis gloriam sempiternam. *In Chriſto Ieſu*. *Roma. 10.*

D id est, per dominum saluatorem, & per gratiam seu meritũ
2.Cor.8. eius. *Deo autem*, per creationem. *Et patri nostro*, per guber
Ephes 2. nationem, videlicet summæ ac incommutabili trinitati, sit
Gloria in secula seculorum Amen. Salutate, id est, salutem o-
ptate ac dicite. *Omnes sanctos*, ad vestram societatem spe-
ctantes. *In Christo Iesu*, id est, secundum Christi doctrinã,
vel vt in Christo permaneant. *Salutant vos qui mecum sunt*
fratres, id est, cooperatores ac socij mei. *Salutant vos omnes*
sancti, in vrbe morantes. *Maximè autem qui de domo Cæsaris*
sunt, id est, ministri Neronis quos conuerti, qui & specialem
dilectionem ad vos gerunt. *Gratia domini nostri Iesu Chri-*
sti sit *Cum spiritu vestro*, hoc est, in anima vestra perficiendo
eius essentiam. *Amen*, id est, sic fiat atque præstetur vobis
E à Deo sublimi & benedicto.

IN EPISTOLAM B. PAVLI

ad Colossenses Proœmium.

Prou. 18. QVI corripit hominem, postea gratiam in-
ueniet apud eum, magis quàm ille qui per
blandimẽta decipit. Quemadmodum in-
uidus correctionem eius non optat quem
odit, sed naturæ eius cupit malum simpli-
citer: sic verus dilector, eius quem diligit
vitia dissimulare non valet, sed corripit, si tamen habeatur
Eccli. 16. correctionis fiducia. Hinc itaque sanctus Apostolus diuini
amoris calore, atq; fraternæ salutis zelo repletus, filios suos
& filiorum suorum filios ad veritatis lineam reuocare niti-
F tur incessanter. Vnde in præsenti epistola Colossensibus de-
stinata, vacillantes confirmat. Denique Colossenses ab vrbe
Colossis nomine sic vocati, sicut Asiani, quos ipse Paulus nõ
accessit, neque instruxit, sed eius discipuli Archippus Colos-
sensium episcopus, & Epaphras, ex Colossis oriundus. Præ-
d cãte ergo Archippo, & Epaphra (quẽ Paulus edocuit) su-
perueniẽte, atque Archippi prædicationẽ confirmante, ad-
uenerunt pseudoapostoli asserentes legalia simul cum Euan
gelio obseruanda. Dubitãtibus ergo Colossensibus vtri par-
Act. 15. tium potius esset credendum, Apostolus tanquam mediator
idoneus, scribit quid oporteat fieri. Scribit autem ab Ephe-
so per Tychicum diaconum, & Onesimum acolytũ. Modus

proce-

procedendi huius epistolæ similis est aliarum epistolarum A
processui. Nam salutationem præmittit. De profectu & gra
tia Colossensium grates domino refert, ad perfectiora hor
tatur, atque pro eis suppliciter deprecatur.

Cap. I. *Paulus Apostolus Iesu Christi, per volun-*
tatem dei. ARTICVLVS I.

PAulus apostolus *Iesu Christi per voluntatem dei*, id est, di-
uina voluntate constitutus apostolus. *Et Timotheus fra-*
ter, quem propter suam authoritatẽ connectit sibi apostolus.
Erat enim Ephesiorum episcopus. Hi itaque scribunt. *His*
qui sunt Colossis, hoc est, in ciuitate sic dicta. *Sanctis & fideli-*
bus fratribus, id est, veraciter Christianis, qui implere conan *Mat. 5.*
tur illud Saluatoris. Estote perfecti, sicut & pater vester cœ-
lestis perfectus est. *In Christo Iesu*, id est, in doctrina & fide B
Christi. Illas enim seruando & operãdo sancti & fideles fue
runt. *Gratia*, gratum faciens. *Vobis, & pax*, hoc est, tranquil-
litas mentis præstetur & conseruetur. *A deo patre nostro*, id
est, in cœlis patre æterno. *Et à domino Iesu Christo*, qui secũ
dum diuinam naturam est causa gratiæ effectiua ac princi-
palis. Quæcunque enim facit pater, hæc & filius similiter fa- *Ioan. 5.*
cit: Secundum humanam verò naturam est causa gratię me-
ritoria, instrumentalis ac mediata. *Gratias agimus Deo &*
patri domini nostri Iesu Christi, id est, patri æterno, qui est deus
Christi, vt homo est: pater verò secundum diuinam natu-
ram quam habet à patre. *Semper*, id est, congruis horis.
Pro vobis orantes, audientes fidem vestram, fundatam ac fixam.
In Christo Iesu, & dilectionem, id est, habitum; actum inte- C
riorem, & opera charitatiua. *Quam habetis*, extentam, *In*
omnes sanctos, id est, vniuersos veraciter Christianos, quibus
pro loco & tempore, secundum vestram possibilitatem be-
nefacitis, spiritualia vel corporalia beneficia impendendo.
Propter spem, id est, beatitudinem speratam. *Quæ repo-*
sita, id est, parata. *Est vobis in cœlis, quam audistis*, id est, quæ
vobis prędicata est. *In verbo veritatis*, id est, in vero sermone.
Euangelij quod peruenit ad vos, id est, vobis annunciatum est,
Sicut & in vniuerso mundo est, id est, cunctis Gentibus euan-
gelizatum est, sicut & vobis, sic tamen vt sit distributio,
non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum.
Vnde & Apostolis aiebat Saluator: Euntes in mundum *Mar. 16.*

D vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et Psal-
Psal. 8. mista, In omnẽ, inquit, terram exiuit sonus eorum. *Et fructi-*
ficat, & crescit. i. euangelica doctrina in credentibus est causa
fructificationis & spiritualis incrementi, videlicet bonorum
Acto. 2. operũ & quotidiani profectus in gratia. Crescit quoq; per
hoc quod pluribus annũciatur à quibus & deuotè recipitur.
Sicut in vobis, fructificauit & creuit. *Ex ea die qua audistis &*
cognouistis gratiã dei i. beneficia gratiæ vobis à Christo exhi-
bita. *In veritate*, hoc est, veraciter. Vel, in veritate, euãgelicę
legis. *Sicut didicistis ab Epaphra*, confirmante prædicationem
Archippi. *Charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis.* i.
pro vestra salute procuranda. *Minister Iesu Christi*, eius do-
ctrinam vobis annunciãdo, ipsũmque pro vobis iugiter exo-
E rando. *Qui etiam manifestauit*, hoc est, clarè retulit. *Nobis di-*
lectionem vestram existentem. *In spiritu.* quia à spiritu sancto
infunditur, conseruatur, & secundum eũ operatur. Est quo-
que in spiritu vestro. i. in superiori parte animæ vestræ, vt in
subiecto. *Ideo & nos ex qua die audiuimus tanta* bona de vo-
bis. *Non cessamus*, opportuno tempore. *Orantes* cordiali affe
ctu. *Et postulantes* prece vocali. *Vt impleamini agnitione vo-*
luntatis eius, id est, diuinitus copiosè illustremini ad cogno-
scendum quid velit deus vt sciatis & attendatis eius manda-
Sap. 9. ta atque cõsilia. Quid verò sit ita impleri, & quomodo fiat,
2. Tim. 3. subiungitur. *In omni sapientia*, sacræ scripturæ, id est, quã scri-
2. Cor. 6. ptura diuinitus inspirata proponit ac docet. *Et intellectu*
spirituali, id est, interna vera, seu mystica intelligentia scriptu
rarum, quatenus literã occidentem spiritualiter intelligatis
F spiritus quippe viuificat. *Vt ambuletis*, in semitis præcepto-
rum. *Dignè deo.* i. tã reuerenter, sanctè & perfectè, quã decet
tanto principi deseruire, atque vt eum pro præmio merea-
Ioan. 3. mini possidere. Maledictus enim qui facit opus dei negligẽ-
Hiere. 48. ter. *Per omnia.* i. in interioribus & exterioribus, *Placentes*, do-
Iacob. 2. mino deo. Nam si quis totam legem impleuerit, offendat au
Eccle. 9. tem in vno, factus est omnium reus. Cui & illud quoque con
sonat Sapientię. Qui in vno peccauerit multa bona perdet.
In omni opere bono fructificantes, proficiendo in meritis. *Et*
crescentes in scientia dei. i. in notitia diuinorum. De qua ait per
prophetam, Scientiam Dei volui magis quàm holocausta.
Osee. 6. Item & Sapiens, Vani sunt, inquit, omnes homines, quibus

non

non ſubeſt ſcientia dei. Denique hæc eſt vita æterna, vt cognoſcamus Deum verum. Poſſunt quoque per prædictam ſapientiam, intellectum, atque ſcientiam intelligi tria dona ſpiritus ſancti. De quibus apud Eſaiam legitur, Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, &c. Sicque ſapiẽtia appellatur habitualis notitia ſupernaturalis, à ſpiritu ſancto infuſa, ac ſaporoſa, per quam anima ſortitur rectum iudicium de diuinis, habendo connaturalitatem quandam cum eis per guſtum ac dilectionem. Intellectus verò eſt donum ſpiritus ſancti, per quod anima ad ea quæ fidei ſunt penetrat, clarè cognoſcit, & firmiter eis inhæret, cernendo aliquam rationem propter quam aſſentiendum eſt articulis ſeu teſtimoniis fidei. Porrò, ſcientia eſt donum quo anima recte iudicat de rebus creatis. Hæc autem, prout dona, non inueniuntur niſi in habentibus charitatem & gratiam, ſicut nec cætera dona ſpiritus ſancti. Et iuxta hunc modum litera ſic exponetur. In omni, id eſt, perfecta ſapiẽtia, quæ eſt prę-ſtantiſſimũ donũ ſpiritus ſancti: & intellectu ſpirituali. i. dono intellectus à ſpiritu ſancto infuſo. *In omni virtute*, theologica, intellectuali ac morali. *Confirmati*. Optimum enim eſt, gratia ſtabiliri cor. *Secundum potentiam claritatis eius*. i. ſecundum quod Deus idoneus eſt ad cõfortandum vos per claritatem gratiæ ſuæ. *In omni patientia*; in aduerſis ſeruata. *Et longanimitate*, æquanimiter præſtolãdo diuina promiſſa. *Cum gaudio* mentis, ex actu virtuoſo manante. *Gratias agentes deo patri qui dignos vos fecit*, per merita Chriſti, gratiam baptiſmi & cætera opera meritoria, quæ ipſe in nobis producit. *In partem*, id eſt, ad habendã participationem. *Sortis ſanctorũ*, id eſt, hæreditatis electorũ, videlicet vitæ æternæ, quę habetur. *In lumine*, id eſt, per lumẽ gloriæ, vel in claritate viſionis diuinæ. De qua ſorte ait Pſal Dominus pars hæreditatis me. Qui etiam de lumine iſto teſtatur, In lumine tuo, inquiens, videbimus lumen. Hæc autem hæreditas dicta eſt ſors, quia diuinæ voluntatis electione, non humana prouiſione diſtribuitur, quẽadmodũ ſortes dicuntur tẽperari atque diſponi à deo. *Qui eruit nos* per incarnationem, cõuerſationem ac paſſionẽ vnigeniti filij ſui. *De poteſtate tenebrarum*. i à dominio dæmonũ, à iugo peccati & tenebris ignorãtiæ. *Et trãſtulit in regnũ*. i. in ſocietatẽ eccleſiæ militãtis, ſeu

A *Sap.13.* *Ioan.17.* *Eſa.11.*

B *Sap.1.* *Hebr.13.*

C *Pſal.15.* *Pſal.35.*

D numerum electorum. Quæ ecclesia dicitur regnum Christi, qui in corde fidelium regnat per fidem & gratiam. De quo
Luc.1. regno aiebat angelus, Regnabit in domo Iacob in æternum.
Esa.9. Et Isaias, Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. Nunc quoque translati sumus in regnum cœlorum in spe, transferendi illuc tandem in re. Transtulit itaque nos Deus pater in regnum. *Filij dilectionis suæ*, id est, filij
Mar.9. sui dilecti: de quo ait, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Ex hoc elucescit, quòd dilectio in diuinis, non solùm notionaliter seu relatiuè, sed etiam absolutè dicatur. Alias filius DEI à spiritu sancto diceretur procedere. De prædicta autem ereptione & translatione generis humani, pater ait per prophetam ad filium. Dedi te in fœdus po-
E puli, in lucem Gentium, vt educeres de conclusione vin-
Esa 42. ctum, de domo carceris sedentes in tenebris. *In quo*, Christo, id est, per cuius sanguinis pretium, mortisque meritum. *Habemus redemptionem*, à iure & dominatione diaboli, *Et remissionem peccatorum*, prout testatur sanctus Ioã-
Apo.1. nes in Apocalypsi. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. *Qui est imago Dei*, patris. *Inuisibilis*, visione corporali ac intellectuali, id est, omnino incomprehensibilis comprehensione perfecta, sicut & pater,
Mat.11. Nemo enim nouit filium nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius. In patria tamen videtur per speciem, sed non perfectè ac plenè comprehenditur. Dicitur autem CHRISTVS imago patris perfecta, non imitatiua: naturalis, non artifi-
F cialis: plena, non participatiua, id est, per omnia similis
Ioan.4. patri. Propter quod ipse ait, Qui videt me, videt & patrem. Ad rationem autem imaginis duo requiruntur, videlicet similitudo in specie, vel saltem in signo speciei. Quod maximè est figura, in rebus corporeis & processio. Oportet enim vt imago alicuius sit ab eo cuius est imago, filius autem in diuinis generatur à patre, in nullo distans ab eo. Dupliciter quoque dicitur esse imago alicuius in alio. Primò sicut in re eiusdem naturæ saltem secundum speciem, sicut imago regis est in filio eius. Et ita filius DEI vocatur imago patris. Secundò, tanquam in re alterius generis, sicut imago Herculis est in lapide, & imago Imperatoris in nummo. Sícque vocatur homo imago Dei, qui potius

rius dicendus est factus ad imaginem Dei, quàm eius imago. *Primogenitus omnis creaturæ*, id est, ante omnia creata æternaliter genitus, quemadmodum per quendam Sapientem testatur, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. *Quia in ipso*, id est, per ipsum *Condita sunt vniuersa.* Omnia enim per ipsum facta sunt, ait Euangelista. Vel, in ipso, tanquam in exemplari principio condita, hoc est, creari disposita sunt vniuersa. Filius quippe est ars rationibus plena, omnísque creaturæ exemplar. Propter quod omnia in ipso exemplariter præexistunt, æternaliterque à patre præordinata atque præuisa sunt. Comparantur nanque creaturæ ad ipsum, sicut artificiata ad artificem: iuxta illud Sapientiæ, Omnium est enim artifex, omnem habens scientiam. Omnia ergo in ipso sunt condita. *In cœlis & in terra*, videlicet. *Visibilia*, vt corpora cœlestia, elementa passiua, & mixta. *Et inuisibilia.* De quibus adiectum est. *Siue throni*, id est, angeli de infimo choro primæ & summæ hierarchiæ angelicæ qui throni, id est, sedes vocantur, quoniam propter magnam suam propinquitatem ad deum, ipse in eis sedere, quiescere, præsidere, & per eos sua iudicia exercere asseritur. *Siue dominationes, siue principatus, siue potestates.* Hos tres ordines angelorum nominauit Apostolus ad Ephesios, de quibus ibi satis dictum videtur. Et quia, hoc loco præponit Apostolus principatus potestatibus, Gregorius & Bernardus opinati sunt principatus ad secundam, potestates verò ad infimam pertinere hierarchiam. *Omnia per ipsum*, sicut per causam efficientem. *Et in ipso*, tanquam in exemplari principio. *Creata sunt*, iuxta intellectum iam dictum. *Et ipse*, vnigenitus Dei. *Est ante omnes*, id est, persistente æternitatis æuo, atque incomparabili dignitate. Propter quod in Apocalypsi testatur, Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis. *Et omnia in ipso constant*, id est, idealiter & causaliter in eo sunt. Iuxta illud, Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, &c. Vel in ipso constant, id est, ipsius diuina potestate subsistunt, sustentantur, fulciuntur, iunctáque permanent. Prout Hebræis loquitur Apostolus. Portans omnia

A *Matth. 28.* *Eccle. 24.*

Ioan. 1.

Sapien. 7.

B

Grego. *Bernard.*

C

Apoc. 22.

Ioan. 1.

D verbo virtutis suæ. *Et ipse* Christus *Est caput corporis ecclesiæ*,
Hebr. 1. id est, corporis mystici, quod est ecclesia. Quomodo autem
Ephe. 1 intelligendum sit hoc, diffusè tractatum atque expositũ est.
Qui est principium, omnium rerum, id est, creator vniuersorum. Vnde cum ei dixissent Iudæi, Tu quis es? Respondit, Principium, qui & loquor vobis. *Primogenitus ex mortuis*, id
Ioan. 8. est, inter mortuos primus ad immortalem vitam resurgens. Nam qui ante eũ suscitati fuerunt, rursus defuncti sunt. Ideo enim ait scriptura, Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum. Vel, Primogenitus ex mortuis, id est, inter mortuos
Apoc. 1 suscitatos primus dignitate. *Vt sit in omnibus*, angelis & hominibus. Vel, in omnibus, id est, præteritis, præsentibus ac futuris generationibus *Primatum tenens*, id est, vniuersorũ prin
E ceps & caput existens, sicut per quendam Sapientem asserit,
Eccle. 24. In omni gente, & in omni populo primatum tenui. Habet enim in vestimento, & in fœmore suo scriptum: Rex regum
Apoc. 19. & dominus dominantium. Et hoc meritò. *Quia in ipso*, Christo, prout est homo, *Complacuit Deo*, trinitati. *Omnium plenitudinem*, id est, plenam perfectionem scientiæ ac virtutum.
Inhabitare, id est, stabiliter permanere. Non enim ad men-
Ioan. 1 suram dat Deus spiritum homini Christo. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ &
Ioan. 3. veritatis. Vel, omnem plenitudinem diuinitatis, id est, verá atque perfectam diuinitatem, quemadmodum alio loco affirmat Apostolus, In ipso, inquiens, inhabitat omnis pleni-
Infrà c. 2. tudo diuinitatis corporaliter. Placuit quoque Deo, *Et per*
F *eum*, id est, per Christi veneranda mysteria. *Reconciliare sibi ipsi, omnia*, genera hominum. *In ipsum*, id est, ad hoc vt finaliter ad deum conuertantur, sicut ad beatitudinis fontem, ac vltimum finem. Vnde alibi dictum est, Deus erat in Chri
2. *Cor.* 5 sto, mundum reconcilians sibi. Et in Esaia, Disciplina pacis
Esa. 5 nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. *Pacificans* Christus, vel trinitas per Christum videlicet, *Per sanguinem crucis eius*, id est, pretiosissimo sanguine Christi effuso. *Siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris*, id est, cœlestia & terrestria, vt puta viatores, & comprehẽsores de terra saluatos. Vel hoc ideo dicitur, quoniam angelos concordauit hominibus.
Ephe. 2. Ipse siquidem est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Pro-
Esa. 9 pter quod à propheta vocatur pater futuri seculi, & prin-
Zach. 9. ceps pacis. Et rursus per alium de Christo prædictum est,

Loque-

Loquetur pacem Gentibus. *Et vos*, ô Coloſſenſes. *Cum* A
eſſetis aliquando, ſcilicet tempore Gentilitatis veſtræ. *Alie-*
nati à Deo, per idololatriam. *Et inimici ſenſu*, id eſt, intelle-
ctu, videlicet male ſentiendo de Deo, per varios errores fal-
ſitatum fluctuando. Vel ſenſu, id eſt, ſenſualiter (id eſt, iuxta
ſenſuum ductum) conuerſando. *In operibus malis*, id eſt, vi-
tiis carnis. *Nunc autem tempore gratiæ, Chriſtus reconciliauit*
vos Deo. *In corpore carnis eius*, id eſt, per ea quæ pertulit in
corpore ſuo, quod erat caro mortalis. Ideo ſubditur. *Per*
mortem, id eſt, per eius beatiſſimam paſſionem, qua viuifica-
tus eſt mundus. *Exhibere*, id eſt, ad hoc vt ipſe exhibeat,
quantum in ſe eſt. Vel certè vt ipſi exhibeatis. *Vos ſanctos*,
in anima. *Et immaculatos*, à vitiis cunctis. *Et irreprehenſi-* *Roma. 8*
biles coram ipſo, id eſt, purè & reuerenter viuendo in conſpe- B
ctu diuino. Quemadmodum ait Pſalmiſta, Seruaui mandata
tua & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in cõſpectu tuo. *Pſal. 118.*
Tales autem eritis coram Deo, Chriſto vos præſentante pa
tri æterno, vel per propriorum operum ac meritorũ veſtro-
rum exhibitionem, quæ requiruntur ad obtinendam ſalu-
tem. Qui enim creauit te ſine te (id eſt, ſine tua coopera- *Auguſt.*
tione) non iuſtificabit te ſine te. *Si tamen permanetis in fi-*
de fundati, firmiter, integréque credendo. *Et ſtabiles*, in ea
per opera bona. *Et immobiles à ſpe Euangelij quod audiſtis*,
hoc eſt, ab expectatione futuræ beatitudinis promiſſæ in E-
uangelio. *Quod prædicatum eſt*, in auribus veſtris, per nos
Apoſtolos, alioſque diſcipulos. *In vniuerſa creatura quæ ſub* *Marci. 17*
cœlo eſt, ideſt, cunctis hominibus in terra degẽtibus. De qui- C
bus aiebat, Prædicate Euangelium omni creaturæ. *Cuius*, *1. Cor. 4*
factus ſum, Deo authore, *Ego Paulus miniſter*, id eſt, prædi-
cator. *Qui nunc*, in Epheſo incarceratus. *Gaudeo in paſſio-*
nibus, id eſt, in tribulationibus, quas patior. *Pro vobis*, id eſt,
pro veſtri confirmatione. *Et adimpleo ea quæ deſunt paſſio-*
num Chriſti in carne mea. Non eſt per hoc intelligendum,
quòd pœnæ quas Chriſtus pro nobis ſuſtinuit, incompletæ
vel inſufficientes fuerint ad mundi ſaluationem, ita vt Pau-
lus, aut quiſquam ſanctorum eas compleuerit. Eſt igitur ſen
ſus, Et adimpleo, id eſt, longas & duras perſecutiones refe-
rendo, perficio ea quæ deſunt, id eſt, merita imperfecta, paſ-
ſionum Chriſti, id eſt, propriarum afflictionum, quas in car-
ne mea ſuſtineo. Quæ propter veritatem Chriſti, & mem-

brorum eius dicuntur passiones Christi, iuxta quod ipse dicebat, Saule, Saule, quid me persequeris? Iuxta quem modū ait rursus per Prophetam deus, Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Hæc ergo sustineo siue adimpleo. *Pro corpore eius*, id est, pro mystico corpore Christi. *Quod est ecclesia*, videlicet vt fideles erudiam atque ædificem, eósque merito & numero augeam. Cōsiderandum est enim quòd meritum passionis dominicæ, & aliorum sanctorum, imò & cętera opera supererogationis ipsorum, sunt velut res publica, ac thesaurus ecclesiæ, de quo tam largæ indulgentiæ fiūt his qui per charitatem coniuncti & incorporati sunt Christo ac sanctis. Hic autem thesaurus vsque in finem mundi perficitur, ponentibus singulis quibúsque sanctorum partes suas in eo. Sícque apostolus adimpleuit ea quæ deerant passionū suarum, quoniam addidit quotidie aliquid huic thesauro. Vel sic (quod redit tamen in idem) Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, id est, passionum, quas Christi amore, exemplo, iussione, seu ordinatione sustineo. De quibus in Actis dicebat Saluator. Ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. *Cuius* Christi vel Ecclesiæ. *Factus sum ego minister*, prædicando & sacramenta erogando. *Secundum dispensationem Dei*, id est, diuinam ordinationem seu apostolatum mihi diuinitus dispēsatum. *Quæ* dispensatio *Data est mihi in vobis*, id est, ad hoc vt vobis euangelicam veritatem annunciem. *Vt impleam*, id est, prædicando ad effectum perducam. *Verbum Dei*, id est, diuinam promissionem, qua deus patriarchis, vatibúsque promisit euangelium Dei esse Gentibus annunciandū, & eas fore saluandas per fidem & gratiam Dei. Quemadmodum per Esaiam loquitur, Mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes in mare, in Aphricam & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Græciam ad insulas longè, & annunciabunt gloriam meam Gentibus. Et quia dispositio, promissio, seu verbum illud multum mirabile fuit, atque occultum, ideo subditur. *Mysterium*, hoc est, sacrū secretū, videlicet verbū prætactū. *Quod absconditum fuit*, id est, hominibus ignotum. *A seculis*, id est, à principio seculorum. *Et à generationibus*, præcedentibus: non enim nisi paucis innotuit, & hoc incompletè. De pleniori autem intellectu huius scripturæ multa sunt ad Ephesios dicta, vbi quoque legitur, Mysterium Christi, quod

Zach. 2.

E

Acto. 9
Ephe. 4

F

Esa. 66.

Ephe. 3.

aliis

aliis generationibus non est agnitum filiis hominū, sed nūc A
reuelatū est sanctis Apostolis, &c. Vnde iam subditur. *Nunc* Ephe. 6
autem, videlicet tempore gratiæ. *Manifestatum est*, mysteriū istud per Christi prædicationem, & spiritus sancti illustrationem. *Sanctis eius*, id est, Apostolis, & cæteris primitiuæ ecclesiæ filiis, per quorum prædicationem manifestatū est cæteris populis. *Quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ*, id est, abundantem gloriam. *Sacramenti huius*, id est, prædicti mysterij prædicati. *In Gentibus*, id est, inter gentes. In quo mysterio plurima spiritualia contenta sunt dona, quæ appellantur diuitiæ gloriæ, vt puta fides, indulgentia, reconciliatio, iustitia, dona spiritus sancti, beatitudo futura. *Quod* sa- 1. Cor. 10
cramentum. *Est Christus*, materialiter, id est, Christus materia seu obiectum est sacramenti istius, quia de ipso tractat & loquitur, qui est, *In vobis spes gloriæ*, id est, causa & ratio B
sperandi glorificationem beatam. *Quem nos annunciamus*, id est, Gentibus prædicamus. *Corripientes omnem hominem*, præsentem & futurum, ad quem scripta nostra peruenerint, id est, quosdam de omni genere hominum. Vel omnem hominem, veritati fidei repugnantem. *Et docentes omnem hominem*, id est, quosdam de omnibus. *In omni sapientia*, scripturarum sanctarum ad salutem necessaria. *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu*, id est, in fide, charitate & obsequio Christi, secundum exigentiam status præsentis. In quo nullus est perfectus simpliciter, vel ita vt vltra, proficere aut perfici nequeat, sed sic, vt sine mortali viuat peccato, & passiones habeat reformatas, atque in virtutibus stabiliatur. *In quo*, Christo, id est, cuius amore. Vel, in quo C
negotio consummando, videlicet vt exhibeam omnē hominem in Christo perfectum. *Et laboro*, die ac nocte. *Certando*, contra inuisibiles ac visibiles hostes. *Secundum operationem*, id est, conformationem & influentiam. *Eius*, videlicet Christi. *Quam operatur in me*, dando mihi auxilium gratiæ suæ ad efficaciter operandum. Vel, secundum operationem eius in me, hoc est, secundum operationē à me procedētem, quæ potius adscribenda est Christo, quàm mihi. Iuxta illud propheticum, Omnia opera nostra operatus es Esa. 26
in nobis. Quam operatur Christus in me. *In virtute*, id est, potenter seu propria sua diuináque potestate.

Cap.

brorum eius dicuntur passiones Christi, iuxta quod ipse dicebat, Saule, Saule, quid me persequeris? Iuxta quem modũ ait rursus per Prophetam deus, Qui tetigerit vos, tanget pu-

Zach. 2. pillam oculi mei. Hæc ergo sustineo siue adimpleo. *Pro corpore eius*, id est, pro mystico corpore Christi. *Quod est ecclesia*, videlicet vt fideles erudiam atque ædificem, eósque merito & numero augeam. Cõsiderandum est enim quòd meritum passionis dominicæ, & aliorum sanctorum, imò & cętera opera supererogationis ipsorum, sunt velut res publica, ac thesaurus ecclesiæ, de quo tam largæ indulgentiæ fiũt his qui per charitatem coniuncti & incorporati sunt Christo ac sanctis. Hic autem thesaurus vsque in finem mundi

E perficitur, ponentibus singulis quibúsque sanctorum partes suas in eo. Sícque apostolus adimpleuit ea quæ deerant passionũ suarum, quoniam addidit quotidie aliquid huic thesauro. Vel sic (quod redit tamen in idem) Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, id est, passionum, quas Christi amore, exemplo, iussione, seu ordinatione sustineo. De qui-

Acto. 9 bus in Actis dicebat Saluator. Ego ostendam illi quanta o-

Ephe. 4 porteat eum pro nomine meo pati. *Cuius* Christi vel Ecclesiæ. *Factus sum ego minister*, prædicando & sacramenta erogando. *Secundum dispensationem Dei*, id est, diuinam ordinationem seu apostolatum mihi diuinitus dispẽsatum. *Quæ* dispensatio *Data est mihi in vobis*, id est, ad hoc vt vobis euangelicam veritatem annunciem. *Vt impleam*, id est, prædi-

F cando ad effectum perducam. *Verbum Dei*, id est, diuinam promissionem, qua deus patriarchis, vatibúsque promisit e-

Esa. 66. uangelium Dei esse Gentibus annunciandũ, & eas fore saluandas per fidem & gratiam Dei. Quemadmodum per Esaiam loquitur, Mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes in mare, in Aphricam & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Græciam ad insulas longè, & annunciabunt gloriam meam Gentibus. Et quia dispositio, promissio, seu verbum illud multum mirabile fuit, atque occultum, ideo subditur. *Mysterium*, hoc est, sacrũ secretũ, videlicet verbũ prætactũ. *Quod absconditum fuit*, id est, hominibus ignotum. *A seculis*, id est, à principio seculorum. *Et à generationibus*, præcedentibus: non enim nisi paucis innotuit, & hoc incompletè. De pleniori autem intellectu huius scripturæ multa sunt ad E-

Ephe. 3. phesios dicta, vbi quoque legitur, Mysterium Christi, quod

aliis

aliis generationibus non est agnitum filiis hominũ, sed nũc A
reuelatũ est sanctis Apostolis, &c. Vnde iam subditur. *Nunc* Ephe. 6
autem, videlicet tempore gratiæ. *Manifestatum est*, mysteriũ istud per Christi prædicationem, & spiritus sancti illustrationem. *Sanctis eius*, id est, Apostolis, & cæteris primitiuæ ecclesiæ filiis, per quorum prædicationem manifestatũ est cæteris populis. *Quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ*, id est, abundantem gloriam. *Sacramenti huius*, id est, prædicti mysterij prædicati. *In Gentibus*, id est, inter gentes. In quo mysterio plurima spiritualia contenta sunt dona, quæ appellantur diuitiæ gloriæ, vt puta fides, indulgentia, reconciliatio, iustitia, dona spiritus sancti, beatitudo futura. *Quod* sa- 1. Cor. 10
cramentum. *Est Christus*, materialiter, id est, Christus materia seu obiectum est sacramenti istius, quia de ipso tractat & loquitur, qui est, *In vobis spes gloriæ*, id est, causa & ratio B
sperandi glorificationem beatam. *Quem nos annunciamus*, id est, Gentibus prædicamus. *Corripientes omnem hominem*, præsentem & futurum, ad quem scripta nostra peruenerint, id est, quosdam de omni genere hominum. Vel omnem hominem, veritati fidei repugnantem. *Et docentes omnem hominem*, id est, quosdam de omnibus. *In omni sapientia*, scripturarum sanctarum ad salutem necessaria. *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu*, id est, in fide, charitate & obsequio Christi, secundum exigentiam status præsentis. In quo nullus est perfectus simpliciter, vel ita vt vltra, proficere aut perfici nequeat, sed sic, vt sine mortali viuat peccato, & passiones habeat reformatas, atque in virtutibus stabiliatur. *In quo*, Christo, id est, cuius amore. Vel, in quo C
negotio consummando, videlicet vt exhibeam omnẽ hominem in Christo perfectum. *Et laboro*, die ac nocte. *Certando*, contra inuisibiles ac visibiles hostes. *Secundum operationem*, id est, conformationem & influentiam. *Eius*, videlicet Christi. *Quam operatur in me*, dando mihi auxilium gratiæ suæ ad efficaciter operandum. Vel, secundum operationem eius in me, hoc est, secundum operationẽ à me procedẽtem, quæ potius adscribenda est Christo, quàm mihi. Iuxta illud propheticum, Omnia opera nostra operatus es Esa. 26
in nobis. Quam operatur Christus in me. *In virtute*, id est, potenter seu propria sua diuináque potestate.



Cap.

D Cap. II. *Volo enim vos scire, qualem sollicitudinem habeam pro vobis.* ARTICVLVS II.

Coloss.1 Roma.12. COeptam in præcedenti capitulo exhortationem de vitandis cæremonialibus legis, prosequitur Apostolus in isto capitulo, admonens Colossenses, vt falsos ac simulatos vitent doctores. Et vt sibi acquiescant facilius, manifestat quantum de eorum salute sollicitetur. *Volo enim vos scire*, vt amanti credatis. *Qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodiceæ* (quæ est ciuitas Asiæ) id est, pro vestra, Laodicensiúmque salute, ne ab impostoribus fallamini, à quibus præuenti iam estis. *Et quicunque non viderunt*
E *faciem meam in carne*, id est, pro cæteris vniuersis fidelibus, quibus ipse in propria persona non prædicaui, neque apparui. *Vt consolentur corda ipsorum*, id est, ob hoc sollicitus sum quatenus corda ipsorum consolationem recipiant, ex allocutione mea per epistolas, quæ consolata non sunt ex præsentia & immediata prædicatione mea. Et sitis. *Instructi*, id est, prudenter exercitati. *In charitate*, hoc est, in actibus dilectionis dei & proximi. Vel, instructi in charitate, id est, de charitate Christi ad nos, vt sciatis & considere tis, quantum

Ioan.15 Christus dilexerit nos, qui ait, Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Sitis quoque instructi, seu per charitatis instructionem tendẽtes, *Et in omnes diuitias plenitudinis intellectus*. i. perfectissimos ha-
F bitus intellectuales, vt impleamini donis sapientiæ & intellectus, consilij atque sciẽtiæ. *In agnitionẽ mysterij*, id est, ad hoc

Esa.11. vt actualiter cõsideretis mysterium, id est, sacrum secretum *Dei patris & domini nostri Iesu Christi*, per quod intelligi potest vnitas patris & filij in essentia, & distinctio in persona. Vel ipsa incarnatio, quæ est mysterium patris, tanquam authoris, & Christi, tanquam assumptoris vel executoris, *In quo* Christo. *Sũt omnes thesauri*. i. copiosissima plenitudo. *Sapientiæ*, diuinorum. *Et scientiæ* creaturarum. *Absconditi*. i. incomprehensibiliter existentes. Christus nanque secundum diuinitatẽ est ipsa æterna atque immensa sapientia, cuius nõ

Psal.144 Roma.11. est numerus: estque increata scientia, cui conuenit illud. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Secundũ humanitatem quoque assumptam, repletus est sapientia in cõtemplatione diuinorũ, & scientia in speculatione creaturarum

rum præsertim cum anima Christi præ vniuersis beatis, diui A
nitatem ac trinitatem ab exordio suæ creationis clarius vi- *Esaiæ. 11.*
dit & omnia illa cognoscit, quę cognoscit & verbum, scien-
tia visionis. id est, cũcta quæ vnquam fuerũt, sunt, aut erunt.
Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat. i. fidei vestræ simplicita-
té inficiat. *In sublimitate sermonis*, id est, per verba profunda
secundum apparentiam & fucata, seu subtilia argumenta.
Denique ista admoneo. *Nam & si corpore absens sum.* i. à vo- *1. Cor. 2.*
bis distans loco, ac corporali separatione. *Sed spiritu.* i. men
tis consideratione. *Vobiscum sum*, tum quia de vobis sæpius
cogito: tum quia in spiritu prophetico quasi præsens inspi- *4. Reg. 5.*
cio quid agatis. Quemadmodũ Helisæus præsẽs fuit quãdo *1. Cor. 14*
Giezi accepit munera Naaman. *Gaudens*, in domino de ve-
stro profectu. *Et videns.* i. cognoscens. *Ordinem vestrum*, i. vi B
tæ vestræ ordinationem, quomodo omnia honestè & secũ
dum ordinem fiũt in vobis. *Et firmamentum eius quæ in Chri*
sto est fidei vestræ. i. stabilitatem seu robur fidei vestræ quam
in Christo habetis. Deinde hortatur eos ad perseuerantiã
ac profectum in bonis. *Sicut ergo accepistis Christum Iesum do*
minum nostrum. i. sicut credendo cœpistis conuersari in Chri
sto. *In ipso ambulate.* i. sic exinde in eo procedite, proficien-
do semper in melius per imitationem vestigiorum saluato-
ris. Sola nanque perseuerantia coronatur, *Radicati.* i. firmi-
ter fixi, per modum radicis terræ inhærẽtis. *Et superædifica-* *Roma. 11*
ti in ipso i. in doctrina & gratia Christi, ita vt sitis domus seu *Matth. 10*
habitaculum dei; cuius fundamentum sit Christus seu do-
ctrina & gratia eius. Vnde Ephesiis dictum est, Superædifi C
cati super fundamentum apostolorũ & prophetarum. *Et con* *Esa. 11.*
firmati in fide, vt nec philosophicis rationibus, nec sensuum *Ephe. 2.*
apparentiis, nec persecutionibus recedatis à fidei syncerita-
te. *Sicut edocti estis*, ab Archippo ambulandũ esse, & stan-
dum in fide: qua nutante, tota virtutum structura vacillat.
Abundantes in illo in gratiarum actione. i. deo copiose grates
referendo. Aduertendũ autẽ: quòd triplici via conaban-
tur peruersi, hos Colossenses subuertere, scilicet per philo-
sophiã, per legis allegationem, per simulatam sanctitatem.
Hos processus apostolus reprobat. *Videte ne quis vos decipiat*
per philosophiam. i. scientiam naturalem, studio philosopho-
rum inuentam. *Et inanem fallaciam.* i. per argumenta sophi-
stica, quæ videntur aliquid probare, sed non probant vera-

D citer. Philosophiam inquam procedentem ac iudicantem *Secundum traditionem hominum*, i. humanæ rationis discursum. *Secundum elementa huius mundi.* i. iuxta ea quæ naturaliter apparent in rebus, videlicet secundum causas naturales & elementales, & solitum cursum rerum. *Et non secundũ Christum.* i. deceptores isti atque philosophi non secundum Christi doctrinam procedunt, considerando diuinæ virtutis illimitatam potentiam, nõ determinatam ad naturalem ac solitum cursum seu ordinem rerum, sed supernaturalia & nobis incomprehensibilia operari valentem. In quo declaratur philosophorum fatuitas asserentium deũ non posse aliquid agere præter naturalem ordinem rerum, & vltra humanæ rationis capacitatem. Propter quod negabãt quic
E quid rationem excedit, videlicet deum incarnatum, virginẽ peperisse, & cætera. Cur autem his qui non procedunt secundum Christum debeat contradici, subiungitur. *Quia in ipso*, i. in Christi humana natura, quasi in templo. *Habitat omnis plenitudo diuinitatis.* i. perfecta veraque diuinitas cum omni sua perfectione. Personaliter enim in Christo vnitæ sunt natura diuina, & humana. Habitat autẽ in ea. *Corporaliter.* i. corpori eius verè ac immediatè coniuncta est, sicut & animæ eius, non quòd ipsa sit corpus. Porrò, diuinitas dicitur sic vnita quoniã persona verbi, quæ est diuinitas, humanitati coniuncta est. Deinceps ostendit Apostolus vanam esse rationem eorum, qui per legis allegationem nitebantur Colossenses subuertere inducendo eos ad cęremonialia legis. *Et estis in illo*, id est, à Christo, prout deus est, & per ipsum, prout est homo, dei ac hominum mediator. *Repleti*, gra
F tia & donis spiritus sancti ita vt nequaquã indigeatis legalium obseruantia. Propterea scriptum est, De plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia. Ipse quoq; propter nos egenus factus est, vt eius inopia diuites essemus. *Qui*, Christus, etiam secundum naturam assumptam. *Est caput.* i capitularis influxor. *Omnis principatus & potestatis.* i, angelorum sanctorum, qui omnes a Christo homine purgantur, illuminantur ac perficiuntur secundum theologum. *In quo.* i. cuius virtute operatione & gratia. *Circumcisi estis, circumcisione non manufacta.* i. non carnali, legali ac literali. *In expoliatione corporis carnis.* i. amittẽdo particulam corporis quod est caro, videlicet pellẽ præputij quæ in illa circũcisione auferetur,

Ioan. 1.

1. Tim. 1
Ioan. 1.
2. Cor. 8

Dionysius.

Gene. 17

sertur. *Sed in circunciſione Ieſu Chriſti*, hoc eſt, ſpirituali atque A
à Chriſto facta circunciſione circunciſi eſtis, per expurgationem ſuperfluitatis vitiorum ac paſſionum veſtrarum. De qua circunciſione ſcriptum eſt, Circuncidimini, & auferte *Hiere. 4*
præputia cordium veſtrorum. Et iterum alibi, Circuncidite *Deute. 10.*
præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis *Acto. 15.*
amplius. *Conſepulti ei*, videlicet Chriſto. *In baptiſmo*, id eſt, in ſuſceptione baptiſmatis omnino vitiis mortificati, ſicut & Chriſti corpus in ſepulchro mortuũ erat naturali vita. Vel hoc ideo dicitur, quoniam baptizati ter tinguntur in aqua, quemadmodum Chriſtus triduo erat in monumento. Et ſicut Chriſtus de ſepulchro ad immortalem vitam ſurrexit, ſic baptizati de ſepulchro à vitiorum corruptione ac vetuſtate liberati aſcendunt. Ideo ſubditur. *In quo*, Chriſto. *Et re* B
ſurrexiſtis, à ruina peccati. *Per fidem operationis Dei*, id eſt, per fidem quam deus operatur ſeu creat in vobis. Sine fide enim nemo ſpiritualiter ſurgit. *Qui*, deus pater vel trinitas. *Suſcitauit illum*, à mortuis tertia die. *Et vos cum mortui eſſetis*, ſpiritualiter, carentes vita gratiæ. *In delictis*, id eſt, propter peccata veſtra, quibus naturalem legem reliquiſtis. *Et præputio carnis veſtræ*, id eſt, propter carnalia vitia, vel propter originale peccatũ quod per præputiũ traducitur. *Conuiuificauit cum illo*, id eſt, ad vitam gratiæ ſuſcitauit, quemadmodum Chriſtum ad vitam naturalem humanam reduxit, ſuſcitando eum à mortuis. Vel conuiuificauit cum illo, id eſt, immortalitatem vobis iam dedit in ſpe, quam Chriſto dedit in re. Capitis nanque præceſſio, ſpes eſt membrorum. *Donans*, *Rom. 8.*
id eſt, gratis, & ſine merito veſtro dimittens. *Vobis omnia de* C
licta, veſtra merito Chriſti. Dummodo tamen meritum illud vobis applicetur per fidem, vel ſacramenta eccleſiæ. *Delens* ipſe Chriſtus, merito paſſionis ſuæ. *Quod aduerſum vos erat chirographum decreti*, id eſt, memoriale ſiue literam humanæ tranſgreſſionis, qua homo protoplaſtus preuaricatus eſt in paradiſo, decretum, id eſt, Dei præceptum. Huius *Gen. 3.*
enim tranſgreſſionis memor fuit deus ad puniendum, dæmon ad accuſandum. Habuitque diabolus quaſi literam teſtimonialem reatus, quem homo incurrit tranſgrediendo
diuinum præceptum, imò & tota poſteritas primi paren- *1. Cor. 15*
tis. Chriſtus verò ſatisfaciendo pro peccatis noſtris actualibus ac originalibus, eripuit totum genus huma-

D num ab isto reatu, seu debito pœnæ pro peccato infligendæ Et ita deleuit prædictum chirographum quod contra nos erat, quoniam erat testimonium faciens nos damnationi obnoxios. Cum verò peccatum dimittitur, dicimus Deum obliuisci illius. Dæmon quoque non potest de illo peccato accusationem efficacem obtendere. *Quod*, chirographum. *Erat contrarium nobis*, sicut iam dictum est. *Et ipsum tulit de medio.* id est, ab vniuersis hominibus abstulit illud chirographum. *Affigens illud cruci*. i. in sua passione illud occidens, seu destruens, quantum in se erat. Eripuit enim nos de pœna propeccato originali post hanc vitam infligenda, dum modo ei, vt capiti, vniamur per fidem & charitatem quatenus virtus suæ passionis redundet in nos, tanquam in membra ipI sius. *Expolians principatus & potestates.* i. dęmones superiores ac inferiores priuans præda quam ceperant, puta animabus
Ioan. 12. seu hominibus quos suo dominio subdiderant inducendo
Ibidem. eos ad culpam. De hac expoliatione ait ipse Saluator, Nũc
Matth. 12 princeps huius mundi eiicietur foras. Et item, Ego (inquit) si
Lucæ 11. exaltatus fuero, omnio traham ad meipsum. Christus nan-
Esaiæ. 8 que est qui domum aduersarij nostri ingressus est, fortèmque armatum alligauit, ac vasa eius diripuit. Propter quod iubetur per prophetam Christus vocari, Accelera, spolia, detrahe, festina prædare. *Traduxit confidenter.* id est, prædam hanc dæmoni ablatam Christus securissimè transtulit in regnum suum, præsidens eis quibus præsidebat diabolus. Nunc enim ponit eos in regno ecclesiæ militantis, postea autem ponet eos (sicut iam plurimos posuit) in regno eccle
F siæ triumphantis. *Palã triumphans*, id est, euidenter vincens *Illos*, id est, diabolos. *In semetipso*, id est, in proprij corporis crucifixione. Vel. in semetipso, id est, in propria persona ad
Oseæ. 13. inferos descendẽdo, & sanctos educẽdo, implens illud pro-
Romã. 14 pheticum, De manu mortis liberabo eos, de morte rediman eos. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Ex his cõcludit apostolus principale intentum, videlicet quòd nõ teneantur, fideles ad obseruationẽ legalium post Christi passionem. *Nemo ergo*, id est, cum prædicta sic ita habeãt. Nemo *Vos iudicet*,, id est, dãnabiles asserat. *In cibo & potu*, id est, in vsu victus, scilicet ob id quòd non discernatis inter cibos more Iudaico. *Aut in parte diei festi*, ex parte omissionis Iu-
Hebr. 10. daicarũ celebritatũ, videlicet. *Aut Neomeniæ.* i. festi occurrẽ

tis

tis in nouilunio. *Aut ſabbathorũ*. i. vltimorum dierũ hebdo A
madæ. *Quæ* omnia. *Sunt vmbra futurorũ*, id eſt, obſcura ſigna
eorũ quæ in nouo teſtamẽto gerũtur. Prout alibi dicit apo-
ſtolus. Vmbrã habens lex futurorum bonorum, non ipſam *Ioan.19.*
imaginem rerum. *Corpus autẽ Chriſti*. i. veritas per illa ſigni-
ficata per Chriſtũ impletur ad cúmque pertinet. Ideo Chri-
ſti myſteriis conſummatis, quando in cruce dicebat, Con- *Matt.27*
ſummatum eſt, quando & velum templi ſciſſum eſt, legalia
ceſſauerũt, ſicut figura ceſſat, aduenientе re figurata. Præter-
ea agit Apoſtolus contra eos, qui per ſimulatam ſanctitatem
nitebãtur ſubuertere Coloſſenſes. *Nemo vos ſeducat, volẽs*,
id eſt, ſuadere contendens. *In humilitate & religione ange
lorum*, id eſt, per fictam humiliationem, & apparentem reli-
gionem, quibus angelis ſimilis videtur, tanquam verus nun- B
cius dei, ſicut & angelus. *Quæ nõ vidit*, id eſt, obſeruationes *1. Tim. 1.*
legalium quas nõ intellexit ſecundum ſpiritualem & myſti-
cam rationem, videlicet prout ſunt ſigna futuri. Hoc eſt cu-
piens probare hac circumuentione legalia eſſe ſeruanda qui
eſt, *Ambulans fruſtra*. i. infructuoſè laborans. *Inflatus ſenſu
carnis ſuæ*, id eſt, tumidus & ſuperbus intellectu carnali, carna
liter intelligente legalia & ſenſualitatem ac imaginationem
potius quàm ſpiritualem rationem ſequente, ſapiens in ocu-
lis propriis. *Et non tenens caput*, hoc eſt, Chriſto non inhęrẽs. *Eſa.25.*
Ex quo totum corpus, id eſt, vniuerſa eccleſia. *Per nexus* fidei.
Et coniunctiones, ſanctæ dilectionis. *Subminiſtratum*, id eſt, ex-
hibitum, vel ſibiinuicem ſeruiens. *Et conſtructũ*. id eſt, in vnũ
redactum, hoc eſt, ſpiritualiter copulatum per fidem, ſpem, *Roma.12.*
& charitatem, & opera atque obſequia pia, quibus vniũtur C
& vnum myſticum corpus efficiuntur fideles, Quod corpus
(hoc modo compactum.) *Creſcit in augmentum dei*, id eſt,
magnitudinem ſpiritualem, videlicet incrementum virtutũ
per gratiam & efficiẽtiã dei. *Si ergo mortui eſtis cum Chriſto*,
id eſt, à vitiis mortificati ac purificati, ſicut & Chriſtus ſem-
per à vitiis immuniſſimus fuit: Mortui inquã. *Ab elemẽtis hu
us mundi*. i. ab inordinato affectu & cultu ſenſibilium ac ſe-
cularium rerum. Vel mortui cum Chriſto. i. ſi Chriſto adhæ- *Gala.3.*
rentes ſeparati eſtis ab elementis huius mundi. i. à lege eiuſ-
que cæremonialibus præceptis, in quibus eſt inſtitutio pue-
rorum mundana quærentium. In lege nanque quaſi in ele-
mẽtis alphabeti, eſt literalis ac puerilis inſtitutio. *Quid ap-*

D huc.i.vsque in præsens, videlicet euangelica veritate iam patefacta. *Tanquam viuentes in mundo.* id est, quasi secularē vitā ducentes, non deo viuentes. *Decernitis.*i. determinatis legalia esse seruanda? dicentes adinuicem, *Neque tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis,* ea quæ lex prohibet tangi, gustari aut cōtrectari. *Quæ sunt omnia in interitu,* i. ista discernere, seu legalia obseruare, mortē spiritualem inducunt *Ipso*
Mat.15. *vsu* i. per hoc quòd Iudaico ritu seruantur. *Secundum præcepta & doctrinas hominū.* i prout à Phariſæis & scribis iuben-
Exod.34. tur & persuadentur seruari post Christi passionem. Quāuis enim præcepta cæremonialia fuerint diuinitus data, & suo tempore obseruāda, tamen vt obseruentur tēpore nouæ legis, non est secundū præceptum, doctrinámq; dei, sed homi-
E num Iudæorum. *Quæ,* præcepta, tempore gratiæ. *Sunt rationem quidē habentia sapientiæ.* i. specié sapientiæ habēt non essentiam. Habéntque apparentiā seu speciem hanc. *In superstitione.* i. quia videntur ad superexcedentē religionē pertinere. *Et humilitate,* simulata, quoniā eorum obseruatores humilitatē confingunt, & deo obedire se simulāt. Et quia sunt. *Non ad parcendum corpori,* quoniā obseruatio legalium laboriosissima est. Sicque videtur pertinere ad rigorem iustitiæ, non ad carnalitatem. Ideo etiam quia sunt. *Non in honore aliquo,* hoc est, humanum honorem non quærunt obseruatores eorum, permittentes carnem præputij sui circuncidi, & quia non sunt. *Ad saturitatem carnis,* id est, etiam ideo speciē sapientiæ habent legalia hæc, quoniam multa delectabilia
Mat.11. subtrahunt corpori, vt carnes porcinas. Vnde videntur ad
F sobrietatem & abstinentiam pertinere. Propter quod obseruatores eorum, iudicant non obseruantes esse gulosos.

Cap. III. *Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.* ARTICVLVS III.

Epist. EXpleta informatione Apostoli de vitandis legalibus & naturalibus versutiis, iam inducitur moralis instructio. *Igitur,* id est, quia legalia cessauerunt & vos cum Christo
Esa.67. mortui estis. *Si consurrexistis,* à lapsu peccati. *Cum Christo,* id est, sicut Christus surrexit à tumulo. Peccator enim iacet prostratus in vitiis, iustus verò stat in virtutibus erectus. Cū autem peccator pœnitentiam agit & confitetur, resurgit per gratiam à propriis malis. *Quæ sursum sunt quærite,* id est cœ-

lestia

lestia præmia desiderate, & summum bonum semper inten- A
dite. Illa vtique quæ oculus non vidit nec auris audiuit, nec 1. Cor. 2.
in cor hominis ascenderunt. *Vbi*, id est, in quo loco supe-
riori. *Christus est in dextera Dei*, id est, ad dexteram patris.
Sedens, tanquam omnium iudex ac dominus: iuxta illud.
Dominus Iesus assumptus est in cœlum, & sedet ad dextris
Dei. Denique Christus secundum suam diuinitatem sedet, *Mar. 16.*
id est, constitit ad dexteram patris, id est, in æqualitate ma-
iestatis paternæ. Secundum humanitatem vero assumptam
sedet, hoc est, corporaliter manet ad dexteram dei, id est, in
bonis potioribus patris. Omnia enim creata Christo homi-
ni sunt subiecta. *Quæ sursum sunt sapite*, id est, spiritualia
mentis affectu gustate, & corde syncero perpendite. *Nō quæ* *Heb. 2.*
super terram, id est, non carnalia & terrena, vt dicere valea- B
tis cum Esaia, Nomen tuum & memoriale tuum domine in *Esa. 26.*
desiderio animæ meæ. Anima mea desiderauit te in nocte,
sed & spiritus meus in præcordiis meis. Et cum Psalmista,
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Itémque *Psal. 30.*
cum spōsa, Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, *Canti. 1.*
vbi cubas in meridie. *Mortui enim estis*, rebus mundanis ac va
nis, id est, in talibus occupari non debetis. Vel mortui estis,
id est, in baptismo cōfigurati morti Christi. *Et vita vestra*,
quā habituri estis in patria. *Abscondita est.* i. repoūta & laten
ter cōsistēs. *Cum Christo in deo.* i. in deo patre, in cuius corde
& sinu, Christus incomprehensibiliter conquiescit. Quo-
niam nemo nouit filium, nisi pater. Hæc autem via æterna,
est nostra fœlicitas in deo obiectaliter sita, de qua dicit Sal C
uator ad patrē. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum *Mat. 11.*
verum deū, &c. Vel sic, Vita vestra, id est, vita gratiæ & glo- *Ioan. 17.*
riæ, absc̄dita, id est, ignota est omnibus viatoribus in deo,
qui eam cognoscit atque causaliter cōtinet. Nemo enim no *Eccle 9.*
uit an dignus sit amore vel odio. *Cum autem Christus appa-* *Finis.*
ruerit. i. euidēter innotuerit esse. *Vita vestra*, obiectiuè, hoc
est, viuificator & beatificator vester. Quod maximè erit in
die iudicij, quādo in cōspectu vniuersorū Christus electorū
suorum vita mōstrabitur. *Tunc & vos apparebitis cum ipso in*
gloria. i anima & corpore glorioſi eritis, atq; cū Christo alta
cœlorum penetrabitis, ibi cum eo in cœlesti gloria sine fine
mansuri. Præterea docet apostolus, quomodo ad hanc bea- *Epist.*
titudinem valeamus peruingere. *Mortificate.* i. destruite *Ergo*

D videlicet vt vitam hanc ſempiternã mereamini adipiſci. *Mẽbra veſtra quæ ſunt ſuper terram*, id eſt, vitia corporis quæ per membra explentur. Vnde quaſi exponens quid dixerit membra, adiecit. *Fornicationẽ*, id eſt, concubitũ, ſoluti cum ſoluta. *Epheſ. 5.* *Immunditiam*, id eſt, peccata contra naturam. *Libidinem*, id eſt ardorem quemlibet in his quæ ad turpitudinẽ pertinent. *Concupiſcentiam malam*, id eſt, interiorum inclinationem ad *Roma. 7* vitia carnis. *Et auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus.* i. idololatriæ comparatur. Nam ſicut idololatra potius ſeruit idolo, quàm vero deo, ita auarus magis colit, curat, & cogitat ſuam pecuniam quàm creatorem. *Propter quæ*, vitia. *Venit ira dei.* i. diuinæ iuſtitiæ vltio. *Super filios incredulitatis*, id eſt, in homines infideles ac reprobos. *In quibus*, peccatis, *Et vos*, Coloſ-
E ſenſes. *Ambulaſtis*, hoc eſt, cõuerſati eſtis. *Aliquando*, eũdo de malo in peius. *Cum viueretis in illis*, quãdo videlicet nõdum conuerſi fuiſtis ad Chriſtum. *Nunc autẽ deponite & vos omnia*, quæ ſequũtur, videlicet. *Iram*, quæ inordinatus appetitus eſt vindictę propter paruipenſionem. *Indignationẽ*, quę ex ſuperbia & ira procedit. *Malitiã*. id eſt, machinationẽ mali in alium, corde conceptam. *Blaſphemiam*, contra deum & ſanctos. *Turpem*, id eſt impudicum *Sermonem*, deponite, *De ore veſtro. Nolite mentiri inuicem.* Os enim quod mẽtitur, occidit animam, vt dicitur in libro Sapientiæ: *Expoliantes vos*, *Sap. 1.* hoc eſt, exuentes. *Veterem hominem*, id eſt, priſtinum ſtatũ, vel voſmetipſos quo ad id quod fuiſtis per culpam. *Cum actibus ſuis*, vitioſis, *Et induentes nouum*, id eſt, per opera bona, ac ſacramenta, & gratiam, induite hominem ſpiritualiter re-
F formatum, id eſt, voſipſos innouate interius. Qui nouus homo. *Renouatur*, & creſcit quotidie. *In agnitionem dei*, id eſt, contemplando diuina. Renouatur autem hoc modo. *Secundum imaginem eius*, id eſt, quantum ad partem intellectiuam, in qua eſt imago eius. *Qui fecit eum*, id eſt, ſummi creatoris, cuius imago reſplendet in ſuperiori parte animæ rationalis, quæ pars poteſtatiua renouatur quotidie recipiendo à Deo gratiæ incrementa, ornamenta virtutum, & ſapientiæ claritatem. *Vbi*, id eſt, in quo homine interiori ac nouo videlicet in parte animæ intellectiua. *Non eſt maſculus neque fœmi-* *Rom. 2.* *na*, id eſt, diſcretio ſexus, quæ attenditur ſecundum corpus non animam, nec eſt ibi. *Gentilis & Iudæus*, hoc eſt, diſcretio generis, quoniam omnes quãtum ad animam immediatè

à Deo

à Deo creantur. *Circuncisio & præputium*, id est, differentia obseruationis seu ritus. *Barbarus & Scytha*, id est, differentia linguarum. *Seruus & liber*, id est, distinctio cõditionis. Est itaque sensus quòd propter ista, nõ est vnus dignior vel indignior coram Deo. Nam quantum ad hominem interiorem nulla diuersitas exterior sexuum, nationum, obseruationum, linguarum, aut conditionum præiudicat alteri. *Sed omnia & in omnibus Christus*, id est, Christus est omnia causaliter omnibus generibus atque operibus hominũ dans existentiam ac permanentiam. Ipse quoque in omnibus est per gratiam vel prouidentiam. *Induite ergo vos, sicut electi Dei*, id est, à Deo prædestinati, vt speramus vel deo reuelante cognoscimus. *Sani*, id est, à vitiis emundati per sacramẽta ecclesiæ. *Et dilecti à deo*, recipiẽdo beneficia eius. *Viscera misericordiæ*, id est, internos pietatis affectus. *Benignitatẽ*, hoc est, animi præparationem ad benefaciendũ proximis vel ipsum misericordiæ opus. *Humilitatem, modestiam*. i. moderamẽ in verbis ac factis. *Patientiã: Supportantes inuicem*, sicut Galatis dictum est, Alter alterius onera portate. Et item Romanis. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. *Donãtes vobismetipsis*. i. mutuò ignoscẽtes. *Si quis aduersus aliquem habet querelam*. i. si vnus vestrũm ab alio est offensus, seu iniuriam passus. *Sicut & dominus*, Christus seu trinitas. *Donauit*. i. indulsit, purè, gratis & festinanter. *Vobis*. ita & vos vestris debitoribus indulgete. Vnde dicit Saluator. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci ita & vos faciatis. Alibi quoque, Si non dimiseritis de cordibus vestris, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Denique quàm enorme sit ita non agere, constat per ea quæ in Ecclesiastico scribũtur. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum? Quis exorabit pro peccatis illius? *Super omnia autem hæc charitatem habete*. i. hoc præ cæteris omnibus hortor, & summè necessarium, vtilissimúmque est, vt charitatem dei & proximi habeatis. Propter quod ait Saluator, Mandatum nouũ do vobis, vt diligatis inuicem. *Quod*, hoc est, quam charitatem habere. *Est vinculum perfectionis*, id est, aliarũ virtutum cõseruatio consummatio, nexus ac ligamentum. Charitas enim est præstantissima virtus, omnes virtutes mouens, perficiens &

A

1. *Cor.* 15. *Epist.*

B

C

Gala. 6. *Rom.* 15. *Mat.* 18. *Ioan.* 13. *Mat.* 6. *Eccle.* 28. *Ioan.* 13. 1. *Tim.* 1. 1 *Cor.* 13.

D meritorias reddés qua ſubtracta, nulla virtus meritoria permanet. Propterea beatiſſimus Archiapoſtolus in prima ſua
1. Pet. 4. Canonica, Ante omnia, inquit, mutuā in vobis charitatem continuam habentes, quoniā charitas operit multitudinem peccatorū. *Et pax Chriſti.* i. interna & vera pax, ſcilicet trāquillitas cordis, ſeu quies mentis in deo. *Exultet.* i. redundātem lętitiā pariat. *In cordibus veſtris.* Pace enim quid dulcius, quíduc iucundius eſſe poteſt? *In qua* pace *& vocati eſtis in vno corpore* myſtico, hoc eſt, per pacem poſiti eſtis, inter membra Chriſti, imò ad hoc vocati eſtis in vnam eccleſiā, vt ſem-
1. Cor. 7. piternam ſortiamini pacem. Vnde dictū eſt alibi, In pace vo-
Mat. 25. cauit nos dominus. *Et grati eſtote*, deo pro vniuerſis beneficiis eius. Qui enim gratias agit, donis potiorib⁹ meretur impleri. Iuxta illud in euāgelio, Omni habēti dabitur. i. grato.
E *Verbum Chriſti.* i. euāgelica doctrina ex ore Chriſti prolata. *Habitet.* i. ſtabiliter maneat. *In vobis*, hoc eſt, in mētib⁹ veſtris per iugem memoriā & verā obedientiā: iuxta illud in Pſal-
Pſal. 118. mo, In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccē tibi. *In omni ſapientia.* i. intellectu ſapientiali totius ſcripturæ ſacræ, quatenus verba Chriſti ſapiēter intelligatis. *Docentes & cōmonentes.* i. exhortātes. *Voſmetipſos*, ad opera perfectiora.
Epheſ. 2. *In pſalmis*, qui ad bonā operationē hortātur. *Et hymnis*, in quibus diuina laus continetur. *Et cāticis ſpiritualibus*, quæ de cœleſtibus bonis, futuríſq; gaudiis agūt. *In gratia*, gratificante, ſine qua nihil eſt meritoriū. Vel, in gratia. i. cū gratiarū actione. Vel, in gratia. i. cōſideratione gratuitorū beneficiorū dei. *Cantantes.* i. laudē dicētes. *In cordibus veſtris*, hoc eſt,
F cordiali affectu & cum mentali attentione, *Deo*, quemadmo-
Eccle. 51. dum ſcriptum eſt Laudabit vſq; ad mortē anima mea domi-
Pſal. 103. num. Et in pſal. Cātabo domino in vita mea, pſallā deo meo
Eſa. 29. quādiu ſum. Hoc dicitur contra eos qui nō corde, ſed labiis
Epiſt. deū glorificāt. De quib⁹ per Eſaiā dominus cōteſtatur. Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis glorificat me, cor autem eius lōgè eſt à me. *Omne quodcūque facitis in verbo.* i. prædicando, docēdo, hortādo, orando, cantādo. *Aut in opere*, exteriori. *Omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.* i. ad gloriā Chriſti, & cū inuocatione nominis eius. *Facite, gratias*
Mat. 6. *agentes deo & patri.* i. ſanctæ trinitati, cui quotidie dicimus.
1. Tim. 2. Pater noſter qui es in cœlis. *Per ipſum.* i ex cōſideratiōe beneficiorum, quæ trinitas nobis largita eſt per mediatorem noſtrum

nostrum hominem Christum. Præterea descendit Apostolus ad moralem particularium personarum institutionem. *Mulieres subditæ estote viris*, id est, maritis vestris. *Sicut oportet in domino*, id est, sicut Deus instituit, dicēs mulieri, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vel, sicut oportet in domino, id est, in licitis & honestis quæ complacēt Deo. *Viri, diligite vxores vestras*, nō solùm maritali & naturali affectu, sed spirituali dilectione. *Et nolite amari esse ad illas*, sed secundum scientiam cohabitate illis tanquam infirmioribus vasculis impartientes honorem. Vnde in Ecclesiastico habetur, Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens tibi subiectos. *Filij, obedite parentibus per omnia*, quæ sunt apta materia obedientiæ, id est, in cunctis bonis ac licitis, & maius bonum non impedientibus. *Hoc enim placitū est domino*: Nā Deus hoc iussit. *Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros*, habēdo vos indiscretè, & non paternè ad eos. *Vt nō pusillo animo fiant*, id est, ne per pusillanimitatem frangantur, & obedire desistant, non valentes ferre duritiam vestram. Omnia hæc ad spirituales patres, eorúmque filios maximè pertinent. *Serui, obedite per omnia*, id est, in omnibus bonis. *Dominis carnalibus*, id est, temporalibus, in corporalibus dominationē exercentibus. *Non ad oculum seruientes*, i. non solo seruili timore & in dominorum vestrorum præsentia. *Quasi hominibus placentes*, id est, tanquam hoc solùm optantes & intendentes, vt hominibus placeatis, & non potius Deo. *Sed in simplicitate cordis*, id est, syncera intētione seruite dominis illis carnalibus, etiam dyscolis. *Timentes Deum*, casto ac filiali timore, cuius præsentiam seu conspectum non potestis effugere. *Quodcunque facitis*, in obsequio dominorum vestrorum. *Ex animo*, id est, cū prōptitudine voluntatis. *Operamini*, vtpote amore iustitiæ, atque intuitu mercedis diuinæ, non timore pœnæ, & solo intuitu remunerationis humanæ. Talem enim animum approbat Deus. *Sicut domino*, Deo principaliter seruientes. *Et non hominibus*, tātum, quia & si hominibus deseruitis hoc tamen propter Deum libenter facere debetis, quasi sustinentes hāc seruitutē ex ordinatione diuina pro pœna peccati, cui obnoxij estis. Seruitus, nempe ob culpam inducta est. *Scientes* fide certissima. *Quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis*. i. præmium vitæ æternæ, quæ est hæreditas electorum,

A

Gene. 3.

1. Petri. 3

Eccle. 4

B

Exod. 20

1. Petri. 2

C

Roma. 13

Finis.

D Retributio autem hæreditatis aliud non est nisi ipsa hæreditas quæ donatur. Hanc hæreditatem habebitis, si præfato modo seruientes fueritis. *Domino Iesu Christo seruite*, summè atq; finaliter, imò & latriæ seruitute, quæ soli Deo debetur. *Qui enim iniuriam facit*, alteri, infideliter seruiendo, aut alio modo. *Recipiet id quod iniquè gessit*, id est, pro sua iniustitia debitam pœnam exoluet: iuxta illud Psalmistæ, Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus. Et alibi. Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus. *Et non est personarum acceptio apud Deum.* Hoc iam vbertim dictum atque expositum est. Deus enim neminem ad se venientem, vel quod in se est facientem repellit, nullius etiá E peccata inulta dimittit. Vnde ipse dominus in Ioan. testatur, Eum qui venit ad me, non eiiciam foras. Et alibi ait scriptura, Deus opus hominis reddet ei, & iuxta vias singulorũ restituet. Itémque, Si direxerit homo ad Deum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Ex his tamẽ non sequitur, quin Deus iustus ac sapiens ab æterno elegerit vnum præ alio, etiam absque omni merito hominum. *Domini quod iustũ est*, ratione obsequij vobis exhibiti. *Et æquum*, propter cõformitatem naturæ in vobis ac seruis. *Seruis*, vestris, *Præstate*, videlicet dignam mercedem', & piam subuentionem ac miserationem. *Scientes quoniam & vos dominum*, iustum ac infallibilem iudicem. *Habetis in cœlo*, qui eadẽ mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Sic enim facit homini, quemadmodum homo proximo suo.

1. Cor. 5
Psal. 145.
Deute. 32.
Roma. 2
Iob. 24.
Ioan. 6
Iob. 34
Ibidem.
Ephe. 6.
Lucæ. 6
Matth. 7

F Cap. IIII. *Orationi instate vigilantes in ea.*

ARTICVLVS IIII.

REdit Apostolus ad generalem exhortationem, séque discipulorum suorum precibus commẽdat. *Orationi*, pro vobis ac aliis fusæ. *Instate*, id est, instanter seu diligenter ac perseueranter intendite. *Vigilantes*, id est, vigili mente durãtes, imò & pernoctantes. *In ea*, exemplo Christi, de quo scriptum est in Euangelio, Erat Iesus pernoctans in oratione Dei. Indesinenter ergo vigilanter & affectuosè orandũ est. Propter quod ait Saluator. Oportet semper orare, & non deficere. In Ecclesiastico quoque scriptum legitur, Non impediaris semper orare. Et, Ante orationem præpara animã tuam. Denique libenter vacare nos conuenit orationi, pensantes illud Chrysostomi, Considera quanta tibi concessa

Lucæ. 6
Lucæ. 18
Eccle. 18
Ibidem.
Chrysost.

est

est fœlicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabulari A
cum Deo, cum Christo miscere colloquia, optare quod velis, quod desideras postulare. Dicit quoque Chrysostomus, quòd orans in conuentu vel in publico, nil noui facere debet quod aspiciant alij, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus extendendo. Sic ergo orationi instate, vigilantes in ea. *In gratiarum actione*, id est, orationi gratiarum actionem de præteritis bonis miscete, quia hoc plurimum confert ad obtinendū quod petitur. Nam & dilectionem accendit, beneuolentiam captat, & ad potiora disponit. *Orantes simul & pro vobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis*, id est, os meum seu labia vnde verba egrediuntur, velut ex ianua, ipse aperiat, sicut ait Psal. Domine labia mea *Psal. 50*
aperies Hoc est, vt Deus gratiam menti meæ infundat, per B
quam ad loquendum diuinitus mouear, & non tam ego loquar, quàm spiritus sanctus per me prout in libr. Regum Dauid aiebat, Spiritus domini loquutus est per me, & sermo ei- *2. Reg. 23.*
us per linguam meam. *Ad loquendum mysterium Christi*, *2. Thes. 3*
id est, ad prædicandum diuina secreta de Christo, videlicet *1. Cor. 14*
incarnationem, passionem, ascensionem, &c. Ex his constat, quòd nemo nostrûm adeò perfectus seu virtuosus esse debet in oculis suis, vt non curet orationis suffragium etiam ab inferioribus flagitare, cum videat sacratissimum istum, diuinissimúmque Apostolum tam frequenter atque humiliter pro se orari efflagitare. *Propter quod*, prædicationis officium. *Etiam vinctus sum*, iam apud Ephesum. Vnde patet apostolum hanc scripsisse epistolam de carcere Ephesi. Ape C
riat, inquam, mihi dominus ostium sermonis. *Vt manifestem illud*, id est, prædictum Christi mysterium clarè enunciem & exponam, vt consequar præmium sempiternum quemadmo *Eccle. 24.*
dum sapientia ipsa loquitur, Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Ita*, id est, tam efficaciter & constanter, *Vt oportet me loqui*, id est, aliis intimare mysteria Christi, propter gratiam Apostolatus mihi concessam. Deinde admonet eos ad conuersationem exemplarem. *In sapientia ambulate ad eos*, id est, prudenter & exemplariter viuite coram illis. *Qui foris sunt*, qui ad Christi gregem & ecclesiæ vnitatē non pertinent, vel coram quibuscunque extraneis & ignotis ne *1. Thess. 4*
scandalizentur. Vnde alio loco docet Apostolus, Honestè *Matt. 5.*
ambuletis ad eos qui foris sunt. Et Christus in Euangelio,

D Sic luceat lux vestra coram hominibus. Patet ergo q̃ secũ-
Matth. 5. dum apostolum, curandum est nobis de fama honesta, non
ob propriam laudem, sed ad Dei honorem, & proximorum
Eccle. 7. salutem Propter quod apud Ecclesiasten legitur, Melius est
Eccle. 41. nomen bonũ, quàm vnguenta preciosa. Et alibi, Curã habe
de bono nomine: hoc enim magis proderit tibi quàm mille
thesauri. Hinc etiã de inuerecũdo & inhonesto de nomine
Hiere. 3. nõ curante, dictũ est per Hieremiam, Frons mulieris meretri
cis facta est tibi, noluisti erubescere. *Tempus redimentes.* i. fru
ctuose expendentes. *Sermo vester in gratia.* i. per gratiam dei,
Sale sit conditus. i. sapientiali discretione temperatus. Sermo
enim opportun⁹ optimus est, teste scriptura. Porrò per sal, sa
Prouer. 15 pientia seu discretio designatur. Nam sicut sal est condimen
Leuit. 2. tum ciborum: ita discretio est condimẽtum verborum, ope-
Matt. 5. E rúmque bonorũ. Propter quod in Leuitico iubetur, In om-
Marci. 9 ni sacrificio offeres sal. Apostolis quoque dicitur, Vos estis
sal terræ. Et iterum præcepit Christus, Habete in vobis sal.
Vt sciatis quomodo. i. quàm diuersimode, quãdo, quo fine, v-
bi, quãtũ & qualiter. *Vos oporteat vnicuique.* i. omnibus inter-
rogãtibus, *Respõdere*, aliter scilicet docto, aliter indocto, ali-
Prou. 15. ter fideli, aliter infideli. In Prouer. enim scriptũ est. Respon-
sio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Hinc
1. Petri. 3 Petrus in prima sua canonica ait, Parati semper ad satisfa-
ctionem omni poscẽti vos rationẽ de ea quæ in vobis est fi-
de & spe. *Quæ circa me sunt.* i. statum meũ & aduersa quæ pa-
tior. *Omnia vobis*, proprio ore. *Nota faciet Tychicus*, lator hu
F ius epistolæ. *Charissimus frater* noster. *Et fidelis minister* Chri-
sti in prædicãdo. *Et cõseruus* noster. *In domino, quẽ misi ad vos*
in hoc ipsum. i. propter hãc causam. Et etiam. *Vt cognoscat quæ*
circa vos sunt i. statũ vestrũ. *Et cõsoletur corda vestra*, verbis be
nignis inducendo vos ad patientiã, cõmemorando quoque
æterna futuráque gaudia vobis parata, instruendo etiã non
esse seruanda ceremonialia legis Mosaicæ. Misi, inquam, cum
Onesimo charissimo & fideli fratre, nostro spirituali. *Qui est*
ex vobis, oriundus. Erat autem seruus Philemonis, ciuis Co-
lossen. sicut patebit plenius in epistola ad Philemonem. *Qui*
Tychicus atque Onesimus. *Omnia quæ hic*, in Epheso. *Agũ*
tur nota facient vobis. Cum his duobus misit Apostolus præ-
Actor. 4 sentem epistolam, propter maiorem Colossen. certificatio-
nem, vt scirent epistolam verè ab Apost. missam. *Salutat vos*

Aristar-

Aristarchus concaptiuus meus, id est, mecũ captus. *Et Marcus*, qui alio nomine dicebatur Ioãnes. *Cõsobrinus Barnabæ* Apostoli Erant enim filij sororũ. *De quo*, Marco. *Acceptis*, materialiter. *Mãdata* à me, vel ab aliquo quodá magao efficiẽter, ita quòd mãdauimus vobis nõ recipiendũ esse à vobis hunc Marcum, eo quòd orta tribulatione discessisset à me, rediẽs Hierusalẽ, vt in Actis legitur. *Si venerit*, iam vel postea Marcus iste. *Ad vos excipite illum.* Rediit enim ad me, & reconciliatus est mihi Salutat præterea vos. *Et Iesus, qui dicitur iustus. Qui sunt ex circunciſione.* i. natione Iudęi, qui sua salutatione attestantur veritati huius epistolæ. Ideo certi sitis legalia non esse seruanda. *Hi soli*, quo ad Iudæos conuersos. *Sunt adiutores mei*, euangelizando. *In regno Dei.* i. in ecclesia militãte seu cœtu fidelium, de quo regno ait dominus in Euãg. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Itémque. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. *Qui mihi fuerunt solatio*, fideliter assistendo, & fortiter laborando. *Salutat vos Epaphras qui ex vobis est*, id est, natione Colossensis *Seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus*, quas fecit pro vestra salute. *Vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei*, id est, perfecti ac integri sitis in exequutione omnium præceptorum aut consiliorum Dei. *Testimonium enim illi*, Epaphræ. *Perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis*, orando, & me sollicitando ad scribẽdum. Hic enim est Epaphras, de quo in exordio huius epistolæ dictum est, quòd prædicationem Archippi confirmauerat. *Et pro his qui sunt Laodiceæ & qui Hierapoli*, id est, etiam pro Laodicensibus ac Hierapolitanis plurimum sollicitatur, timens ne à pseudoapostolis fallantur. *Salutat vos Lucas medicus charissimus*, id est, Lucas Euangelista, qui artis medicæ erat, animarum tamen magis quàm corporum medicus fuit.

Salutate, ex parte nostra. *Fratres qui sunt Laodiceæ*, hoc est, in vrbe illa vestræ ciuitati vicina. *Et Nympham*, mulierem deuotam, prædicantium hospitatricem atque altricem.

Et quæ in domo eius est ecclesiam, id est, fidelem eius familiã.

Et cum lecta fuerit apud vos, id est, in vestro conuentu. *Epistola hæc, Facite vt in Laodicensium ecclesia legatur.* Eisdem enim informationibus indigent, quibus & vos, cum sint à pseudoapostolis præuenti, & quoniá vobis vicini, familia-

Acto. 15.

B *Matth. 13*

Ibidem.

Suprà. 1

C

D rèsque sunt. *Et eam quæ Laodicensium est*, epistolam illis à me missam. *Vos legatis*, vt mutuò proficiatis. Hæc autem epistola Laodicensium non est reseruata in canone scripturarum, neque in numero epistolarum Pauli, sicut nec prima
1. Cor. 15 trium epistolarum missarum Corinthiis, quemadmodum dictũ est alio loco. Insuper monet Apostolus Colossenses, vt pastorem suum hortentur ad diligentem officij sui exequutionem. *Et dicite Archippo*, episcopo vestro. *Vide ministerium tuum*, id est, officium curæ pastoralis perpende intenti-
2. Tim. 3 tius. *Quod accepisti in domino*, id est, quod tibi à Deo com-
1. Pet. 5. missum est. *Vt illud impleas*, gregem tibi commissum verbo & exemplis pascendo, atque in omnibus te habendo vt decet pastorem Christi vicarium. Ex quo elucescit, quòd subdi
E ti licitè possint prælatos suos excitare, hortari, & animare, humiliter tamen & modestè. *Salutatio mea*, quæ subditur, scripta est. *Manu Pauli*, id est, propria manu verba salutationis meæ hæc scripsi, vt sciretis epistolam missam à me, non à falsis, qui interdum sub nomine verorum apostolorum fallaces miserunt epistolas vt magis deciperent: Quidam dicunt totam epistolam hanc manu Apostoli scriptam propter certificationem prædictam. *Memores estote vinculorum meorum*, id est, attendite cur ista sustineo, vt & vos similia pati sitis parati, & pro me oretis vel necessaria ministrare curetis. Deinde salutatio ponitur. *Gratia domini nostri Iesu*
Ioan. 13. *Christi sit Vobiscum*, id est, in cordibus vestris. Ipse est enim creator vester atque saluator vnigenitus patris, super omnia
F deus sublimis & benedictus. Amen.

IN

IN PRIMAM AD THESSA

lonicenſes epiſtolam,
Proœmium.

DA ſapienti occaſionem & addetur ei ſapiẽ tia, doce iuſtum & feſtinabit accipere. Qué admodum vani ac ſimulatores ex laudib⁹ ſibi impenſis deteriores fiunt: ſic virtuoſi dum laudantur multipliciter meliores. Ná & ſeipſos laude indignos opinátur, quod pertinet ad humilitatem: deo grates referũt de eo quod habent, quod pertinet ad iuſtitiam: ad meliora prouocantur, quod ad prudentiam ſpectat. Hinc ergo Apoſtolus frequenter ſuos commẽdat diſcipulos. Vnde & in preſenti nũc elucidanda epiſtola (quæ Theſſalonicenſibus miſſa & ſcripta eſt) eccleſiam Theſſalonicenſiũ veheméter cõmendat, quia in fide firmiſſimè perſtiterũt, pſeudoapolos abiecerũt, perſequutiones æquanimiter pertulerunt. Quoſdam tamen eorũ de otioſitate, curioſitate & fornicatione redarguit. Porrò Theſſalonica (à qua Theſſalonicẽſes nomẽ ſortiti ſunt) eſt metropolis Macedoniæ, quæ eſt pars Græciæ. Theſſalonicenſes ergo ſunt Macedones, qui ad prædicationem Apoſtoli citò ac facilè crediderunt. Quorum præconium Lucas teſtatur in Actibus Apoſtolorũ, quòd verbum dei cum omni auiditate receperunt, quotidie ſcrutando ſcripturas. Scripſit autem eis Apoſtolus ab Athenis, mittens epiſtolam per Tychicum diaconum & Oneſimum acolytum, proceditque in hac epiſtola more ſolito, ſalutationẽ præmittẽdo, de profectu & perfectione diſcipulorum gratias agendo. Deinde peccatores à vitiis reuocando, quæ omnia in proceſſu clari⁹ innoteſcent. *Prouer. 9.* *Actor. 17.*

Cap. I. *Paulus & Syluanus & Timotheus.*

ARTICVL. I.

PAulus *& Syluanus & Timotheus*, mandant *Eccleſiæ Theſſalonicenſium*, id eſt, fidelibus in Theſſalonica congregatis, & per fidem atque dilectionem vnitis. *In deo patre noſtro & domino noſtro Ieſu Chriſto*, id eſt, ad gloriam patris & Chriſti filij eius, vel ſecundum voluntatem Dei patris &

Christi, Non apponit nomen gloriæ suę, dicendo, Paulus apostolus, quoniam Thessalonicenses nihil indignũ de ipso senserunt. Vnde non eguerunt de excellentia eius amplius informari. Syluanus autem iste, quem sibi adiungit Apostolus, secundum Haymonem & alios quosdam, est Syleas, de quo in Actibus multa magnifica recitantur. Nam tãtæ perfectionis extiterat, vt vnus de primis seu summis fratr. bº primitiuæ ecclesiæ in Hierusalẽ cõgregatæ, propheta fuisse scribatur à Luca. Sed & Apostolus appellatur. Et quoniam Syluanus ac Timotheus cooperati fuerunt Apostolo in Thessalonicesium conuersione, idcirco eos sibi in salutatione annectit. Solus tamen Paulus dictauit epistolam, imò spiritus sanctus per eum. *Gratia vobis & pax*, diuinitus infundatur, conseruetur & perficiatur. Narrationem insuper orditur Apostolus à gratiarum actione. *Gratias agimus deo*, ex charitate diuina atque fraterna, qua dei honorem optamus, & vestro profectui congaudemus. *Semper*, id est, omni hora conuenienti. *Pro omnibus vobis*, id est, vice vestri, vel de vobis, videlicet pro beneficiis dei vobis collatis. *Memoriam vestri facientes in orationibus nostris*, quas deo. *Sine intermissione*, offerimus, id est, omni tempore opportuno. *Memores operis fidei vestræ*, id est, laudabilis conuersationis ex fide nascentis. Vel, opus fidei vocatur oris confessio. *Et laboris*, quem in cultu diuino habuistis. *Et charitatis*, id est, actualis dilectionis vestræ in deum & proximum. *Et sustinentiæ spei*, id est, tolerantiæ aduersitatum, quæ procedit ex spe. *Domini nostri Iesu christi*, id est, ex spe futuræ beatitudinis, quam spem Christus vt deus, creando imprimit nobis. Consideratio enim præmij minuit vim flagelli. Sic ergo memoriam vestri facimus. *Ante deum & patrem nostrum*, id est, in conspectu sanctæ trinitatis, quam pro vestro profectu iugiter imploramus. *Scientes*, id est, nos qui vobis hęc scribimus agnoscentes ô *Fratres dilecti à deo*, coniectiuè inquam vel certò scientes ex reuelatione. *Electionem vestram* id est, prædestinationem, videlicet quòd præordinati estis ad vitam æternam. Vel, vos ô fratres dilecti, eam scientes per quædam signa prædestinationis. De quibus subiungitur. *Quia Euangelium nostrum*, id est, euangelica prædicatio. *Non fuit ad vos in sermone tantum*, id est, non nudis verbis firmata est. *Sed & in virtute*, miraculorum, id est,

Haymo. *Acto. 16.* *Acto. 15.*

E

F

2. Petr. 1 *Gregorius*

est,per miracula roborabatur. *Et spiritu sancto*, id est,per manifesta dona spiritus sancti prædicatio nostra fulta est.

Et in plenitudine multa, id est, in magna abundantia diui norum charismatum prædicauimus vobis. Per impositioné nanque manuum mearum datus est vobis spiritus sanctus in baptismo, etiam in signo visibili. Simile huic est quod ad Hebræos. dicit Apostolo. Quomodo effugiemus si tantam neglexerimus salutem? quæ in nos confirmata est, contestante deo signis, & portentis & virtutibus, & spiritus sancti distributionibus? Vnde apud Marcum legimus, Illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Vnde per hæc magna miracula Thessalonicenses facilè crediderunt, *Sicut scitis*, per experientiam, quæ est magistra veritatis. *Quales fuerimus*, verbo & opere. *In vobis*, id est, inter vos, & hoc. *Propter vos*, id est, propter vestram conuersionem atque salutem. *Et vos*, ô fratres. *Imitatores nostri facti estis*, id est, nostra vestigia estis secuti, multa aduersa propter iustitiam patiendo. *Et domini*, id est, etiam Christum imitati estis, conformando vos passionibus eius, quia vt ille à populo suo dura perpessus est, ita & vos à ciuibus vestris. *Excipientes verbum*, id est, prædicationi nostræ consentientes. *In tribulatione multa*, id est, cum magna persequutione vobis à peruersis illata propter fidei receptionem Excipientes inquam. *Cum gaudio spiritus sancti*, id est, cum interna consolatione à spiritu sancto infusa, ita quòd licet exterius tribularemini, intus tamen à spiritu sancto lætificabamini. prout Apostolus idem alibi ait, Sicut abundãt passiones Christi in nobis, ita & per Christũ abundat & cõsolatio nostra. *Ita vt facti sitis forma*, id est perfectionis fideique exemplar imitatione dignissimum. *Omnibus credentibus in Macedonia & Achaia*, quæ sunt prouinciæ Græciæ. *A vobis enim diffamatus*, id est, diuulgatus. *Est* materialiter. *Sermo domini*, id est, à vobis propter perfectionem vestram sumpserunt alij occasionem loquendi, laudandi ac prædicandi verbum dei, tanquam accensi vestro exemplo. Et, *Non solum in Macedonia & Achaia sed in omni loco*, Christianorũ, ad quos fama vestra peruenit. *Fides vestra quæ est ad deum*, id est, qua ipsi in deum tẽditis. *Perfecta est*, id est, plena & inclyta reputatur: *Ita vt nõ sit nobis necesse quicquã loqui*, de ampliori præconio vestri, vel pro informatiõe vestri,

Act. 10.

Hebr. 2.

Marci. 16.

B

Philip. 3.

C

2. Cor. 1.

vel de vobis ad alios incitandos. *Ipsi enim*, quibus nota est fides & conuersatio vestra. *De vobis annũciant*, id est, laudem vestri testantur. *Qualem introitum habuerimus ad vos*, id est, quàm fructuosus, fœlix & expeditus fuit ingressus noster ad vos, quorum tantam multitudinem tam perfectè conuertimus. *Et quomodo*, id est, quàm perfectè. *Conuersi estis ad deum à simulachris*, id est, idololatriam deserendo. *Seruire*, id est, ad seruiẽdum. *Deo viuo & vero*, per quem hoc loco intelligitur persona patris. Nam subditur, *Et expectare*, quotidie, vt sitis semper parati ad mortem. *Filium eius*, venturum. *De cœlis*, manifestè in die iudicij qui quotidie expectãdus est, vt simus iugiter præparati visitari ab eo per mortẽ, prout ipse apud Lucam loquitur, Et vos similes hominibus expectãtibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis. Et denuo alibi, Estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. *Quem*, pater. *Suscitauit ex mortuis*, tertia die. videlicet. *Iesum*, *Qui*, sua passione. *Eripuit nos ab ira vẽtura*, id est, à pœna eterna seu damnationis sententia, quæ in die iudicij contra impios proferetur. Nunc enim eripuit nos quantum in ipso est à peccatis, propter quæ ira illa infligitur. Effectum verò redẽptionis istius per sacraméta cõsequimur, & tãdem ab omni pœnalitate & imperfectione carnis ac animę, merito dominicæ passionis eripiemur, quando mortale hoc induet immortalitatem.

E *Lucæ. 12.* *Matth. 24*

1. Cor. 15.

Cap. II. *Nam & ipsi scitis fratres introitum nostrum.*

ARTICVLVS. II.

1. Thes. 1 F IN superiori cap. gratias egit Apostol⁹ deo pro beneficiis Thessalonicensibus impartitis, bona quoque Thessalonicensium commẽdauit, nunc suæ prædicationis veritatẽ ostẽdit ex synceritate conuersationis quam habuit inter Thessalonicenses. Quẽadmodum enim secũdum philosophos, operatio arguit formã, sic conuersatio monstrat legis ac fidei qualitatem. Ná & vnumquodque iudicãdum est secundum maximũ id quod potest, iuxta philosophũ. Lex igitur Christiana iudicanda est, secundum suũ principale, finale, ac summũ, ad quod suum obseruatorem perducit. Hoc autẽ est priuati amoris plena extinctio, atque diuini amoris pura, ardensque affectio, ad quam perfectionem perducit lex Christi per ordinatissima atque honestissima media, quæ sunt

Lucæ. 9.

euan-

euangelica consilia ac præcepta, quibus humilitas, patientia, A
paupertas, castitas, mansuetudo, obedientia, similesque virtutes iubentur aut consuluntur. Omnis verò carnalitas, falsitas, simulatio, dęmonum pactio, prohibitarum artium vsus penitus condemnãtur & extirpãtur ab ea: quæ omnia tantò certius innotescent hominibus, quantò euangelicam legem custodierint plenius. Vnde internis ac deuotissimis famulis Christi, ipsa fides, Christianęque legis munditia, quasi experientia cõstant, quia à Deo verè fluxerunt. Propter quod ait *Ioan. 7.* Saluator, Si quis voluerit voluntatem Dei facere, cognoscet de doctrina, an ex deo sit. Nec ignoramus quãta faciat *Psal. 4.* Deus pro his qui euangelicam legem perfectè custodiunt, quanta pro eis agat miracula, quomodo eos in vita, in morte, & post mortem mirificet, quàm ineffabiliter eos sæpe cõsoletur, accẽdat, deificet, rapiat atque absorbeat. Quod qui B
experitur, de nullo adeò certus est, sicut de fidei veritate, Christianæque legis sanctitate. Ait ergo beatus Apostolus.

Nam & ipsi scitis, fratres, id est, ideo dixi prædicta, videlicet quòd alij annunciant qualem introitum habuerimus ad vos. Nam & vosipsi ô fratres scitis. *Introitum nostrum*, id est, qualitatem aduentus nostri. *Ad vos* conuertendos. *Qui non inanis fuit*, id est, non infructuosus, non leuis, non sine debito fine. *Sed ante*, accessum istum ad vos, *Passi*, diuersa tormẽta. *Et contumelijs affecti, sicut scitis*, aliorum relatu, vel proprio visu. *In Philippis*, vrbe Macedoniæ vobis propinqua atque subiecta. Ibi enim Paulus & Sileas virgis cæsi & incarce *Actor. 16.* rati, imò durissimè vincti fuerũt occasione puellæ quã Paulus à spiritu Pythonico liberauit. *Fiduciam habuimus in Deo* C.
nostro, innitendo eius auxilio, non propriis viribus. *Loqui*, id est, ad non inaniter loquendum. *Ad vos euangelium dei in multa sollicitudine*, id est, cum ingenti cura ac diligentia. *Exhortatio enim nostra*, id est, prædicatio qua admonuimus vos, processit. *Non de errore*, id est, ex interiori falsitate aut infidelitate sicut exhortatio hæreticorũ. *Neque de immunditia*, id est, ex lasciuo affectu aut praua intentione. *Neque in dolo*, vobis proposita est, quia (vt beatus Iob loquitur) Non indi- *Iob. 13.*
get deus nostro mendacio, vt pro illo dolos loquamur. *Sed sicut probati*, id est, approbati & electi. *Sumus à deo, vt crederetur nobis Euangelium*, id est, prædicatio euangelicæ legis nobis committeretur. *Sic loquimur*, sicut diuinitus instituti su-

Dmus. *Non quasi hominibus placentes*, id est, finaliter placere
Psal. 52. quærentes, quoniam deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent. *Sed deo qui probat*, id est, per prospera & aduersa examinat, tentat & approbat. *Corda nostra*, aliisque
Sap. 3. probata ostendit: iuxta illud Sapientiæ, Tanquam aurum in fornace probauit electos dominꝰ, & quasi holocausti hostiã accepit illos: *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis*, id est, nunquam vobis adulanter loquuti sumus. Si-
Prou. 24. cut scitis, vnde in Prouer. Salomon docet, Non lactes quem-
Psal. 140. piam labiis tuis. Et Psalmographus, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. *Neque in occasione auaritiæ*, id est, temporale commodum, nec directè, nec indirectè quæsiui-
Hiere. 29. mus. *Deus testis est*, qui apud Hiere. dicit, Ego sum iudex &
E testis *Nec quærentes ab hominibus gloriam*, id est, laudem, famæ clarificationem aut venerationem, videlicet, *Neque a vobis, neque ab aliis, cùm*, id est, licet, *Possemus vobis oneri esse*, id est, debitam, imò & magnam venerationem à vobis exigere. *Vt Christi apostoli*, id est, inquantum summi saluatoris vicarii, non tamen referendo honorem ad nos, sed ad Christũ finaliter. Vel sic, cùm possemus vobis oneri esse, id est, grauamen quoddam vobis inducere, requirendo à vobis stipen-
1. Cor. 2. dia vitæ, vt Christi apostoli, qui spiritualia seminãdo merẽ-
Prou. 24. tur vestra temporalia metere, id est, de vestris temporalibus sustentari ac viuere. *Sed facti sumus paruuli*, id est, humiles.
Iaco. 2. *In medio vestrûm*, exemplo Christi dicentis. Ego in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat. *Tanquam si nutrix foueat filios suos*, proprio lacte in gremio suo. *Ita*, id est, tã affectuo-
F sè, piè atque sollicitè. *Desiderantes vos cupidè*, id est, non bona vestra exteriora, aut temporalia emolumenta optantes feruenter, sed vestram salutem. *Volebamus tradere vobis, nõ solùm Euangelium Dei, sed etiam animas nostras*, id est, nosipsos, vel vitam nostram, quasi parati mori pro vestro profectu & vestro obsequio nos exponentes. *Quoniam charissimi nobis facti estis*, fidem excipiendo, tenendo & optimè cõseruando. Ex his liquet bonum ac licitum esse, interdum aliis demonstrare dilectionis affectum qui ad ipsos habetur. Hoc tamen interdum per accidens malũ est, videlicet quoniam habet speciem adulationis, vel quoniam generat alteri gloriam vanam. Denique veritatem horum probat Apostolus per agnitionem eorum, quibus hæc mandat. *Memores*

enim

enim estis fratres laboris nostri & fatigationis, nō solùm in prę- A
dicando & cætera diuini cultus officia prosequendo, sed
etiam manualiter laborando. *Nocte ac die laborantes manibus nostris*, pro necessariis vitæ. *Ne quem*, id est, aliquem *Vestrùm grauaremus*, viuendo de sumptibus vestris. *Prædicauimus in vobis*, id est, inter vos. *Euangelium dei. Vos enim testes estis & deus*, de quo in Iob dicitur, Ecce in cœlo est te- *Iob. 15.*
stis meus, & conscius meus in excelsis. *Quam sanctè & iustè, & sine querela*, id est, sine offensa ac reprehensione. *Vobis qui credidistis*, fuimus conuersando inter vos multum iustè, sanctè atque perfectè. *Sicut scitis qualiter vnumquemque vestrùm sigillatim*, vel omnes cum particulari descensione. *Tāquam pater filios suos deprecantes vos & consolantes*, id est, tam charitatiuè ac diligenter deprecantes vos ad faciendum quę B
bona sunt, & consolantes vos contra aduersa, sicut pater proprios filios consolatur & instruit. *Testificati sumus*, id est, cum allegatione testimoniorum sacræ scripturæ admonuimus, vel sub testimonio sanctorum adiurauimus. *Vt ambu* *Psal. 8.*
laretis, id est, de virtute in virtutem procederetis. *Dignè deo*, id est, tam reuerenter, vt decet summo deo seruire. Et vt digni sitis beatificari ab eo. *Qui vos vocauit*, per suam inspirationem internam & nostram prædicationem. *In suum regnum*, id est, ad militantis ecclesiæ (quam deus nunc regit) societatem. Vel in regnum suum cœleste, ad quod iam vocati estis. *Et gloriam*, id est, ad beatitudinem sempiternam. *Ideo & nos gratias agimus deo*, propter beneficia vobis collata. *Sine intermissione*, id est, omni tempore apto. *Quoniam* C
cum accepistis à nobis verbum auditus dei, id est, euangelicam prædicationem quam nos à Deo audiuimus atque didicimus. De quo verbo scriptum est in Esaia, Domine, quis cre- *Esa. 52.*
didit auditui nostro, id est, verbis quæ à te audiuimus? *Accepistis illud, non vt verbum hominum*, id est, non cum mediocri attentione, vel consueta hominibus reuerentia. *Sed sicut est verè verbum dei*, id est, cum in summa deuotione & pleno affectu. Si enim Christus de sua prædicatione testatur. Mea *Ioan. 7.*
doctrina non est mea, sed eius qui misit me: multò magis apostoli dicere potuerunt, nostrum verbum non est nostrum aut humanum, sed Dei atque diuinum. *Qui* Deus, *Operatur in vobis qui credidistis*, id est, in vobis credentibus. Operatur autem non solùm præstando habitum gra-

D tiæ & virtutum, sed etiam intus mouendo & excitando ad bonum. Insuper laudat patientiã atque constantiam Thessalonicensium. *Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarũ dei quæ sunt in Iudæa*, id est, Christifidelium Iudæorum, qui *In Christo Iesu*, fundati sunt. Primitiua enim Ecclesia in Iudæa collecta, perfectissimæ conuersationis fuit. Ideo aliarũ ecclesiarum erat exemplar seu forma viuendi. In quo autem illas imitati sunt adiecit. *Quia eadem*, in specie, id est, similia mala. *Passi estis & vos à contribulibus*, id est, cõciuibus. *Vestris sicut, & ipsi à Iudæis*, infidelibus, id est, qualia fideles Iudei à Iudeis infidelibus. Quẽadmodũ enim legitur in Actis, Stephano occiso facta est persequutio magna in Ecclesia Hierosolymitana, & infideles Iudæi rapuerunt bona fidelium. De qua persequutione ad Hebræos scribitur, Rememoramini autẽ pristinos dies, in quibus magnũ sustinuistis certamen passionum. Nam & vinctis cõpassi estis, & rapinã bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. His ergo similia Thessalonicenses perpessi sunt à ciuibus suis. *Qui* infideles Iudei. *Et dominum occiderunt Iesum*, quoniam mortem eius procurauerunt à præside. *Et prophetas*, quosdam noui testamenti, multos quoque veteris testamenti prophetas occiderunt. Non tamen iidem numero occiderunt Christum & illos prophetas. Sed loquitur de Iudæis communiter, prout omnes peruersi sunt vna generatio. Iuxta quem modum ait Saluator in Euangelio ad Iudæos, Veniet super vos omnis sanguis iustus, &c. Et sequitur, Zachariæ, quem occidistis inter templum & altare. Hinc etiam in Actis Apostolorum Stephanus loquens Iudæis, Patres vestri occiderunt eos qui annunciauerunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. *Et nos Apostolos*, ac primitiuam Ecclesiam. *Persequuti sunt*, vt patet in Actis, vnde dixit Christus Apostolis, Si me persequuti sunt & vos persequentur. *Et Deo non placent.* Impossibile quippe est sine fide placere Deo. Vnde apud Hiere. Christus testatur, Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me vocem suam, ideo odiui eam, Et in Osea, Exosos habui eos propter malitiam adinuentionum ipsorum: non addam vt diligam eos. *Et omnibus hominibus aduersantur*, id est, omnium salutem impedire conantur. *Prohibentes nos Gentibus loqui*, verbum Christi. *Vt saluæ fiant*, credendo

E

F

Hebr. 10. *Mat.* 27. *Mat.* 15. *Mat.* 23. *Act.* 6. *Ioan.* 12. *Heb.* 11. *Hiere.* 22. *Osee.* 9. *Act.* 8.

dendo in filiũ dei. *Vt impleant*, prædicti Iudæi. *Peccata sua semper*, id est, incessanter peccatis peccata adiiciant, donec in illis miserabiliter consummentur. *Peruenit enim ira Dei*, id est, vltio diuinæ iustitiæ, scilicet excæcatio & obstinatio cordis eorum, captiuitas quoque per Romanos inflicta. *Super eos vsque in finẽ*, seculi duratura: iuxta illud Danielis, Ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & vsque in finem perseuerabit desolatio. Hoc quoque regius Psaltes apertissimè cecinit. Obscurentur (inquiens) oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Vnde in Esaia ait Saluator. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. *Nos autem ò fratres desolati à vobis*, id est, vestræ præsentiæ cõsolatione priuati. *Ad tempus*. Priuati, inquã, vestra præsentia, *Ore, aspectu*, id est, quantum ad vocalem colloquutionem & corporalem aspectum. *Non corde*, id est, non quantum ad copulam charitatis, nam & spiritu præsens sum vobis & dilectione intimus. *Abundantius*, solito. *Festinauimus faciem vestram videre*, id est, vobis corporaliter præsentes adesse. *Cum multo desiderio, quoniam voluimus venire ad vos*, quia audiuimus vos in tot persequutionibus constitutos, propter quod optauimus vos roborare in domino. *Ego quidem Paulus & semel & iterum*, id est, bis, ex quo recessi à vobis, tentaui reuerti ad vos. *Sed impediuit nos Satanas*, Deo permittente, id est, aliquam nobis occupationem procurauit, per quam impediti sumus venire ad vos. Nec mirum quòd voluimus venire ad vos. *Quæ enim spes nostra*, id est, materia nostræ fiduciæ qua confidimus fructuosam esse nostram prædicationem in merito ac præmio. *Aut gaudium*, id est, materia nostræ consolationis in presenti. *Aut corona gloriæ?* id est, ornamentum fœlicitatis nostræ futuræ? *Nónne vos*, discipuli nostri præclari, ex quorum sancta conuersatione speramus fructuosum esse nostrũ laborem, de quorũ profectu gaudemus, de quorum etiam beatificatione gloriaturi, copiosiúsque glorificandi sumus? Vos itaque estis hæc omnia nobis. *Ante dominum Iesum*. id est, coram Christo, quod maximè apparebit. *In aduentu eius*, in die iudicij. *Vos enim estis gloria nostra*, quemadmodum scriptum est, Filius sapiens est gloria patris. Nam de vestra fide ac perfectione gloriamur

A

Dan. 9.

Psal. 68.

Esa. 43.

B

C

Marci. 10.

Prou. 17.

D apud alias ecclesias, proponentes vos eis in exemplum. Estis quoque. *Et gaudium* nostrum, id est, materia nostræ consolationis in via, & augmentum iucunditatis nostræ in patria.

Ambro. Vnde ait Ambrosius, Manifestum est quòd perfectio discipulorum gaudium & corona est magistrorũ. Fructus namque magistri obedientia est discipuli, cuius bona conuersatio coronam Christo iudice dat magistro.

Cap. III. *Propter quod non sustinentes amplius.*

ARTICVLVS III.


LOcis diuinæ scripturæ facilibus immorandum nõ reor, nisi fortè vberem moralitatem contineant. Nunc ergo in locis epistolarum historicis atque facilibus celerius trãsi-

E bo. *Propter quod*, videlicet quoniam tãtum diligimus vos, *Non sustinentes amplius*, id est, diutius non differentes nostræ charitatis affectum vobis ostendere. *Placuit nobis*, id est, mihi & Syluano. *Remanere Athenis*, gratiâ prædicationis. *Solis*, id est, mihi & Syluano, vt dictũ est, aljis discipulis ad diuersa loca destinatis. *Et misimus Timotheum fratrem nostrum*, & ministrum dei in Euangelio Christi prædicando. *Ad confirmandos vos*, in persequutionibus constitutos. *Et exhortandos vos*, *Pro fide vestra*, firmanda, id est, quatenus roboremini semper in fide, cuius firmitas omnium virtutum actus confortat. *Vt nemo* vestrûm, *Moueatur*, per impatientiam aut pusillanimitatem. *In tribulationibus istis*, præsentibus & transitoriis, quæ non sunt condignæ ad futuram gloriam. Nam supra modum æternæ gloriæ pondus operãtur in nobis. Hinc ait Psalmista, Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Et Petrus ait in canonica sua prima, Communicãtes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. *Ipsi enim scitis, quòd in hoc*, id est, ad sustinendum aduersa. *Positi sumus*, in isto exilio, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. Propterea scriptum est. Hæc est gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias, patiẽs iniustè: in hoc enim vocati estis.

Roma. 8
2. Cor. 4.
Psal. 12.
1. Pet. 4.
Acto. 14.

F *Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes*, ab hominibus impiis propter iustitiam. *Sicut & factum est.* Et scitis verum esse quod diximus, iamque impletum est. *Propterea*, scilicet ne moueamini in tribulationibus istis. *Et ego amplius non sustinens*, id est, diutius

differre



D apud alias ecclesias, proponentrs vos eis in exemplum. Estis quoque. *Et gaudium* nostrum, id est, materia nostræ consolationis in via, & augmentum iucunditatis nostræ in patria.

Ambro. Vnde ait Ambrosius, Manifestum est quòd perfectio discipulorum gaudium & corona est magistrorũ. Fructus nanque magistri obedientia est discipuli, cuius bona conuersatio coronam Christo iudice dat magistro.

Cap. III. *Propter quod non sustinentes amplius.*

ARTICVLVS III.

LOcis diuinæ scripturæ facilibus immorandum nõ reor, nisi fortè vberem moralitatem contineant. Nunc ergo in locis epistolarum historicis atque facilibus celerius trãsi-

E bo. *Propter quod*, videlicet quoniam tãtum diligimus vos, *Non sustinentes amplius*, id est, diutius non differentes nostræ charitatis affectum vobis ostendere. *Placuit nobis*, id est, mihi & Syluano. *Remanere Athenis*, gratiâ prædicationis. *Solis*, id est, mihi & Syluano, vt dictũ est, aljis discipulis ad diuersa loca destinatis. *Et misimus Timotheum fratrem nostrum*, & ministrum dei in Euangelio Christi prædicando. *Ad confirmandos vos*, in persequutionibus constitutos. *Et exhortandos vos*, *Pro fide vestra*, firmanda, id est, quatenus roboremini semper in fide, cuius firmitas omnium virtutum actus confortat. *Vt nemo* vestrûm, *Moueatur*, per impatientiam aut pusillanimitatem. *In tribulationibus istis*, præsentibus & transitoriis, quæ non sunt condignæ ad futuram gloriam. Nam supra modum æternæ gloriæ pondus operãtur in nobis. Hinc ait Psalmista, Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Et Petrus ait in canonica sua prima, Communicãtes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. *Ipsi enim scitis, quòd in hoc*, id est, ad sustinendum aduersa. *Positi sumus*, in isto exilio, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. Propterea scriptum est. Hæc est gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias, patiẽs iniustè: in hoc enim vocati estis. *Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes*, ab hominibus impiis propter iustitiam. *Sicut & factum est.* Et scitis verum esse quod diximus, iamque impletum est. *Propterea*, scilicet ne moueamini in tribulationibus istis. *Et ego amplius non sustinens*, id est, diutius differre

Roma. 8
2. Cor. 4.
Psal. 12.
1. Pet. 4.
Acto. 14.

F

differe non valens veſtrum ſtatum percipere propter arden- A
tem amorem, qui facit ſollicitum ipſum amantem de præca-
uendis amati periculis. *Miſi*, Timotheum ad vos dudum an
tequam ſcripſi. Vel, miſi præſentem epiſtolam. *Ad cognoſcẽ*
dum fidem veſtram, id eſt, vt ab eo redeunte percipiam fidei
veſtræ ſtabilitatem, de qua certificari anxius cupio. *Ne forte*
tentauerit, id eſt, impugnauerit ſiue deceperit. *Vos is qui tẽtat*
.i. diabolus, cuius officium eſt tentare. *Et inanis fiat labor no-*
ſter. i. prædicatio noſtra infructuoſa fiat, quantum ad vos,
quamuis nobis infructuoſa eſſe non poterit. *Nunc autẽ*, cùm
præſentem dicto aut mitto epiſtolam. *Veniente Timotheo*,
quem dudum ante æditionem epiſtolæ huius ad vos miſi.
Ad nos à vobis, & annunciãte nobis fidẽ & charitatem veſtrã, B
.i. perfectionem & opera fidei charitatiſque veſtræ. *Et quia*
memoriam noſtri habetis bonam. i. ſyncerã ac nobis perutilẽ,
Semper deſiderantes nos videre, oculo corporali. *Sicut nos quo-*
que vos, videre optamus, *Ideo conſolati ſumus fratres in vobis*,
id eſt, in conſideratione perfectionis & gratiæ veſtræ ve-
ſtróque profectui ex animo congaudemus. *In omni neceſſita*
te, id eſt, penuria. *Et tribulatione noſtra*, Conſolati inquã. *Per*
fidem veſtram, id eſt, de fidei veſtræ ſtabilitate. *Quoniam nunc*
viximus, delectabiliter & iucundè. *Si vos ſtatis in domino*, fir-
miter adhærentes deo per fidem, dilectionem & fortitudi-
nem cordis, Et meritò conſolati ſumus. *Quam enim gratia-*
rum actionem poſſumus deo retribuere pro vobis? nos conſtituti. C
In omni gaudio, ſpirituali. *Quo gaudemus propter vos*, id eſt, p-
pter beneficia vobis collata, gaudemus autem. *Ante dominũ*
noſtrum, id eſt, in conſpectu diuino, videlicet iuſtè & religio
ſẽ, & in diuinæ præſentię luce conſtituẽdo noſipſos. Quaſi
dicat, Dignas & ſufficientes rependere gratiarum actiones
non poſſumus, quia de veſtris ſicut de propriis gloriamur
pfectibus. *Nocte ac die*, id eſt, certis horis diei noctíſque. *Ab-*
undãtius, plus ſolito. *Orãtes* deũ. *Vt videamus facies veſtras*.
id eſt, vt dirigat deus viam noſtram ad vos. *Et compleamus ea* Iacob.2
quæ deſunt fidei veſtræ, id eſt, notitiam ſcripturarum, qua fi-
des perficitur plenius vobis iam imprimamus, quoniã capa-
ciores nunc eſtis quàm olim. *Ipſe autem deus & pater*, id eſt,
pater æternus. *Et dominus Ieſus Chriſtus*, qui ſunt vnus dire-
ctor. *Dirigat viam noſtram*, id eſt, greſſum pedum noſtrorum
Ad vos. *Vos autẽ deus multiplicet*, merito & numero. *Et abũda*



D *re faciat charitate in inuicem & in omnes*, id est, hoc tribuat vobis vt feruenter diligatis mutuò & cæteros omnes. *Quemadmodum* Deus fecit *Et nos* charitate abundare. *In vos ad confirmanda*, id est, vt charitatiuè confirmemur. *Corda vestra* vt sint. *Sine querela in sanctitate*, id est, irreprehensibiliter sancta. *Ante deum & patrem nostrum*, non solum coram hominibus qui decipi possunt. Et vt talia inueniantur. *In aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius*, id est, in die iudicij quando saluator venturus est cum omnibus cœli ciuibus ad finale iudicium. Sicut in Esaia legitur, dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui, & principibus eius. Et in Zach. Veniet dominus deus meus, omnésque sancti eius cum eo. Vnde & Iudas in sua ait canonica, Ecce veniet dominus in sanctis millibus suis facere iudicium, & arguere omnes impios.

Esa.3.

Zacha. 14

Iudas apostolus.

E

Cap. IIII. *De cætero fratres rogamus vos & obsecramus in domino Iesu.*

ARTICVLVS. IIII.

COmmendatione perfectorum inducta, descendit Apostolus ad specialem instructionẽ imperfectorũ. Quãuis enim ecclesia Thessalonicensium pro maiori parte fuerit virtutibus probata, quidam tamen eorum certis vitiis seruierunt, quos præsenti capitulo Apostolus corrigit & informat. Primò fornicarios: Gentiles quippe fornicationem simplicem reputauerunt licitam. Propter quod quidam eorum etiam post conuersionem proni erant ex pristina consuetudine ad fornicationem. Ait ergo sanctus Apostolus. *De cætero ergo fratres*, id est, quoniam tantas pro vobis domino gratiarum actiones, & preces obtulimus. *Proinde rogamus vos & obsecramus*, id est, per sacrorum commemorationem precamur, *In domino Iesu*, id est, secundum voluntatem & institutionem Christi. *Vt quemadmodum accepistis*, id est, didicistis. *A nobis*, sermone & opere. *Quomodo vos oporteat ambulare*, id est, quàm timoratè & reuerenter necesse est vobis Deo seruire, ambulando per arctam viam quæ ducit ad vitam. *Et placere Deo*, per quotidianum profectum, hoc est, taliter ambuletis coram domino, seruiendo ei in sanctitate atque iustitia cunctis diebus. *Sicut & ambulatis*, per vias obseruationes, seu operationes mandatorum cœlestium. *Vt abũdetis magis*, in spiritualibus diuitiis, quæ sunt splẽdor gratiæ,

F

Galat. 6. Epist.

Matt.7

Lucæ.1.

tiæ, virtutes atque ſcientiæ. Denique ideo obſecro hæc. *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis* cùm apud vos eſſem. *Per dominum Iesum*, id eſt, Chriſto loquente ac præcipiente per me. *Hæc eſt enim voluntas Dei*, id eſt, res placens Deo, vel mandatum, ſignum exiſtens voluntatis diuinæ antecedentis, vel conſequentis. *Sanctificatio veſtra*, id eſt, puagatio à peccatis. Prout à beato Petro inducitur, Patienter agit dominus propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. *Vt abſtineatis vos à fornicatione*, quæ eſt mortale peccatum. Nam & qui fornicatur, peccat in proprium corpus. *Vt ſciat*, ſcientia efficaci & virtuoſa. *Vnuſquiſque veſtrûm vas ſuum*, id eſt, proprium corpus *Poßidere*, ipſum per rationem regendo, ne poſſideatur ab eo, ſenſualitate rationi præualente. Poſſidere inquam. *In ſanctificatione*, id eſt, virtutum & caſtitatis munditia. *Et honore*, id eſt, in ſtatu honeſto, carnalium vitiorum turpitudinem fugiendo. *Non in paßione deſiderij*, id eſt, non in carnali concupiſcentia, ei conſentiendo, vel eam opere exequendo. *Sicut & Gẽtes quæ ignorant deum*, loquendo de cognitione formata atque diſtincta. Nã & ſi dicant ſe noſſe deum, tamẽ opere negant. Vnde Galatis dictũ eſt: Qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Apud Eccleſiaſticũ quoque orat vir Sapiens: Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentia non apprehendat me. *Et ne quis ſuperegrediatur*, hoc eſt, aliũ violenter ſuppeditet, ſiue impiè opprimat. *Neque circumueniat*, hoc eſt, decipiat. *In negotio* aliquo. *Fratrem*, id eſt, proximum. *Suum quoniam vindex* iuſtus vltor. *Eſt dominus de his omnibus* vitiis *Sicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus*, id eſt, firmiter aſſeruimus. Scriptũ eſt enim in Leuitico, Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Et ſicut Iacobus aſſerit, Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. Quantò magis ei qui fecerit fraudem aut violentiam? *Non enim vocauit nos deus in immunditiam*. i. ad hoc vt ſordibus peccatorum contaminemur. *Sed in ſanctificationem*. Iuxta illud Zachariæ, Seruiamꝰ illi in ſanctitate & iuſtitia. Ideo in Deuteronomio Moyſes loquitur, Perfectus & abſque macula eris cum domino deo tuo. Similitudo quippe eſt cauſa amoris. Propterea ſanctus dominus deus noſter ſanctos requirit miniſtros. Secũdum quod ait in Leuitico, No-

A

1. *Petri.* 4.

1. *Cor.* 6

B

Titum. 1 *Galat.* 5

C

Eccle. 23

Leuit. 16. *Iacobi.* 3

1. *Pet.* 2 *Finis.* *Lucæ.* 1. *Deute.* 18.

Leuit. 10.

D lite cõt aminare animas veſtras. Ego ſum dominus deus veſter. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Vult ergo clementiſſimus deꝰ, pater piiſſimus, vt ei in virtutibus aſſimilemur. *Itaque qui hæc*, præcepta. *Spernit, non hominem ſpernit*, id eſt, nõ ſolùm me vel alium dei miniſtrũ, ex parte Dei iſta iubentem contemnit ſeu vilipendit, non ſatagens obedire. *Sed deũ*, principaliter ſpernit, ſeu inhonorat. Cui conſonat quod
Lucæ 10 apud Lucã ait Saluator, Qui vos audit, me audit, & qui vos
Exod. 16. ſpernit, me ſpernit. Vnde & Moyſes filiis Iſraël loquẽs. Nõ contra nos, inquit, eſt veſtrum murmur, ſed cõtra deũ. Chriſti ergo vicariis tanquam Chriſto reuerẽter ac promptè obedire debemus. *Qui etiam*, pater vel filius. *Dedit ſpiritũ ſanctum ſuum in nobis*, hoc eſt, cordibus noſtris illum infudit, cõferendo nobis dona ipſius, vt dictum aliis locis eſt plenius.
Rom. 5 Vnde apud Romanos teſtatur: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.
Ioan. 14 Et apud Ioannem Chriſtus loquebatur diſcipulis, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, ſpiritum veritatis. *De charitate autem fraternitatis*, id eſt, dilectione fraterna & opere eius. *Nõ neceſſe habuimus ſcribere vobis*, perfectioribus. *Ipſi enim vos à Deo*, per ſpiritus ſancti illuſtrationem.
1. Ioan. 2 *Didiciſtis.* Vt ait Ioannes, Non neceſſe habetis vt aliquis vos
Pſal. 93. doceat, ſed vnctio eius docet vos de omnibus. Itaque didiciſtis à deo, à quo qui eruditur, beatus eſt. *Vt diligatis inuicẽ.*
Ioan. 15 Vnde magiſter, & dominꝰ noſter, In hoc, inquit, cognoſcẽt, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem.
F *Etenim facitis illud in omnes fratres*, id eſt, charitatis fraternæ affectũ & opus fratribus cunctis impenditis. *In vniuerſa Macedonia*, cuius vrbs veſtra metropolis eſt. *Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis*, in dilectione cæteriſq; virtutibus. *Et operã detis*, id eſt, diligentiã & conamẽ adhibeatis. *Vt quieti ſitis*, curioſitatẽ & loquacitatẽ, ac euagationes ſeu diſcurſus vitando. Ait enim deus ſublimis apud Eſaiam, Super quẽ
Eſa. 66. requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper quietũ & humilem? Rurſúſque alibi apud eundẽ, Si reuertamini & quieſcatis, ſalui
Eſa. 30 eritis. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Denique bonũ
Thre. 3 eſt cũ ſilentio præſtolari ſalutare Dei. Anima quoq; ſecũdũ
Ariſtot. Ariſtotelem quieſcendo fit prudens. *Et vt veſtrum negotium agatis*, id eſt, quiſque faciat quod ad ſe pertinet, nec cum alienis & impertinentibus cauſis ſe occupet, vt ſit vobis charitas

ritas ordinata. *Et operemini manibus vestris*, opera vtilia: ocia enim dant vitia. Iuxta illud Ecclesiast. Multam malitiam docuit ociositas. Hinc nãque de impiis canit Psalmista, In labore hominũ non sunt, & cũ hominibus nõ flagellabũtur. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Nec mirũ, quia vt dicit Iob. Homo ad laborẽ nascitur, & auis ad volãdum. Vnde in Ezechiele legitur, Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, abundantia & ociũ eius. Itaq; operamini. *Sicut præcepimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt*, id est, corã extraneis exemplariter, irreprehensibilitérque viuatis. *Et nullius aliquid desideretis*, sine rationabili causa: vnde hoc verbo auaritia prohibetur. Quemadmodum etiam in Exodo dicit, Non concupisces rem proximi tui. His itaque verbis curiosi, inquieti, seu vagabundi, & cupidi notãtur ac corriguntur. Deinde docet apostolus eos qui de futura resurrectione minus plenè sperabant atque ob hoc de amicorũ suorũ morte immoderatè dolebant, ac si omnino periissent. Itaque ait: *Nolo autem vos ignorare fratres*, fidei veritatem. *De dormientibus*, id est, defunctis, qui per comparationem ad diuinam virtutem dormire censentur, quia facilius à deo suscitabũtur, quá dormiens ab homine excitetur. Vnde apud Danielem Gabriel, Multi inquit, de his qui dormiũt in puluere terræ, euigilabũt. Hinc etiam Christus apud Ioannem loquitur, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno suscitem illum. Loquitur autẽ scriptura de quadruplici dormitione seu somno, videlicet de somno naturæ quotidiano ac solito. De quo in Marco legimus, erat Iesus in puppi super ceruical, dormiẽs. De somno culpæ. De quo ad Rom. Tẽpus est iam nos de somno surgere. De somno mortis, sicut in libris Regũ de vnoquoq; plenè habetur, dormiuit cũ patribus suis. De somno itẽ contẽplationis, de quo in Gen. Misit dominus soporẽ in Adã. Et in Cant. Sõnus meo dulcis gutturi meo. *Vt nõ cõtristemini*, de morte propinquorũ & charorũ vestrorũ inordinatè ac si illi pœnitus esse desinerent, & nunquã eis reuniri possetis. *Sicut & cæteri*, tristantur. *Qui spem*, futuræ resurrectionis. *Non habẽt*. Non enim pereunt nobis proximi nostri per mortẽ. Vnde dicitur de sãcto Iob omnia reddidisse dupla, quãuis non habuerit plures filios ac filias pòst, quàm antè. Nam & defuncti remanserũt denuo viuificandi. Possumus

A

Eccle. 33

Psal. 72

Iob. 5.

Ezech. 19

Exod. 20.

B

Epist.

Danic. 12

Ioan. 11.

Marci. 4

Roma. 13.

C

Gene. 2.

Canti. 2

Iob. 24

Ergo & aliquando debemus de morte proximorum triſtari ac flere. Primò, propter naturalis pietatis affectum. Secundò, propter monſtrandum dilectionis iudicium. Tertiò, ad conſolationem aliorum. Quartò propter damnum quod incurrit eccleſia ex morte iuſtorum. Sic Ambroſius plãxit deuotos ſacerdotes. *Si enim credimus*, quod vtique neceſſe eſt credere. *Quòd Ieſus mortuus eſt*, in die paraſceues. *Et reſurrexit*, tertio die. *Ita*, credẽdũ eſt, qp. *Et Deus*, trinitas. *Eos qui dormierunt*. i. defuncti ſunt. *Per Ieſum*. i. in fide & gratia Chriſti, qui obdormierũt in domino. Sicut de Stephano ſcriptũ eſt in Actis apoſtolicis. *Adducet* ad regnum cœleſte beatificatos in anima & corpore. *Cum eo*. i. cum Chriſto, qui peracto iudicio cum electis aſcendet ad cœlos. Ideo apud Ioannem ait, Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant charitatem meam. Vel, adducet cum eo, quia electi qui interim moriuntur, & glorificantur ſimul cum Chriſto, & in eius ducatu ad iudicium venient. Inſuper ponit apoſtolus modum ac ordinem reſurrectionis futuræ. *Hoc enim vobis dicimus in verbo domini*, id eſt, in doctrina Chriſti videlicet ſicut à Deo didicimus, nec ſermone proprio vtimur. *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus*. i. illi ex noſtris, qui in die iudicij fuerint viui inuenti atque ſuperſtites, ita quòd nec ab Antichriſto, nec aliunde occiſi ſunt. *In aduentu domini*, id eſt, Chriſto ad iudiciũ deſcendẽte. *Nõ præueniemus eos*. i. non reſurgemus ante eos. *Qui dormierunt*, id eſt, qui lõgo tẽpore ante defuncti fuerũt omnes enim ſimul reſurgent, quoniã reſurrectio erit in inſtanti, aut certe breuiſſimo tempore, ſicut prædixit apoſtolus, In momento, in ictu oculi. Connumerat autem ſe apoſtolus illis qui tunc erunt, propter vnitatem myſtici corporis Chryſti, quod prima facie non intelligentes Theſſalonicenſes putabant iudicium generale tempore Apoſtoli conſummandum. Et hac occaſione ſcripſit eis ſecundam epiſtolam. Quòd autem nõ præueniemus illos ſecundum hunc ſenſum, hinc conſtat. *Quoniã ipſe dominus* Chriſtus. *In iuſſu*. i. actuali imperio, quo mortuorum reſurrectionem iubebit. *Et in voce archãgeli*. i. facta à ſeipſo, qui eſt magni conſilij angelus angelorúmque, princeps, de qua ait apud Ioannem, Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocẽ filij Dei. Vel, in voce archangeli, id eſt, Michaëlis, qui eſt princeps & cuſtos

Ambroſ.

Act. 7

Ioan. 17

E

F

1. Cor. 15

Eſa. 19

Ioan. 6.

stos ecclesiæ, qui Deo iubente dicturus est. Surgite mortui A venite ad iudicium. Multi autem angelorum ministerium exhibebunt circa mortuorum resurrectionem, cineres colligendo, suscitando, ad locum iudicij deferendo, magnum quoque terrorem terribili voce impijs incutiendo. Propter quod in Matthæo legimus, Mittet angelos suos cum tuba. Vnde iam subditur. *Et in tuba Dei.* i. cum prædicta voce archangeli vel imperio Christi, quæ nomine tubæ designantur quoniam altè & clarè sonabunt. Vel propter similitudinem tubæ corporeæ veteris testamenti, per quam Iudæi congregabantur ad concilium, cõmouebãtur ad prælium, vocabantur ad festum: Simili modo hac tuba resurgentes congregabuntur ad concilium iudicij, ad prælũ, orbis quoque terrarum pugnabit contra insensatos, & ad solennitatem æternã, *Descendit*, in propria persona atque visibili forma. *De cœlo*, empyreo. Iuxta illud Apocalipsis, Ecce venit cũ nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerũt. *Et mortui qui in Christo sunt*, id est, qui interim in Christo per mortẽ quieuerũt. *Resurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus*, .i. qui tũc viui inuenientur. *Qui relinquimur*, id est, qui vsque ad diem illum in vita dimittentur, & sicut iam dictum est, residui erũt. *Simul*, id est, pariter & eodem momẽto. *Rapiemur*, ab angelis. *Cum illis*, qui ante nos quieuerunt. *In nubibus*, quæ nos suscipient, sicut Christum ascẽdentem nubes suscepit. *Obuiam Christo in aera*, quia & nos in aërem transferemur, siue leuabimur, & Christus descendet in aërem super vallem Iosaphat. Propter quod apud Matthæum inducitur Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Vnde in Iohele Deus loquitur, Consurgant & ascendant Gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. *Et sic semper*. i. æternaliter, *Cum domino erimus*, in patria: prolata illa sententia. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Præterea, magna est difficultas, quomodo intelligendus sit iste priorum huiusmodi ac posteriorũ ordo, de quibus dicit apostolus: Mortui qui in Christo sunt, resurgent: deinde nos qui viuimus, qui relinquimur. Nunc enim prædictum est quòd omnes mortui simul resurgent etiam in momento ictúque oculi. Instantanea quippe erit resurrectio, quo ad id quod fiet à Deo, videlicet quantum

Damel.12.

Mat.14.

Sapien.5.

B

Apoc.1.

Acto.1

Matth.22.

C

Iohelis.3.

Finis.

Mat.25.

ad ipſam animæ & corporis reaſſociationem. Virtus enim diuina, cùm ſit infinita, operatur in inſtanti. Quantum verò ad id quod fiet miniſterio angelorum, ſcilicet quo ad cinerum collectionem, erit in breuiſſimo, & vt communiter dicitur, imperceptibili tempore. Non ergo intelligi poteſt de prioritate ac poſterioritate temporali, ſed nec de prioritate & poſterioritate dignitatis intelligi poteſt, præſertim cũ aliqui perfectiſſimi homines tunc viui inuenientur, qui nequaquam inferiores erunt omnibus, qui ante eos in Chriſto quieuerunt. Quidam igitur reſpõderunt quòd quidam reſurgent ante alios tempore. Et ad verba apoſtoli dicunt, quòd licet ſinguli reſurgent in momento, nõ tamen omnes eodem momento. Lyra autem exponit alio modo. Cuius expoſitio quamuis ſit vera, tamen in textu elici non poteſt, E nam & multa verba ſubintelligit, vnde nec commemoranda videtur. Mihi verò (meliori ſaluo iudicio) apparet quòd iſta prioritas ac poſterioritas referendæ ſint ad ordinẽ quo incipit reparatio, vbi deſit deſtructio. De viuis autem qui in die iudicij inuenientur in terra, aliqui dicũt, quòd in raptu quo rapientur in aëra, morientur, & incinerabuntur, ſimúlque cum aliis ſuſcitabuntur. Secundum primam reſponſionem hanc dici poteſt, quòd prædicta prioritas & poſterioritas reſurrectionis erit temporalis, alij nanque ante hunc raptum reſurgent, communius tamen tenetur, quòd in igne conflagrationis morientur.

Cap. V. *De temporibus autem & momentis, non indigetis vt ſcribamus vobis.* ARTICVL. V.

F LOcutus in præcedenti capitulo Apoſtolus de reſurrectione futura & die iudicij: nũc reddit diſcipulos cautos circa expectationem illorum, ponítque doctrinas ſaluberrimas, compendioſas, moralitate repletas, quas qui impleuerit, futurum illud iudicium ſecurè expectat. Itaque ait *De temporibus autem*, ſecundi aduentus Chriſti ſeu reſurrectionis communis, videlicet quot anni reſtent antequàm compleatur. *Et momentis*, id eſt, determinata hora qua vẽturus eſt Chriſtus: *Non indigetis vt ſcribamus vobis*, quia quod ſciri poteſt de hoc, vobis iam conſtat. Sicut ſubiungitur. *Ipſi enim diligenter ſcitis*, id eſt, cum magna aduertentia cognoſcitis. *Quia dies domini*, id eſt, hora finalis iudicij. Quæ

1. Theſ. 4

Matth. 24

dicitur

dicitur dies non solùm propter solis illustrationem, sed & propter omnium operum hominum manifestationem. Tũc enim illuminabit dominus abscõdita tenebrarũ. *Sicut fur in nocte ita veniet*, id est, latenter, improuisè, & subitò accidet, sicut, fur tẽpore noctis domũ ingreditur. Vel, sicut fur, improuisè in nocte, ita veniet. i. latenter aduenier, ad similitudinẽ furis. Vnde in Matth. Legimus, Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. *Cum enim dixerint*, impij. *Pax*, nobis est. i. quies à malis præsentibus. *Et securitas*, à futuris periculis. *Tunc repẽtinus eis superueniet interitus*, id est, subitanea perditio diei iudicij. *Sicut dolor in vtero habentis*. i. tã pœnalis quàm est cruciatus mulieris parturiẽtis. *Et nõ effugient*, mortem, & iudicis manum. Istud ergo scitur de tempore & momento futuri iudicij, quòd improuisè veniet, atq; celerrimè finietur. Sicut apud Matthæum legimus, Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Quòd verò de tempore & momento scire non potestis: videlicet determinatam horam eius, & quantum distet, nec mihi Paulo apostolo innotescit. Propter quod ait Saluator in Actis Apostolorum, Non est vestrũm nosse tempora & momenta, quę pater posuit in sua potestate. Et alibi, De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum. *Vos autem fratres non estis in tenebris*, ignorantiæ & peccati. *Vt vos dies illa tanquam fur apprehẽdat*, hoc est, in die illa improuisè comprehendamini atque damnemini à Christo iudice metuendo. Occasione huius verbi appareret quibusdam, quòd in isto capitulo loquatur apostolus potius de die particularis iudicij, qua quilibet visitatur per mortem, & iudicatur à Christo. Sciebat nanque Apostolus diem finalis iudicij multum distare. Idcirco de die illa non dixisset hominibus sui temporis, Vos autem in tenebris nõ estis, & cætera: quasi si in tenebris essent ab illa die comprehendi potuissent. Sed istud facilè soluitur. Sicut enim in præcedenti capitulo dixit apostolus de longè futuris eis videlicet qui erunt viuentes circa diem iudicij in sua persona. Nos qui viuimus qui residui sumus, &c. Ita hoc loco per præsentes designat futuros electos propter vnitatem mystici corporis Christi. Veruntamen omnia iam inducta exponi possunt de die particularis iudicij. Vt sit sensus, De tẽporibus autem & momentis, id est, qua die & qua hora qui-

A *Matth. 22*

B *Matth. 24*

Act. 1.

Matth. 24

C *1. Thes. 4*

libet vestrûm moriturus & iudicandus sit à Christo, nó indigetis vt scribamus vobis. Nam ita incertum est tempus & momentum huius iudicij, sicut illius, nec spectat ad vos talia
Matt.24. scire. Vnde ait Saluator, Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Quod autem sciri de hoc potest, scitis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini, hoc est, dies particularis iudicij. Quæ dicitur dies domini, quia in ea facit dominus cum moriente particulare iudicium tanquã fur in no
Lucæ.12. cte, id est, improuisè & subitò veniet. Iuxta illud, Qua hora
Esaiæ.17. non putatis, filius hominis veniet. Et Esaias, Veniet super te malum atque calamitas, & nescies ortum eorum, veniet super te miseria repente. Cùm enim dixerint homines carnales pax & securitas, arbitrantes diu in deliciis viuere. Prout
E apud Lucam quidam eorum effatur: Anima, habes multa
Lucæ.12. bona, reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, tũc repentinus eis superueniet interitus id est, mors improuisa ac subita. Sicut prædictis verbis euangelicis additur. Dixit autem illi Deus, Stulte hac nocte animam tuam repetent à te. Denique super hęc verba, Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, dicit glossa. Ministri Antichristi eo occiso in diebus sequentibus gaudebunt, ducentes vxores, conuiuia celebrantes, & iocos diuersi generis exercentes, ac dicentes, Licet princeps noster mortuus sit, nos tamen pacem habemus & securitatem. Et cum talia dixerint, repentinus eis superueniet interitus. Hanc glossam reprobat quidam hoc loco, sic dicens,
Illud non videtur conuenienter dictum: glossa enim præ-
F mittit, quòd Antichristus fulminabitur, & maxima pars sui exercitus cum ipso peribit. Non ergo est verisimile quòd remanentes erunt in tanta securitate, sed potius in timore Et ita glossa sibimetipsi repugnare videtur. Item est contra commune dictum sanctorum & doctorum, qui communiter asserunt omnes ad Christum conuertendos Antichristo occiso, & eius falsitate detecta. Porrò ad saluandum veritatem glossæ & harum obiectionum solutionem, huiús-
Matth.24 que dicti confutationem. Primò inducenda est scriptura
Gene.6.7. canonica. Ait nanque Saluator, Sicut fuit in diebus Noë, ita erit aduentus filii hominis. Sicut enim erãt (inquit) in diebus Noë comedentes & bibentes, nubentésque & nuptui tradentes vsque in eum diẽ in quo introiuit in arcam Noë,

&

& non cognouerunt, donec venit diluuium & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis. Ex verbis his euidentissime constat, quòd aliqui impij erunt in mundo prædicto, intenti operibus vsque ad ipsum Christi aduentum, seu diem iudicij. Præterea, verba Apostoli quibus dixit: Cùm dixerint pax & securitas, Augustinus exponit de carnalibus, qui non arescent præ timore & expectatione futuri iudicij. Nõ ergo simpliciter omnes boni erunt. Quod ergo primò arguitur non esse verisimile quòd post occisionem Antichristi ministri eius gaudebunt in malis, dico cum Salomone, quia quem Deus spernit, nullus corrigere potest. Ideo reprobi illi nõ corrigentur, visis tot signis, quibus meritò corrigerentur. Et hoc vtique verisimile est. Legitur enim in lib. Numerorum, quòd postquam terra deglutiuit Dathan & Abyron & Chore in conspectu filiorum Israël, ignis quoq; deuorauit ducẽtos quinquaginta viros fautores eorum, nihilominus filij Israël die sequenti insurrexerũt cõtra Moysen & Aaron. Denique Pharao rex Ægypti quantas Dei plagas & signa vidit ac passus est? nõ tamen se correxit. Gregorius quoque recitat de quibusdam qui visis pœnis futuris redierunt ad corpus, & tamen in vitiis permanserunt. Præterea, quòd quidam asserit glossam esse contra commune dictum sanctorum & doctorum, nequaquam putandum est. Nam & glossa illa non est verbum glossatoris, videlicet Petri Lombardi, sed expositio Haymonis. Et idem dicunt Beda, Gorra, multíque alij. Verùm est tamen, quòd sancti affirmant totum mundum conuertendum ad Christum Antichristo occiso. Quod non est intelligendum tam absolutè, quòd singuli conuertentur, sed quia tam multi conuertendi sunt, vt comparatione eorum alij erunt pauciſſimi. Nunc quippè sunt multi vocati & pauci electi in terra vel in seculo isto, tunc autem erit oppositò modo. Cur verò Thessalonicenses non sint in tenebris, subdit Apostolus, *Omnes enim vos filij lucis*, increatæ, videlicet Christi. *Estis*, qui ait, Ego sum lux mundi. De quo refert Euangelista, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Vel filij lucis, id est, gratiæ & fidei. Vnde ait Saluator, Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. *Et filij diei*, hoc est, temporis gratiæ seu noui testamenti atque virtutum. Vnde apud Romanos dictum est, Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Luc.21. *Augusſt.* *Eccle.7.* *Nume.16.* *Exod.7.* *Gregor.* *Haymo* *Matt.20* *Ioan.8.* *Ioan.1.* *Ioan.12.* *Roma.13.*

M


Ergo & aliquando debemus de morte proximorum triſtari ac flere. Primò, propter naturalis pietatis affectum. Secundò, propter monſtrandum dilectionis iudicium. Tertiò, ad conſolationem aliorum. Quartò propter damnum quod incurrit eccleſia ex morte iuſtorum. Sic Ambroſius plãxit deuotos ſacerdotes. *Si enim credimus*, quod vtique neceſſe eſt credere. *Quòd Ieſus mortuus eſt*, in die paraſceues. *Et reſurrexit*, tertio die. *Ita*, credẽdũ eſt, qp. *Et Deus*, trinitas. *Eos qui dormierunt*. i. defuncti ſunt. *Per Ieſum*. i. in fide & gratia Chriſti, qui obdormierũt in domino. Sicut de Stephano ſcriptũ eſt in Actis apoſtolicis. *Adducet* ad regnum cœleſte beatificatos in anima & corpore. *Cum eo*. i. cum Chriſto, qui peracto iudicio cum electis aſcendet ad cœlos. Ideo apud Ioannem ait, Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant charitatem meam. Vel, adducet cum eo, quia electi qui interim moriuntur, & glorificantur ſimul cum Chriſto, & in eius ducatu ad iudicium venient. Inſuper ponit apoſtolus modum ac ordinem reſurrectionis futuræ. *Hoc enim vobis dicimus in verbo domini*, id eſt, in doctrina Chriſti videlicet ſicut à Deo didicimus, nec ſermone proprio vtimur. *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus*. i. illi ex noſtris, qui in die iudicij fuerint viui inuenti atque ſuperſtites, ita quòd nec ab Antichriſto, nec aliunde occiſi ſunt. *In aduentu domini*, id eſt, Chriſto ad iudiciũ deſcendẽte. *Nõ præueniemus eos*. i. non reſurgemus ante eos. *Qui dormierunt*, id eſt, qui lõgo tẽpore ante defuncti fuerũt omnes enim ſimul reſurgent, quoniã reſurrectio erit in inſtanti, aut certe breuiſſimo tempore, ſicut prædixit apoſtolus, In momento, in ictu oculi. Connumerat autem ſe apoſtolus illis qui tunc erunt, propter vnitatem myſtici corporis Chryſti, quod prima facie non intelligentes Theſſalonicenſes putabant iudicium generale tempore Apoſtoli conſummandum. Et hac occaſione ſcripſit eis ſecundam epiſtolam. Quòd autem nõ præueniemus illos ſecundum hunc ſenſum, hinc conſtat. *Quoniã ipſe dominus* Chriſtus. *In iuſſu*. i. actuali imperio, quo mortuorum reſurrectionem iubebit. *Et in voce archãgeli*. i. facta à ſeipſo, qui eſt magni conſilij angelus angelorúmque, princeps, de qua ait apud Ioannem, Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocé filij Dei. Vel, in voce archangeli, id eſt, Michaëlis, qui eſt princeps & cuſtos

Ambroſ.

Act. 7

Ioan. 17

E



1. *Cor. 15*

F

Eſa. 19

Ioan. 6.

ſtos eccleſiæ, qui Deo iubente dicturus eſt. Surgite mortui A
venite ad iudicium. Multi autem angelorum miniſterium *Damel.12.*
exhibebunt circa mortuorum reſurrectionem, cineres colligendo, ſuſcitando, ad locum iudicij deferendo, magnum quoque terrorem terribili voce impijs incutiendo. Propter quod in Matthæo legimus, Mittet angelos ſuos cum tuba. *Mat.14.*
Vnde iam ſubditur. *Et in tuba Dei.* i. cum prædicta voce archangeli vel imperio Chriſti, quæ nomine tubæ deſignantur quoniam altè & clarè ſonabunt. Vel propter ſimilitudinem tubæ corporeæ veteris teſtamenti, per quam Iudæi congregabantur ad concilium, cómouebátur ad prælium, vocabantur ad feſtum: Simili modo hac tuba reſurgentes *Sapien. 5.*
congregabuntur ad concilium iudicij, ad prælíũ, orbis quo- B
que terrarum pugnabit contra inſenſatos, & ad ſolennitatem æternã, *Deſcendit*, in propria perſona atque viſibili forma. *De cœlo*, empyreo. Iuxta illud Apocalipſis, Ecce venit cũ nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerũt. *Apoc.1.*
Et mortui qui in Chriſto ſunt, id eſt, qui interim in Chriſto per mortẽ quieuerũt. *Reſurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus*, .i. qui tũc viui inueniẽtur. *Qui relinquimur*, id eſt, qui vſque ad diem illum in vita dimittentur, & ſicut iam dictum eſt, reſidui erũt. *Simul*, id eſt, pariter & eodem momẽto. *Rapiemur*, ab angelis. *Cum illis*, qui ante nos quieuerunt. *In nubibus*, quæ nos ſuſcipient, ſicut Chriſtum aſcẽdentem nubes ſuſcepit. *Obuiam Chriſto in aera*, quia & nos in aërem transferemur, ſiue leuabimur, & Chriſtus deſcendet in aërem ſuper vallem Ioſaphat. Propter quod apud Matthæum inducitur Media *Acto.1*
nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiam *Matth.22.*
ei. Vnde in Iohele Deus loquitur, Conſurgant & aſcendant C
Gentes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo vt iudicem om- *Iohelis.3.*
nes gentes in circuitu. *Et ſic ſemper*. i. æternaliter, *Cum do-* *Finis.*
mino erimus, in patria: prolata illa ſententia. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab *Mat.25.*
origine mundi. Præterea, magna eſt difficultas, quomodo intelligendus ſit iſte priorum huiuſmodi ac poſteriorũ ordo, de quibus dicit apoſtolus: Mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent: deinde nos qui viuimus, qui relinquimur. Nunc enim prædictum eſt quòd omnes mortui ſimul reſurgent etiam in momento ictúque oculi. Inſtantanea quippe erit reſurrectio, quo ad id quod fiet à Deo; videlicet quantum

ad ipſam animæ & corporis reaſſociationem. Virtus enim diuina, cùm ſit infinita, operatur in inſtanti. Quantum verò ad id quod fiet miniſterio angelorum, ſcilicet quo ad cinerum collectionem, erit in breuiſſimo, & vt communiter dicitur, imperceptibili tempore. Non ergo intelligi poteſt de prioritate ac poſterioritate temporali, ſed nec de prioritate & poſterioritate dignitatis intelligi poteſt, præſertim cũ aliqui perfectiſſimi homines tunc viui inuenientur, qui nequaquam inferiores erunt omnibus, qui ante eos in Chriſto quieuerunt. Quidam igitur reſpõderunt quòd quidam reſurgent ante alios tempore. Et ad verba apoſtoli dicunt, quod licet ſinguli reſurgent in momento, nõ tamen omnes eodem momento. Lyra autem exponit alio modo. Cuius expoſitio quamuis ſit vera, tamen in textu elici non poteſt, nam & multa verba ſubintelligit, vnde nec commemoranda videtur. Mihi verò (meliori ſaluo iudicio) apparet quòd iſta prioritas ac poſterioritas referendæ ſint ad ordiné quo incipit reparatio, vbi deſit deſtructio. De viuis autem qui in die iudicij inuenientur in terra, aliqui dicũt, quòd in raptu quo rapientur in aëra, morientur, & incinerabuntur, ſimúlque cum aliis ſuſcitabuntur. Secundum primam reſponſionem hanc dici poteſt, quòd prædicta prioritas & poſterioritas reſurrectionis erit temporalis, alij nanque ante hunc raptum reſurgent, communius tamen tenetur, quòd in igne conflagrationis morientur.

E

Cap. V. *De temporibus autem & momentis, non indigetis vt ſcribamus vobis.* ARTICVL. V.

F

1. Theſ. 4 LOcutus in præcedenti capitulo Apoſtolus de reſurrectione futura & die iudicij: nũc reddit diſcipulos cautos circa expectationem illorum, ponítque doctrinas ſaluberrimas, compendioſas, moralitate repletas, quas qui impleuerit, futurum illud iudicium ſecurè expectat. Itaque ait *De temporibus autem*, ſecundi aduentus Chriſti ſeu reſurrectionis communis, videlicet quot anni reſtent antequàm compleatur. *Et momentis*, id eſt, determinata hora qua vẽturus eſt Chriſtus: *Non indigetis vt ſcribamus vobis*, quia quod ſciri poteſt de hoc, vobis iam conſtat. Sicut ſubiungitur. *Ipſi enim diligenter ſcitis*, id eſt, cum magna aduertentia cognoſcitis. *Quia dies domini*, id eſt, hora finalis iudicij. Quæ

Matth. 24

dicitur

dicitur dies non solùm propter solis illustrationem, sed & propter omnium operum hominum manifestationem. Tũc enim illuminabit dominus abscõdita tenebrarũ. *Sicut fur in nocte ita veniet*, id est, latenter, improuisè, & subitò accidet, sicut, fur tẽpore noctis domũ ingreditur. Vel, sicut fur, improuisè in nocte, ita veniet. i. latenter aduenier, ad similitudinẽ furis. Vnde in Matth. Legimus, Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. *Cum enim dixerint*, impij. *Pax*, nobis est. i. quies à malis præsentibus. *Et securitas*, à futuris periculis. *Tunc repẽtinus eis superueniet interitus*, id est, subitanea perditio diei iudicij. *Sicut dolor in vtero habentis*. i. tã pœnalis quàm est cruciatus mulieris parturiẽtis. *Et nõ effugient*, mortem, & iudicis manum. Istud ergo scitur de tempore & momento futuri iudicij, quòd improuisè veniet, atq; celerrimè finietur. Sicut apud Matthæum legimus, Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Quòd verò de tempore & momento scire non potestis: videlicet determinatam horam eius, & quantum distet, nec mihi Paulo apostolo innotescit. Propter quod ait Saluator in Actis Apostolorum, Non est vestrũm nosse tempora & momenta, quę pater posuit in sua potestate. Et alibi, De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum. *Vos autem fratres non estis in tenebris*, ignorantiæ & peccati. *Vt vos dies illa tanquam fur apprehẽdat*, hoc est, in die illa improuisè comprehendamini atque damnemini à Christo iudice metuendo. Occasione huius verbi appareret quibusdam, quòd in isto capitulo loquatur apostolus potius de die particularis iudicij, qua quilibet visitatur per mortem, & iudicatur à Christo. Sciebat nanque Apostolus diem finalis iudicij multum distare. Idcirco de die illa non dixisset hominibus sui temporis, Vos autem in tenebris nõ estis, & cætera: quasi si in tenebris essent ab illa die comprehendi potuissent. Sed istud facilè soluitur. Sicut enim in præcedenti capitulo dixit apostolus de longè futuris eis videlicet qui erunt viuentes circa diem iudicij in sua persona. Nos qui viuimus qui residui sumus, &c. Ita hoc loco per præsentes designat futuros electos propter vnitatem mystici corporis Christi. Veruntamen omnia iam inducta exponi possunt de die particularis iudicij. Vt sit sensus, De tẽporibus autem & momentis, id est, qua die & qua hora qui-

A

Act. 1.

Matth. 24

Matth. 24

B

C

1. Thes. 4

Dlibet vestrûm moriturus & iudicandus sit à Christo, nō in-
digetis vt scribamus vobis. Nam ita incertum est tempus &
momentum huius iudicij, sicut illius, nec spectat ad vos talia
Matt. 24. scire. Vnde ait Saluator, Vigilate itaque quia nescitis diem
neque horam. Quod autem sciri de hoc potest, scitis. Ipsi
enim diligenter scitis, quia dies domini, hoc est, dies partic-
ularis iudicij. Quæ dicitur dies domini, quia in ea facit do
minus cum moriente particulare iudicium tanquā fur in no
Lucæ. 12. cte, id est, improuisè & subitò veniet. Iuxta illud, Qua hora
Esaiæ. 17. non putatis, filius hominis veniet. Et Esaias, Veniet super te
malum atque calamitas, & nescies ortum eorum, veniet su-
per te miseria repente. Cùm enim dixerint homines carna-
les pax & securitas, arbitrantes diu in deliciis viuere. Prout
E apud Lucam quidam eorum effatur: Anima, habes multa
Lucæ. 12. bona, reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe,
epulare, tũc repentinus eis superueniet interitus id est, mors
improuisa ac subita. Sicut prædictis verbis euangelicis ad-
ditur. Dixit autem illi Deus, Stulte hac nocte animam tuam
repetent à te. Denique super hęc verba, Cum dixerint pax
& securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, dicit
glossa. Ministri Antichristi eo occiso in diebus sequenti-
bus gaudebunt, ducentes vxores, conuiuia celebrantes, &
iocos diuersi generis exercentes, ac dicentes, Licet princeps
noster mortuus sit, nos tamen pacem habemus & securita-
tem. Et cum talia dixerint, repentinus eis superueniet inte-
ritus. Hanc glossam reprobat quidam hoc loco, sic dicens,
Illud non videtur conuenienter dictum: glossa enim præ-
F mittit, quòd Antichristus fulminabitur, & maxima pars sui
exercitus cum ipso peribit. Non ergo est verisimile quòd
remanentes erunt in tanta securitate, sed potius in timore
Et ita glossa sibimetipsi repugnare videtur. Item est contra
commune dictum sanctorum & doctorum, qui communi-
ter asserunt omnes ad Christum conuertendos Antichristo
occiso, & eius falsitate detecta. Porrò ad saluandum ve
ritatem glossæ & harum obiectionum solutionem, huiús-
Matth. 24 que dicti confutationem. Primò inducenda est scriptura
Gene. 6. 7. canonica. Ait nanque Saluator, Sicut fuit in diebus Noë, ita
erit aduentus filii hominis. Sicut enim erāt (inquit) in die-
bus Noë comedentes & bibentes, nubentésque & nuptui
tradentes vsque in eum diē in quo introiuit in arcam Noë,

&

& non cognouerunt, donec venit diluuium & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis. Ex verbis his euidentissime constat, quòd aliqui impij erunt in mundo prædicto, intenti operibus vsque ad ipsum Christi aduentum, seu diem iudicij. Præterea, verba Apostoli quibus dixit: Cùm dixerint pax & securitas, Augustinus exponit de carnalibus, qui non arescent præ timore & expectatione futuri iudicij. Nõ ergo simpliciter omnes boni erunt. Quod ergo primò arguitur non esse verisimile quòd post occisionem Antichristi ministri eius gaudebunt in malis, dico cum Salomone, quia quem Deus spernit, nullus corrigere potest. Ideo reprobi illi nõ corrigentur, visis tot signis, quibus meritò corrigerentur. Et hoc vtique verisimile est. Legitur enim in lib. Numerorum, quòd postquam terra deglutiuit Dathan & Abyron & Chore in conspectu filiorum Israël, ignis quoq; deuorauit ducẽtos quinquaginta viros fautores eorum, nihilominus filij Israël die sequenti insurrexerũt cõtra Moysen & Aaron. Denique Pharao rex Ægypti quantas Dei plagas & signa vidit ac passus est? nõ tamen se correxit. Gregorius quoque recitat de quibusdam qui visis pœnis futuris redierunt ad corpus, & tamen in vitiis permanserunt. Præterea, quòd quidam asserit glossam esse contra commune dictum sanctorum & doctorum, nequaquam putandum est. Nam & glossa illa non est verbum glossatoris, videlicet Petri Lombardi, sed expositio Haymonis. Et idem dicunt Beda, Gorra, multíque alij. Verùm est tamen, quòd sancti affirmant totum mundum conuertendum ad Christum Antichristo occiso. Quod non est intelligendum tam absolutè, quòd singuli conuertentur, sed quia tam multi conuertendi sunt, vt comparatione eorum alij erunt pauciſſimi. Nunc quippe sunt multi vocati & pauci electi in terra vel in seculo isto, tunc autem erit oppositio modo. Cur verò Thessalonicenses non sint in tenebris, subdit Apostolus, *Omnes enim vos filij lucis*, increatæ, videlicet Christi. *Estis*, qui ait, Ego sum lux mundi. De quo refert Euangelista, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Vel filij lucis, id est, gratiæ & fidei. Vnde ait Saluator, Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. *Et filij diei*, hoc est, temporis gratiæ seu noui testamenti atque virtutum. Vnde apud Romanos dictum est, Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Luc.21. *Augusti.* *Eccle.7.* B *Nume.16.* *Exod.7.* *Gregor.* *Haymo* C *Matt.20* *Ioan.8.* *Ioan.1.* *Ioan.12.* *Roma.13.*

Et Zacharias ait, Applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa. Christus quoque per diem intelligi potest: sicut in hymno cantatur, Christe qui lux es & dies, &c. *Et non estis noctis*, id est, temporum iustæ vltionis. De quibus in Actibus Apostolorum legimus, Tempora prioris ignorantiæ despiciens Deus. *Neque*, estis, *Tenebrarum*, id est, vitiorum ac diuersorum errorum. Hoc est, non pertinetis ad tempora reprobationis & iræ, nec vitiis deseruitis, sed estis in tempore gratiæ, & statu salutis. *Igitur non dormiamus*, somno culpæ, torpendo in vitiis, sicut & cæteri ignaui, negligentes & intimorati. *Sed vigilemus*, id est, vigili mente insistamus diuinis. Non enim dormientibus, sed vigilantibus prouenit regnum dei. *Et sobrij simus*, temperantiam obseruando. *Qui enim dormiunt*, iacēdo in vitiis. *Nocte dormiunt*, id est, tempore suæ internæ cæcitatis seu ignorantiæ hoc faciunt. Omnis enim peccans est ignorans, secundum Dionysium & Aristotelem. *Et qui ebrij sunt*, gulosè viuendo *Nocte ebrij sunt*, hoc est, in mentis caligine tales cōstituti sunt, ita vt rationis & gratiæ lumine sint priuati. *Nos autē qui diei sumus*, id est, claritati virtutum intendimus. *Sobrij simus*, quatenus habentes victum & vestitum contenti simus. Vnde & Sapiens orat, Tantum victui meo tribue necessaria. *Induti loricam fidei & charitatis*, id est, sic interiora nostra armātes seu munientes fide, quantum ad intellectum: & charitate, quantum ad voluntatem, quemadmodum armatur corpus materiali lorica. *Et galeam spem salutis*, id est, spe futuræ beatitudinis muniamus animam nostram, sicut defenditur corpus galea corporali. Nam & spe salui facti sumus. Et omnes qui sperant in domino non infirmantur. *Quia non posuit nos deus*, in hoc mūdo, vel in statu fidei Christianæ. *In iram*. i. ad hoc vt pereamus. *Sed in acquisitionē salutis*. i. ad hoc vt æternam fœlicitatem mereamur. *Per dominum nostrum Iesum Christum*, id est virtute & gratia eius. *Qui mortuus est pro nobis*, saluandis. *Vt sive vigilemus*, hoc est, in hac carne viuamus, seu exterioribus sensibus & ratione vtamur. *Sive dormiamus*, dormitione somni naturalis vel mortis corporalis. *Simul cum illo viuamus*. i. in Christo vitam gratiæ, vel gloriæ habeamus. *Propter quod consolamini invicem*. i. vnus alium consoletur si indiget. Iuxta illud Ecclesiastici. Ne desis plorantibus in cōsolatione. *Et ædificate alterutrum*, id est, mutuò exemplares estote

Luc. 21. *Act. 7.* E *August. Dionysius.* *1. Tim. 6.* *Prou. 30.* F *Titum. 3.* *Psal. 55.* *Rom. 14.*

in verbis & actibus, ne quis ponat offendiculum proximo, A
sicut & facitis. Deinde Apostolus instruit subditos. *Rogamus autem vos fratres vt noueritis*, per effectum, id est, nosse vos demonstretis. *Eos qui laborant inter vos & præsunt vobis in domino*, id est, officiales superioresque vestros, qui in spiritualibus & temporalibus prouident vobis, & de vestra salute solliciti sunt. *Vt habeatis illos abundantius* solito, & magis quàm cæteros. *In charitate*, diligendo eos feruenter tanquam patres spirituales ac pastores. Quos tantò feruentius amare debetis, quantò maiora ab eis sortimini bona. Et hũc amorem opere declarate, reuerenter obediendo, atq; in necessariis ministrando. *Propter opus illorum*, id est, propter exigentiam iuris ex parte administrationis quam vobis impendunt. *Pacem habete cum eis*, nunquam murmurando, B
contendendo, aut rebellãdo. Qui enim bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Et qui potestati resistit, *1. Tim. 5.*
Dei ordinationi resistit, damnationémque acquirit. *Ro-* *Rom 13.*
gamus autem vos fratres, corripite inquietos, id est, mente aut *Epist.*
corpore instabiles, gyrouagos, curiosos, & contentiosos. *Consolamini pusillanimes*, ne aduersis frangantur, sed firmiter sperent in Deo. *Suscipite infirmos*, corde aut corpore, languorem eorum interiorem aut corporalem pro posse sanando, eósque fouendo, ac supportando. *Patientes estote ad omnes*: quia qui patiens est, multa gubernatur prudentia, *Prou. 24.*
& in patientia constitit possessio animæ. *Videte ne quis ma-* *Roma. 12.*
lum pro malo alicui reddat, quoniam & alibi dictum est, Noli *Psal. 7.*
vinci à malo, sed vince in bono malum. Et Psalmista, Si red *Psal. 7.*
didi inquiens, retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab C
inimicis meis inanis. Vnde & Salomon in Prouerbiis. Ne di- *Prou. 20.*
cas quomodo fecit mihi, sic & faciam ei: expecta dominũ & liberabit te. Apud Eccle. quoq; ait scriptura, Relinque pro- *Eccle. 28.*
ximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. *Sed semper quod bonum est sectamini*, id est, exequamini vel imitemini. *In inuicem*, vt vnus imitetur bonum alterius, & alter alteri bona impendat. *Et in omnes*, extraneos, sectamini bonum his modis. Virtutes igitur aliorum consideremus & imitemur, non vitia. *Semper gaudete*, in domino, vt puta omni tẽpore opportuno tã in aduersis quàm prosperis. Et simili modo. *Sine intermissione orate*, nullã debitã oratio- *Luc. 18.*
nis horam omittendo. *In omnibus*, quæ accidunt vobis, & in

prosperitatibus aliorum. *Gratias agite deo*: quemadmodum
Esa. Esaias fecit, cum dixit, Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus bonis, quæ reddidit nobis. *Hæc est enim voluntas dei*, id est, horũ executio placet deo. *In Christo Iesu*. i. prout Christus edocuit, & sicut ipsi Christo hæc placuerunt. *In omnibus vobis*, quia vult deus vt vos omnes ista agatis. *Spiritum*, id est, spiritus sancti donũ, videlicet gratiam deuotionis, & sancti feruoris. *Nolite extinguere*, in vobis, vel aliis, aperiendo cordis vestri ianuam dæmoni seu peccato mortali. *Prophetias*. i. expositiones scripturarum, eloquia prophetarum, seu reuelationes quæ interdum simplicibus fiunt, *Nolite spernere*, sed reuerenter audite ac discite.
Hiere.15. *Omnia autem probate*. i. vniuersa quæ probatione digna sunt,
E per rationem discutite, separando preciosum à vili. Quæ
Gala.4. verò manifestè mala sunt atque prohibita, discussione non indigent. *Quod bonum est*, rectæ rationis iudicio, vel scripturæ testimonio. *Tenete*, memoriter & operanter, inhærendo iugiter actibus virtuosis. *Ab omni specie mala abstinete vos*. i. non solùm veraciter, sed & apparenter mala vitate, ne quis
Eccle.39. scandalizetur. Præterea orat Apostolus pro Thessalonicẽsibus, quatenus Deo operante exhortationes seu iussiones præmemoratas adimpleant. *Deus autem pacis*, dator & custos, *Sanctificet vos per omnia*, id est, vniuersis virtutibus mũdet, ornet, atque perficiat vos. *Vt integer*. i. à corruptione vitiorũ immunis. *Spiritus vester*. i. mẽs seu superior pars animę. *Et anima*, quantum ad vires suas inferiores integra à læsione
Sap.6. peccati. Incorruptio enim facit proximum esse Deo. *Et cor*
F *pus* vestrum integrum. i. inuiolatum. *Sine querela*, id est, irreprehensibiliter. *In aduentu domini nostri Iesu Christi*. i. vsque ad terminum vitæ præsentis. *Seruetur*, per gratiam custodiẽ
Mat.20. tem. Vel, in aduentu Christi i. ad hoc vt in secundo Christi aduentu appareatis coram eo cum anima & corpore glorioso. Hæc autem fidenter oro. *Fidelis enim est*, deus, id est, verus in sermonibus suis. *Qui vocauit vos*, ad statum salutis. *Quietiam faciet*. i. preces vestras exaudiet, sicut promisit de eo di-
Psal.144. uinus Psaltes, Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Omnis enim qui petit, accipit, &
Mat.7. *Luc.11.* qui quærit, inuenit. Quis nanque inuocauit eum, & despexit
Eccle.2. eum? Sed agendum est, quod rursus hortatur Psalmogra-
Psal.104. phus, Lætetur cor quærẽtium dominum, quærite dominum

&

& confirmamini, quærite faciem eius semper. Qui sic inuocat, proculdubio sortietur felicem effectum. *Fratres orate pro nobis*. Ecce verbum eximiæ humilitatis, quo tantus Apostolus discipulorum suorum quærit suffragiū. *Salutate fratres omnes*, vobis opportunè occurrētes. *In osculo sancto*, nō carnali aut simulato. *Adiuro vos per dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus*, id est, veraciter Christianis. Circa hoc quæri posset quomodo adiuratio sit licita, & si liceat hominem adiurare. Et videtur quòd non. Ait enim Origenes super Matthæum: Non oportet vt vir qui vult secūdum Euāgelium viuere, adiuret alium: si enim iurare non licet, nec adiurare. In oppositum est ipse Apostolus adiurans hoc loco discipulos suos. Et respondendum est secundum Thomam, ꝙ adiurare non est alium ad iurandum inducere, sed per similitudinem iuramenti à se inducti, alium ad aliquid agendū prouocare. Dicitur enim adiurare quasi ad aliquid iurare, videlicet vt aliquid fiat ab alio. Sic autem potest homo adiurare superiores suos per modū deprecationis: Subditos verò per modum iussionis, quos etiam ad iurationem constringere potest propter necessariam causam. Cùm verò aliquis vult ab alio quippiam obtinere per adiurationem sine impositione necessitatis, talis adiuratio omnibus licet. Origenes autem loquitur de adiuratione, qua quis vult aliū cogere vt sibimetipsi iuret, quemadmodum princeps sacerdotum adiurauit Christum. Horum determinatio plenius continetur secunda secundæ quæstione 89. *Gratia domini nostri Iesu Christi*, sine qua nullo momēto esse potestis in statu salutis, sit semper *Vobiscum*. Ipse enim ad supernaturalē finem nos condidit, ad quem perduci nō possumus, nisi per supernaturalia media. Ideo nunquam de nobis præsumere. nunquam inaniter gloriari debemus: sed pietati benignissimi creatoris indesinenter inniti, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, *Amen*.

Colos.4.

Origenes.

Thomas.

B

Mat.26.

Ioan.15.

C

Iudith.6.

IN EPISTOLAM SECVNdam ad Theſſalonicenſes

Proœmium.

D

Sap.6. LAra eſt, & nunquam marceſcit ſapientia: & facilè inuenitur ab his qui diligunt, & quærunt eam. Quoniam veraciter ſcriptũ eſt: Auris bona cum omni concupiſcentia *Eccle.6.* audiet ſapientiam. Theſſalonicenſes tanquam boni diſcipuli doctrinam præcedentis epiſtolæ cum ingenti diligentia aduerterunt. In qua cũ *1. Tim.4.* ſcriptum conſpicerent, Nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis, &c, opinati ſunt Chriſtum fuiſſe ad E iudicium finale venturum in diebus ſuis. Præſertim & cum tribulationes eorum penè quotidie augerentur. Quo cognito ſcripſit eis Apoſtolus ab Athenis hanc ſecundam epiſtolam per Tychicum & Oneſimum, qui & priorem detulerunt epiſtolam, & verba Theſſalonicenſium retulerunt Apoſtolo. Hortatur ergo eos Apoſtolus ad patientiam, & die iudicij nondũ inſtare teſtatur, inquietóſque durè redarguit.

Cap. I. *Paulus & Syluanus & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium.*

ARTICVLVS I.

PAulus & Syluanus & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Omnia verba hæc in exordio epiſtolæ præcedẽtis expoſita ſunt. F Nam & verbo & ſenſu idem eſt vtriuſque epiſtolæ principium. *Gratias agere debemus Deo ſemper*, id eſt, omni tempore congruenti. *Pro vobis*, id eſt, propter beneficia vobis diuinitus præſtita, ô *Fratres*, ad hoc enim tenemur tanquam paſtores veſtri. Charitas quoque qua de veſtra ſalute gaudemus, & Dei honorem concupimus ad hanc nos gratiarum actionem conſtringit. *Ita vt dignum eſt*, id eſt. multum affectuoſè atque humiliter ſicut pro tantis beneficiis, tanto benefactori à tantillis gratias agi decet. *Colo.3.* *Quoniã ſupercreſcit*, id eſt, plurimum proficit. *Fides veſtra*. Nam per illuminationem ſpiritus ſancti ſit clarior atque per opera bona viuacior. *Et abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrũ in inuicem*, id eſt, vnuſquiſque veſtrũ aliũ amat feruenter ſpirituali

&

& ſancta dilectione. *Ita vt noſipſi in vobis*, id eſt, de veſtra perfectione, vel in perfectionis veſtræ conſideratione. *Glorificemur in eccleſiis dei*, coram congregationibus Chriſtianorum, ad quorum ædificationem lætanter referimus veſtras virtutes. Gloriamur inquã. *Pro*, id eſt, de *Patientia veſtra & fide*, quę fortiter cõſeruaſtis. *In omnibus perſecutionibus veſtris*, quæ extrinſecus infliguntur. *Et tribulationibus*, aliis, *Quas ſuſtinetis in exemplum*, id eſt, in declarationem. *Iuſti iudicij Dei*, futuri in morte cuiuſliber, vel in die nouiſſimo. Tribulationes quippe quas ſuſtinetis, teſtantur & manifeſtant quòd Deus poſt hanc vitam iudicat patientes & inferentes, reddens ſingulis quod merentur, videlicet parentibus gloriam. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria. Cùm nanque cernamus in hac vita impios proſperari & iuſtos opprimere, iuſtos autem aduerſitatibus fatigari & opprimi etiam vſque ad mortem, oportet concedere quòd iuſtus & ſapiens deus poſt hanc vitam omnia rectè diſponat, iuſtè iudicet, & optimè ordinet. Quod non fit niſi per iuſtam damnationem malorum, & beatificationem iuſtorum. *Vt digni*, id eſt, glorioſi. *Habeamini*. Vel, digni habeamini, id eſt, digni ſitis per opera ſancta recipi. *In regno Dei*, id eſt, in eccleſię triumphante ac throno cœleſti. *Pro quo*, videlicet vt ſic digni habeamini. *Et patimini*, tanta aduerſa, penſantes illud Euangelij, Gaudete in illa hora & exultate, ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Si enim cõpatimur, & conregnabimus. *Si tamen*, id eſt, quia. *Iuſtum eſt apud deum*, id eſt, in mente diuina hoc iuſtum cenſetur. *Retribuere tribulationem his qui vos tribulant*. i. perſequutoribus veſtris debitas reddere pœnas pro pœnis quas vobis infligunt. Quod vtique iuſtum eſt, & cõtinget, ſicut & Pſalm. teſtatur, Qui cuſtodit veritatem in ſeculum, facit iudicium iniuriam patientibus. Vnde & in Iob habetur. Deus inultum abire non patitur. Iuſtum quoq; eſt apud deum. *Et vos qui tribulamini*, propter iuſtitiam. *Requiem dare* ęternam. *Nobiſcum*, in patria. Ideo nanque in lib. Sapientiæ legimus, Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos ſe. Ideóque accipiẽt regnũ decoris, & diadema ſpeciei de manu domini. Et in Apoca. Iſti ſunt qui venerunt de tribulatione magna, ideo ſunt ante thronum dei. Hæc autem retributio plenariè fiet, & iuſtum eſt apud deum eam compleri. *In reuelatione*, id eſt, manifeſta apparitione. *Domini Ieſu*

2. Cor. 5

Iob. 22

Act. 14

Lucæ. 6

Roma. 8

Pſal. 145

Iob. 24

Sapien. 3.

Apoc. 7.

D uenientis. *De cœlo*, in die nouissimo *Cum angelis virtutis eius*,
id est, angelis sanctis suæ diuinæ potestati, imò & suæ humanitati subiectis. *In flamma ignis dantis vindictam*, id est, in reuelatione Iesu dantis in flamma ignis, id est, per ignem flammantem vindictam, id est, iustam vltionem. *His qui nõ nouerunt deum*, scientia formata, quæ facit quod nouit agendum, id est, iniustis, qui etsi dicant se nosse deum, factis negant. De hac enim scientia ait Ioannes in prima sua canonica, Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Vel, per ignorantes deum, intelliguntur idololatræ. *Et*, his. *Qui non obediunt Euangelio*, id est, euangelicę doctrinæ. *Domini nostri Iesu Christi*. De hac Christi reuelatione & flamma ignis Psaltes Dauid clarissimè prophetauit. Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in cõspectu eius exardescet. *Qui*, nescientes & inobedientes. *Pœnas dabunt*, id est, persoluent & luent. *In interitu æternas*, id est, æternaliter perdurantes, & quasi occidentes, non tamen extinguentes eos quos punient. Vnde hæ pœnæ sunt mors secunda, æterna & amarissima. Has igitur pœnas dabunt, id est, sustinebunt sibi inflictas. *A facie domini*, id est, à præsentia Christi, qui dicet, Ite maledicti in ignem æternum, cuius facies reprobis erit horrenda ac pœnalissima, ita vt dicãt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. *Et à gloria virtutis eius*, id est, ab excellentia seu maiestate potentiæ Christi, qui in suo imperio reprobos in pœnas inferni detrudet.

F Data nanque est ei omnis potestas in cœlo & in terra. *Cum venerit*, Christus. *Glorificari*, hoc est, glorioſus atque magnificus apparere. *In sanctis suis*, id est, in præmiatione seu glorificatione electorum suorum. *Et* cum venerit. *Admirabilis fieri*, in cordibus omnium intuentium. *In omnibus qui credderunt*, id est, in iusta retributione seu præmio vniuersorum fidelium, bonos saluando, impióſque damnando. Ex quo effectu cunctis patebit quàm admirabilis sit dominus Iesus, quemadmodum scriptum est, Mirabilis deus in sanctis suis. Signum verò quòd omnia ista sic fient, est. *Quia creditum est testimonium nostrum*, id est, attestatio seu prædicatio nostra de iusto iudicio Dei credita est. *Super vos*, id est, à vobis vel, in cordibus vestris. Hoc etiam sensu in Esaia habetur, Spiritus domini super me, id est, in me creditum est.

Titum. 1

1. *Ioan.* 2.

Galat. 4.

Psal. 49

Apoc. 21.

Matth. 25

Apoc. 6

Matt. 28.

Psal. 67

Esa. 48

In

In die illo, id est, sicque complebitur in die nouissimo, quando omnes simul remunerabuntur. Vel, in die illo, id est, de die illa, quia de die iudicij credidistis quæ prædicauimus vobis. *In quo*, negotio seu testimonio prædicationis nostrę. *Etiã oramus semper pro vobis, vt dignetur*, id est, dignos efficiat. *Vos vocatione sua*, id est, beatitudine ad quam vocati estis. *Deus noster impleat omnem voluntatem bonitatis suæ*, id est, quicquid suæ pietati placitum est, ad effectum perducat in vobis, quatenus faciat vos suis præceptis atque consiliis misericorditer datis obedire in omnibus. Impleat quoque.

Et opus fidei, id est, opera virtuosa ex fide nascentia (sine quib⁹ fides mortua est in seipsa.) Vel, opus fidei propriè intelligitur oris confessio, qua quis fidem profitetur. Corde enim creditur ad iustitiam, ore verò confessio fit ad salutem. Quæ confessio summè necessaria fuit martyribus tempore Apostolorum. Et postmodum diu. *In virtute*, constantiæ seu animi firmitate, vel foriiter stetis, atque in finem perseueretis. *Vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi*, id est, ipse Christus clarificetur. *In vobis* dupliciter. Primò, vt eum syncerè cognoscatis, & dignè honoretis. Sic enim clarificatur, id est, clarè habetur, scitur, & honoratur, in cordibus vestris. De tali clarificatione ait Saluator, Pater, venit hora, clarifica filium tuum. Secundò, vt diuina perfectio Christi in vobis appareat, & ita Christus in vobis per suum præclarum effectum innotescat seu declaretur. *Et vos in illo*, id est, in Christo clarificemini, videndo eum in patria facie ad faciem. Non ergo eodem modo clarificatur Christus in nobis, & nos in illo. Per hoc enim, quod ipse clarificatur in nobis, nihil perfectionis aut gloriæ ei accrescit. Per hoc autem quod nos clarificamur in Christo, summè perficimur. Sic igitur clarificemini in illo. *Secundum gratiam Dei nostri*, id est, iuxta mensuram gratiæ vobis à sancta trinitate exhibitæ. *Et domini nostri Iesu Christi*, id est, secundum eandem gratiam, quæ nobis per Christum, tanquam per mediatorem & causam meritoriá datur. Hoc dicit Apostolus, ne quis propriis meritis principaliter innitatur.

Iacobi.2.
Roma.10.
B
Ioan. 17
1. Cor.1
C

Cap. II. *Rogamus autem vos fratres per aduentum domini.*

ARTICVLVS. II.

Cap. 2.

2. Thess. 1. COmpleta gratiarum actione & oratione pro Thessalonicensibus Deo oblata in præcedenti capitulo, nunc corrigit errorem eorum & instruit eos quid de die iudicij sit tenendum. *Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi*, ad extremum iudicium. *Et per aduentum nostræ congregationis*, id est, per collectionem omnium fidelium. *In ipsum*, id est, ad Christum, ad quem omnes in die iudicij adducentur. Sic autem rogare, est obsecrare. *Vt non cito*, id est, non facilè, neque in breui hora, seu modico tempore. *Moueamini*, id est, recedatis. *A vestro sensu*, id est, à vero intellectu scripturæ quem didicistis. Qui enim cito credit, leuis est corde. Vel, non moueamini ad instabilitatem atque errores à vestro sensu, id est, propria sensualitate & naturali ratione, propriis adinuentionib⁹ ac imaginationibus potius quàm scripturæ authoritati innitendo. *Neque terreamini*, vano terrore arbitrãtes instare diem iudicij, & persequutiones grauissimas, quæ ipsum præcedent. *Neque per spiritum*, quamuis diabolus se in angelum lucis transfigurans asserat instare diem nouissimum. *Neque per sermonem*, cuiuscunque prædicatoris. *Neque per epistolam tanquam per nos missam*, id est, quamuis aliquis pseudoapostolus miserit vobis epistolam nostro nomine intitulatam, sicut interdum fecerunt pseudoapostoli causa fallendi. *Quasi instet*, id est, in proximo venturus sit. *Dies domini*, id est, tempus finalis iudicij. *Ne quis vos seducat*, ad hoc æstimandum. *Vllo modo*, error enim & falsitas semper vitanda sunt. *Quoniam nisi venerit discessio primùm*, id est, dies domini non erit in actu, nec Christus generale iudicium faciet, nisi primùm, id est, ante venerit discessio Gentium à Romano imperio, quæ iam pro magna parte impleta est. Vel, discessio particularium ecclesiarum ab obedientia Romanæ ecclesiæ. Vel, vt aliis amplius placet, Nisi venerit discessio Christianorum à fide catholica, non quòd omnes à fide recedent, sed multi. Dicit enim Saluator, Quòd tunc abundabit iniquitas, & refrigescet charitas, sicque fides vera in multis deficiet. Propter quod Apostolus dicit primę Tim. 4. Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis diebus discedent quidã à fide. Et Petrus in secunda epistola. Venient in nouissimis diebus illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, & dicentes, Vbi est promissio aut aduentus eius? Non dicit Apostolus,

Epist.

Matth. 22
Eccle. 19

E

2. Cor. 11

F

Matt. 24

1. Tim. 4
2. Petri. 3

lus, quòd mox venturus sit Christus ad iudicium, discessio- A
ne ista completa, sed quòd non veniet nisi ista præcedat. Tamen ista discessione facta, præparata erit via Antichristo, vt recipiatur penè ab omnibus. Idcirco verisimile est, quòd post discessionem statim veniet Antichristus, vel nascendo, vel publicè prædicando, vt aliqui asserunt. Ideo de aduentu Antichristi, qui & secundum quod præcedet diem iudicij subditur. *Et reuelatus fuerit*, id est, manifestatus mundo, imò seipsum hominibus manifestauerit. *Homo peccati filius perditionis*, id est, Antichristus, per excellentiam homo peccati vocatus, tanquam omnibus vitiis præ cunctis hominibus plenus, & cæteris quasi fons & origo peccandi, & exi- B
stens ad æternam damnationem seu perditionem immoderatissimè tendens. *Qui aduersatur*, id est, Christo aduersabitur ac toti ecclesiæ. *Et extollitur*, id est, per superbiam e- 1. Cor. 8.
rigetur. *Supra omne quod dicitur deus*, id est, vniuersis creaturis (quæ vel singulari perfectione, vel vana hominum opinione dij vocantur) se præferet. *Aut quod colitur*, id est, etiam per tumorem elationis grauissimę, supra verum deum extolletur. Non quòd dicturus sit se Deo maiorem, sed quoniam deum nil prorsus timebit, atque diuinæ voluntati suam in omnibus præferet: diuinum cultum exterminans, & suum inducens. Cuius figura fuit quod de Nabuchodonosor scribitur, Qui Holoferni præcepit omnes deos ter- *Iudith.* 3
ræ exterminari, vt ipse solus à suis subditis, imò ab omnibus colcretur vt deus & deus vocaretur. *Ita vt* Antichristus. *In templo Dei sedeat, ostendens se*, suis cultoribus. *Tan-* C
quam sit Deus. Nam & deum & Dei filium se vocabit. Per templum verò, in quo sessurus est intelligitur templum quod ipse cum Iudæis sibi adhærentibus (vt fertur) in Hierusalem ædificabit. *Non retinetis*, memoriter. *Quòd cum adhuc essem apud vos*, corporali præsentia in vestri conuersione.

Hæc, quæ nunc scribo de discessione & Antichristo ac die iudicij. *Dicebam vobis*, proprio ore? *Et nunc quid detineat*, id est, Antichristi aduentum differat. *Scitis*, videlicet quia discessio nondum completa est, nec tempus diuinitus præstitutum seu præordinatum aduentui Antichristi aduenit. Hoc igitur detinet, sic tamen, vt *Reueletur*, homo peccati. *In suo tempore*, id est, diuinitus prædispositę. Reuelabitur enim aliquando, quod patet ex hoc.

Nam mysterium iam operatur iniquitatis, id est, diabolus per Neronem & alios tyrannos tempore isto facit peccata prę-
1. *Ioan.* 2. figuratiua malitiæ Antichristi. Persequutio quippe Neronis & aliorum similium occidentium Christianos præfigurauit persequutionem ab Antichristo fidelibus infligẽdam. Et sicut Nero occidit Petrũ & Paulum, sic Antichristus occidet Enoch & Eliam. Denique sicut Abel, Ioseph, Dauid, Sampson & alij multi Christi figuræ fuerunt: sic Nero, Simon magus, Antiochus illustris, Diocletianus, Antichristi erant figuræ. Vel sic, & redit quasi in idem. Nam mysterium iniquitatis, id est, iniquitas mysterialis occulta & figuratiua iniquitatis in Antichristo futuræ iam operatur in Nerone, cæterísque prædictis qui nunc talia operantur contra Chri-
E stum & sanctos, qualia tunc operabitur Antichristus. Hoc loco ait beatus Hieronymus, quod Apostolus dixerit sciri à
Hierony. Thessalonicensibus, hoc loco non exponit apertè. Ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, peruenire cum labore ad id quod sensit Apostolus cupimꝰ, nec valemus, præsertim quoniam verba sequentia hunc sensum faciunt obscuriorem. Quid enim est quod subditur? *Tantum vt qui tenet nunc,*
Augusti. *teneat, donec de medio fiat.* Denique circa hæc verba Augustinus fatetur, Ego prorsus ignoro quid dixerit. Glossa tamen exponit hunc locum variis modis, quorum vnus, My-
sterium iniquitatis iam operatur secundum sensus inductos, tantum hoc restat implendum, antequam filius perditionis appareat, vt qui tenet nunc, id est, homo iam tenens Ro-
F manum imperium, teneat illud, id est, qui imperat imperet. donec ipsa Romani imperij potestas de medio fiat, id est, pœnitus deleatur. Nam ante aduentum Antichristi cessabit, vt dicitur. Vel sic, vt qui tenet fidem teneat eam, donec ipsa fides de medio fiat, id est, tollatur, quantum ad plurimos, sicut expositum est. *Et tunc*, id est, discessione hac triplici consummata. *Reuelabitur*, id est, seipsum ostendet, & regnare incipiet. *Ille iniquus quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui*, id est suo præcepto iubens eum occidi à Michaële, vel per seipsum eum occidens suo aspectu. Vnde a-
Danie. 7. pud Danielem de Antichristo conscriptum est, Sine manu
Esa. 11. conteretur. Quidã etiam dicũt quòd fulminabitur. Hinc & in Esaia legitur: Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Quidam per spiritum oris Christi intelligunt spiritũ

sanctum

ſanctum, cuius virtute occidendus eſt Antichriſtus. *Et deſtruet illuſtratione aduentus ſui eum.* i. dominus Ieſus conteret & damnabit Antichriſtum cum ſuis, ſuo claro aduentu ad iudicium, quando dicturus eſt, Ite maledicti in ignem æternum. *Cuius eſt aduentus ſecũdum operationem Satanæ.* Duplex ponitur Antichriſti aduentus. Primus occultus, qui pertinet ad eius generationem. Alter, manifeſtus, pertinens ad eius prædicationem. De quo iam tractat Apoſto. Aduentus ergo, id eſt, manifeſtatio Antichriſti, qua ſe hominibus oſtendet tanquam verum Chriſtum ac filiũ dei: eſt, id eſt, erit. Loquitur enim Apoſtolus more prophetico de futuro per modum præſentis: ſecundum operationem Satanæ, id eſt, dæmone cooperante. *In omni virtute*, poteſtatis humanæ. Maximam enim habebit multitudinem miniſtrorum, & omnibus diuitiis abũdabit, nec erit qui ei poterit humana virtute reſiſtere. *Et ſignis*, quantum ad miracula minora. *Et prodigiis*, quantum ad maiora. *Mendacibus.* id eſt, apparẽtibꝰ vel ad fallendum ordinatis. Solet autem quæri: An Antichriſtus & eius miniſtri vera miracula facient? Et reſpondendum, quòd ſi de miraculis propriiſſimè loquamur, videlicet tanquam de effectibus totam naturalem facultatem ac ordinem rerum tranſcendentibus, tunc non faciet miracula verè, ſed ſolúm apparenter, & in præſtigiis illudendo ſenſus humanos. Nempe talia fieri nequeunt niſi virtute diuina. De quibus ait Pſalmographus, Benedictus dominus Deus Iſraël qui facit mirabilia ſolus. Talia fecit Chriſtus: ſicut ait, Si opera non feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Si autem loquamur de miraculis magis cõmuniter, velut de effectibus inconſuetis, & præter ſolitum curſum, naturalemque modum productis, ſic faciet vera miracula adiuuante diabolo. Vnde in Apocalyp. legitur, Dedit illi draco virtutem & poteſtatem magnam. Et rurſus, Fecit ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in conſpectu hominum: & ſeducet habitantes in terra propter ſigna quæ data ſunt illi. Hoc & Chriſtus in Euangelio teſtatur, Surgent (inquiens) pſeudochriſti, & dabunt ſigna magna, ita vt, in errorem ducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Dicuntur tamen miracula iſta mendacia, non formaliter, ſed finaliter, quia ad fallendum, ſeu falſitatum confirmationem ordinabuntur. Aliqua autem erunt omnino men-

Finis.

Mat. 25.

B

Pſal. 21.
Ioan. 15.

C

Apoc. 13.

Marci. 13.

Didacia siue phátasmata ad illudendum hominibus. *Et in omni seductione iniquitatis.* i. in omni genere deceptiõis iniuste ad iniquitatem trahentis. *His qui pereunt.* i. ad damnationẽ reproborum. Variis autem modis Antichristus decipiet mundum, videlicet simulatione sanctitatis, scripturarum allegationibus, sapientia & ornatu sermonis, eminentia miraculo
Ioan. 14. rum, promissione diuitiarum, terrore minarum, potestate,
Matth. 24 prosperitate, ac multitudine ministrorũ suorum. Sic ergo veniet reprobis. *Eo quòd charitatem veritatis.* idest, verã dilectionem seu Christi qui veritas est, amorẽ. *Non receperũt*, perseuerando in ea vt salui fierent, promerendo vitá ęternã, ad quã sola perseuerantia ducit. *Ideo*, in pœnã huius peccati. *Mittet*, permissiuè. *Illis deus operationem erroris.* i. fallacias Antichri-
E sti. *Vt credant mendacio*, id est, falsæ doctrinæ Antichristi. Te-
Mar. 16. netur autem hic dictio, vt, cõsecutiuè, non causaliter. *Vt inducentur*, id est, ab electis discernantur, ad sinistram ponãtur, & condemnentur. *Omnes qui non crediderunt*, fide formata ac stabili. *Veritati*, euangelicæ legis. *Sed consenserunt iniquitati*, doctrinæ & operum Antichristi. *Nos autem*, pastores vestri. *Debemus*, debito condecentiæ vel charitate exigente. *Gratias agere deo semper pro vobis*, id est, vice vestra, vel pro beneficiis vobis collatis, ó. *Fratres dilecti à deo*, quibus conuenit
2. *Ioan.* 4. illud Ioannis, Nos ergo diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. *Quòd elegerit vos Deus* id est, ab ęterno prędestinauerit. *Primitias*, id est, ad hoc vt essetis primi de Christi fidelibus. *In salutem*, id est, ad obtinendam fœlicitatem ęternã. Erant enim Thessalonicẽses de primitiua ecclesia. *In sanc-*
F *tificatione spiritus.* idest, in infusione gratiæ spiritus sancti, seu baptismo vbi spiritus sanctꝰ datur, & homo sanctificatur ad obtinẽdam salutem. *Et fide veritatis* id est, fide catholica da-
Ioan. 14. ta à Christo, qui est veritas prima. Nam per sanctificationẽ istam & fidem acquiritur salus ęterna ad quam pertinet diuina electio. *In quam*, id est, ad quam veram fidem. *Et vocauit vos*, Deus vocatione suæ inspirationis internæ. *Per euangelium nostrum*, id est per prædicationem sancti euangelij à nobis exhibitam, qua admoniti estis ad fidei susceptionẽ, quá & deus vobis infudit. *In acquisitionem gloriæ*, id est ad adipiscendam beatitudinem. *Domini nostri Iesu Christi*, qui ait
Ioan. 6. Qui credit in me habet vitam æternam. Itemque: Beati qui
Ioan, 20. non viderunt & crediderunt. *Itaque fratres state*, in gratia,

non

non ruentes in vitia. *Et tenete traditiones*, id est, morales in-
structiones seu iussiones implete. *Quas didicistis siue per sermo*
nem vocalem oris nostri. *Siue per epistolam nostram*, præsentē
seu precedentem. *Ipse autem dominus noster Iesus Christus &*
Deus pater noster, id est, trinitas vel persona patris, qui est de
creatione, & pater gubernatione ac dilectione. *Qui dilexit*
nos, ab æterno, quemadmodum beneficia testantur. Nam *Ephe.2.*
& propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, filium
suum misit in similitudinem carnis peccati. *Et dedit*, nobis,
Consolationem æternam, nunc in spe, & per quandam inchoa
tionē frequēter nos lætificādo, nostrā redēptionē annūciā-
do, futura præmia proponēdo ac promittēdo imò & in om
ni tribulatione nostra nos consolando. Hanc consolationē
æternam daturus est tandē in re, & per fœlicem consumma- B
tionem. Propter quod ait Christus discipulis suis, Iterum vi *Ioan.16*
debo vos: & gaudium vestrū nemo tollet à vobis. Ideo subdi
tur. *Et spem bonam in gratia*, id est, per gratiam suam præsti-
tit vobis certam ac piam fiduciam adipiscendi consolatio-
nem prædictam. Sicuti Christus loquitur, Petite & accipie-
tis, vt gaudium vestrum sit plenum *Exhortetur*, id est, gratio-
sè excitet. *Corda vestra & confirmet ea in omni opere & sermo* *Ibidem.*
ne bono, id est, meritorio.

Cap. III. *De cætero fratres orate pro nobis.*

ARTICVL. III.

POstquā pro filiis suis orauit Apostolus, iam postulat vt
& ipsi vicissim pro se precētur: ipsos quoque plenius in- C
struit in pertinentibus ad salutem. Et ait. *De cætero fratres ora*
te pro nobis, id est, pro adimpletione eorum quæ nos deside-
ramus, videlicet. *Vt sermo dei currat*, id est, euangelium Chri-
sti vndique seminetur, & velociter diuulgetur. *Et clarificetur*, *Marci.16.*
id est, clarè innotescat hominibus, & per miracula confirme
tur, vt sciatur à Deo. *Sicut & apud vos*, clarificatus est. *Et vt*
liberemur ab importunis, id est, inquietis, molestis. *Et malis ho-*
minibus. Hoc dicit Apostolus, non quasi persecutiones pati
abhorrens, sed ne prædicatio sua impediretur, & aliorum
conuersio. Possumus etiam idem rogare ad hunc sensum, *Psal.112.*
ne per impatientiam superemur, quemadmodum orat diui-
nus Psaltes, Redime me à calumniis hominum, vt cu-

Dstodiam mandata tua. *Non enim omnium est fides*, id est, ideo liberari ab illis desidero, quoniam fides nondum prædicata
Roma. 10 est omnibus, quibus prædicanda est. Vel sic, Non enim &c. Ideo illos importunos, malosque dixi, quia non omnes o-
Acto. 13. bediunt fidei credendo vel operádo. Propter quod in Actibus Apostolorũ legitur, Crediderunt quotquot præordinati erant in vitam æternam. *Fidelis autem dominus est*, qui nec fallit nec variatur, sed implet quod pollicetur. *Qui confirmabit vos*, in bono. *Et custodiet à malo. Confidimus autem de vobis in domino*, tanquam in tam principali causa, & spei obiecto finali, non in viribus veris. *Quoniam quæ præcepimus*, vobis ex parte dei, vel præter mandata à Christo assignata. *Et facitis & facietis*, vsque in finem vitæ præsentis. *Dominus au-*
E *tem dirigat corda vestra in charitate dei & patientia Christi*, vt charitatiuè & patienter viuatis. *Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi*, i. authoritate Chri-
1. Cor. 14. sti, qua fungimur, precipim⁹, *Vt subtrahatis vos*, loco & voto si commodè fieri potest, vel saltem voto. *Ab omni fratre*, id est, quolibet proximo, *Ambulante inordinatè* i. indisciplinatè & irrationabiliter conuersante. *Et non secundum traditionẽ* id est, doctrinam. *Quam acceperunt*, fratres, *A nobis*, qui diximus alio loco, omnia honestè & secundũ ordinẽ fiant in vobis: qui in his duabus epistolis scripsi quomodo sit ordinatè viuendum. *Ipsi enim*, tanquam eruditi discipuli. *Scitis quẽadmodum oporteat vos imitari nos*, in sanctis operibus tan-
Ioan. 13. quam prælatos vestros atque magistros. Non enim est dis-
Lucæ. 6. cipulus supra magistrum. Perfectus verò erit si sit sicut magister eius. *Quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gra-*
F *tis manducauimus panem ab aliquo*, id est, nullius cibis vsi sumus sine proprio labore & præcio. *Sed in labore & fatigatione nocte & die*, id est, certis horis diei, noctisque. *Operantes*, propriis manibus. *Ne quem vestrũm grauaremus*, viuendo
1. Cor. 9 de substantia eius. Hoc autem fecimus. *Non quasi non habue-*
Lucæ. 10. *rimus potestatem.* i. authoritatem & licentiam viuendi de facultatibus vestris. Quia enim vobis spiritualia seminauimus magnum non est, si vestra carnalia metamus: præsertim cũ Christus loquutus sit: In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. *Sed vt nosmetipsos formam*, vitæ, *Daremus vobis ad imitandum nos*, ociositatem vitando. Duas itaque causas assignat apostolus cur corporalites

liter apud Theſſalonicēſes laborauerit. Primam, ne eos gra- A
uaret. Secundam, vt eis præberet exemplum. Inter Corin- 2. C. 12.
thios verò ob alias cauſas ſic laborauit, videlicet ne ſcanda-
lizarentur, ſi eorū ſumptibus viueret, & vt pſeudoapoſtolis
occaſionē auaritiæ amputaret. *Nam & cū eſſemus apud vos,*
hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi quis veſtrum *Non vult o-* 1. Ne
perari, corporaliter ad otia vitanda, & ſuiipſius vel aliorum
pauperum ſuſtētationem. *Nec manducet*, id eſt, manducatione indignum ſe nouerit. Quam quia vitare non poteſt, non deſinat operari. Porrò cur tam arduum eis præceptum dederit, manifeſtat. *Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulare inquiete* videlicet. *Nihil operantes, ſed curioſe agentes*, i. alienis & impertinētibus atque ſuperfluis negotiis ſe occupantes. *His autem qui eiuſmodi ſunt, denūciamus & obſecramus* eos. B
In domino Ieſu, vt cum ſilentio operantes ſuum panem, i. neceſſarium, non voluptuoſum cibum, *Manducent*, congrua hora. *Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes.* Qui enim ponit Luc. 9.
manum ſuam ad aratrum, & retro reſpicit, non eſt aptus regno cœleſti. *Quod ſi quis veſtrûm non obedierit verbo noſtro*, i. Finis.
noſtris præceptis. *Per epiſtolam, hunc notate* i. mihi hoc ſcribite, vt durius eum redarguam. *Et non commiſceamini cumillo* Pſal. 17. Luc. 2.
ne cū peruerſo peruertamini, id eſt, familiaritatē, & ſocietatem illius vitate quātum poteſtis. *Vt confundatur*, de ſuo peccato atque pœniteat. *Et nolite* eum *Quaſi inimicum exiſtimare*, id eſt, non perſonā eius, ſed culpam odite. *Sed corripite eum*, charitatiuè. *Vt fratrem. Ipſe autē dominus pacis*, i. deus omnipotens totius pacis libertimus princeps. *Det vobis pacem ſempiternam*, id eſt, pacem internam, quæ nūc inchoatur, & in patria perpetuatur. *In omni loco*, vbicunque & apud quoſcūque fueritis. *Salutatio mea*, quæ ſubditur. *Manu Pauli*, i propria manu ſcripta eſt. *Quod ſignum*, videlicet propriæ manus ſcripturam, in fine epiſtolæ poſitam. *In omni epiſtola*, mea. *Ita ſcribo*, quaſi ſigillum, vt ſciatur quòd verè à me mittatur epiſtola. Deinde ſalutatio ponitur. *Gratia domini nōſtri Ieſu Chriſti* ſit *Cum omnibus vobis*, qui cū patre & ſpiritu ſancto vnus eſt Deus ſuper omnia ſublimis & benedictus. Amen. C

IN EPISTOLAM PRIMAM

ad Timotheum

Proœmium.

Prou.1. DAVID fili disciplinam patris tui, vt addatur gratia capiti tuo. Habet hoc ordo sapientiæ increatæ, vt creaturæ inferiores à superioribus gubernentur, & minus eruditi à sapientioribus instruantur. Vnde & dominus tam in angelica quàm in ecclesiastica hierarchia diuersos instituit ordines, in quibus diuina sancitum est lege, vt inferiores à superioribus purgentur & illustrentur, ac perficiantur. Hinc ergo sanctus atque diuinus Apostolus in iam elucidanda epistola filium suum spiritualem singulariter dilectum sanctũ Timotheũ affectuosissimè & excellentissimè edocet, scribens ei à Laodicea. Docet igitur Timotheũ de ordinatione episcopatus ac diaconij, imò totius ecclesiasticæ disciplinæ, quales videlicet presbyteros atque diaconos ordinet, & quomodo ecclesiam regat, qualẽ seipsum exhibeat, quomodo aduersarios veritatis confutet. Act.16. Denique Timotheus Ephesiorũ episcopus ab apostolo ordinatus, & tam diuinis scripturis quàm liberalibus artibus eruditus fuit, natus ex patre Gentili & matre fideli atque Hebræa. In hac autem epistola solito more procedit, salutationem præmittens, deinde narrationem subiungens.

Cap. I. *Paulus apostolus Christi Iesu, secundum imperium voluntatis Dei.*

ARTICVLVS I.

PAulus *Apostolus Christi Iesu, secundum imperium*, id est, ab imperio. *Voluntatis Dei & saluatoris nostri*, videlicet Dei patris, qui est saluator per authoritatem & principalem efficientiam, quoniã gratiam influit, & per filium suum mũdum redemit. *Et Christi Iesu spei nostræ*, id est, ab imperio Christi factus Apostolus, qui Christus est obiectum & causa spei nostræ. Voluntas autem patris & Christi, atque imperium vtriusque vnum sunt penitus, sicut & vtriusque est vna essentia, vna potẽtia, indiuisa actio foris transiens. Loquendo

do de Christo, inquantum est Deus, patre autem & filio A
eius volente ac præcipiente, factus est Paulus Apostolus
qui scribit *Timotheo dilecto filio in fide*, Christiana, quo-
niam hanc didicit & recepit Timotheus à Paulo dispositi-
uè seu instrumentaliter. Sicque Apostolus genuit eum quan Ioan. 4
tum ad esse Christianitatis quod fundatur in fide. Et quia
inter cætera episcopi officium est falsam doctrinam extir-
pare, seu falsis doctoribus obuiare: ideo primò de hoc tra-
ctat Apostolus. *Sicut rogaui te*, ex charitate & humilitate, cui
præcipere potui apostolica authoritate. *Vt remaneres Ephesi*,
idest, in vrbe Ephesina metropoli Asiæ minoris, quę est pars
Græciæ. *Cum irem in Macedoniã*, cuius metropolis est Thes-
salonica ad Græciam pertinens. Cur autem rogauerit eum,
adiecit. *Vt denunciares quibusdam*, videlicet separatis ab ec- B
clesiastica vnitate hominib⁹, vtputa pseudoapostolis & eo-
rum auditoribus. *Ne aliter docerent*, id est, ne aliquid no-
stræ prædicationi contrarium affirmarent. *Neque intende-
rent fabulis*, id est, fictis & friuolis narrationibus Iudæorum,
quæ nec sacræ scripturæ veteris testamenti, nec rationi con-
cordant. *Et genealogiis interminatis*, id est, infinitis quodã-
modo & inexplicabilibus generationibus, quas isti confin-
gunt, de quibus in Talmuth eorum plurima conscribuntur,
quæ sunt inexplicanda mendacia, scilicet quòd Adam duas
habuit coniuges, de quibus plures genuit filios. Ex quibus
excæcati Iudæi deducunt, conscribunt, & computant inter-
minabiles penè progenies. *Quæ*, fabulæ ac genealogiæ.
Quæstiones litigiosas, vanas ac iteriles. *Præstant*, per occa C
sionem, quia ad eas inducunt. *Magis quàm ædificationẽ dei*,
id est, informationem diuinam seu spiritualem. *Quæ* ædifi
catio. *Est in fide*, tanquam fundamento, & in his quæ fidem
concernunt ad rectè intelligendum testimonia fidei, & bene
exequendum seu operandum præcepta fidei atque consilia,
Finis autem, id est, finalis perfectio seu cõsummatio vltimata,
Præcepti id est, legis diuinæ veteris & nouæ, imò & omniũ Roma. 10.
præceptorũ. *Est charitas*, id est, actus interior charitatis, qua
deus, proximúsque diligitur, procedens *De corde puro*, id est,
appetitu intellectiuo seu volũtate à passionibus & vitiis ex-
purgata. *Et conscientia bona*, quãtum ad intellectum, cuius a-
ctus est cõscientia quę est applicatio scientiæ ad particulare
agibile. Cũ verò rectè applicatur, vocatur conscientia bo-

D na, De tali itaque conſcientia actualis dilectio oritur, quã-
do videlicet intellectus applicat ſuam notitiã ad id quod ve
rè amabile eſt. *Et fide non ficta*, i. ſyncera, non ſimulata. Proce
dit autem dilectio ex voluntate elicitiuè, ex actu intellectus
oſtenſiuè ſiue directiuè. Intellectus nanq; voluntati oſtendit
quid amet, & cognitio via eſt ad dilectionem: ex fide verò
ſicut ex quadam fundamentali radice actum dilectionis ad
Hebr.11. ſupernaturalem finẽ dirigente. Charitas itaque eſt finis præ-
Rom.13. cepti, ſicut & alio loco teſtatur Apoſtolus, Plenitũdo legis
Mat.22. eſt dilectio. Vnde ſaluator in mandatis charitatis legem at-
Exod. 20. que prophetas cenſet pendere. Tria quippe præcepta primę
2. Tim.2. tabulæ ordinantur ad dilectionem dei. Septẽ verò præcepta
tabulæ ſecundæ ordinantur ad dilectionem proximi, quam
E certum eſt ordinari ad dilectionem dei, quæ finis & vertex
Epheſ.5. eſt totius perfectionis. Sed non poteſt dilectio dei eſſe per-
Eſa.5. fecta & pura niſi paſſionibus reformatis. *A quibus*, videli-
cet à puro corde, conſcientia bona, & fide non ficta. *Quidã*
hæretici. *Aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium*, id eſt, ad va
nas & falſas aſſertiones de obſeruatione legalium tempore
nouæ legis. *Volentes eſſe legis doctores*, eo quòd ſint in pro-
priis oculis nimium ſapientes. *Neque intelligentes neque quæ
loquuntur*, id eſt, propria verba. Cum enim aſſerunt cæremo
nialia legis nunc obſeruanda, nequaquam intelligunt pro-
Rom.7. priam vocem, cum cæremonialia ex ſua natura fuerint figu-
ratiua: vnde veritate patefacta, ceſſare debuerant. *Neque de
quibus affirmant*, teſtimonia ſcripturarum veteris teſtamen-
ti, quibus ſuum propoſitum probare nituntur. *Scimus autem*
F *quia bona eſt lex*, Moſaica, non ſolũm in ſe tanquã diuinitus
data, ſed etiam per comparationem ad homines. *Si quis ea le
gitimè*, id eſt, iuſtè & verè, *Vtatur*, intelligẽdo & obſeruando
Heb.10. eã ſecundũ intentionẽ legiſlatoris principalis, videlicet dei.
Et inſtrumentalis, vtputa angeli ſeu Moſi. Hoc eſt, vtſpiri-
tualiter intelligatur, ad Chriſti myſteria ordinetur, & quãtũ
ad præcepta moralia, ſemper ſeruetur: quantum verò ad cæ-
remonialia, pro tempore legis ſcriptæ cuſtodienda fuiſſe no
ſcatur. *Scientes hoc quia iuſto*. i. bonis hominibus. *Non eſt lex
poſita*. i. impoſita, diuinitúſque collata. *Sed iniuſtis*. Videtur
Pſal.118. huic cõtrarium quod ait Pſalmiſta. Quis eſt homo qui timet
dominum? legem ſtatuit ei in via quam elegit. Vnde in per-
ſona iuſti loquens, Bonum (inquit) mihi lex oris tui, ſuper
millia

millia auri & argenti. Baruch quoq; ait, Deus inuenit omnem viam disciplinæ, dedit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto sibi. Puer autem & dilectus dei, est iustus. Ad Iosue etiam dominus loquitur, Custodi omnem legem quam tibi præcepit Moses. Iosue autem iustus fuit. Et respondendum quòd intentio legis est homines ad debitum finem dirigere. Ideo primus actus legis est homines facere bonos seu regulare actus humanos. Quantum ad hoc omnibus data & posita est lex diuina, & alia quælibet recta. Denique lex datur per modum præcepti quo applicatur ad actus. Actus verò sunt triplices, boni, mali & indifferentes. Vnde & triplex est actus legis, videlicet præcipere, quo ad actus bonos: prohibere quo ad actus malos: & permittere, quo ad actus indifferẽtes. Sunt autem & alij actus legis, videlicet cogere nolentes, pu B nire præuaricantes, terrere seu pœnas minari. Quantum ad hos actus non est iustis lex posita, nec propriè quantum ad actum prohibitionis. Actus tamen qui vocatur præcipere, cadit super iustos, qui subiecti sunt legi, non coactè, sed sponte, non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ, non subiectione seruili, sed libera. Quantum ergo ad hos actus posteriores, non est posita lex iustis, sed iniustis. *Et non subditis*, id est, peruersis & deo rebellibus. De quibus particularius subditur. *Impiis*, qui contra deum peccant directè. *Et peccatoribus*, qui peccant in proximũ. *Sceleratis*, in seipsos. *Et contaminatis*, consentiendo vel cooperando alienis peccatis. *Patricidis & matricidis*. i. parentum carnalium vel spiritualium interfectoribus. *Fornicariis*. i. fornicationẽ naturalẽ cõmittẽtibus. *Masculorum concubitoribus*, quod est peccatum contra C naturam. *Plagiariis*, id est, qui alios lædũt. *Mendacibus, periuris, & si*, pro quia. *Quid aliud*, vitium à prædictis. *Sanæ doctrinæ*, id est, veræ atque morali scientiæ. *Aduersatur*. Huic lex posita est, prout Romanis iam dixit apostolus, Lex propter transgressiones posita est, quæ sana doctrina est tradita. *Secundum euangelium*, id est, in euangelio, vel secundum euangeliũ, quoniam consonat euangelicæ doctrinæ. Euangelium dico *Gloriæ*, id est, quod annunciat & promittit gloriam. *Beati dei*, quam deus glorioſus in se habet, suisque electis communicat. *Quod* euangelium, *Creditum*, id est commissum seu datum. *Est mihi*, vt dispensatori, quatenus aliis ipsum annunciem. *Gratias ago ei*, videlicet deo patri. *Qui me*

1. Cor. 4.

2. Cor. 9.

D *nfortauit*, in anima ad credendum, sperandum, amandum diuina, & ad omnia bona agenda, ac mala toleranda. *In Christo Iesu domino nostro*, id est, per Christū mediatorē Dei ac hominum. Per cuius gratiam & meritū confortatus sum. *Qui fidelem me existimauit*, id est, præuidit seu existimādo effecit, *Ponens in ministerio*, id est, in apostolatus officio ad docendum ac prædicandum. *Qui prius*. i. antequam inter Hierusalem & Damascum Christum vidi & credidi. *Fui blasphemus*, Christum negādo. *Et persecutor*, primitiuę ecclesiæ. *Et contumeliosus*. i. iniurias contumaciter inferens sanctis. *Sed ideo misericordiam*, id est, indulgentiā, gratiam & apostolatū, *Consecutus sum*, accidenter, nō indirectè, *Quia ignorans feci in incredulitate*. i. ignoranter peccaui per infidelitatem, sicque peccatum meum excusabile fuit. Non tamē ignorantia hæc causa fuit meritoria gratiæ mihi concessæ, sed quædam occasio. *Superabundauit autem gratia domini nostri Iesu Christi*, in me. *Cum fide & dilectione*. i etiā fides atque dilectio, quæ est in Christo Iesu sicut in causa & obiecto, mihi abundanter infusæ sunt, sicut & alibi dixi. Vbi abūdauit iniquitas, superbundauit & gratia. Deinde ponit rationem cur gratia Dei abundauit in se, imò in omnibus iniquis cōuersis. *Fidelis*, id est, verax fidelitérq; credēdus, *Sermo & omni acceptione dignus*. i. maximè acceptabilis, gratus & amplectēdus, qui sequitur. *Quia*. i. quòd *Christus Iesus venit*, per humanæ naturę assumptionem. *In hunc mundū*. Iuxta illud Baruch. Post hæc in terris visus est & cū hominibus conuersatus est. Verbum enim caro factum est & habitauit in nobis. *Peccatores saluos facere*, id est, ad saluandum & liberandū iniquos. Iuxta illud Ioannis, Non misit deus filium suum vt iudicet mūdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vnde & ipse testatur. Venit filius hominis quęrere & saluū facere quod perierat. Itémque Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. *Quorum ego primus*, id est, præcipuus. *Sum*, propter magnitudinē peccatorū meorum. Non tamen simpliciter primus seu maximus, sed secundum aliquam considerationē, videlicet, inquantū peccata mea certius scio, & grauius pondero quàm aliorum. *Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me*, hoc est in mei piissima cōuersione & saluatione. *Primùm*. i. principaliter. *Ostenderet Christus Iesus omnem*, hoc est, perfectam,

Infr. 2.
Act. 9.
Act. 7. 8.
Rom. 5.
Baruch. 3.
Ioan. 1.
Ioan. 3.
Luc. 16.
Mat. 9.
Mar. 2.

Patientiam, id est, longanimitatem & mansuetudinem suam. A
Ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam, id est, vt omnes futuri fideles propter æternã vitã crediturí, discant in me diuinæ pietatis abyssum, quatenus nũquã desperent, considerantes me maximũ peccatorem, in apostolum præelectũ. Hæc est alia & maior ac verior causa propter quam Deus misertus est Pauli, videlicet vt poneret eũ exemplum spei cunctis credentibus. Pro tantis igitur beneficiis gratias ago & dico. *Regi autem seculorum*, id est, Deo vni & trino, omnium generationum & temporum principi, omnia gubernanti. *Immortali*. i. pœnitus inuariabili, sicut & Iacobus loquitur, Apud quem nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obũmbratio. *Iacob. 1*
Inuisibili, quia nec oculo corporali, nec intellectuali perfectè & comprehensiuè videtur, hoc B
est, omnino incomprehensibili. Sicut apud Ioannem habetur, Deum nemo vidit vnquam. *Ioan. 1*
Quæ enim sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus eius. *Soli Deo*, hoc est, regi huic, qui solus est Deus sit, *Honor*, latriæ, id est, summę exhibitio reuerẽtię. *Et gloria*. i. beatitudo in seipso. Vel, gloria, hoc est, nominis sui clarificatio in cordibus hominũ cũ debita laude. *In secula* *1. Cor. 1*
seculorum. i. sine fine, *Amen*. Post diuinorum beneficiorũ recordationem, & humilitatis propriæ professionem ac deuotissimam gratiarum actionem, docet Apostolus Timotheũ quomodo in regimine gregis sui se habeat. *Hoc præceptum*, quod subiungo. *Commendo tibi fili Timothee*, implendum,
Secundum præcedentes in te prophetias, id est, secundum reuelationes propheticas mihi de te factas, antequam à me episcopus creareris, hoc est, sic impleas istud præceptum, quẽadmodũ mihi spiritus sanctus reuelauit de tę, priusquam te C
ordinarem episcopum. Præceptum autem est hoc. *Vt milites*, id est, pugnando exerceas. *In illis*, prophetiis adimplendis. *Bonam militiam*, id est, fructuosam exercitationem, resistendo falsis doctoribus, & veritatem prædicando, ac populum tuum regendo, sicut reuelatum est mihi te operaturum. *Habens fidem*, plenam. *Et bonam conscientiam*, de nullo vitio sibi consciam. *Quam conscientiam*, bonam. *Quidã repellentes*. i, peccando perdentes. *Circa fidem naufragauerunt*. i, in his quæ fidei sunt errauerunt, & in profundũ erroris submersi sunt. *Ex quibus*, id est, de quorum numero. *Est Hyme-* *1. Cor. 5*
næus & Alexander, quos trãdidi Sathanæ. i. excommunicaui,

D & excommunicatos expoſui poteſtati diaboli, vt eos corpo-
raliter vexet, donec reſipiſcant. *Et diſcant*, per experientiam
pœnarum ſuarum *Non blaſphemare*, quemadmodũ ſcriptum
Eſa 28. eſt, Sola vexatio dabit intellectum auditui. Sícque traditio
iſta finaliter intendebat in emendationem ipſorum. Tantæ
demum poteſtatis, vt dictum eſt, erat Apoſtolus, vt recedentes à fide, ſolo verbo daret diabolo, qui nil poteſt niſi à deo
& ſanctis permiſſus. Vnde traditio hæc fuit prolatio ſententiæ ab ore Apoſtoli cõtra eos, qua dæmon percepta mox
traditos apprehendit, & tribulauit per interualla, imò interim etiam occidit corrigi non violentes.

Cap. II. *Obſecro igitur primò omnium fieri obſecrationes.* ARTICVLVS II.

E SEcundum doctores catholicos in exordio huius capituli non ſolùm Timotheo, ſed vniuerſæ eccleſiæ præſcribit
Apoſtolus formam celebrandi, atque pro omnibus ſupplicandi. Primò igitur gloſſa exponit hunc locum quãtum ad
miſſæ officium, vt ſit ſenſus. *Obſecro igitur primò omnium*,
id eſt, ante cætera. *Fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones.* Obſecrationes dicuntur quæ in miſſa
ante conſecrationem proferuntur. Orationes quæ dicuntur in conſecratione. Poſtulationes verò quæ poſt conſecrationem (vt eſt epiſcopalis benedictio) vel dum aliquid
ex debito petitur. Gratiarum actiones autem, quæ dicuntur poſt ſumptionem in fine officij. Secundò exponit, quantum
ad officium orandi communiter, ſicque obſecrationes vocantur quæ pro rebus difficilibus domino offeruntur, vt eſt
F iuſtificatio impij, ſuſcitatio mortui quamuis cuncta ſint deo
æquè facilia, cui non eſt difficile omne verbum, vt dicitur
Hiere. 23. apud Hieremiam, Orationes dicuntur dum conuerſis pe-
Lucæ. 1. tuntur virtutes. Poſtulationes verò dum iuſtis gloria ſempiterna imprecatur. Gratiarũ actiones ſunt hymni Deo oblati pro beneficiis eius. Quidam diſtingunt hæc quatuor ita.
Nam ad actum precationis tria exiguntur. Primum eſt acceſſus precantis ad Deum, quod fit per orationem, quæ ſe-
Damaſce. cundum Damaſcenum eſt aſcenſus mentis ad Deũ Et quantum ad hoc dicit apoſtolus, Obſecro fieri orationes. Secundum eſt proponere coram Deo quod petitur, quod fit dupli
Pſal. 37 citer ſcilicet in communi, ſicut cum dicimus, Domine, adſis
Pſal. 78 mihi, vel adiuua me. Et in ſpeciali, vt cum dicimus, Domine,

da mihi charitatis feruorem. Primo modo vocatur petitio, A
secundo postulatio. Tertium, quod ad actum præcationis
exigitur, est id per quod fit exaudibilis, quod est duplex. V-
num enim ex parte Dei, videlicet sanctitas eius, vel aliquid
sanctificatum ab eo: sicut cũ dicimus, per tuam bonitatem,
vel tuam incarnationem libera nos. Aliud est ex parte oran-
tis, videlicet gratitudo seu gratiarum actio de bonis colla-
tis, per quam dignificatur homo, ad percipienda dona ma-
iora. Ad quarum primum pertinent obsecrationes: ad secun
dum gratiarum actiones. Has igitur orationis species ob-
secro fieri, id est, à fidelibus, præsertim à sacerdotibus Deo
offerri. *Pro omnibus hominibus*, fidelibus & infidelibus, amicis
& inimicis, notis & ignotis, præcipuè tamen. *Pro regibus, &* *Matt. 5.*
omnibus qui in sublimitate sunt constituti. i prælatis atque prin-
cipibus, ex quorum bono regimine, aliorum salus pro ma- B
gna parte dependet: iuxta illud, Secundum iudicem populi, *Eccle. 10*
sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales habitan *Osea. 4*
tes in ea. His etiam maius onus incumbit, maiúsque pericu- *Sapien. 6.*
lum imminet, quia iudicium grauissimum fiet in his qui præ-
sunt. Subditi quoque specialiter obligantur orare pro eis.
Vt quietam, ab exterioribus perturbationibus. *Et trãquillã* i.
intus pacificam. *Vitam agamus in omni pietate*, animæ. *Et*
castitate corporis, sumendo castitatem pro continentia. Vel,
in omni pietate, quantum ad alios: & castitate, id est, tempe
rantia, quãtum ad nosipsos. *Hoc enim* i. sic orare pro omni-
bus. *Bonum est & acceptum.* i. virtuosum, meritorium, & pla-
citum. *Coram Saluatore nostro Deo, qui omnes vult saluos fieri,* C
& ad cognitionem veritatis venire. Hoc idem alibi sæpe testa-
tur scriptura: Scriptum est nanque, Non est voluntas ante
patrem vestrũ, vt pereat vnus ex pusillis istis. Et iterum, Pa-
tienter agit dominus propter vos, nolens aliquem perire,
sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Et rursus per prophe-
tam: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit domi-
nus: & non vt conuertatur à viis suis & viuat? Imò in tantum *Matth. 18*
vult & quasi desiderat Deus nostram salutem, vt per alium *1. Petri. 3*
prophetam populo impio dicat, Vtinam attendisses man-
data mea. Sed difficultas est quomodo sint hæc intelligen- *Esa. 48*
da propter authoritates scripturæ quæ videntur oppositum
velle. Nam alibi dicit Apostolus, Voluntati eius quis resi- *Roma. 9*
stit? Et per Esaiam dominus perhibet, Consilium meum sta *Esa. 46.*

Dabit, & omnis volũtas mea fiet. Et Psal. Omnia, inquit, quæcũ
Psal. 134. que voluit dominus fecit. Si ergo vult omnes saluari, ergo omnes saluarẽtur. Ad hoc multipliciter respõdetur. Primò, quòd deus vult omnes saluari quantũ in se est, ita vt ex parte eius nõ sit defectus, neminémque ad se venientẽ repellat, & singulis gratiam dare paratus sit, si fecerint quod in se est.
Ioan. 6. Secundò intelligitur cum distributione accommoda seu impletione, vt sit sensus, Vult omnes saluos fieri. i. omnes qui saluãtur, vult saluos fieri. Nemo enim saluatur, nisi Deo volente. Tertiò intelligitur cum distributione pro generibus singulorum, non pro singulis generum. De omni enim statu & genere hominum vult quosdam saluari. Hæc tamen re-
E sponsio non videtur satisfacere authoritati qua dictum est,
Matt. 18. quòd non sit voluntas patris, vt pereat vnus ex pusillis istis. Quartò intelligitur de voluntate signi. Nam Deus cõsulit, hortatur, & iubet, vt omnes bene se habeant. Quinta respon
Damasce. sio, quæ melior est, & à Damasceno assignatur, est quòd deus vult omnes saluari voluntate antecedente, non autem voluntate consequente: quæ duplex voluntas in Deo sola ratione distinguitur. Dicitur enim voluntas antecedens, qua quis aliquid vult secundum considerationem communem & absolutam rei quam vult. Consequens verò qua vult aliquid consideratis particularibus circunstantiis atque conditionibus eius. Primo modo vult rex omnes suos subiectos viuere, inquantum videlicet considerat eos vt ciues, & mem
Gene. 1. bra regni sui. Secundo modo vult quosdam eorum perire,
F inquantum sunt bono communi cõtrarij, vel enormiter scelerati. Simili modo vult deus omnes homines saluari voluntate antecedente, videlicet consideratis eis vt sunt rationalis naturæ, ad Dei imaginem factæ, beatitudiníque capaces. Sed considerando nonnullos secundum actus & circunstantias suas particulares nõ vult eos saluari, sed damnari, quod
Thomas pertinet ad voluntatem consequentem. Verùm (vt ait Thomas) voluntas fertur in rem, secundum quod res in se realiter existit. Ideo quod aliquis vult voluntate antecedẽte non vult simpliciter, sed secundum quid. Quod verò vult voluntate consequente, vult simpliciter & perfectè. Ideo omnes saluantur quos vult Deus saluari, loquendo de voluntate Dei æterna, simpliciter dicta. Quòd ergo vult deus omnes saluari his modis declarat Apostolo. *Vnus enim deus est*, vt-

pote

pote in essentia simplex,& in personis trinus,qui est trinitas superbenedicta, vnus verus, simplicissimus Deus. *Vnus est & mediator*,id est,reconciliator & sequester,*Dei*,trinitatis. *Et hominum homo Christus Iesus*,cum vtroque extremo cõueniens,cum Deo secundum naturam diuinam,& cum hominibus,secundum assumptam humanitatem. Estque mediator Dei ac hominũ,propriè loquendo, nec vt Deus neq; vt homo,sed vt Deus homo,seu vt deus incarnatus. Sic quippe cõpetit ei & satisfacere seu reconciliare, & idoneitas vel efficacia reconciliandi. Quorum primum cõuenit ei ratione assumptæ naturæ:secundum verò ratione deitatis vnitæ, ex qua opera & pœnæ Christi hominis,infinitam quodammodo dignitatem & efficaciam sortiũtur,in tantum vt minima gutta sanguinis eius fuisset sufficientissima ad totius humani generis liberationem. *Qui* Christus,*Dedit*.i. sponte & charitatiuè obtulit.*Redemptionem*.i.in causam & pretium nostræ redẽptionis. *Semetipsum pro omnibus*, quãtum ad sufficientiam. *Cuius testimonium*.i.assertio seu prædicatio,vtpote testimonium,quod vel prophetæ præbuerunt de Christo venturo,vel Apostoli de ipso iam passo & glorificato, *Suis temporibus*,id est,diebus à Deo præordinatis, *Cẽfirmatum*.i. impletum & verificatum atque per signa diuina probatum, videlicet in die sancto Pentecostes adueniente spiritu sancto, & Apostolis Christi resurrectionem prædicantibus, ac diuersa miracula operantibus. Vnde scriptum est,Illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante,& sermonẽ confirmante sequentibus signis. *In quo*.i. ad cuius testimonij perhibitionem seu prædicationẽ. *Positus*.i. diuinitus institutus & factus. *Sum ego prædicator & apostolus. Veritatẽ dico in Christo,& non mentior*,ista dicendo qui sum. *Doctor gentium in fide*,catholica,*Et veritate*, euangelicæ legis. Insuper docet apostolus modum orandi in speciali primò quantum ad viros. *Volo ergo*.i.quoniam doctor sum Gentium, volo. *Viros orare*.i. decentia petere à Deo, *In omni loco*, opportunitate adepta,& non solum in ecclesia materiali. *Leuantes puras manus*, id est, sancta desideria cum corporaliũ manuum extensione ad Deum, pro deuotione ardentiori excitanda: si tamen fieri possit secretè. Coram aliis náque singularitas est vitanda. Multum autem confert corporalium manuum eleuatio ad superna prò interiori eleuatione prouocanda.

A

Ephe.1.
Coloss.1

B

C

Acto.2
Marci.16.

Acto. 9.
Galat.1.

D Propter quod per prophetam dicitur; Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cœlo. Et rursus apud alium, In nomine tuo leuabo manus meas. Itémque, Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. *Sine ira*, in proximum, id est, sine appetitu vindictæ, & animæ commotione. Vnde in ecclesiastico legitur, Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam, Quis exorabit pro peccatis illi? *Et disceptatione*, id est, hæsitatione quantum ad deum, non dubitantes de exauditione. Dummodo orent sicut oportet, videlicet salubriter, perseueranter, & pro seipsis. Cum plena ergo fiducia est orandum. Quis enim inuocauit deũ, & despexit eum? Ideo per Iacobum dicit, Postulet in fide nihil hæsitans. *Similiter & mulieres*, volo vos orare, sicut de viris prædixi cum manuum purarum leuatione, sine ira & disceptatione existentes. *In habitu ornato*, id est, veste decente non curiosa. *Cum verecundia*, quæ est passio laudabilis, cum sit timor de re turpi secundum Damascenum. Hinc scriptũ est, Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata & tacita. Et rursus, Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Mulier timens dominum ipsa laudabitur. *Et sobrietate*, ne sint gulosæ. *Ornantes se non intortis*, hoc est, crispatis. *Crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres*, illo ornentur, illúdque faciant. *Promittentes*, hoc est, firmiter proponentes, vel deo vouentes, vel foris veraciter ostendẽtes. *Pietatem*, id est, religiosam benignitatem, seu Christianam religionem. *Et misericordiam per opera bona*, id est, virtuosè viuẽdo. Hoc & Petrus in prima sua docet canonica, Mulierum sit non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, aut vestimentorum cultus, sed qui abscõditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus. *Mulier in silentio discat*, hoc est, silenter instruentem seu prædicantem aduertat, præsertim in ecclesia, *Cum omni subiectione*, interiori ac exteriori, id est, cum perfecta humiliatione. *Docere autem*, viros in publico seu in ecclesia. *Mulieri non permitto*, quia communiter ratio debilis est in fœminis, sũntque nimis loquaces, & ad vanitatem procliues, sermo quoque earum luxuriam potius incitat sæpe, quàm deuotionem. Iuxta illud, Colloquium mulieris quasi ignis exardescit. Veruntamen mulieres in suis conuentibus seu domibus docere possunt personas sibi subiectas. *Neque*,

Thi. 3. *Psal.* 62 *Psal.* 140. *Eccle.* 28. *Eccle.* 2 *Iacobi.* 1 *Damasce.* *Prouer.* 10 *Prou.* 21. 1. *Pet.* 3. *Eccle.* 9.

E

F

permitto

permitto mulieri, *Dominari in virum*, hoc est, proprium ma- A
ritum, *Sed esse in silentio*, cum sint pronæ ad vitia locutionis. Ideo autem debet esse viro subiecta, *Adam enim primus formatus est*, id est, à Deo ante mulierem creatus, *Deinde Eua*, de *Gene. 1.*
latere viri. *Et Adam non est seductus*, à serpente, credendo ve *Gene. 2*
ra esse quæ dixerat serpens, videlicet, Quacunque die co- *Gene. 3.*
mederitis, eritis sicut dij. *Mulier autem seducta in præuaricatione fuit*, id est, decepta promissione serpẽtis dicẽtis, Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij. In tantum vt de prohibito fructu comederit. Vnde Adam interrogatus à Deo non dixit, Mulier seduxit me, sed dedit mihi, & comedi. Illa *Ibidem.*
verò, Serpens, inquit, decepit me, & comedi. Adam enim multo sapientior atque perfectior erat vxore, vnde nequaquam putauit verba dei esse mendosa. Seductus tamen fu- B
it in hoc quòd propter amorem cõiugis manducauit de vetito fructu, nec putauit transgressionem suam tam grauiter puniendam. *Saluabitur autem*, id est, salutis augmẽtũ merebitur & sortietur mulier, *Per filiorum generationem*, corporalem vel spiritualẽ. Nam actus matrimonij meritorius est, si cũ debitis circunstantiis exerceatur, videlicet propter prolẽ diuino cultui deputandam. Spiritualis quoque generatio quę est instructio, correctio & educatio in virtutibus, multum meritora est matri. *Si permanserit in fide*, catholica. *Et dilectione spirituali*, ne amor carnalis in ea præualeat. *Et sanctificatione*, id est, sancta cõuersatione, præsertim vitãdo alterius viri pollutionẽ. *Cum sobrietate*, temperanter viuendo. Immoderatio enim cibi ac potus plurima vitia parit in fœminis. C

Cap. III. *Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, opus bonum desiderat.* ARTICVL. III.

DEinceps Apostolus instruit Timothetum de ordinatione ministrorum ecclesiæ. *Fidelis*, hoc est verus & gratus *Matt. 20.*
est. *Sermo*, qui subditur, scilicet *Si quis episcopatum desiderat*, id est, Episcopus fieri cupit, *Opus bonum*, id est, sanctum officium. *Desiderat*, sed non bene desiderat. Non enim licere videtur ad episcopatum anhelare, nisi fortè ex speciali inspiratione spiritus sancti. Quamuis enim episcopatus sit dignitas magna, habet tamen summum laborem, & maximam sollicitudinem sibi annexam, ita vt potius

D. appelletur opus quàm dignitas. Et si quis episcopatum licitè cupit, non propter dignitatem, sed propter administrationem eum cupit, optans prodesse non præesse. Denique nomen episcopi propriè sumptum significat opus, non dignitatem. Dicitur enim ad, ἐπί, quod est supra, & σκοπος. i. intentio, quasi saluti gregis superintendens. Quidam probabiliter asserunt hoc loco per episcopatum intelligi sacerdotium. Nam de diaconis statim subiungitur. Non autē apparet, quòd Apostolus de sacerdotio cōticuisset tantúmque ordinem transiliisset, nisi in nomine episcopatus includeretur. Ne autem quispiam pronus sit ad episcopatum desiderandum, declarat apostolus, qualem oporteat esse episcopum, quatenus episcopatum nemo affectet, nisi virtutibus honestis ornetur. *Oportet enim*, si res dignè & fructuosè agatur. *Episcopum*, iam creatum, vel eum qui ad episcopatum promouetur. *Sine crimine esse*, id est, sine magno perseuerantí seu notabili vitio. Ne increpanti dicatur: Medice cura teipsum. *Vnius vxoris virum*. Circa hoc Hieronymus & Augustinus dissentiūt. Hieronymus enim affirmat, quòd oportet eum nō habuisse, nisi vnam vxorem post baptismum, ita quòd non obest, si ante baptismum aliam habuit eò quòd baptismus irregularitatem tollat. Augustinus tenet oppositū quia baptismus non sacramenta relaxat, sed crimina. *Sobriū*, in victu, ne grauetur cor eius crapula vel ebrietate. Vnde in Leuitico dominus ait ministris synagogæ, Aaron scilicet & filiis eius, Vinum & omne quod inebriare potest, non bibes, tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & pollutum. *Prudentem*, in agendis & dandis consiliis. *Pudicum* in exteriori apparatu honestū. *Ornatum*, probitate morū, *Hospitalem*, alios, maximè pauperes clementer hospitando. *Doctorem*, id est, eruditum & agilem ad docendum: *Non vinolentum*, ne corpus eius ad libidinem concitetur. *Non percussorem* id est bellicosum, vel ex impatientia verberantem. *Sed modestum*, hoc est, in omnibus ordinatum. *Non litigiosum ne verbis contendat*. Honor enim est homini, qui separat se à lite. Et vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. *Non cupidum*, ne propter munera peruertat iudicium, vel acceptor sit personarum. *Suæ domui bene præpositum*, id est, propriā familiam dignè regentem

E

F

Titum. 1.

Lucæ. 4.

Hieron.

August.

Lucæ. 12.

Leuit. 10.

Tit. 1.

Proue. 20

Iacobi. 3

Eccles. 10

tem. Virtus nanque & vitium familiæ redundat in patrem- A
familiâs. Qualis enim rector tales & subditi. *Filios habentem. subditos*, sibi & deo. *In omni castitate*, id est, continentia quæ omni Christiano necessaria est. *Si quis autem domui suæ*. i. domesticis propriis. *Nescit præesse, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit?* i. qualiter toti cõgregationi fidelium cum debita sollicitudine prouidebit? q d. Nequaquam, cum istud sit maius & laborioſius illo. *Nõ neophytum*, ideſt, nouiter cõuersum. *Ne in superbiam elatus*, id est, tumore elationis inflatus ex subita promotione se reputans aliis perfectiorem, & ecclesiæ præneceſſarium. *In iudicium*, id est, reprobationem seu pœnam. *Incidat diaboli*, qui ob suam elationem damnatus est. *Oportet autem & testimonium habere bonum, & ab his qui foris sunt*, id est, infidelibus & mundanis hominibus; hoc Esa. 14.
est, tanta virtutum excellentia neceſſe est eum fulgere, vt e- B
tiam à peruersis laudetur, ita vt nemo valeat reprehendere eum, sicque facilius extranei à fide seu vita laudabili eius prædicationi consentiant. *Vt non in opprobrium incidat*, id est contemptum, videlicet ne quis eum despiciat. *Et in laqueum* Ephe. 4
diaboli. id est, aliud quodcunque peccatum, quo dæmon capit atque illaqueat animam peccatricem. Insuper de statu & qualitate diaconorum subdit Apostolus. *Diaconos similiter*, oportet esse *Pudicos, non bilingues*, id est, duabus loquelis vtẽtes, videlicet aliter in præsentia, atque aliter in absentia loquentes: quales sunt adulatores, simulatores, & seminatores discordiæ. Vnde in Ecclesiastico legitur. Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacẽ habẽtes. Talibus dicit Iacob. Purificate corda duplices animo. *Nõ multo vino de* Eccles. 28
ditos. id est, nõ vinolẽtos & ebrioſos: ne sint mẽte obtusi, in- C
discreti, ac lubrici, quoniam scriptum est, Luxurioſa res vi- Iaco. 4.
nũ, & tumultuoſa ebrietas: qui his delectatur, nõ erit sapiẽs. Prouer. 20
Non turpe lucrum, hoc est, temporale commodum. *Sectantes*, vel nõ vilius emẽtes, & carius vẽdẽtes. Turpe est enim huic professioni quęstubus studere. *Habentes mysterium fidei*, id est secreta fidei cognoscẽtes. *In conscientia pura*, videlicet ne de sua scientia extollantur, vel secreta fidei curioſè scrutentur.

Et hi autem, hoc est, diaconi & episcopi. *Probentur primùm*, hoc est, antequam promoueãtur, examinẽtur si idonei sunt *Et sic*, probati & approbati. *Ministrẽt*, in suis officiis. *Nullum crimen*, hoc est, mortale peccatũ. *Habentes. Mulieres similiter*, Supra. 3

D oportet esse *Pudicas*, hoc est, verecundas, honestas, foris cõpositas, *Non detrahentes, sobrias*. Ebrietas enim præcipuè obest eis, cum sint debiles in rationis iudicio. *Fideles in omnibus*, articulis fidei, vel in omnibus dictis & factis. *Diaconi sint vnius vxoris viri*, id est, vltra vnam vxorem nõ habeant propter sacramentum, Sunt enim quasi vicarij sponsi cœlestis, cuius sponsa, puta ecclesia, vna est. Tempore autem Apostoli licuit episcopis, presbyteris atque diaconis vnam habere mulierem, qua defuncta ad castitatem tenebantur, Nunc verò ex ordinatione summi pontificis ad perpetuam castitatem tenentur. *Qui*, diaconi. *Filiis suis bene præsint & suis domibus*, id est, familiis tam in spiritualibus quàm in temporalibus. *Qui enim bene ministrauerint*, in minoribus officiis
E atque ordinibus. *Gradum sibi bonum acquirent*, id est, ad altiorem statum & ordinem promouebuntur ad propriam & aliorum salutem. *Et multam fiduciam*, id est, spem magnam de futura beatitudine. Fiduciam inquam. *In fide*, fundatam, *Quæ*, fides est, *In Christo Iesu*, sicut in datore, cõfirmatore & præmiatore. *Hæc tibi scribo sperans me venire ad te cito*, à Laodicea ad Ephesum. *Si autem tardauero*, tũc scribo. *Vt scias*, interim ex doctrina huius epistolæ. *Quomodo oporteat te in domo dei*, id est, in grege fidelium tibi commisso. *Conuersari*, omnibus & singulis salubriter præsidendo, exemplariter te habendo, & vnicuique proportionatam doctrinam imprimendo, *Quæ*, domus, *Est ecclesia dei viui*, cõgregatio Christianorum, ecclesia vtique non ex vilibus saxis, sed viuis constructa lapidibus. Estque. *Columna & firmamẽtum veritatis*,
F id est, veritatem euangelicam fortiter portat infirmosque sustinet, & vacillantes confirmat, tanquam firmamentũ seu fulcimentum nutantium in fide aut moribus. *Et manifestè magnum est*, in ecclesia. *Pietatis sacramentum*, id est, verbũ dei incarnatum in cordibus fidelium habitans. Quod dicitur sacramentum, id est, sacrum secretum seu res occulta, quia secundum diuinam naturam inaccessibilem habitat lucem. *Infra c. 6.* De quo Esaias, Verè, inquit, tu es deus absconditus. *Esaiæ. 45.* Dicitur etiam sacramentum pietatis, tanquam origo & fons totius misericordiæ, sanctæ religionis & cultus diuini. *Quod* sacramentum. *Manifestatum est*, id est, visibiliter apparuit hominibus, *In carne*, assumpta. *Ioan. 1.* Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Vnde apud Esaiam testatur, *1. Petr. 1* Sciet populus

pulus meus nomen meũ in die illa: quia ego ipſe qui loque- A
bar ecce adſum. Et iterum, Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit dominus Sion. *Iuſtificatum eſt*, id eſt, iuſtum oſtenſum quantum ad deitatem, vel iuſtum effectum ſecundum humanitatem. *In ſpiritu*, hoc eſt, per operationem ſpiritus ſancti, teſtimonium perhibẽtis de Chriſto, & animam eius omni ſanctitate implentis. *Apparuit angelis*, præſertim in aſcenſione, quãdo dixerunt: Quis eſt iſte rex gloriæ? Et, Quis eſt iſte qui venit de Edom? *Prædicatum eſt*, per Apoſtolos, *Gentibus*, vniuerſis. In omnẽ enim terram exiuit ſonus eorum. Vnde propheta, Parauit, inquit, *Pſal.* 18. dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium Gen- *Eſa.* 52.
tium. *Creditum eſt mundo*, id eſt, hominẽs per fidem recepe- B
runt hoc ſacramentum, credendo in Chriſtum. Iuxta illud in Pſalmo, Viderunt omnes termini terræ ſalutare dei noſtri. *Pſal.* 97.
Aſſumptum eſt in gloria, hoc eſt, in aſcenſione ad patris dexterá eleuatũ atq; locatũ eſt, prout apud Marcũ legitur, Do- *Marci.* 16.
minus Ieſus aſſumptus eſt ab eis, & ſedet ad dexteram Dei.

Cap. IIII. *Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide.*

ARTICVLVS IIII.

QVoniam iacula præuiſa minus feriunt, prænunciat *Gregor.*
Apoſtolus mala eccleſiæ euentura, vt cùm venerint minus turbentur fideles. *Spiritus autem manifeſtè dicit*, id eſt, ſpiritus ſanctus nobis euidenter reuelat. *Quia in nouiſſimis temporibus*, maximè circa aduentum Antichriſti. *Diſcedent quidam*, etiam famoſi & magni. *A fide* catholica, àqua non *Rom.* 10.
corpore, ſed corde diſcẽditur, ſicut & corde creditur. *Attẽdentes ſpiritibus erroris*, id eſt, animabus hominum errãtium, C
ſeu dæmonibus ad errorem ducentibus, qui in veritate non ſteterunt. *Et doctrinis dæmoniorũ*, quas dæmones per ſe ingerunt cordibus peruerſorum, vel per hæreticos proponunt eas ſimpl cibus. *In hypocriſi*, id eſt, in ſimulata ſanctitate. *Ioã* 1. 8.
Loquentium mendacium. dæmonia enim, id eſt, homines dæmone informãti loquuntur falſa cum ſimulata cum ſanctitate vt ſibi credatur. De quibus dicit in Euangelio Chriſtus. *Matt.* 7.
Attendite à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. *Et cauteriatã* id eſt, læſam ſeu vitioſè corruptam, *Habentium ſuam conſcientiam: prohibentium nubere*, quaſi matrimonium non eſſet

D sacramentum atque diuinitus institutum. Iubentium etiam, *Abstinere à cibis quos deus creauit*, quo ad primordialem materiam. *Ad percipiendum eos*, id est, ad vescendum. *Cum gratiarum actione.* Creauit inquam eos fidelibus. *Et his qui cognouerunt veritatem*, id est, sustentationem credentium, *Quia*
Roma. 14. *omnis creatura dei bona est*, in sua natura, *Et nihil reiiciendum à*
1. Cor. 6. manducante, *Quod cum gratiarum actione percipitur*, id est, nullus, cibus spernendus est, tanquam in sua natura nociuus, qui comedi potest aut solet, cum gratiarum actione. Nam licet fideles à certis cibis & potibus interim abstineãt, hoc tamen non faciunt ea ratione qua fiebat in veteri testamento, sed ob corporis castigationem. *Sanctificatur enim per verbum Dei*, id est, verbo seu filio dei cibus benedicitur
E ne sit nociuus sed vtilis. Christus quoque seu verbum Dei suo aduentu cibos in lege prohibitos fecit licitos, sicq; sanctificauit eos. *Et orationem*, id est, per orationem hominum instrumentaliter, qui sua prece obtinent à filio dei sanctificationem ciborum. *Hæc* documenta, *Proponens fratribus*, per modum exhortationis seu iussionis. *Bonus eris minister*, id est fructuosus prælatus laudabilisque vicarius *Christi Iesu*, populũ eius efficaciter instruẽdo. *Enutritus*, id est, spiritualiter educatus ac fotus. *Verbis fidei & sanæ doctrinæ*, id est, verbis sacræ scripturæ pertinentibus ad fidẽ sacram, euangelicámque doctrinam. Hæc verba animam nutriunt. Iuxta illud,
Deute. 7. Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod pro-
Mat. 4. cedit de ore dei. *Quam* doctrinam *Assecutus*, id est, adeptus
Titum. 1. *Es*, per illuminationem diuinam & meam instructionem.
F *Ineptas autem*, hoc est, inconuenientes, quibus nec fides nec virtus ædificatur. *Et aniles fabulas*, quales solent recitari à ve
2. Pet. 1. tulis, *Deuita*. Vnde apud Petrum quoque habetur, Non indoctas fabulas secuti, notam vobis fecimus domini nostri Iesu Christi virtutem. *Exerce autem te ipsum ad pietatem*, id est, ad interiorem cultum latriæ & religionem internam veri dei, ad cõpassionem fraternam, & benignitatẽ cordialem. *Nã corporalis exercitatio ad modicũ vtilis est*, id est, exteriora ista exercitia ac instrumenta virtutũ videlicet abstinẽtiæ ieiunia, vigiliæ, disciplinæ per se parum proficiunt, nisi in interioribus anima verè virtuosa ac pia reddatur. Vnde nonnulli in his corporalibus exercitiis se fatigantes, in charitate & pietate, ac interiori perfectione parum proficiunt: quia

non

non ordinant prudenter & indesinenter media ista ad puri A
tatem internam. *Pietas autem* præfata, *Ad omnia*, id est, ad
omnem gratiã promerendam, & ad propriam ac aliorum sa
lutem procurandam. *Vtilis est: promissionem*, id est, promissam
mercedem. *Habens vitæ quæ nunc est*, id est, vitæ præsentis.
Nunc enim pietati promittitur sufficientia temporalium, &
abundantia spiritualium gratiarum. *Et futuræ*, vitæ in patria
in qua merces pietatis est vita seu beatitudo, æterna, quem-
admodum ait Saluator, Centuplum accipiet, & vitam æter- *Matt. 19.*
nam possidebit. *Fidelis sermo & omni acceptione dignus*, est,
quem de laude pietatis iam intuli. *In hoc enim*, sermone, id
est, propter huius sermonis veritatem. *Laboramus*, in interio
ribus & exterioribus exercitiis pietatis. *Et maledicimur*, à per-
uersis quasi iniquè agentes. Sed ideo constanter laboramus, B
& omnia æquanimiter toleramus. *Quia speramus in deum vi- Roma. 8.*
uum, id est, sperando in deum tendimus, expectando futurã *Acto. 10.*
fœlicitatem ab eo, quæ tanta est, vt nõ sint condignæ passio-
nes huius temporis ad eam. *Qui est saluator omnium hominũ,*
maximè fidelium. Trinitas quippe superglorioſa est saluator
principalis, quæ per mysteria nos redemit. Et sicut Christus
vocatur dominus omnium quo ad sufficientiam, electorum
verò quantum ad efficientiam: sic deus trinitas est saluator
omnium per sufficientiam, fidelium verò fide & opere est
saluator per efficientiam, quos ad salutem perducit cœle-
stem. *Præcipe hæc*, quæ de fabularum inanium vitatione,
& pietatis exercitatione tibi iam iussi, subditis tuis. *Et doce*
eos, si qui eorum hæc nesciant. Deinde docet prælatum à C
suis subditis honorandum. *Nemo adolescentiam tuam*, id est
te adolescentẽ. *Contemnat*, paruipendendo verba tua ac iuss-
sa propter adolescentiam tuã, quasi inexpertus sis & imper-
fectus. Et vt hoc alij diligenter obseruent, oportet vt vita
& moribus annos tuos excedas, habendo te maturè in om- *Ioan. 13.*
nibus. Ideo subditur. *Sed esto exemplum fidelium in verbo,*
in conuersione, in charitate, in fide, in castitate, id est, in his om
nibus habe te exemplariter & syncerè: quatenus loquendo,
operando, diligendo, credendo, seu opera charitatis ac fi-
dei ostendendo, & castè viuendo, alios ædifices, & simi!es
tui efficias. *Dum venio*, ad te videlicet interim, & tunc.
Attende lectioni, sacræ scripturæ, in qua spiritus sanctus cum
homine loquitur, & homo quasi in speculo conspicit quid

D agere debeat. *Exhortationi* proximorũ, *Doctrinæ*, id eſt, informationi ignorantium, faciendo hos actus ſucceſſiuè ac ordinatè, videlicet cõgruo loco & tempore ſtudẽdo, poſtmodum exhortando ſiue docendo. Deinde hortatur Timotheum ad diligentem ſui officij executionem. *Noli negligere*, id eſt, per pigritiam perdere vel diſſimulare, & ab operibus bonis ſuſpendere. *Gratiam*, gratum facientem, ſeu gratis datam, id eſt, ſupernaturale donum ſpiritus ſancti, ſeu ordinem epiſcopatus. *Quæ data eſt tibi*, à deo. *Per prophetiã*, id eſt, propheticam reuelationem mihi de te factam, qua mihi
Acto. 12. oſtenſum eſt te vtiliter executurum epiſcopale officiũ. Quę etiam gratia data eſt tibi. *Cum impoſitione*, id eſt, per impoſitionem, *Manuum presbyterij*, id eſt, manuum mearum, qui te
E ordinaui epiſcopum, per quam impoſitionem presbyterium ſeu ſacerdotium tibi collatum eſt cum gratia ſacramentali, quæ confertur in ſacramentis euangelicæ legis. Vel, ponit abſtractum pro concreto, videlicet presbyterium pro presbytero. Deinceps admonet Timotheum ad ſerioſam obedientiam eorum, quæ ipſe ſcribit & mandat ei. *Hæc*, quæ ti-
Prou. 7. bi præcepi, *Meditare*, quemadmodum apud Sapientem dicitur: Serua mandata, & legem quaſi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui ſcribe eam. *In his eſto*, occupatus per obedientiam. *Vt profectus tuus*, in ſancta conuerſatione. *Manifeſtus ſit omnibus*, ad ædificationem eorũ & gloriã dei, non ad tuum præconium. *Attende tibi*, primũ
Eccle. 14. vt viuas ſicut decet epiſcopum. *Et doctrinæ*, id eſt, deinde intende inſtructioni gregis tui. Qui enim ſibiipſi nequá eſt,
F cui bonus eſt? Et quid proficit homo ſi lucretur vniuerſum
Luc. 9. mundum, ſeipſum autem perdat? Hoc etiam in Actibus ait
Acto. 20. Apoſtolus, Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos ſpiritus ſanctus epiſcopos. *Inſta in illis*, diligenter vacando tibi & aliis. *Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies*, hoc eſt, beatitudinem promereberis. *Et eos qui te audiunt*, non ſolùm auribus corporis, ſed etiam cordis, ſaluos facies accidenter, cooperatiuè ac inſtrumentaliter.

Cap. V. *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem.*

ARTICVLVS V.

PRæterea docet Apoſtolus modum docendi in ſpeciali, quatenus vnuſquiſque inſtruatur ſecundum ſtatus ſui decentiam. *Seniorem*, ætate, & moribus. *Ne increpaueris* arguendo

arguendo cum duris ſermonibus, ne ad indignationem con A
citetur, & quia non decet, niſi fortè ad excitandum vel ad
aliorũ ædificationẽ, ſicut frequenter viri ſancti ſanctiſſimos
ſeniores durè increpaſſe legũtur. *Sed obſecra vt patrem.* i. hu-
militer atque ſuppliciter admone eum, vt indecentia corri-
gat in ſeipſo, vel aliis. Tamen (vt ait Gregorius) ſeniores le- *Gregor.*
ues & vitioſi duriſſimè arguendi ſunt. Vnde Sapiens ait, Se- *Sap. 4.*
nectus venerabilis eſt nõ diuturna, neque annorum nume-
ro computata, ſed ætas ſenectutis vita immaculata. De ta-
li ſene in Leuitico legitur, Coram cano capite conſurge, & *Leuit. 19.*
honora perſonam ſenis. *Iuuenes*, obſecra ad proficiẽdum in
bonis, & abſtinendum à malis. *Vt fratres*, vt tua humilitate
& charitate moliti atque cõpuncti citius acquieſcãt. *Anus*,
id eſt, vetulas obſecra hoc modo. *Vt matres*, tuas ſpirituales. B
vel ſicut decet matres rogari à filiis. *Iuuenculas* obſecra. *Vt ſo-
rores in omni caſtitate*, ita vt nullo modo habeas te ad eas pe-
tulanter, impudicè ſiue carnaliter. *Viduas honora*, miniſtran- *1. Cor. 7.*
do eis neceſſaria vitæ, ſi pauperes ſint; vel reuerentiam ſo-
lam exhibendo, ſi fuerint diuites. Quod intelligo de his,
Quæ verè viduæ ſunt, id eſt, vitã ſuo ſtatui conuenientem du
cunt tanquam ſeparatæ à ſolatio amoréque ſeculi, ſicut de-
ſtitutæ ſunt à ſolatio viri. Deniq; de diuitibus viduis ſubdi-
tur. *Si qua autem*, i. aliqua, *Filios aut nepotes habet*, eius educa-
tione & inſtructione egentes. *Diſcat primùm*. i. antequam a-
lienis præficiatur. *Domum ſuam*, hoc eſt, propriam familiam,
bene *Regere & mutuam vicem reddere parentibus*, ſuis ſi viuãt,
quatenus ſicut ab eis nutrita eſt, ſic nutriat eos: ſi fuerit op-
portunum. *Quæ autem verè vidua eſt*, ſecundũ ſenſum præ- C
tactum, *Et deſolata*. i. pauper & ſola, non habens familiam.
Speret in deo. i. totam ſuam fiduciam in deo conſtituat, certa
quòd eccleſia ſibi de neceſſariis prouidebit. *Inſtet obſecratio-
nibus & orationibus nocte, & die*, id eſt, competentibus horis
diurnis atque nocturnis, totaliter occupando ſe in diuinis,
orando pro ſeipſa ac aliis quorum eleemoſynis ſuſtentatur,
vt ſic vacet diuinis. Sic ergo agendum eſt viduæ. *Nam quæ
in deliciis eſt*, id eſt, vidua carnaliter viuens, & mundi deli-
cias quærens. *Viuens*, vita naturæ. *Mortua eſt*, vita gratiæ ca
rendo, propter peccatũ mortale. De qua morte ait in Euan
gelio Chriſtus, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. *Et* *Mat. 8.*
hoc præcipe viduis. *Vt irreprehenſibiles ſint*, delicias corporales

D & magna ac notabilia peccata vitando. Quòd autem vidua diues vel valens, propriã domũ regere debeat, patet ex hoc. *Si quis autem ſuorum* propinquorum. *Et maximè domeſticorũ* vt ſunt parentes & filij. *Curam non habet*, eos regendo ſeu nutriendo. *Fidem negauit*, bona fidei omittendo, quamuis ore non exprimat: ſicut de quibuſdam teſtatur ſcriptura. Dicunt
Titum. 1. ſe noſſe deum, factis autem negant. *Et eſt infideli*, qui nondũ veritatem fidei audiuit, *Deterior*, ſaltem quantũ ad aliquid,
Ioan. 19. vel cęteris paribus. Agit enim contra Chriſtum qui in cruce ſuſpenſus, de matre ſua ſollicitus fuit, commendans eam di-
1. *Pet.* 2. ſcipulo. Propter quod etiam Petrus. Melius eſt, inquit, viam iuſtitiæ non cognoſcere, quàm poſt agnitionem cõuerti retrorſum. Deinde docet, quales viduæ ſint eleemoſynis ec-
E cleſiæ ſuſtentandæ. *Vidua eligatur*, id eſt, talis vidua ſuſcipiatur ab eccleſia ſuſtentanda. *Non minus ſexaginta annorum*, id eſt, quæ ad minus ſexagenaria ſit. Talis nanque caret ſigno ſuſpitionis, eo quòd in tãta ætate extinctus ſit feruor libidinis, idcirco ſecurè nutritur à miniſtris eccleſiæ. *Quæ fuerit vnius viri vxor*, duntaxat, quod eſt ſignũ continentiæ. Debet enim vnius tantum viri vxor fuiſſe propter ſacramentũ copulæ Chriſti & eccleſię, quę eſt vnius cũ vna, videlicet Chriſti cum ſponſa ſua eccleſia. *In operibus bonis*, id eſt, de laudabili ſua præterita conuerſatione. *Teſtimonium habens*, à fide dignis. De quibus operibus ſubditur. *Si filios* ſuos, *Educauit* in cibis ac moribus. *Si hoſpitio recepit*, peregrinos ac pauperes. *Si ſanctorum pedes lauit*, præſertim prædicatorum vndique diſcurrentiũ, quos in primitiua eccleſia periculoſum e-
F rat recipere. *Si tribulationem patientibus*, hoc eſt, afflictis, captiuis, oppreſſis, atque ſimilibus. *Subminiſtrauit*, neceſſaria tribuendo, vel obſequium impendendo. *Si omne opus bonum* ad ſe pertinens. *Subſequuta*, per operationem aſſiduam. *Adoleſcentiores autem vidnas*, quæ nondum ſexaginta annos ſortitæ ſunt. *Deuita*, id eſt, non eas ſuſcipias eccleſiæ eleemoſynis ſuſtentandas, nec votũ continentiæ vſqueadeo ab eis requiras, propter vitanda pericula. Talium enim ſanguis feruet, nec lubricæ ætati facilè eſt credendum. Ideo autem vitãdæ ſunt: *Cùm enim luxuriatæ fuerint*, luxurioſè, guloſè, ſeu delicioſè viuẽdo poſt cõtinentiæ votum. *In Chriſto*, id eſt, quaſi
1. *Cor.* 11. honeſtè atque licitè. *Nubere volunt*, nõ arbitrantes hoc eſſe culpabile, eo quòd excæcata ſit ratio earum concupiſcentiis

carnis

carnis. *Habentes damnationem*, id est, causam damnationis A
æternæ, videlicet mortale peccatum. *Quia primam fidē*, hoc est, continentiæ promissionem. *Irritam fecerunt*, id est, violauerunt. Promittentibus nanque castitatem non solùm nubere, sed & velle nubere, est damnabile. *Simul autem*, id est, vnà cum peccatis iam memoratis. *Et otiosæ*, existentes. *Discũt circumire* domos, aliorum, hinc inde vagando. *Nẽ solum otiosæ*, quoniam otiositas non est diu sola, sed parit alia vitia, *Sed & verbosæ & curiosæ*. Verbositas enim & curiositas ex otiositate nascũtur. *Loquentes quæ non oportet*, id est, illicita & nociua. Minus dicit, & maius significat. *Volo ergo*, per modũ cõsulentis. *Iuniores viduas*, quæ castitatem nõ promiserunt. *Nubere, filios procreare, matres familiâs esse*, id est, domum propriã B
regere, *Nullam occasionem dare aduersario*, id est, infideli seu impio. *Maledicti gratia*, hoc est, ad maledicendum seu detrahendum, cui gratum & iucũdum est, habere aliquid contra fideles, vt possit obloqui. Idcirco autem hæc consulo. *Iam enim quædam*, viduæ adolescentiores post voti emissionem.

Conuersæ sunt retro satanam, id est, à proposito castitatis ceciderunt rursus nubentes, & dæmonis prauitatem sequẽtes. *Si quis fidelis habet viduas*, adolescentes in domo sua. *Subministret illis*, necessaria vitæ. *Et non grauetur ecclesia Dei*, eas alendo. *Vt his quæ verè viduæ sunt*, & annosæ, de quibus iam dictũ est. *Sufficiat*, quod habet ecclesia, scilicet vt valeat eas sustentare. Insuper agit Apostolus de presbyterorum honore. *Qui bene presbyteri*, id est, qui gregem suum dignè custo- C
diunt. *Duplici honore digni habeantur*, id est, præ cæteris copiosius honorentur. Potest autem per duplicem honorem intelligi obedientia & sustentatio. Nam subditi presbyteris obedire, & stipẽdia vitæ præbere tenẽtur. In patria quoque duplici honore digni habentur, videlicet aureæ atque aureolæ. *Maximè qui laborant in verbo & doctrina*. i. illi presbyteri potissimùm digni sunt duplici honore, qui instãt verbo exhortationis quantũ ad sciẽtes, & doctrinæ, id est, instructioni ignorantium. Quòd autem à subditis sint alẽdi, probat apostolus authoritate scripturæ. *Dicit enim scriptura*, *Deute. 25.* *Non infrenabis os boui trituranti*, id est, prædicatori non subtrahes necessaria vitæ. *Et*, *Dignus est operarius mercede sua*. *Lucæ. 10.* *1. Cor. 9*
Hoc est quoque superius dictum atque expositum. Non ligabis os boui trituranti. *Aduersus presbyterum noli accusatio-*

D *nem recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus*, fide dignis. Presbyteri enim cum habeant alios corripere, facilè aduersarios acquirunt. Veritas enim parit odium. Et vt Salomon profitetur; Non amat pestilens eum qui se corripit. Ideo non est accusatio contra presbyterum admittenda, nisi sub duobus testibus vt minimum, vel tribus. Et etiam propter dignitatẽ sui gradus seu ordinis, cum sit Christi vicarius *Peccantes autem*, testimonio testium conuictos, vel apertè excedentes. *Coram omnibus argue.* Publica náque peccata, publicè arguenda sunt. *Vt & ceteri*, superiores ac inferiores. *Timorem habeant*. i. argui & peccare formident. Si verò peccatum sit occultum, primò occultè arguendus est reus: iuxta illud, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. *Testor*, id est, sub testimonio dico, téque adiuro Corã deo patre. *Et Christo Iesu*, filio eius. *Et electis* i. sanctis *Angelis, vt hæc*, dicta atque dicẽda. *Custodias*, non solùm memoriter, sed etiã efficienter. *Sine præiudicio*, id est, prædiscussione seu præcedenti discretionis iudicio. *Nihil*, notabile, *Faciens in aliam partem declinando*, id est, à via iustitiæ recedendo ad partem contrariam. Vnde in Ecclesiastico legimus, Fili, sine cõsilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. Iob quoque. Causam, inquit, quam ignorabam diligentissimè inuestigabam. *Manus nemini cito imposueris*, aliquem facilè ordinando, sed prius examina eũ. *Neque communicaueris*, per cõsensum. *Peccatis alienis. Temetipsum castum custodi*, cõtinenter viuendo, quod maximè decet prælatum ecclesię. *Noli adhuc aquam bibere*, sicut diu feciſti. *Sed vino modico vtere propter stomachum tuum*, vini calore indigentem. In quo stomacho est sedes ægritudinis, & principium digestionis. *Et frequentes tuas infirmitates*, quæ per aquæ potationem augentur.

Terent.
Prouer. 13
Matth. 18
Eccle. 32
Iob. 29.
E
F

Deinde ostẽdit apostolus in quibus necessariũ sit pręiudicium, seu præuium rationis examen. *Quorundam hominum peccata manifesta sunt*. i. euidenter mala, quia non possùnt bono animo fieri, sicut sunt stupra, furta, blasphemiæ. *Præcedẽtia ad iudicium*. i. nota antequam veniant ad rationis examinationem ac diiudicationem. Vel præcedentia ad iudicium diuinum, generale seu particulare, quorum vtrũque fit post vitam præsentem. Talia ergo non oportet examinari, nec in talibus pręiudicium exigitur, sed subitò diiudicari possunt. Vnde iudicium quod ea sequitur, non est temerarium. *Quo-*

rundam

rundam autẽ, peccata. *Et ſubſequuntur*, id eſt, peccata aliquo- A
rum occulta ſeu quadam apparenti iuſtitia fucata ſunt, ita vt non appareant mala, niſi poſt diſcuſſionem, ideo in eis præiudicium eſt neceſſarium vt examinentur. Vnde nec ea *Marci. 4*
iudicare debemus ſed prælatorum & iudicum eſt ea diſcu- *1 Cor. 4.*
tere. Vel, ſubſequuntur diuinum iudicium: qui non deducen
tur in publicum, niſi in die iudicij quando illuminabuntur
abſcondita tenebrarũ. *Similiter & facta bona manifeſta ſunt*,
id eſt, aliqua opera bona, ſunt apertè bona, ſaltem quantum
ad genus operis, quamuis non ad intentionem agentis. Ta
lia ergo examinatione non indigent. *Et quæ aliter ſe habent*,
id eſt, bona de quibus mox certum non eſt: an ſint veraci-
ter bona. *Abſcondi non poſſunt*, id eſt, ſuo tempore clarè pa-
tebunt, quando à recta ratione examinantur, vel à deo iudi
cantur. Propter quod in Euangelio veritas loquitur, Nihil B
opertum, quod non reueletur: neque occultum quod non *Matth. 10*
manifeſtetur. *Lucæ. 8*

Cap. VI. *Quicunque ſunt ſub iugo ſerui.*

ARTICVLVS VI.

DEſcendit demum apoſtolus ad inſtructionem particu-
larium perſonarum. *Quicunque ſunt ſub iugo ſerui*, id
eſt, qualeſcunque ſint ſerui, videlicet ſapientes fideles, vel a-
lia gratia adornati, tamen cum ſint ſubditi imperio domi-
norum ſuorum, *Dominos ſuos*, tam bonos quàm dyſcolos,
ſeu infideles. *Omni honore*, duliæ, qui carnalibus dominis im
pendi ſolet ac debet. *Dignos arbitrentur*, non inquantum in- *1. Petri. 2*
fideles & impij, cum ſcriptum ſit de viro iuſto. Ad nihilum
deductus eſt in conſpectu eius malignus. Sciendum quòd
quidam docebant libertatem omnibus Chriſtianis eſſe com *Pſal. 14*
munem intendentes ſeruitutem reprobare, eo quòd dicat C
ſaluator, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Et alibi, Er-
go ſunt liberi filij. Sed hæc de ſpirituali libertate, nõ de car-
nali intelligenda ſunt Ideo contra hos fatur apoſtolus. Ideo
autem ſerui hoc faciant. *Ne nomen domini & doctrina*, hoc
eſt, ne Chriſtus & eius prædicatio. *Blaſphemetur*, ab impiis,
tanquam ſit contra leges, & dominis auferat debitam ſerui-
tutem. *Qui autem fideles habent dominos*, id eſt, ſerui Chri- *Ioan. 8.*
ſtianis dominis ſeruientes. *Non contemnant*, dominos tales. *Matt. 17.*

Quia fratres ſunt, hoc eſt, ob hoc quia in Chriſto ſunt pa-
res, quantum ad ſpiritualia. *Sed magis ſeruiant*, dominis ſuis

Dcum debita reuerentia. *Quia* domini. *Fideles ſunt & dilecti deo, quia beneficij participes ſunt*, id eſt, domini eadem beneficia gratiæ à deo receperũt atque recipiét, quæ & ſerui. *Hæc doce*, ſeruos. *Et exhortare* eos, vt ſic agant. *Si quis aliter docet*, quàm ego iam docui, &. *Non acquieſcit ſanis*, hoc eſt, veris. *Sermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti*, quos loquitur per me, qui etiam proprio ore dixit, Redde quæ ſunt Cæſaris Cæſari. *Et ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ*, Euangelicæ, quæ ad pietatem inducit, & lites odiúmque extirpat. Talis eſt, *Superbus, nihil ſciens*, ſcientia ſalutari & formata. de qua dicitur à Sapiente, Dedit illi ſcientiam ſanctorum. Vnde & Salomon, Vbi, inquit, humilitas, ibi ſapientia. Et rurſus, Superbus & arrogans vocabitur indoctus. *Sed languens*, id eſt, cum infirmitate ſui intellectus inaniter occupatus. *Circa quæſtiones & pugnas*, id eſt, diſputationes litigioſas. *Verborũ, ex quibus oriuntur inuidiæ*, vnius in alium. *Cõtentiones, blaſphemiæ*, aduerſariorum fidei contra deum: dum audiunt aliqua rationi naturali contraria. *Suſpitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum*, id eſt, infectam voluntatem habentium, auerſorum à ſummo & incommutabili bono. De quibus propheta, inquit, Diuiſum eſt cor eorũ, nunc interibũt. *Et qui veritate priuati ſunt*, id eſt, ſpiritualiter excæcati. Hominũ, inquam, *Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem*, id eſt, opus pietatis, videlicet prædicationem ordinandam eſſe ad lucrum temporale. Nam ideo prædicant, vt temporale commodum conſequantur, quemadmodum apud Michæã prophetam de quibuſdam inducitur, Sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. *Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia*, id eſt, quamuis pietas non ſit quæſtus, carnalis ac temporalis, vt illi exiſtimant, eſt tamen magnus quæſtus, videlicet fructuoſus, ſpiritualis atque æternus, quia æternam vitam meretur: eſtque acquiſitio omnium ſpiritualium diuitiarum pietas iſta, id eſt, cultus Dei cum ſufficientia victus ac veſtium, ſicut iam dictum eſt: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ, cum qua ſufficientia debemus eſſe contenti. *Nihil enim*, temporalium diuitiarum. *Intulimus in hunc mundum*, naſcendo, ſicut Iob ait, Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ. *Haud*, id eſt, non *Dubium* eſt, ſed certum. *Quia nec auferre*, mundo. *Quid* talium rerum. *Poſſu-*

Matt. 22. *Marci. 12.* *Lucæ. 20* *Sapien. 10* *Prou. 11.* *Prou. 21.* *Oſeæ. 10.* *Mich. 3* *1. Tim. 4* *Iob. 1.*

E F

mus

mus moriendo, sicut ait Psalmista, homo cum dormierit nō A
sumet omnia. Et Iob, Diues cum dormierit, nihil secum au- Psal. 48
ferret: apprehendet eum quasi aqua inopia. *Habentes autem* Iob. 27.
alimenta, & indumenta. Quibus tegamur, id est, victualium
& vestimentorum competentiam. *His contenti simus*, quan
tum ad appetitum temporalium rerū. Quæ enim vltra pro-
cedit, inordinatè se habet, & superfluè agit, quoniam corpo
ralia ad spiritualia ordinantur, sicut media ad finem, ideo
non sunt appetenda nisi ad necessitatem: videlicet in tātum,
quantum conferunt vel requiruntur ad spiritualem mentis
profectum, quem superfluitas temporalium rerum nō pro- Prou. 30.
uehit, sed impedit. Ideo Sapiens orabat, Diuitias ne dederis
mihi, tribue tantum victui meo necessaria. *Nam qui vo-*
lunt, id est, volendo satagunt. *Diuites fieri incidunt in tenta-* B
tionem, id est, diabolicam impugnationem. *Et laqueum dia*
boli, id est, in peccati consensum, quo anima à diabolo capi-
tur, quasi in laqueo. Tales enim cum sint auari, aliorum bo-
na desiderant, alienis prosperitatibus inuident, & per vitio- Eccle. 10.
sa media conantur temporalia congregare, mentiendo, fal- Matth. 19
lendo, &c. Ideo enim in Ecclesiastico scriptum est: Auaro ni Marci. 10
hil est scelestius, & nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Luca. 18
Christus quoque in Euangelio, possibilius, inquit, est came-
lum per foramen acus transire, quàm diuitem, id est, diuitia-
rum amatorem intrare in regnum cœlorum. Incidunt quo- 1. Ioan. 2
que. *Et in desideria multa*, inordinata, de quibus & Ioannes,
Omne, inquit, quod est in mundo aut est concupiscentia o-
culorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. *Et*
inutilia & nociua. Hæc enim desideria sunt inutilia, quia
non prosunt ad adipiscendam veram salutem. Et nociua, C
quoniam gratiam Dei extingunt. *Quæ mergunt*, id est, per
modum aquarum occidunt. *Homines*, auaros. *In interi-*
tum, id est, gratiæ amissionem, quæ est mors animæ. *Et*
perditionem, gloriæ sempiternæ, quæ est mors secunda ac
infernalis. Hæc enim mala inferunt desideria ista. *Radix*
enim omnium malorum est cupiditas, plus habendi quàm ex-
pedit. Nec obstat quòd superbia dicitur omnis peccati Apoc. 2
initium, vel etiam amor priuatus, cui maximè conuenit
esse omnium vitiorum originem. Nam sicut nullum est Eccle. 10.
genus peccati quod non oriatur (vt plurimùm) ex su-
perbia: sic nullum est genus peccati, quod non interdum

Dnascatur ex cupiditate, præsertim cum ipsa quoque superbia aliquando oriatur ex cupiditate, & econtrario. Sunt enim qui non amarent superflua, nisi per possessionem illorum putarent se excellentiores esse futuros. Et sunt qui non amarẽt excellẽtiam, nisi per eam putarent se ditiores fieri posse. Amor autem priuatus est radix omnium horum malorũ, imò simpliciter vitiorum vniuersorum. *Quam*, id est, cuius cupiditatis materiam. *Quidam appetentes erraverunt à fide*, vel eã negando, ne diuitiis spoliarentur, vel infideliter operando, fidei directionem non sequentes. *Et inseruerunt se doloribus multis*. i. variis curis & pœnalibus sollicitudinibus vitæ præsentis. Nam & diuitiæ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur. Propterea comparat eas Christus spinis. Pungunt enim & lacerant animam possidentis. *Tu autem ô homo Dei*. i. diuino cultui totus mancipatus. *Hæc* vitia. *Fuge*. Iuxta illud Ecclesiastici. Quasi à facie colubri fuge peccata. Vnde Ambrosius: Nihil tam asperum, támque pernicioſum, quàm si vir Ecclesiasticus (maximè qui sublimem tenet locum) diuitiis huius seculi studeat: quod non solũ sibi, sed etiam aliis obest, quibus contrariam dat formam. *Sectare verò*. i. præcedentium sanctorum vestigia imitando operare seu tene, *Iustitiam*, reddendo vnicuique quod ei debetur à te. *Pietatem*, quæ secundum prædicta ad omnia vtilis est. *Fidem*, catholicam, *Charitatem* Dei & proximi. *Patientiam*, non tristando propter aduersa. *Mansuetudinem*, non appetendo vindictam propter illatas iniurias. *Certa bonum certamen fidei* i. efficaciter milita Christo, pugna pro fide, labora aduersus peccata. Militia est enim vita hominis super terram: nec coronatur, nisi qui legitimè certauerit. *Apprehende*, hoc est, adipisci conare, & toto affectu amplectere. *Vitam æternam*. i. fœlicitatem cœlestem táquam brauium tui certaminis, aliud præmium non quærendo. *In qua*, id est, ad quam, vel propter cuius adeptionẽ. *Vocatus es*, à Deo ad fidem fideíque certamen. *Et confessus es bonam confessionem*, hoc est, fidei veritatem seu promissionẽ. Ore enim confessio fit ad salutem. *Coram multis testibus*, non solũ, Deo & angelis, sed etiam coram bonis hominibus in tua ordinatione ac prædicatione. Hoc est, etiam propter hanc confessionem apprehende vitam æternam, vt actio confessioni respondeat. *Præcipio tibi coram Deo*. i. Deo patre testante vel autho-

E

F

Lucæ. 8

Eccle. 21.

Ambros.

1. Tim. 4.

Iob. 7

2. Timo. 2

Roma. 10

authoritate diuina mihi commissa. *Qui* Deus. *Viuificat omnia*, viua, vita naturæ, gratiæ seu glorię. *Et*, coram Christo Iesu. qui est testis, fidelis. *Qui testimonium*, veritati *Reddidit sub Pontio Pilato*, dicens, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati, videlicet *Bonam confessionem*, qua dixit, Rex sum ego, Et Regnũ meũ non est de hoc mundo. Hoc ergo præcipio. *Vt serues*, id est, impleas. *Mãdatum*. i. mãdata diuina & mea, quę vtique à deo sunt. *Sine macula*. i. purè. *Irreprehensibile*. i. sic ea obserues vt reprehendi non possint quasi iniusta. *Vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi*. i. perseueranter vsque ad mortẽ quando à Christo visitaberis, & ei occurres. *Quem*, Christum in forma humana. *Suis*, id est, congruis & à Deo præordinatis *Temporibus*, scilicet in die iudicij particularis vel vniuersalis, vel in die æternitatis, quæ omne tempus comprehendit. Nam & in patria erit post diem iudicij tempus discretum, vt Thomas & alij multi testantur. *Ostendet*, hominibus bonis & malis: in die iudicij, sed solis electis in die æternitatis, *Beatus & solus potens*. i. Deus trinitas substantialiter fœlix, in quo est omnium bonorum, pulchrorum ac desiderabiliũ infinita plenitudo, qui solus essentialiter potens est, & ipsa sua potentia. De quo in Iob scriptum est, Deus potentes nõ abiicit, cùm ipse sit potens. *Rex regum & dominus dominantium*. Omnia náque quantumcunque potentia atque sublimia comparantur ad Deum, sicut instrumenta ad artificem, sicut media ad finẽ, & sicut subiecti ad principem. Vnde ait Psalmista, Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnes Deos. *Qui solus*, per naturã. *Habet immortalitatem*. i. omnimodã & superplenissimã inuariabilitatem, sicut per Malachiam loquitur, Ego dominus, & non mutor. Omne autem creatum aliquo modo mutabile est, & in omni ente mutabili inuenitur quædam mortalitas, secundum Augustinum, videlicet alicuius desinentia, & recens dispositio. *Et lucem habitat inaccessibilem*, id est, nullo loco vel termino clauditur, nec in aliqua creatura per circunscriptionem moratur, sed habitat in seipso, per quietissimam subsistentiam, qui est lux substantialis, vera & infinita, Quæ inaccessibilis dicitur, quia à nullo intellectu creato comprehendi potest. Vnde & dicitur tenebras ponere latibulum suum. Potest tamen homo eam accedere in via per fidem

A
Apoc. 8.
Ioan. 18.
Ibidem.
Marci. 13.
B
Boetius.
Iob. 36.
Apoc. 19.
Psal. 49.
C
Malac. 3.
August.
1. Ioan. 1
Psal. 17.

D & gratiam,& in patria per claram visionem. Propter quod
Psal.33 ait Psalmista. Accedite ad eum & illuminamini . Et ad He-
Heb.10. bræos dicit Apostolus , Accedamus cum fiducia ad thronũ
gratiæ eius. *Quem vidit nullus hominum* , existens homo pu-
rus,& sensitiuarum viriũ operationibus vtens. *Sed nec vide-*
re potest,in hac vita visione clara per speciẽ,qua cognoscitur
de re quid est. Potest tamen videri per fidẽ & speciẽ creatã,
qua cognoscitur quia est. Propter quod scriptum est in Iob,
Iob.39. Oẽs homines vidẽt Deũ : vnusquisq; intuetur procul.Præ-
Ioan.1. dictis verò verbis apostoli cõsonat & illud Ioannis,deũ ne-
Exod . 33. mo vidit vnquam.*Et* quod Moysi dominus dicebat , Nõ vi
debit me homo & viuet..His ergo non obuiat,quòd nõ so-
Augusſt. lum Christus,sed Moyses quoque & Paulus deum per spe-
E ciem in hac vita viderunt,secundum Augustinum.Pro tunc
enim non vixerunt vita humana & sensitiua.*Cui*,Deo trino
ac simplici.*Est honor*,latriæ,*Et imperium sempiternum*,*Amen.*
Dan.4. Iuxta illud Danielis , Potestas eius potestas sempiterna , &
regnum eius in generatione & generationem. Superius
dixit apostolus quid contingat volentibus ditari:nunc do-
cet quid oporteat diuites facere.*Diuitibus huius seculi*,id est,
temporales & seculares diuitias habentibus. *Præcipe*, quod
& scriptura diuina præcipit. *Non sublime sapere*.i.de diuitiis
non extolli,nec alios aspernari. *Neque sperare in incerto diui*
tiarum.i.in istis amissibilibus diuitiis,quæ sunt bona fortu-
Psal.61. næ. Propter quod ait Plalmista , Diuitię si affluant , nolite
Iob.31. cor apponere. *Et* Iob , Si putaui,inquit, aurum robur *meũ*:
& ebrioso dixi, fiducia mea . Quàm autem difficile & rarũ
Eccleſia.31 sit hoc,patet per illud *Eccle*siastici , Beatus est diues,qui in-
F uentus est sine macula,qui post aurum non abiit,nec spera-
uit in pecuniæ thesauris . Quis est hic, & laudabimns eum?
fecit enim mirabilia in vita sua . Hinc & Christus in euan-
Marc. 10. gelio asserit, Quàm difficile qui habent pecunias intrabunt
in regnum cœlorum. *Sed in Deo viuo*, omnis vitæ fontano
Psal. 83. principio De quo ait propheta. Domine virtutum, beatus
homo qui sperat in te.*Qui præstat nobis omnia*,corporalia ac
spiritualia quæ habemus. *Abundè*,hoc est, copiosè:iuxta il-
Iaco.1. lud Iacobi , Qui dat omnibus affluenter, & non impropе-
Esa.64. rat. *Ad fruendum*.i,ad vtẽdum tẽporalibus,& vt sic vtamur
1.Cor.1. præsentibus,quatenus bonis futuris nobis promissis, quæ o-
culus non vidit,nec auris audiuit,tandem fruamur.Præcipe

insuper

insuper diuitibus. *Bene agere, diuites fieri in operibus bonis.* i. spi A
rituales diuitias congregare, videlicet cumulum meritorũ, & incrementa gratiæ atque virtutum, prout ait Saluator, Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo. *Facile tribuere*, elee- *Matth. 6.*
mosynas. Quemadmodum Christus hortatur, Omni petẽti te tribue. Et, Beatius est magis dare quàm accipere. *Communicare.* i. cõmunia reputare, vel facere bona exteriora. *The-* *Luc. 6.*
saurizare sibi fundamentum bonum, hoc est, stabilem cordis ad- *Acto. 20.*
hæsionem cum Deo, seu opus meritorium. *Ut futurum*, i. ad hoc vt digni sint bonis seculi futuri. *Vt apprehendant veram vitam.* i. æternam vitam seu beatitudinem (quæ non est fallax & labilis) consequantur. *O Timothee depositum custodi.* i. episcopale officium tibi diuinitus commendatum seu credi- *Mat. 25.*
tum diligenter exerce, & gratiam tibi cõcessam, creditáque B
talẽta, suo tẽpore cum vsuris repetenda sollicitè conserua, expẽde, dispensa. *Deuitans prophanas vocum nouitates.* i. noua vocabula religioni sanctæ cõtraria, quæ sua obscuritate vel vanitate introducũt errorẽ. Ponit autẽ glossa exemplum de nomine isto hypostasis. Sed hoc intelligẽdũ est pro certo tẽpore. Hypostasis nãque significat essentiam & personã. Vnde hęretici per vsum huius nominis volebãt catholicos inducere ad confitendum tres essentias in diuinis, sicut & tres personas. Idcirco non licuit nomine isto vti ante determinationem suæ significationis. Nũc verò quoniam vsu doctorũ determinatum est ad significãdum personam, licitum est ipso vti, imò doctores (vt plurimùm) ipso vtuntur. Hinc *Dionysius.*
Dionisius, & eũ sequẽs Damascenus, affirmãt, non esse audẽ *Damasc.*
dum aliud de supersubstãtiali deitate asserere, præter ea quę C
nobis in sacris eloquiis tradita sunt. Et Hieronymꝰ dicit. Ex *Hierony.*
sola inordinata prolatione verborũ incurritur hęresis. Deui tás etiam. *Et oppositiones.* i. instãtias seu cõtradictiones cõtra fidẽ. *Falsi nominus scientiæ.* i. vanæ scientiæ, quę mẽdaciter sciẽ tia appellatur, vt est omnis scientia, quæ se extollit cõtra sci entiam Dei seu fidei veritatem. *Quam*, falsam scientiã. *Quidã* *Roma. 16.*
promittentes. i. se habere & diligere profitentes. *Circa fidem ex ciderunt*, in est, à fide catholica corruerunt, sequentes naturalem rationẽ, & propriam imaginationem, imò stultitiam potius quàm diuinã authoritatem. *Gratia tecum*, quę non infunditur nisi ab omnipotẽte, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. *Amen.*

IN EPISTOLAM AD TI:

motheum ſecundam

Proœmium.

D

Prouer.15.

QVI abiicit diſciplinam, deſpicit animã ſuã: qui autem acquieſcit increpationibus poſſeſſor eſt cordis. Quia in multis offendimus omnes, ſeptiéſq; in die corruit iuſtus, neceſſaria nobis eſt diſciplina verborũ ac verberum, quatenus verbis ictibúſque correcti, abſtrahamur a vitiis & decoremur virtutibus: quẽadmodum ergo qui diligit iniquitatem odit animam ſuam: ſic qui abiicit diſciplinam, deſpicit animã propriam. Ideo ſanctus apoſtolus in hac ſecunda ad Timotheum epiſtola erudit eum & corripit. Præcedenti quippe epiſtola recepta & lecta, Timotheus tádem animo fatigatus & circa officij ſui exequutionẽ fuit tepidior factꝰ, propter cõtinuas aduerſitatas, infirmitates & perſequutiones circũſtãtes. Hortatur ergo eũ apoſtolꝰ ad palmã martyrij, atq; idoneã ſui miniſterij exequutionẽ, proponẽs ſeipſum ei in exẽplũ, ſcribitque ei à Roma de carcere, vel à Loadicea, vt aſſerũt quidã. Procedit autẽ modo conſueto, ſalutationẽ prẽmittẽdo, ſicut patebit.

Iaco.3.
Prou.24.

E

Pſal.10.

Sap.3.

Cap. I. *Paulus apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatẽ Dei.*

ARTICVL. I.

1 Cor.15.
1.Cor.9

PAulus apoſtolus Chriſti Ieſu per volũtatem Dei. id eſt, deo agente. *Secundum promiſſionem vitæ*, id eſt, propter præmium, vel ad obtinendam remunerationem vitæ. *Quæ eſt in Chriſto Ieſu*, id eſt, vitæ æternæ, quæ à Chriſto confertur, & in Chriſto conſiſtit ſicut in obiecto, quæ vita eſt præmiũ propter quod factus ſum apoſtolus, non ab homine, ſed à Deo. Mãdat & ſcribit. *Timotheo chariſſimo filio ſuo*, ſpirituali.

F

Actо.16
Gala.6.
1.Teſ.2.

Gratia, gratum faciẽs. *Miſericordia*. i. peccatorum remiſſio *Et pax*. i. tranquillitas mentis ſit tibi, *A Deo patre & Ieſu Chriſto filio eius domino noſtro*. *Gratias ago Deo, cui ſeruio à progenitoribus meis*, i exemplo antiquorum patrũ meorum, videlicet Abrahæ, Iſaac & Iacob, quorum veſtigia imitor. vnum verum Deum colendo. *In conſcientia pura*, ideſt, ſine remorſu alicuius peccati, inde autem gratias ago. *Quòd ſine intermiſſione*. i. omni congruo tẽpore. *Habeam tui memoriam in orationibus meis*, fuſis pro te & aliis. *Nocte ac die deſiderans te videre*,

te videre, memor lachrymarum tuarum, quas deduxerunt oculi A
tui, quando recessi à te, qui libentissimè mecum transisses ac *Hebr.14.*
permansisses. *Vt gaudio implear*, id est, vt te in bonis confirmem, & accēdam ad martyrij palmā: quo facto de tuo profectu plenè exultem. *Recordationem accipiens eius fidei, quæ est* 1. *Tim.*1.
in te non ficta. i. tuæ veræ fidei reminiscens, quæ non est simulata, sed pura & efficax. *Quæ* fides, *Et habitauit*. i. firmiter fuit, *In auia tua Loide*, id est, matre matris tuæ sic dicta. Habitauit quoque. *Et in matre tua Eunice*. Parentum fidem commemorat, vt fidem filij roboret. Tacet verò de patre Timothei, quoniam Gentilis erat, & infidelis, vt dicitur. *Certus sum autem quòd & in te*, habitet fides ista. *Propter quam causam*, videlicet, quia tam bonas genitrices habuisti, & fidelis diu fuisti. *Admoneo te*, paternè. *Vt resuscites*. i. reformes, perficere B
studeas, & ad pristinos actus extendas. *Gratiam dei, quæ est in te*. i. gratiā episcopalem & sacramentalē tibi diuinitus datā in tui ordinatione vel confirmatione. *Per impositionem manuum mearum*; quæ impositio fuit caussa gratię dispositiua & instrumentalis. Vel potest intelligi absolutè de gratia gratificante, quia per impositionem manuum apostolorum dabatur spiritus sanctus. Ex his patet, quòd gratia in corde Timothei erat quasi sopita & debilitata, ideo admonet eum vt rē-
paret gratiam pristinam, proficiēdo in ea. Vnde etiam quod *Act.8.*
in Apoca. angelo ecclesiæ Ephesi dicitur, Scio opera tua, & *Apoc.2.*
laborem, & patientiam. Et post pauca, Sed habeo aduersum *Idem.*
te, quòd charitatem tuam primā reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitētiam, & prima opera fac:
Quidam exponunt de Timotheo, quem cōstat fuisse Ephe- C
siorum angelum, id est, episcopum. *Non enim dedit nobis deus spiritum*, hoc est, donum *Timoris*, purè seruilis. Vel, spiritū *Mat.10.*
timoris, id est, animam inordinatè timentem temporalia mala, videlicet, eos qui corpus occidunt. *Sed dedit nobis spiritum*, id est, donum & gratiam, *Virtutis*, id est, fortitudinis *Esaiæ.11.*
contra aduersa, quæ est vnū de septem donis spiritus sancti. *Et dilectionis*, dei ac proximi. *Et sobrietatis*, id est, temperātiæ
vel discretionis. Verba hæc plenius exposita sunt ad Rōma. *Rom 8.*
vbi legitur, Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore. *Ep.ſt.*
Noli itaque erubescere, id est, quoniam dedit nobis deus spiritum dilectionis, non erubescas. *Testimonium domini nostri*, Iesu Christi, id est, protestationem, prædicationem seu con-

D fessionem Christi: sed sine rubore & confusione testare co-
Matt. 9. ram hominibus, quòd Christus deus sit & homo, qui ex sua
Luc. 9. passione vniuersum mundũ redemit, resurrexit, cœlos ascẽ-
dit. Vnde ait Saluator in Euang. Qui me cõfessus fuerit co-
ram hominibus, cõfitebor & ego eum coram patre meo. Et
rursus, Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius ho-
minis erubescet. *Nec* erubescas. *Me vinctum eius.* i. me Paulũ
pro fide nunc captum atq; ligatum. *Sed collabora euãgelio.* i.
cum me & cæteris euangelizantibus, labora ad promulga-
tionem ac venerationem euangelicæ legis, fortiter prædicã
do, iustè viuendo, & pro fidei veritate mortem sustinendo.
Secundum virtutem Dei, id est, secundum virtutẽ & gratiã
tibi diuinitus datam. *Qui nos liberauit*, per propriam passio-
E nem à iugo diaboli & pœna inferni. *Et vocauit*, ad fidem, ac
vitam æternam. *Vocatione sua sancta.* i. inspiratione interna,
Apo. 3. de qua in Apoca. Ego sto ad ostium & pulso. Vel prædica-
Mat. 10. tione euangelica quam fecit per nos: non enim nos sumus
qui loquimur, sed spiritus patris nostri qui loquitur in no-
bis. Vocauit, inquã, nos. *Non secundum opera nostra.* i. propria
merita quæ vocationem hanc nequaquam præcesserũt. *Sed*
secũdum propositum suũ, id est, voluntariũ suum decretum seu
voluntariam præordinationem. *Et gratiam*, nobis clementer
infusam, quę est effectus huius propositi, per quem ad omnia
opera meritoria promouemur atque perducimur. *Quæ da-*
Rom. 6. *ta.* i. dari præordinata. *Est nobis in Christo Iesu.* i. per Christũ,
vtputa per eius incarnationem, virtutem & meritum. *Ante*
2. Cor. 4. *tempora secularia*, id est, ab æterno. *Manifestata est autem*, id
F est, publicè prædicata & nota vel euidenter impleta est, *Nũc*
tempore gratiæ. *Per illuminationem*, id est, prædicationem &
Actо. 2. doctrinam. *Saluatoris nostri Iesu Christi*, quam proprio ore,
vel per apostolos mundo proposuit, aut certè per illumina-
tionem factam in die Pentecostes, quando in igneis linguis
spiritus sanctus apparens, illuminauit apostolos ad cogno-
scendum & prædicandum hanc gratiam, quæ illuminatio di
Ioan. 16. citur Christi, quoniam ipse misit spiritum sanctũ. *Qui*, Chri
stus sua passione *Destruxit*, id est, hominibus abstulit. *Mor-*
tem, culpæ atque gehennę, & corporis immortalitatem pro-
1. Cor. 15. meruit eis, quam & nunc præstat in spe, daturus eam in re,
Oseæ. 13. quando corruptibile hoc induet incorruptionem. Hoc est,
quod apud Oseam loquitur, De morte redimam eos. Ero

mors

mors tua ô mors &c. *Illuminauit autem*.i.notam fecit. *Vitam* A æternam, quæ eſt merces noſtri laboris, & finis huius peregrinationis. *Et incorruptionem*.i. perpetuã immortalitatem, ſiuam habebũt electi in anima & corpore poſt diem iudicij. *Per euangelium*, id eſt, euangelij prædicationẽ, videlicet per ſeipſum & diſcipulos ſuos, dicẽdo. Cognoſco oues meas, & vitam æternam do eis. Et alibi, Qui credit in me non morietur in æternum. *In quo*, euangelio prædicando, videlicet vt id annunciem omnibus. *Poſitus ſum ego*, id eſt, à deo ordinatus & cõſtitutus *Prædicator & apoſtolus & magiſter Gentiũ, ob quam cauſam*, videlicet propter euangelij prędicationem. *Hæc*, id eſt, incarcerationem, ligationẽ & alia plurima; *Patior, ſed non confundor*, in meipſo quaſi turpe aliquid operans, imò glorior in aduerſis. Verbũ equidẽ crucis pereũtib⁹ ſtultitia eſt, his verò qui ſalui fiũt.i. nobis virtus dei eſt. *Scio enim cui credidi*, ſcilicet deo omnipotẽti, qui eſt via veritas & vita. *Et certus ſum quia potens eſt depoſitum meum*.i. beatitudinem mihi paratam quam merui & apud ipſum repoſui. *Seruare in illum diem*.i. vſque ad diem remunerationis meæ, hoc eſt, vſque ad diem mortis, quantum ad glorificationem animæ & vſque in diem extremi iudicij, quantum ad glorificationem corporis mei. Inſuper admonet Timotheum. *Formam habẽs ſanorum verborum*.i. tu Timothee habens ſeriem ſanctarum prædicationum, ſeu formam euangelicorum verborum, quę verba *A me*, prædicante *Audiſti*. Habẽs inquam hæc verba *In fide*.i. cum fidei obſeruatione. *Et dilectione in Chriſto Ieſu*, id eſt, per gratiam Chriſti & ad gloriam eius, vel ſecundum voluntatem ipſius. *Bonum depoſitum cuſtodi*.i. gratiam tibi cõceſſam conſerua, & officium tibi commiſſum dignè proſequere. Vel ſic, Bonum depoſitum, de quo nunc dixi.i. præmium tibi apud deum repoſitũ pro tuo labore cuſtodi, ne illud per negligentiam perdas. *Per ſpiritum ſanctum*.i. nõ tuis viribus, ſed adiutorio ſpiritus ſancti hoc age. *Qui habitat in nobis*, per charitatem & gratiam, quoniam ſumus templum dei. Dominus enim in tẽplo ſancto ſuo. *Scis enim hoc*.i. iam planè agnoſcis, vel ſcire debes. *Quòd auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt*.i. quòd vniuerſi qui nunc receſſerunt à me cum perfido corde ſunt in Aſia minori. *Ex quibus*.i. de quorũ numero *Sũt Phygelus & Hermogenes*. Hi (vt legitur) fraudulenter acceſſerunt Apoſtolum vt diſcerẽt eius myſteria,

Ioan. 10.

Ioan. 11.

2. *Tim.* 2.

B

1. *Cor.* 11.

1 *Cor.* 1.

Ioan. 14.

Finis.

Hebr. 11.

C

1. *Cor.* 3.

Pſal. 10.

D quatenus materiam calumniandi haberent: qui cum se manifestatos conspicerent, abierunt. *Det misericordiam dominus*
Ephes. 6. *Onesiphori domui*. i. fideli familię Onesiphori Asiani. *Quia sæpe me refrigerauit*. i. cōsolatus est & refocillauit necessaria ministrando. *Et catenam meam*. i. me catenis vinctū. *Non erubuit* verecundando de tali magistro. *Sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsiuit & inuenit*. *Det illi dominus* pater. *Inuenire misericordiam*, id est, gratiā adipisci & vitā æternā. *A domino*
Psal. 71. filio, cui pater dedit omne iudiciū: iuxta illud, Deus iudiciū tuum regi da. *In die illa*. i. in die mortis atque iudicij. Talis modus loquendi in veteri testamento vsitatior est, vt ibi,
Gene. 19. Pluit dominus super Sodomam ignē & sulphur à domino. *Et quanta* beneficia *Ephesi*, id est, in Epheso. *Ministrauerit mihi*, Onesiphorus iste. *Tu melius nosti*, qui præsens fuisti, quàm ea quæ Romæ mihi ministrauerit.

Cap. II. *Tu ergo fili mi confortare in gratia.*

ARTICVLVS II.

TV *ergo fili mi confortare in gratia*, gratum faciente, quæ est omnium operum meritoriorum principium, sicut natura est principium operationum naturalium. *Quæ* gratia. *Est in Christo Iesu*, sicut in fonte & capite, quia ab ipso
Ioan. 1. deriuatur in nos. De plenitudine quippe eius omnes acce-
Gala. 1. pimus. *Et quæ audisti à me*, id est, euangelica documenta quæ tibi proposui. *Per multos testes*, id est, per allegationes prophetarum quorum testimonio confirmaui quæ docui. Vel per multos testes, id est, multis præsentibus qui testimonium ferre possent. *Hæc cōmenda fidelibus hominibus*, vt prę-
Esa. 5. dicent aliis, non quibuscunque fidelibus, sed *Qui idonei erūt & alios docere*, id est, qui morū probitate, scientia, atque facundia pollent. *Labora*, in agro dominico & vinea domini Sabaoth. *Sicut bonus miles Christi Iesu*, spinas vitiorū & tribulos passionum de cordibus subditorū euellēdo, vita & labiis prædicando, & totum officium dignè continuando. *Nemo militans deo*, id est, ad dei honorem & gloriam, aduersariis veritatis repugnans, contra propria vitia luctans, & diui-
Luc. 10. nis exercitiis se immergens. *Implicat*, id est, inuoluit, *Se seculari-*
Mat. 6. *bus negotiis*, id est, causis & rebus, diuitiisque mundanis. Per hoc enim distraheretur mens eius ab illo vno quod solū necessarium est. Ideo sollicitudo de crastino prohibetur à

Christo

à Christo, nam & si interim oporteat seruum & militē Chri A
sti secularia tractare negotia, nō semper se implicat illis, sed
moderatè & interdum se applicat talibus cupiens expediri
& deo vniri. *Vt ei*, videlicet deo *Placeat cui se probauit*, id est,
probabilem exhibuit seu deuouit, dicens cum Psalm. Mihi *Psal 72.*
adhærere deo bonū est. Et, Vnā petij à domino, requirā hāc. *Psal.29.*
Idcirco autem labora, vt miles Christi. *Nā qui certat in ago-*
ne, id est, cum alio contendit in huiuscemodi bellico exer-
citio, quod agonizantes quandoque nudi exercuerunt, *Nō*
coronabitur, quasi victor. *Nisi legitimè*. i. efficaciter, & sicut lex
agonis requirit. *Certauerit*, omnia impedimenta pugnan-
di abiiciendo, quemadmodum dictum est alibi, Omnis qui *1. Cor.9.*
in agone contendit, ab omnibus se abstinet. *Laborantem*
agricolam oportet primum de fructibus percipere, id est, quemad B
modum agricola diligens, primò fruges suæ terræ degustat,
& de eis necessaria sumit & edit, sic prædicator & pastor qui *Matt. 10.*
corda audiētium vomere prędicationis aperit, vertit, & ex- *Luc.10.*
colit, semémque verbi cœlestis infundit, debet de sumptibus
aliorum & gregis propriis sustentari. Dignus est enim ope- *1. Tim.5.*
rarius sua mercede. Hoc dicit Apostolus, quia superius di- *1. Cor. 4.*
xit, quòd militans Deo, non implicat se secularibus negō-
tiis. Vt ergo ostendat vnde prædicator & prælatus viuere
debeat, adiecit similitudinem de agricola. *Intellige*, id est,
discretè perpende. *Quæ dico*, ne tibi videatur contrarietas in
verbis & actibus meis, eo quòd ego non accipiam sumptum
ab aliis, cuius oppositum te doceo. Ego enim nō accipio in-
terdum propter rationabiles causas, vt amputem occasionē C
peruersis. Te verò accipere volo propter rationabiles cau- *2. Cor.10.*
sas, cum sis infirmus, & vt Deo liberius vaces. *Dabit enim tibi* *1. Thes.2*
dominus in omnibus, quæ scribo aut facio. *Intellectum*, id est, ve *2. Thes. 3.*
ram ac circunspectam notitiam. Denique quatenus legi-
timè certes consideratione futuræ coronationis. *Memor esto*
per actualem considerationem. *Dominū nostrum Iesum Chri-* *Rom. 1.*
stum resurrexisse à mortuis, natum, *Ex semine Dauid secundum* *Ephes 3.*
euangelium meum, id est, secundū euangelicā annunciationē
à me administratam. *In quo*. i. in cuius euangelij prædicatio-
ne. *Laboro vsque ad vincula* inclusiuè, quibus iam vinctus in
carcere iaceo. *Quasi male operans*. i. tanquam falsa prædicans,
& homines fallens. *Sed verbum dei non est alligatum*, id est,
prædicatio mea seu doctrina non est impedita: nam verbo

D præsentes in carcere doceo. Scriptis verò & item per discipulos meos absentes informo. *Omnia autem* aduersa. *Sustineo* patienter. *Propter electos, vt & ipsi salutẽ consequãtur*, nõ à me, sed per ministerium meum, videlicet vt cooperer eorũ saluti. *Quæ est in Christo Iesu*, sicut in obiecto, datore, & causa meritoria. In eius enim visione consistit, ab ipso donatur, ipse quoque nobis promeruit eam. *Cum gloria cœlesti*, salutem consequuntur, id est, cum omni beatitudine præmij accidentalis adiuncta præmio essentiali, quæ per salutem exprimitur. Vel, per salutẽ intelligitur fœlicitas viæ, per gloriam cœlestem fœlicitas patriæ. *Fidelis sermo*, quod dixi & dicam *Nam si commortui sumus*. i. Christi passionibus cõformamur,

E mundo & vitiis moriendo, eiúsque vestigia dignè sequẽdo.

Colo.3. *Et conuiuemus*, cum Christo vita gratiæ in præsenti, & vita

Rom.8. gloriæ in futuro, *Si sustinemus*, aduersa pro Christo. *Et conregnabimus*, cum eo in regno cœlorũ. *Si negauerimus* eum verbis, vel impiis factis. *Et ille negabit nos*, pertinere ad ipsum.

Luc.13. Sicut in euangelio ait quibusdam. Nescio vos vnde sitis. Discedite à me operarij iniquitatis: propter quod rursus loqui-

Mat.10. tur, Qui negauerit me coram hominibus, denegabitur corá angelis dei. *Si non credimus* ea quę fidei sunt. *Ille*, scilicet deus

Rom.14. seu Christus *Fidelis*, id est, verus *Permanet, negare seipsum non potest*, cum ipse sit veritas. Et hoc non posse, non ad impotẽtiam pertinet, sed ad veram ac summã potentiam: sicut posse peccare non ad veram potentiam, sed ad impotẽtiam spectat. Qui enim potest quod sibi non expedit, quantò id ma-

F gis potest, tantò impotentior est & infœlicior. Quemad-

Dionysius. modum Dionysius recitat, hunc locum Elimas magus obiecit Apostolo, quasi derogaret omnipotentiæ Dei, quòd seipsum negare non potest. *Hæc commone*, id est, ad horum fidem & obseruantiam alios exhortare. *Testificans corã deo*, id est, deum testem inuocãs, vel per eum auditores tuos adiurans & obsecrans. *Noli verbis contendere*, cum aliis disputando seu conferendo: *Ad nihil enim vtile est* directè, & ex sua natura talis verbosa contentio. *Nisi ad subuersionem audientium*, qui scãdalizantur per hoc. Ideo dicit glossa, quòd non sit securum cum hæreticis disputare in publico. Non sic autem intelligendum est verbum Apostoli, quasi ad subuersionem audientium vtile esse sit vera vtilitas: sed tantum vult dicere quòd contentio ad nihil valet, nisi ad subuersionem

nem. Ideo prorsus inutilis est & nociua ac fugienda. Vnde Corinthiis dictum est. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia dei. Ideo dicit Ambrosius, Collatio non altercatio esse debet inter famulos dei. *Studete coram ipsum probabilem*, id est, laudabilem & acceptum. *Exhibere Deo*, opus Dei reuerenter agendo, & in puritate conscientiæ coram altissimo conuersando. *Operarium inconfusibilem*, id est, executorem virtutum irreprehensibilem, vt non metuas venire ad lucē, quatenus manifestentur opera tua. *Recte tractantem*, id est, discretè proponentem. *Verbum veritatis*, vnumquemque docendo prout capere potest, vel indiget. *Prophana autem*, id est, verba sanctæ religioni contraria. *Et vaniloquia dentur*, audire vel loqui: iuxta illud, Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguā iniquam: Et ori tuo facito ostia & seras. *Multum enim proficiunt*, id est, valde cooperantur. *Ad impietatem*, quoniam cultum dei impediunt, & errores graues inducunt huiusmodi, verba. Sumit autem verbum, proficiunt impropriè. *Et sermo eorum*, videlicet prophanorum, hæreticorum & vana loquentium. *Vt cancer serpit*, id est, ad similitudinem morbi illius paulatim crescit, & tendit à paruo errore ad magnum. *Ex quibus*, id est, de quorum hæreticorum infœlici collegio, *Est Hymenæus & Philetus, qui à veritate*, fidei in qua olim steterunt. *Exciderunt* cadendo in hæresim. *Dicentes resurrectionē iam factam*, id est, ea quæ scriptura testatur de generali resurrectione corporum asserentes intelligenda esse de spirituali resurrectione animarum à vitiis, quæ in baptismo iam facta est, quotidiéque impletur. Contra quos S. Iob apertissimè profitetur, Credo quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, &c. *Et subuerterunt*, sua faliaci expositione, *Quorundam*, simplicium. *Fidem. Sed firmum*, id est, quamuis illi sic perierunt, non tamen de subuersione omnium est timendum, sed firmum, *Fundamentum dei*, id est, Ecclesia in Deo fundata (quæ in præcedenti epistola dicta est fundamentum atque columna veritatis) *Stat*, firmiter in fide. *Habens signaculum hoc*, id est, hoc quod subditur, habens, pro sigillo & signo certissimo, quòd ipsa non peribit. *Cognouit dominus qui sunt eius*, hoc est, deꝰ p̄ destinatos suos æternaliter cognoscit: scriptos in libro vitæ, eósq; conseruat & appro-

A
Cap. II.
Ambros. 1. Tim. 4
Ioan. 3.
Eccle. 28
B
Iob. 19
C
Roma. 8
1. Tim. 1

D præsentes in carcere doceo. Scriptis verò & item per discipulos meos absentes informo. *Omnia autem* aduersa. *Sustineo* patienter. *Propter electos, vt & ipsi salutẽ consequãtur*, nõ à me, sed per ministerium meum, videlicet vt cooperer eorũ saluti. *Quæ est in Christo Iesu*, sicut in obiecto, datore, & causa meritoria. In eius enim visione consistit, ab ipso donatur, ipse quoque nobis promeruit eam. *Cum gloria cœlesti*, salutem consequuntur, id est, cum omni beatitudine præmij accidentalis adiuncta præmio essentiali, quæ per salutem exprimitur. Vel, per salutẽ intelligitur fœlicitas viæ, per gloriam cœlestem fœlicitas patriæ. *Fidelis sermo*, quod dixi & dicam *Nam si commortui sumus*. i. Christi passionibus cõformamur,
E mundo & vitiis moriendo, eiúsque vestigia dignè sequẽdo.
Colo.3. *Et conuiuemus*, cum Christo vita gratiæ in præsenti, & vita
Rom.8. gloriæ in futuro, *Si sustinemus*, aduersa pro Christo. *Et conregnabimus*, cum eo in regno cœlorũ. *Si negauerimus* eum verbis, vel impiis factis. *Et ille negabit nos*, pertinere ad ipsum.
Luc.13. Sicut in euangelio ait quibusdam. Nescio vos vnde sitis. Discedite à me operarij iniquitatis: propter quod rursus loqui-
Mat.10. tur, Qui negauerit me coram hominibus, denegabitur corã angelis dei. *Si non credimus* ea quę fidei sunt. *Ille*, scilicet deus
Rom.14. seu Christus *Fidelis*, id est, verus *Permanet, negare seipsum non potest*, cum ipse sit veritas. Et hoc non posse, non ad impotẽtiam pertinet, sed ad veram ac summã potentiam: sicut posse peccare non ad veram potentiam, sed ad impotẽtiam spectat. Qui enim potest quod sibi non expedit, quantò id magis potest, tantò impotentior est & infœlicior. Quemad-
F modum Dionysius recitat, hunc locum Elimas magus ob-
Dionysius. iecit Apostolo, quasi derogaret omnipotentiæ Dei, quòd seipsum negare non potest. *Hæc commone*, id est, ad horum fidem & obseruantiam alios exhortare. *Testificans corã deo*, id est, deum testem inuocãs, vel per eum auditores tuos adiurans & obsecrans. *Noli verbis contendere*, cum aliis disputando seu conferendo: *Ad nihil enim vtile est* directè, & ex sua natura talis verbosa contentio. *Nisi ad subuersionem audientium*, qui scãdalizantur per hoc. Ideo dicit glossa, quòd non sit securum cum hæreticis disputare in publico. Non sic autem intelligendum est verbum Apostoli, quasi ad subuersionem audientium vtile esse sit vera vtilitas: sed tantum vult dicere quòd contentio ad nihil valet, nisi ad subuersionem

nem. Ideo prorsus inutilis est & nociua ac fugienda. Vnde Corinthiis dictum est. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia dei. Ideo dicit Ambrosius, Collatio non altercatio esse debet inter famulos dei. *Sollicitè cura teipsum probabilem*, id est, laudabilem & acceptum. *Exhibere Deo*, opus Dei reuerenter agendo, & in puritate conscientiæ coram altissimo conuersando. *Operarium inconfusibilem*, id est, executorem virtutum irreprehensibilem, vt non metuas venire ad lucē, quatenus manifestentur opera tua. *Rectè tractantem*, id est, discretè proponentem. *Verbum veritatis*, vnumquemque docendo prout capere potest, vel indiget: *Prophana autem*, id est, verba sanctæ religioni contraria. *Et vaniloquia deuita*, audire vel loqui: iuxta illud, Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguā iniquam: Et ori tuo facito ostia & seras. *Multum enim proficiunt*, id est, valde cooperantur. Ad *impietatem*, quoniam cultum dei impediunt, & errores graues inducunt huiusmodi, verba. Sumit autem verbum, proficiunt impropriè. *Et sermo eorum*, videlicet prophanorum, hæreticorum & vana loquentium. *Vt cancer serpit*, id est, ad similitudinem morbi illius paulatim crescit, & tendit à paruo errore ad magnum. *Ex quibus*, id est, de quorum hæreticorum infœlici collegio, *Est Hymenæus & Philetus, qui à veritate*, fidei in qua olim steterunt. *Exciderunt* cadendo in hæresim. *Dicentes resurrectionē iam factam*, id est, ea quæ scriptura testatur de generali resurrectione corporum asserentes intelligenda esse de spirituali resurrectione animarum à vitiis, quæ in baptismo iam facta est, quotidiéque impletur. Contra quos S. Iob apertissimè profitetur, Credo quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, &c. *Et subuerterunt*, sua fallaci expositione, *Quorundam*, simplicium. *Fidem*. Sed *firmum*, id est, quamuis illi sic perierunt, non tamen de subuersione omnium est timendum, sed firmum, *Fundamentum dei*, id est, Ecclesia in Deo fundata (quæ in præcedenti epistola dicta est fundamentum atque columna veritatis) *Stat*, firmiter in fide. *Habens signaculum hoc*, id est, hoc quod subditur, habens, pro sigillo & signo certissimo, quòd ipsa non peribit. *Cognouit dominus qui sunt eius*, hoc est, deꝰ p̄destinatos suos æternaliter cognoscit: scriptos in libro vitæ, eósq; conseruat & appro-

A 1. Cor. 11.

Ambros. 1. Timo. 4

B Ioan. 3. Eccle. 28

C Iob. 19

1. Tim. 1

Roma. 8

Dbat. Habens quoque signaculum hoc, secúdum quod sequi-
2. Cor. 1. tur. *Et discedat ab iniquitate*, id est, peccata deuitet. *Omnis qui nominat*, cum mente fideli ac munda. *Nomen domini*. De qua nominatione dicit Apostolus: Nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Hæc autem discessio signum est prædestinationis & saluationis ecclesiæ. Et quasi aliquis quæreret, cur deus permittat sic quosdam perire: Respondet Apostolus ponens exemplum grandis palatij.
Rom. 1. 6 *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea*, preciosa & pro vsibus nobilibus facta, quæ in mensam patri-familiàs apportentur. *Sed & lignea & fictilia*, id est, etiá vasa vilia sunt in domo huiusmodi. *Et quædam quidem*, id
E est, aurea & argentea vasa facta sunt. *In honorem*, hoc est, ad
Rom. 3 vsus præclaros. *Quædam autem*, id est, vasa lignea & fictilia, facta sunt. *In contumeliam*, id est, ad vsus immundos. Per hoc insinuatur quòd in ecclesia (quæ est magna domus dei) non solùm sunt electi & boni, qui per vasa aurea & argentea designantur, sed etiam reprobi, qui per vilia vasa notantur. Electi autem facti sunt in honoré, id est, ad gloriam sempiternā in quibus implebitur id Psalmistæ, Gloriam & magnũ
Psal. 20 decorem impones super eum. Reprobi verò sunt in contumeliam, id est, ad æternam cõfusionẽ ac pœnam. Et hoc totum cedit ad gloriam creatoris: nam sicut in illis resplendet misericordia, sic in istis manifestatur diuina iustitia. Vnumquodque oppositorũ ex consideratione sui oppositi clarius elucescit. *Si quis ergo emundauerit se ab istis*, id est, à vitiis reproborum qui sunt in contumeliam. *Erit vas in honorem sanF ctificatum*, id est, per gratiam sanctificabitur, ita vt finaliter
Matt. 25 sempiternum consequatur honorem, audiens illud à Christo, Intra in gaudium domini tui. *Et vtile domino*, id est, ad gloriam dei proficuum. Aliis, *Ad omne opus bonum paratum*, à deo dispositum & formatum ad facienda opera virtuosa.
Iuuenilia autem desideria. i. pueriles concupiscentias. *Fuge*, videlicet consolationes carnales ac leuitates. *Sectare verò*, per iugem operationem. *Iustitiam* quæ est præclarissima virtus. Et nec est hesperus nec lucifer ita admirabilis, quantum
Aristot. ad virtutes morales, in appetitiuá potentia existentes. *Fidé*, *charitatem*, dei & proximi. *Pacem*, internam & concordiam cum aliis. *Cum his qui inuocant dominum de corde puro*. Tales nempe has virtutes sectantur. *Stultas autem & sine disciplina*

quæstiones

quæstiones,id est,vana & ineruditas. *Deuita,sciens quia gene* A
rant lites,non ædificationem in fide & moribus. *Seruum au-*
tem domini non oportet,imò nec licet. *Litigare*,sicut iam dictũ
est. Noli verbis contendere. *Sed mansuetum esse ad omnes*,irá 1. *Tim.* 6
frenando. Vnde ait quidam sapiens,In mansuetudine ope- *Eccle.*3
ra tua fac, & super hominum gloriam diligeris. *Docilem*,vt
possit facilè instrui,nec sit pertinax in proprio sensu, quem-
admodum Christus in Euangelio loquitur, Erunt omnes *Ioan.*6
docibiles dei.Et Iacobus,Cum mansuetudine(inquit)susci- *Iacobi.*2.
pite insitum verbum. *Patientem* in aduersis. *Cum modestia*,
id est, cum discretione ac moderamine sine perturbatione
& impetu. *Corripientem eos qui resistunt*,hoc est,rebelles deo
atque iustitiæ,de quibus Iob ait,Ipsi fuerunt rebelles lumini. *Iob.*24
Ne quando,id est,vt tandem aliquando. *Det illis*,inobedi- B
entibus. *Deus pœnitentiam*.i.gratiam pœnitendi de pristinis
malis. *Ad cognoscendam veritatem*,fidei & doctrinæ.Purga
ti enim à vitiis per pœnitentiam apti sunt illuminationi di-
uinæ,eámque recipiunt,cum aliud nihil diuidat mentem ra-
tionalem à deo,nisi peccatum:propter quod Esaias ait, Hic
est omnis fructus,vt deleatur iniquitas. Et rursus, Iniquita- *Esa.* 27
tes vestræ diuiserunt inter deum vestrum & vos. Hieremias *Esa.*59.
quoque testatur. Peccata vestra prohibuerunt bonum à vo- *Hiere.*5
bis. *Et resipiscant à diaboli laqueis*,id est, peccatis atque erro
ribus quibus animæ à dæmone capiuntur:prout scriptura di *Proner.* 5.
cit,Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum
suorum constringetur. *A quo*,diabolo. *Captiui tenentur*,
id est,dominationi & iugo dęmonis ac peccati subiecti. *Ad* C
ipsius,diaboli. *Voluntatem*,hoc est,sicut diabolo placet & ad
exequendam voluntatem ipsius.

Cap. III. *Hoc autem scito,quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa.*

ARTICVLVS. III.

PRæterea docet Apostolus Timothæum debere sollici-
tum esse propter futura pericula. *Hoc autem scito,quòd*
in nouissimis diebus,circa Antichristi aduentum. *Instabunt tem* *Matth.*
pora periculosa.Erit enim tunc tribulatio talis,qualis non fuit
ab exordio mundi : tunc nanque ecclesia persecutionem su-
stinebit à tribus grauissimis hostibus simul,à quibus ante suc

D ceſſiuè afflicta eſt, vtputa à tyrannis, ab hæreticis, falſiſq; fratribus. *Et erunt homines ſe ipſos amantes*, amore carnali, priuato & peſſimo, quærentes ſolùm bona delectabilia & vtilia, non honeſta. *Cupidi*, id eſt, auari, *Elati*, id eſt, ambitioſi. *Superbi*, quantum ad appetitum excellẽtiæ in temporalibus, *Blaſphemi*, in deum & ſanctos. *Parentibus non obedientes, ingrati*, deo, magiſtris & parentibus, quibus nõ poteſt reddi æquiualens. *Sceleſti*, id eſt, magnis peccatis obnoxij. *Sine affectione*, hoc eſt, corde frigidi, a calore amoris diuini. *Sine pace*, interiori & exteriori, id eſt, turbulenti. *Criminatores*, alios inordinatè accuſando, videntes aliorum feſtucas non proprias trabes. *Incontinentes*, id eſt, luxurioſi *Inmites*, hoc eſt, iracundi. *Sine benignitate*, id eſt, fraterna compaſſione. *Proditores*, iuſtorum. *Tumidi*, contra deum, ſicut Iob ait, Vir vanus in ſuperbiam erigetur. *Proterui*, id eſt, crudeles. Iuxta illud, Viſcera impiorum crudelia. *Voluptatum*, carnalium, ſcilicet gulæ & luxuriæ. *Amatores magis quàm Dei*, præponentes carnalia ſpiritualibus ac diuinis. *Habentes ſpeciem quidem pietatis*, id eſt, ſimulatam ſanctitatem & apparentiam veræ religionis aſſumentes, venientes videlicet in veſtimentis ouium. *Virtutem autem eius abnegantes*, id eſt, vigorem ſeu exiſtentiã pietatis abiicientes, cùm ſint hypocritæ, & intus lupi rapaces. *Et hos*, id eſt, typos & prædeceſſores iſtorũ qui prædictis vitiis polluuntur. *Deuita*, *Ex his enim*, id eſt, de horum catalogo, *Sunt qui penetrant domos*, hoc eſt, ſecretiora loca domorum ingrediuntur, vt in occulto ſuos errores diſſeminent. Nam omnis qui malè agit, odit lucem. *Et captiuas ducunt mulierculas*, id eſt, ſuis erroribus inuoluunt fœminas in domibus reſidentes. *Oneratas peccatis*, id eſt, peccatrices, & ideo decipi dignas. *Quæ ducuntur variis deſideriis*, id eſt, diuerſis concupiſcentiis & curioſitatibus agitantur propter rationis debilitatem & animi inſtabilitatem, *Semper diſcentes*, aliquid noui vel ſcripturas. *Et nunquam ad ſcientiam*, id eſt, notitiam ſalutarem veritatis. *Peruenientes*, quoniam inordinate ſe habẽt in addiſcendo, & curioſa ac friuola magis quàm fructuoſa ac neceſſaria diſcũt. *Quemadmodum autem Iannes & Mambres*, qui erant duo fratres, & Magi Pharaonis, quorum nomina ſecundum gloſſam, ſumpſit Apoſtolus ex libris apocryphis, ſed hoc certum arbitror, quòd authoritati apocryphorũ non innitebatur Apoſtolus: Sicut nec Iudas apoſtolus

Matt.7. Luc.6 E

Iob.11.

Proucr.12

Matth.7.

F

Ioan.3.

stolus in sua canonica, allegãs verba Enoch, quæ in apocryphis scripta sunt. Sed vterque eorum aliundè, vel ex reuelatione diuina certificatus erat de veritate verborum quæ introduxerunt, quemadmodum ergo hi. *Restiterunt Moysi*, facientes signa coram Pharaone, sicut & Moyses, vsque ad tertium signũ, in quo omnis puluis terræ Ægypti versus est in Cyniphes. Vbi deficientes hi magi dixerunt, Digitus dei est hoc. *Ita & hi*, seductores domorum penetralia introëuntes. *Resistunt veritati*, fidei Christianæ. *Homines corrupti mente*, id est, intellectu deprauati. *Reprobi circa fidem*, id est, à fide errantes. *Sed vltra non proficient*, hoc est, non diu alios fallent: *Insipientia enim*, id est, perfidia. *Eorum manifesta erit omnibus*, catholicis. *Sicut & illorũ*, Magorum fallacia manifestata est, quando à Moyse victi sunt, & plagas Dei senserunt. Loquitur autem Apostolus præcipuè contra hæreticos Asiæ, quos præuidit à beatissimo Euangelista Ioanne confutandos. Et tamen de aliis hæreticis accipi potest, qui frequẽter à catholicis superati, & eradicati leguntur magis diuina virtute quã potestate humana. *Tu autem* ô Timothee *Assecutus* es, hoc est, discendo adeptus, vel operando imitatus es. *Meam doctrinam*, id est, scientiam scripturarum sanctarum. *Institutionem*, quantum ad mores laudabiles. *Propositum*, id est, intentionem. *Fidem, longanimitatem*, in expectatione cœlestium promissorum. *Dilectionem, patientiam, persequutiones*, foris illatas. *Passiones*, ab intra exortas. *Qualia*, tormenta. *Mihi facta*, id est, inflicta. *Sunt Antiochiæ, Iconio, Lystris*, per has tres vrbes, alia loca in quibus persequutionem pertulit, intelliguntur. *Quales persequutiones*, videlicet multas & magnas. *Sustinui. Et ex omnibus eripuit me dominus*, præseruando à morte corporis, & ab impatientia animæ, ita vt dicere valeam cum Psalmista, Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas? & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. *Et omnes qui volunt*, voluntate efficaci. Piè, id est, religiosè & sanctè. *Viuere in Christo*, id est, secundum doctrinam & voluntatem Christi. *Persecutionem patientur*, à mundo, carne vel dæmone. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare regnum cœlorum. Vnde Iudith ait, Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. *Mali autem homines & seductores*, qui sedent in cathedra pestilentiæ, *Proficient*, id est,

A *Iudas apostolus.*
Exod. 7
Exod. 8
1. *Tim. 4*
Leuit. 19
Exod. 8.
B
C *Act. 11*
Psal. 70
Act. 14.
Iudith 8

D tendent. *In peius*, quemadmodum ſcriptum eſt, Peccator adiiciet in peccatum ad peccandū. De minoribus quippe peccatis procedunt ad grauiora, quoniam vnum peccatum diſponit ad aliud, eſtque peccatum & pœna peccati. *Errantes* à via veritatis atque iuſtitiæ. *Et in errorem mittentes*, alios quos peruertunt. *Tu verò permane*, vſque in finē fide & opere. *In his quæ didiciſti*, id eſt, in documentis quæ tibi propoſui. *Et credita*, id eſt, commiſſa. *Sunt tibi*, exigenda à te cū ſpirituali vſura. *Sciens*, id eſt, diligenter aduertens. *A quo didiceris*, puta à me Chriſti Apoſtolo, cuius doctrina tibi ambigua eſſe nō debet, permanere quoque debes in his. *Et quia ab infantia*, id eſt, adoleſcentia. *Sacras literas*, id eſt, ſcripturas E legis & prophetarum. *Noſti*, per ſtudium, *Quæ te poſſunt inſtruere*, formaliter in his quæ pertinent. *Ad ſalutem per fidē*, id eſt, mediante & cooperāte fide *Quæ in Chriſto Ieſu*, id eſt, quæ de Chriſto habetur, ſine qua fide nemo ad ſaluté perducitur. Porrò quòd ſacræ literæ erudire te valeant patet, Nam. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata*, id eſt, tota ſcriptura canonica ſpiritu ſancto infuſa non humanitus adinuenta. *Vtilis eſt ad docendum*, ignaros. *Ad arguendum*, hoc eſt, probandum ea quæ fidem concernunt. *Ad corripiendum*, iniuſtos ſeu negligentes. *Ad erudiendum*, proficientes. *In iuſtitia*, id eſt, ad obtinendam perfectionem iuſtitiæ. *Vt perfectus ſit*, ſecūdum modum viatorum, & prout ad ſalutem requiritur: vel in operibus ſupererogationis, ſeruando conſilia ſcripturæ noui teſtamenti. *Homo Dei*, hoc eſt, cultor deuotus. *Ad omne opus bonum*, proſequendum. *Inſtructus*, per ſcripturas. F

Pſal.2 *Eccle.3* *Matth.25* *Hebræ.11*

Cap. IIII. *Teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu.*

ARTICVLVS. IIII.

HOrtatur Apoſtolus in hoc capitulo ad indeſinentem ac diligentiſſimam Euangelicæ veritatis prædicationē *Teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu*, id eſt, ſub teſtimonio Dei patris & filij eius te doceo atque admoneo: *Qui* Chriſtus. *Iudicaturus eſt*, in fine ſeculi. *Viuos & mortuos*, id eſt, homines vniuerſos videlicet tam illos qui antè tempus iudicij moriuntur, quàm illos qui tunc viui inuenientur, & in igne conflagrationis morientur, teſtificor quoque. *Per aduentum eius*, in carnem vel ad finale iudicium. *Et regnum eius* quod eſt eccleſia militans ac triumphās, id eſt, per cōgregationem omnium electorum. *Prædica verbum*, regni cœleſtis quod

Apoc.11. *1.Theſſ.4* *Epiſt.*

quod est euangelica doctrina. *Insta*, prædicationis officio, A
Opportunè, quantū ad auditores beneuolos. *Importunè*, quan
tum ad acedioſos, qui ſtimulatione & impulſione indigent,
quibus moleſtū eſt verbum dei audire. Vnde & eis importu-
nus videris. Sed verè opportunè diſcretéq; agis. *Argue*, ne
gligentes. *Obſecra*, ſeniores & digniores. *Increpa*, induratos.
In omni patientia & doctrina, cum perfecta patientia & ſapi
entia cordis tui, quatenus totus ſermo oris tui ex ſapientia
animę tuæ procedat & patientia adornetur. Nā & doctrina
viri per patientiam noſcitur: ſermoque eruditus proficit *Prou. 16.*
multis. Vel omnia verba hæc ad eoſdem referuntur. Quo-
niam vnus & idem interdum arguendus, interim obſecrādus
aliquādo increpādus. i. aſperè redarguendus eſt. Ideo autem B
inſtandū eſt verbo prædicationis hoc modo. *Erit enim tem
pus cum*, homines. *Sanam*. i. animarum lāguores ſanātem, *Do-
ctrinam non ſuſtinebunt*. i. patienter non audient. *Sed ad ſua de
ſideria*. i. vt ea audiant & faciant quæ deſiderant vitioſo affe
ctu. *Coacernabunt*. i. congregabunt. *Sibi magiſtros*, pro eorum
beneplacito, docentes & operantes. *Prurientes auribus*. i. tam
magiſtri iſti quàm eorum diſcipuli interiorum aurium pati-
entur pruritum deſiderio legendi, proponendi vel audiendi
curioſa & laudes humanas. *Et a veritate quidem auditum auer
tent*, diſcipuli iſti, & item eorum magiſtri. *Ad fabulas autem*,
audiendas vel prædicandas. *Conuertentur*: de talibus ſcri-
ptum eſt, Dixerunt deo recede à nobis, ſcientiam viarum C
tuarum nolumus. Et in Eſaia, Dicunt aſpicientibus, nolite *Iob. 21.*
aſpicere nobis ea quæ recta ſunt, loquimini nobis placen- *Eſa. 30.*
tia, videte nobis errores. *Tu verò vigila*. i. diligēs atque ſolli
citus eſto, quoniā grāde habes expedire negotium. *In omni-
bus* ad tuam tuique gregis ſalutem pertinentibus. *Labora*,
ſicut bonus miles Chriſti, non parcendo tibi neque corpo-
ralem quieté quærendo. Homo enim naſcitur ad laboré, ſi- *2. Tim. 2.*
cut auis ad volatum. *Opus fac euangeliſtæ*. i. ſic viue vt decet *Iob. 5.*
annunciatorem euangelicæ legis. *Miniſterium tuum imple*. i.
epiſcopale officium dignè proſequere, quatenus orādo, do-
cendo & conſeruando cōmiſſos tibi ſaluos facias. *Sobrius
eſto*, in victu. Et hæc tibi neceſſaria ſunt nunc magis quàm *1. Pet. 5.*
ante. *Ego enim iam delibor*, i. domino offeror, ſeu pro deo mo *Rom. 8.*
ri incipio tanquā hoſtia grata. *Et tēpus meæ reſolutionis*. i. mor
tis. *Inſtat*. i. propinquum eſt. *Bonum certamen certaui*, contra

D aduersarios veritatis & fidei fortiter resistendo inimicis hu
(manæ salutis. *Cursum consummaui*. i. peregrinationem meam in præsenti exilio ad salutarem finem perduxi, perseuerando
Finis. semper & proficiendo in bonis. *Fidem*, catholicam inconcussam *Seruaui In reliquo*. i. posthac seu in futuro, *Reposita*, id est apud deum locata ac præparata. *Est mihi corona iustitiæ*. i. præmium iustæ conuersationis, videlicet gloria sempiterna. *Quam reddet mihi dominus*, quantum ad animam. *In illa die*, resolutionis meæ, quãtum verò ad corpus in die iudicij. *Iu-*
Psal. 7. *stus iudex*. de quo ait Psal. Dominus iustus iudex, fortis & patiens. *Non solum autem mihi*, reddet hanc gloriam. *Sed & his qui diligunt aduẽtum eius*, i. cum bona cõscientia futurũ Chri
E sti aduentum ad iudicium desiderant, vel primum eius aduẽtum videlicet incarnationem affectuosè & mẽte gratissima amplectũtur. Qui etiam quotidie spiritualem Christi aduẽtum, quo anima per gratiam visitatur, affectant: de quo ait
Ioan. 14. Saluator, Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. *Festina venire ad me cito*, eo quòd cito moriturus sim, & quos habui, modò nõ habeo. *Demas enim*, De quo ad Collo.
Col. 4. dicitur Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. *Me reliquit*, tempore tribulationis. *Diligens hoc seculum*. i. eà quæ mundi sunt. *Et abiit Thessalonicam*, quæ est Metropolitana vrbs Macedoniæ. *Crescens*, abiit, missus à me. *In Galatiam*, *Titus in Dalmatiam*, *Lucas autem*, Euãgelista. *Est mecum solus*. *Marcum*, consobrinum Barnabæ vt dicitur. *Assume & adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerium*. i. ad prædicationis officium. *Tychicum autẽ misi Ephesum*, vbi tu resides quatenus te veniente ad me, suppleat vicem tuam. *Penulam quam reli-*
F *qui Troade apud Carpum veniens affer tecum*. Penula, secundũ
Hierony. Hieronymum appellatur legis volumen. Secũdum Haymo-
Haymo. nem verò est vestis consularis, qua induebantur cõsules Romani curiã ingredientes. Quã legati Romanorum veniẽtes Tharsum Ciliciæ, dederunt patri Pauli in signum amicitiæ, quãdo receperunt eum in amicum & ciuem Romanum, eo quòd reuerenter eis occurrisset: & eos lætanter recepisset.
Actor. 22. Quam vestẽ retinuit sibi Paulus ob recordationem, vnde in Actis Paulus dicit se natũ ciuem Romanum. Ciuitas quippe Romana patri Pauli collata erat pro seipso ac filiis eius, propter magnum obsequiũ & honorem quæ impendebat Romanis. *Et libros*, quos illic dimisi. *Maximè autem membranas*. i.

materias

materias illas non ſcriptas aſſer tecũ, vt in membranis ſcribã A
tur epiſtolæ meæ ad memoriam futurorum. *Alexander æra-* 1
rius. i. faber in ære. vel cuſtos ærarij qui fecit ædes argenteas 1. *Tim.* 1
Dianæ, quem ſuprà dixi circa fidem naufragaſſe. *Multa mala* *Actor.* 4.
mihi oſtendit. i. graues perſecutiones procurauit mihi. *Reddet*
illi deus ſecundum opera ſua. i. pœnas condignas pro tãtis pec
catis. Hoc dicit apoſtolus prænunciãdo, non imprecando.
Quem & tu deuita, tanquam excommunicatũ & perfidum.
Valde enim reſtitit verbis noſtris, per ſeipſum & alios, quos cõ
tra me incitauit. *In prima mea defenſione*, quando videlicet
primò aggreſſus ſum Alexãdrum hunc, reſpõdẽdo eius ob-
iectis, & fidem defendendo contra eum. *Nemo*, fidelium. *Mi*
hi affuit, manifeſtè aſſiſtendo. *Sed omnes me dereliquerunt*,
terrore cõcuſſi. *Nõ illis imputetur*, hæc culpa à deo, ſed indul B
geatur. Nam ex humana fragilitate, non ex certa malitia or
ta eſt. *Dominus autem mihi aſtitit*, vel interna conſolationem
præſtando, vel per viſionem apparendo. *Et corfortauit me*,
gratia fortitudinis. *Vt per me prædicatio impleatur*. i. euãgeliũ
plenius diuulgetur. *Et audiant omnes gentes*, ad fidem conuer
ſæ, *Quia & liberatus ſum de ore leonis*. i. ab occiſione crudelis
Neronis. *Liberauit autem me dominus ab omni opere malo*, vel
præſeruando à vitiis, vel præterita mala relaxando. *Et ſaluũ*
me faciet, deducendo me, *In regnum ſuum cœleſte*. Cui eſt *gloria*
in ſecula ſeculorũ Amen. Sciebat enim apoſtolus (deo reue-
lante) ſe eſſe de numero electorũ. *Saluta Priſcam & Aqui-*
lam, virũ ipſius. *Et Oneſiphori domum*. i. familiam qui omnes
morabantur in Epheſo. *Eraſtus remãſit Corinthi*, *Trophimum*
autem reliqui infirmum Mileti. i. in illo loco. *Feſtina ante hyemẽ* C
venire, videlicet in autumno, quãdo aptius tempus eſt ambu
landi vel nauigandi. *Salutant te Eubulus & Pudens & Linus*.
Quẽ aliqui dicunt fuiſſe diſcipulum Petri, ſucceſſoréque eius
in cura põtificali *Et Claudia & fratres omnes*, qui mecũ ſunt.
Per hoc prouocat Timotheũ ad citius atque libentius veni-
endum, eo quòd diligebatur & ſalutetur à tantis ac talibus.
Dominus Ieſu Chriſtus, ſit. *Cum ſpiritu tuo*, id eſt, in anima tua
habitare dignetur. *Gratia vobiſcum*, id eſt, tecum & cum po-
pulo tibi commiſſo, *Amen*.

IN EPISTOLAM B. PAVLI

ad Titum Proœmium.

D Prouer. 16 MAndatum lucerna est, & lux, & via vitæ; increpatio disciplinæ. Qui ergo tenebras vitiorũ quærit effugere, mãdatis obediat. Ad hoc ordinatur doctrina Apostoli, qui in præsenti nunc elucidanda epistola (quã scripsit Tito Cretẽsium episcopo à Nicopoli) admonet Titum ad strenuam sui officij executionem, & de ordinatione presbyterij, de vitãdis quoque hæreticis, & de exemplari conuersatione ad episcopũ pertinente. Erat quippe hic Titus nonnihil mollis & laxus in increpatione E peccantium. Ideo monet eum Apostolus cũ omni imperio a 1. Tim. 4 gere. Timotheũ verò qui satis rigorosus acerq; fuit, monuit in præcedẽtibus epistolis ad pietatem ac patientiam. In hac 2. Tim. 2. 3 autẽ epistola procedit Apostolus solito more, sicut patebit.

Cap. I. *Paulus seruus dei, Apostolus autẽ Iesu Christi.*

ARTICVL. I.

Colo. 1. PAulus seruus dei, patris. *Apostolus autem Iesu Christi*, imò etiam Apostolus dei patris, & seruus Christi. Sed Christi se vocat Apostolum, quoniam immediatè ab eo missus est euangelizare. Seruus, inquam, & Apostolus. *Secundum fidem*. i. in fide vel obseruando fidem. *Electorum dei*. id est. hominum prædestinatorum, qui per fidem saluantur. *Et*, secundum. *Agnitionem veritatis*, id est, actualem notitiã procedentẽ ex F fide qua notitia veritatis Christianę cognoscitur. *Quæ*, etiam cognitio. *Secundum pietatem est*, hoc est. secundum Christi religionem, cui concordat, & ad cultum diuinum ordinatur. *In spem vitæ æternæ*, id est, ad obtinendam speratam fœlicitatem, videlicet vitam æternam. *Quam*, Ioan. 14. vitam. *Promisit*, hominibus. *Qui nõ mentitur deus*, cùm Nume. 23 ipse sit veritas. De quo scriptura, Non est deus quasi homo vt mentiatur: neque vt filius hominis, vt mutetur. Promisit autem deus hanc vitam, id est, promittere statuit, seu ex promissione dare præordinauit. *Ante tẽpora secularia*, id est, ab æterno. Tempora enim secularia sunt dies & horæ quibus omnia temporalia mensurantur quæ ab initio mundi fue-

runt

tũt. *Manifestauit autẽ*.i.hominibus reuelauit. *Tẽporibus suis* A
id est,congruis & ab eo dispositis horis,videlicet tẽpore gra
tiæ. *Verbum suum*.i.prædictam promissionem, vel verbũ suũ *Ioan.1.*
incarnatum,videlicet vnigenitum filium suum. *In prædica-*
tione.i.per prædicationem. *Quæ credita*.i.commẽdata, *Est*
mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei.i à diuino impe-
rio seu deo iubente,qui mihi prædicationis iniunxit officiũ.
Paulus itaque scribit, *Tito dilecto filio*,suo spirituali.Ideo sub-
ditur. *Secundum communem*, id est , vniuersalem seu catholi-
cam, *Fidem*, Quasi dicat,Filio non secundum carnem, sed se-
cundum spiritualem generationẽ, qua in Christo te genui,
fidẽ tibi annuncians,eámque tibi exponens. *Gratia & pax*
tibi detur & cõseructur. *A deo patre & Christo Iesu saluato-*
re nostro,qui sunt vnum principiũ gratiæ & omnis boni crea B
ti. *Huius rei gratia*.i.propter id quod subditur. *Reliqui te Cre*
tæ,quando inde abscessi. *Vt ea quæ desunt corrigas* i.vitiosa
emẽdes,& quod deest ecclesiæ perficias. *Et cõstituas per ciuita*
tes presbyteros.i.in vnaquaque ciuitate fidelium ordines vnũ
presbyterum.i. episcopum . Quòd enim nomine presbyte-
rorum intelligantur episcopi , cõstat ex eo quod paulò pòst
subditur . Oportet enim episcopum sine criminẽ esse . Et vt *Infra.eod.*
alij probabiliter asserunt,nomine presbyterorum intelligũ-
tur sacerdotes atq; episcopi,& econtrariò. Sicq; in vna ciui-
tate poterant esse plures presbyteri, non plures episcopi.
Episcopatus itaque non est alius ordo à presbyteratu, sed
est nomen superadiunctæ dignitatis. Ordinauit autem apo-
stolus Titum in archiepiscopum Cretensium. Ideo pertine-
bat ad eum constitutio episcoporum per singulas ciuitates, C
suo regimini subditas. *Sicut & ego tibi disposui* i.tales consti-
tuas , quales tibi descripsi , vel ordinatione dignos edocui,
vtputa. *Si quis sine crimine*.i.sine notabili, grauiq; vitio,ne sit
infamis, sed famæ laudabilis. Quod significatum est,vbi Aa- *Leuit.21.*
ron dicitur,Homo de semine tuo,qui habuerit maculã,non
offeret panes deo suo. *Vnius vxoris vir*,id est , qui nõ habuit
coniugem nisi vnam post baptismum , secundum Hierony- *Hieron.*
mum. Vel nunquam secundum Augustinum , vt dictum est, *August.*
plenius ad Timotheum. *Filios habens fideles* , in credendo & *1.Tim.3.*
operãdo,si tamen habeat filios, & si filij non sint incorrigi-
biles. Oportet nanq; vt sit domui suæ bene præpositus. Ha-
beat,inquam,filios, *Non in accusatione luxuriæ*.i.non inconti-

D nentes,& accusatione peccati luxuriæ dignos. *Aut non subditos*,hoc est nõ rebelles. *Oportet enim episcopum.* Ecce quòd nomine presbyteri episcopus designetur. Oportet ergo episcopũ.i.sacerdotem & pontificem, maximè tamẽ pontificẽ, *Sine crimine.*i.irreprehẽsibilem, *Esse*,quo ad magna peccata. Non quòd hoc sit de necessitate gradus vel ordinis, sed dignè executionis atque salutis. *Sicut dei dispensatorem*,hoc est, spiritualium bonorum dei,videlicet sacramentorum & verborum cœlestium erogatorem. Ad quod requiritur maxima
Eccl.3. sanctitas. *Non superbum*,quoniam scriptum est: Quantò ma-
Eccle.32. ior es humilia te in omnibus. Itémque: Rectorem te posuerunt,noli extolli: Esto in illis quasi vnus ex eis. *Non iracundum*,quoniã ira in sinu stulti quiescit. Et Iacobus ait: Sit om-
Iaco.4. E nis homo tardus ad loquendum,& tardus ad iram. *Non violentum*,sed sobrium. *Non percussorem.*i.bellicosum & violentum. *Non turpis lucri cupidũ: sed hospitalem,benignũ, sobriũ, iustũ,sanctum,continentem, amplectentem.*i.cordiali affectu suscipientem,ac aliis proponentem *Eum,qui secundum doctrinã est,fidelem sermonem*, id est, veram prædicationem veræ doctrinæ seu Christianæ sapientiæ consonantẽ. *Vt potens sit*,id est,virtuosus & eruditꝰ: *Exhortari.*subiectos. *In doctrina sana* id est,euãgelica disciplina vitiorũ sanatiua. *Eos qui contradicunt* fidei,verbo vel opere. *Arguere.*i.reprobare. Vel, eos qui contradicũt arguere,hoc est, inobediẽtes efficaciter increpare. Ideo subditur *Sũt enim multi etiã inobediẽtes & vaniloqui & seductores,maximè qui de circumcisione sunt.*i. Iudæi cõ
1.Tim.1. uersi,scilicet hæretici, asserentes legalia cum euangelio esse
F obseruanda. *Quos oportet redargui*,à te, aliísque prælatis ecclesiæ,ne seducant alios,ipsíque pereant. *Qui vniuersas domos*,hoc est,omnes familias Christi, seu cũctos fideles incau
Acto.15. tos. *Subuertunt*,quantũ in ipsis est. Quia nituntur ad hoc, *Docentes quæ non oportet.*i.illicita,scilicet,obseruationem legalium. *Turpis lucri gratia.*i.commodi tẽporalis intuitu,quatenus ab his quos decipiunt temporalia bona acquirant. *Dixit quidam ex illis*,vaniloquus, qui tamen aliqua vera loquutus est, *Proprius ipsorum propheta.*i.qui prædictorum seductorum atque Cretensium proprietates optimè nouerat. Vnde Propheta ipsorum vocatur, quia de eis vera in futurum con
Epimenides. iicere potuit. Non autem erat propheta dei,nec homo sanctus, sed poëta, videlicet Epimenides, in cuius libris verba

sequentia

ſequentia inueniuntur: *Cretenſes ſemper mendaces*, ſunt cõtra A
deum & proximum. *Malæ beſtiæ*. i. crudeles, humanúmque
ſanguinem ſitientes. *Ventres pigri*. i. guloſi, & acedioſi. *Teſti-*
monium hoc verum eſt, quamuis verba huius poëtæ nõ habeãt
authoritatem. Commemorat verò Apoſtolus hunc poëtam
vt Cretenſes proprij authoris teſtimonio redarguti, plus e-
rubeſcant & corrigantur. *Quam ob cauſam increpa illos* Cre- *1. Tim. 1.*
tenſes. *Durè* cum ſint duri, non molliter, ſicut hucuſque feci *Mat. 5.*
ſti, *Vt ſani*. i. integri & ſynceri, *Sint in fide* catholica. *Non intẽ-*
dentes Iudaicis fabulis. i. falſis narrationibus Iudæorũ de ob-
ſeruatione cæremonialium legis & genealogiis intermina-
tis. *Et mandatis*. i. ſuperſtitioſis traditionibus *Hominũ auer-*
ſantium ſe à veritate. i. à vero intellectu ſcripturę recedentiũ.
Et quoniam iſti Iudæi, hæretici inter cibos diſcernebant tẽ B
pore gratiæ, quemadmodum tempore legis: ideo contra
eos dicit Apoſtolus. *Omnia munda mundis*, id eſt, cuncta hu
manis vſibus conceſſa vel apta, ſunt munda mundis. i. fideli-
bus qui ea pura intentione, rectáque fide in vſum neceſſita-
tis recipiunt. Non enim inquinantur ex perceptione ciborum prohibitorũ in lege ea ratione qua illic prohibebãtur.
Coinquinatis autẽ & infidelibus. i. vitioſis. *Nihil eſt mundũ*, per
cõparationem ad eos. Omnia enim cooperãtur eis in malũ: *Roma. 14.*
nam & ipſi abutuntur rebus mundis ac ſanctis. *Sed inquinatæ*
ſunt eorum mens & conſcientia. i. anima ſeu ratio & actus, qui
conſcientia nũcupatur. Denique videtur hic locus generalius poſſe intelligi, vt omnia dicantur munda mundis, quãtum ad contemplationem ipſorum. Homines enim puri & eruditi res immundas mundo oculo ſpeculantur. Immundi C
verò etiam munda deformiter contemplantur. *Confiten-*
tur ſe noſſe deum, factis autem negant, quia tam impiè viuunt,
ac ſi deus non eſſet. Operibus ergo loquũtur deũ non eſſe.
dum eum non ſicut deũ honorant, nec eius iuſtitiã penſant.
Vnde Ioannes: Qui ſe dicit (inquit) noſſe deum, & manda- *1. Ioan. 4.*
ta eius non cuſtodit, mendax eſt. Veruntamen aliquo modo
deum cognoſcunt, videlicet informi notitia, quoniã dictũ *Rom. 1.*
eſt ad Romanos. Cùm cognouiſſent deum, non ſicut deũ ho
norauerunt. Ideo non cognoſcũt deum cognitione veræ &
ſalutaris ſapientiæ. De qua ſcriptum eſt, in maliuolã animam *Sap. 1.*
non introibit ſapientia. *Cum ſint abominati*. i. abominabili- *Pſal. 52.*
bus peccatis polluti, & à deo iuſtè cõtempti. *Et incredibiles,*

D quia nec eis credendum est, nec ipsi veraciter credunt. *Ad*
1 *omne opus bonum reprobi*, id est, ad omnem actum meritoriũ
indispositi & peruersi.

Cap. II. *Tu autem loquere quæ decent.*

ARTICVLVS II.

POstquam apostolus Titum edocuit circa ordinationem episcoporum seu presbyterorum, iam instruit eum circa diligentem gubernationem subditorum suorum. *Tu autem*, id est, illis ita errantibus, tu aliorum antistes ac prædica-
Sup. 1. tor. *Loquere* verba salubria. *Quæ decent sanam doctrinam*,
1. Tim. 5. id est, quę Christianæ sapientiæ congruunt, quatenus dignitas & honestas tui sermonis ostendat veram esse legem quã prædicas. Nec aliquid dicas quod veræ doctrinæ non con-
E sonet. *Senes* hortare; *Vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione*, dei & proximi. *Et patientia.* Hæc est saluatoris doctrina. *Anus similiter* hortare esse. *In habitu sancto*, id est, vestibus religiosis. *Non criminatrices*, id est, aliorũ accusatrices, præsertim adolescentularum, quibus ex leui suspi
1. Cor. 14. tione crimina imponere consueuerunt. *Non multo vino ser-*
1. Tim. 2. *uientes*, ne sint gulosæ ac vinolentæ. *Bene docentes suam familiam, Vt prudentiam doceant*, id est, verã vtilémque doctrinam, non incantationes vel sortilegia. Non tamen debent viros docere publicè in ecclesia, quia docere hoc modo mulieri non permitto. *Adolescentulas*, maritatas admone. *Vt viros suos amẽt*, syncero affectu, nõ solũ carnali, aut naturali ne aliũ quenquã respiciant. *Filios diligãt*, naturali & spirituali amore, quærendo ei bona honesta magis quàm delectabilia
I siue vtilia. Diligere nanque est alicui bonum velle. Hortare etiam eas esse *Prudentes*, ne sicut luna & fluctus mutentur &
Eccles. 27. fluctuent. *Castas*, ne se prorsus exponant libidini, vt cum pudore debitum viris reddant magis quàm exigãt. *Sobrias, benignas*, id est, misericordes. *Domus curam habentes*, id est, propriæ familiæ sollicitè prouidẽtes. *Subditas viris suis.* Mu
Eccle. 25. lier nanque si primatum habeat contraria est viro suo. Omnia ista à senibus & anibus seu vetulis & adolescentulis obseruanda sunt. *Vt non blasphemetur verbum dei*, id est, ne propter vitiosam eorum conuersationem Christus vel eius doctrina ab infidelibus & peruersis, perfidísque adolescentularum maritis blasphemiã patiatur. *Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint*, quod eis potissimùm necessarium est, eo quòd

propter

propter calorem & multum humorem naturę, ad vitium in- A
continentiæ ſint procliues. Et quia exhortatio ſine virtuo-
ſa conuerſatione inefficax eſt atque deſpecta: idcirco Apo-
ſtolus admonet Titum. *In omnibus*, ad ſalutem pertinenti-
bus, & in cunctis quæ doces. *Teipſum præbe exemplum bo-* 1. Tim. 4.
norum operum, copioſius agendo quæ doces, Nec ſolùm in
opere exteriori præbeas te in exemplũ fidelium, ſed & *In*
doctrina, id eſt, vera ſermocinando. *In integritate* mentis &
corporis, fideliter & continenter viuendo. *In grauitate*, id
eſt, probitate morũ, ne ſis leuis aut diſſolutus. *Verbum*, tuũ ſit
Sanum, id eſt, verum & ſine læſione peccati, vt nõ delinquas
in lingua tua. *Et irreprehenſibile, vt is qui ex aduerſo eſt*, id eſt,
aduerſarius videns apertam ſanctitatem noſtræ conuerſa-
tionis. *Vereatur*, id eſt, timeat nobis reſiſtere. *Nihil habens ma-* B
lum dicere de nobis. i. non inueniens culpam quam nobis ob i-
ciat. Vnde Petrus, Hæc eſt (inquit) voluntas dei, vt benefa- 1. Pet. 2.
cientes obmutescere faciatis imprudentium hominum igno
rantiam. *Seruos* hortare *Dominis ſuis* temporalibus, etiá dyſ-
colis. *Subditos eſſe in omnibus* licitis, *Placentes* eiſdem. *Non con-* Colloſ. 3.
tradicentes, verbis dominorum ſuorum. *Non fraudantes*, ali- 1. Tim. 6.
quid de rebus dominorum ſubtrahentes, nec minus debito 1. Pet. 3.
eis ſeruientes. *Sed in omnibus*, ſuis obſequiis. *Fidem bonam*, id
eſt, veram fidelitatem, *Oſtendentes, vt doctrinam ſaluatoris no-*
ſtri ornent, id eſt, commendabilem faciant, ſanctam oſtendãt
atque decorent. *In omnibus*, operibus ſuis. Sic igitur alios
exhortari, & teipſum regere debes. *Apparuit enim gratia*, id Epiſt.
eſt, miſericordia & pia largitio ac gratioſa inſtructio. *Dei ſal-*
uatoris noſtri, id eſt, Chriſti qui eſt ſaluator & Deus noſter. C
Omnibus hominibus, id eſt, omnibus generibus hominum &
ad omnium vtilitatem. Sic autem apparuit in carne pro no-
bis à verbo aſſumpta, quia per aſſumptam hũmanitatem ma
nifeſtata & data eſt hominibus gratia ſaluatoris, & ipſe Chri Ioan 20.
ſtus proprio ore non docuit, ſpiritum ſanctum Apoſtolis
inſufflauit, ſuámque gratiam hominibus euidenter exhi-
buit. Apparuit ergo hæc gratia & doctrina Chriſti, *Eru-*
diens nos, vt abnegantes, id eſt, deteſtantes & fugientes *Im-*
pietatem, id eſt, peccata contra deum, vt ſunt idololatria, bla
ſphemia. *Et ſeculária deſideria*, id eſt, inclinationes inordi-
natas, tendentes ad bona huius ſeculi, id eſt, ad diuitias, ho-
nores, delicias, dominationes, & cætera. *Sobriè & iuſtè, &*

D *piè viuamus in hoc ſæculo, expectantes*, longanimiter ac fiducialiter. *Beatam ſpem.* i. fœlicem remunerationē ſeparatam, vi delicet gloriam ſempiternam. *Et aduentū gloriæ.* i. glorioſum
2. *Tim.* 1. aduentum ſeu manifeſtationē excellentiæ. *Magni dei*, cuius
Pſal. 144. magnitudinis nō eſt finis. *Et* pro. i. *Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* cuius primus aduentus fuit in humilitate, vt iudicaretur ſecundus erit in poteſtate & gloria, vt iudicet. Cuius aduentum præſtolamur, quatenus in die iudicij ſuſcitemur, & cor
Luc. 21. pus glorificatum ſortiamur. *Qui*, Chriſtus, *Dedit.* i. gratis, ſpō
Phil. 2. tè & charitatiuè obtulit. *Semetipſum pro nobis*, in ara crucis,
Eſa. 53. factus obediens patri vſque ad mortē. Oblatus eſt enim quia
Ioan. 10. ipſe voluit. Vnde apud Ioan. loquitur, Ego ſum paſtor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. *Vt nos redime-*
E *ret*, ſua preciosiſſima paſſione. *Ab omni iniquitate*, originali & actuali, ſiue perſonali. *Et mundaret.* id eſt, mundū efficeret, *Sibi*, id eſt, ad gloriam ſuam. *Populum* fidelem, quem in baptiſmo purgat ab omni peccato. *Acceptabilem*, id eſt ſibi placentem & gratum. *Sectatorem bonorum operum*, id eſt, bo
Infra 3. na opera iugiter ſequentē ſeu operantem, hoc eſt, ideo Chriſtus nos redemit, vt mundaret nos in baptiſmo, quatenus ſimus ei populus acceptabilis, ſectator iuſtitiæ, & cætera.

Hæc, quæ dixi de mundo informandi & gratia Chriſti. *Loquere*, id eſt, populo prædica. *Et exhortare*, eum vt informationi acquieſcat, & Chriſti beneficiis gratus ſit. *Et argue*, negligentes. *Cum omni imperio*, id eſt, in virtute obedientiæ & pontificali authoritate. Hoc dicit Apoſtolus, quoniā Titus plus quàm populo ſuo expediebat mollis fuit atq; remiſſus,
F ſecūdum glóſſam. *Nemo te contemnat*, quaſi nobilior, ſapien-
Finis. tior, ſenior, aut alio modo excellentior quàm tu. Chriſti enim vicarius es, ideo amore & vice Chriſti es honorandus, præſertim cū Chriſtus dixerit, Qui vos ſpernit, me ſpernit.

Cap. III. *Admone illos principatibus & poteſtatibus ſubditos eſſe.*

ARTICVLVS III.

A *Dmone illos*, id eſt, Cretenſes tibi ſubiectos. *Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe*, id eſt, ſpiritualibus & temporalibus dominis, ſeu maioribus atq; minoribus præſi
Rom. 13. dentibus obedire. Qui enim poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Et qui reſiſtunt, damnationem ſibi acquirunt,

Dicto

Dicto.i.ſermoni ſuperiorum. *Obedire, ad omne opus bonũ*, à ſu A
perioribus iuſſum. *Paratos eſſe*. In malis enim obediendum
non eſt. *Neminem blaſphemare*, propter aduerſa ab ipſo irro-
gata. *Non litigioſos eſſe, ſed modeſtos*.i.diſcretos & moderatos.
Omnẽ oſtẽdentes manſuetudinẽ.i.mititer ſe habẽtes. *Ad omnes*
homines. Eramus enim & nos aliquando, dum nõ credebamus
in Chriſtũ. *Inſipientes*.i,ſine notitia diuinorũ ſalubri. *Et incre-*
duli, errantes, per deuia vitiorum ſicut ouis quæ periit. Vnde *Pſal.* 118.
ſcriptum eſt: Omnes nos quaſi oues errantes, vnuſquiſque in *Eſa.* 53.
viam ſuam declinauit. *Seruientes*, id eſt, per modum ſeruorũ
conſentientes: *Deſideriis & voluptatibus variis*, id eſt, carnali
bus ac ſpiritualibus concupiſcentiis atque delitiis. *In malitia*
& inuidia agentes, id eſt, malitioſè & inuidè operantes. *Odi-* B
biles, Deo & ſanctis quantũ ad eſſe culpæ: iuxta illud Sapien- *Sapien.* 14
tis. Odio ſunt Deo impius & impietas eius. Et in Pſal. Odi- *Pſal.* 5
ſti omnes qui operantur iniquitatem. *Odientes inuicem*. *Cum* *Epiſt.*
autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris Dei noſtri.i. *Galat.* 4.
hoc tempore gratiæ, quando aduenit temporis plenitudo, *Lucæ.* 1.
in qua ſtatuit Deus ſuccurrere mũdo, ſicut loquutus eſt per
os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, prophetarum eius, apparuit
mundo per Chriſti viſibilem ac corporalem præſentiam.
Vel poſterioribus, ſcilicet nobis per fidem. De quibus dictũ *Ioan.* 20.
eſt: Beati qui non viderunt & crediderũt, benignitas, id eſt,
clementia, & humanitas, à verbo aſſumpta, ſaluatoris noſtri
Dei, id eſt, Chriſti, qui eſt Deus & ſaluator noſter. Hæc ap- *Baruch.* 3.
paruerunt viſibiliter Chriſto in terris cum hominibus con- *Actor.* 10.
uerſante, quando circuiuit benefaciendo & ſanando omnes
oppreſſos à diabolo. *Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos*.i. C
non propter merita noſtra, quæ nulla fuerunt, quia prædictis
eramus peccatis obnoxij. *Sed ſecundum ſuam miſericordiam*
ſaluos nos fecit, à poteſtate diaboli & à reatu æterni torméti
merito ſuæ conuerſationis & paſſionis. *Per lauacrum regene-*
rationis.i. per baptiſmum, qui eſt lotio qua ex aqua & ſpiri-
tu ſancto renaſcimur. *Et renouationis ſpiritus ſancti*, id eſt, per *Ioan.* 3
interioré lotionem ſeu infuſionem gratiæ ſpiritus ſancti, per
quam anima ſpiritualiter renouatur: iuxta illud, Renoua- *Ephe.* 4
mini ſpiritu mentis veſtræ. Et, Renouabitur vt aquilæ iu- *Pſal.* 102.
uentus tua. Quæ etiam lotio interior non ſolùm confertur
in baptiſmo, ſed & in ſacramento pœnitentiæ, & cæteris ſa-
cramẽtis. Hæc ideo dicit apoſtolus quoniam licet Chriſtus

D nos in cruce redemit sufficienter, oportet tamẽ vt meritum
suæ passionis nobis per sacramenta applicetur, & primò per
baptismum, qui est ianua sacramentorum. *Quem*, spiritũ san-
ctum, id est, cuius dona & gratiam, *Effudit* Deus pater. *In nos*
abundè, id est, clemẽter & copiosè in baptismo, & postea. *Per*
Iesum Christum saluatorem nostrum, id est, merito Christi, de
Ioan. 1 cuius plenitudine accepimus omnes, per quem omnia dona
gratiæ deriuantur ad nos. *Vt iustificati*, id est, à nostris iniu-
stitiis & peccatis abluti. *Gratia ipsius*, id est, merito Christi,
Rom. 8 & per infusionẽ gratiæ suæ. *Hæredes simus* Dei, cohæredẽs-
Finis. que Christi, id est, filij adoptiui *Secundum spem vitæ æternæ*,
1. Tim. 1. id est, vitam æternam sperãdo. Vel, hæredes simus vitæ æter
& 3 næ secundum spem, id est, iam in spe, adepturi eam aliquan-
2. Tim. 2. do in re. *Fidelis sermo*, est quem dixi, atque dicturus sum. *Et*
de his, iam dictis, videlicet de gratia & beneficiis Christi, *Vo*
lo te cõfirmare, id est, volo vt in cognitiõe & dilectione isto-
rum confirmeris à me, & gregem tibi commissum prædican-
do confirmes. *Vt curent bonis operibus præesse*, id est, exempla-
riter se habere, vel in virtutibus præcedere, vel non solùm di
gnitate, & nomine, sed vita & moribꝰ præesse subiectis. *Qui*
credunt Deo, id est, fideles, præsertim in prælationibus consti
tuti. *Hæc*, documenta. *Sunt bona*, id est, vera in se. *Et vtilia ho-*
1. Tim. 1. *minibus. Stultas autem*, id est, superfluas & infructuosas. *Quæ-*
stiones & genealogias, hoc est, generationum enumerationes
à Iudæis cõfictas, quæ non habentur in scriptura canonica,
sicut quòd Adam habuit duas vxores, de quarũ qualibet plu
rimos genera uit. *Et contentiones*, de obseruatione legaliũ tem
pore noui testamenti. *Et pugnas legis*, id est, verbosas litiga-
Rom. 10 tiones, quæ oriuntur ex locis scripturarum qui sibi contra-
rij videntur. *Deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticũ ho-*
minem post vnam & secundam correptionem, id est, cũ bis cor-
reptus fuerit, semel in priuato, deinde in publico, & emenda
ri noluerit. *Deuita, sciens quia subuersus*, id est, incorrigibili-
ter errans, & perditus. *Est, qui huiusmodi est, & delinquit*. i. pec
cat. *Proprio iudicio cõdemnatus*, id est, propria electione & de-
terminatione causam damnationis assumens, quoniam falsi
tatem pertinaciter seruat, veritatem repellens. *Cum misero*
Actor. 18. *ad te Arthemam aut Tychicum*, vt vnus eorũ pro te Creten-
Actor. 19 sibus præsit, ne populus Christi sit sicut oues sine pastore. *Fe*
stina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui, id est, in illa vrbe
propo-

propoſui. *Hiemare. Zenam legiſperitum*, qui huius profeſſio- A
nis erat in ſynagoga. *Et Apollo*, qui nō erat imperitior illo, quamuis non vocetur legiſperitus, quoniam huius profeſſionis non fuit. Fuit autem in ſcripturis potens. *Præmitte*, ad me, ſic tamē. *Vt nihil*, de victualibus & neceſſariis illis. *Deſit*, in via. *Diſcant autem*, id eſt, per operationem ſcire ſtudeant. *Et noſtri* i. Chriſtiani inter Cretēſes. *Bonis operibus præeſſe*, ſibi ipſis, id eſt, bene operando ſeipſos gubernare. *Ad vſus neceſſarios*, id eſt, ad hoc vt prædicatoribus euangelij neceſſaria præbeant. *Vt non ſint infructuoſi*, id eſt, ſine merito, eo qp non dent carnalia his, à quibus recipiūt ſpiritualia. Hoc dicit Apoſtolus vt oſtendat Tito vnde poſſit Zenæ & Apollo de neceſſariis prouidere. Tanquam dicat, à ſubditis tuis, quibus & illi prædicauerunt, recipere debes. *Salutant te qui mecum ſunt omnes*, fideles, quos gratiâ breuitatis nominatim non exprimo. *Saluta eos qui nos amant in fide*, id eſt, quòd fideles ſumus. Vel, in fide, id eſt, fideli affectu, non fictè. *Gratia Dei*, ſit ſemper. *Cum omnibus vobis*, id eſt, tecum & cum adiutoribus ac ſubditis tuis. Qui omnes inceſſabiliter indigetis gratia creatoris, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus. *Amen.* 1. Corin. 9 B

IN EPISTOLAM B. PAVLI

Ad Philemonem, Proœmium.

QVI pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur. Volens ergo apoſtolus ad miſericordiam inclinare diſcipulum quendam virū magnū, ciuem Coloſſenſem, Chriſtianum, nomine Philemonem, qui non erat prædicator neque in ſacris, ſed fidelium ſuſtentator, ſcribit ei præſentem epiſtolā à Roma de carcere mittens eam per Oneſimum acolytum, rogans pro reconciliatione Oneſimi, qui fuit ſeruus Philemonis prædicti, & aliquid de rebus domini ſui ſubtraxit ac fugit, veniēnſque Romam ad apoſtolum ab eo conuerſus eſt. Miſit ergo eū apoſtolus ad dominum ſuum Philemonem cum præſenti epiſtola, in qua procedit more conſueto. Prou. 22. C

Cap. I, & vnicum *Paulus vinctus Ieſu Chriſti & Timotheus frater.* ARTICVLVS. I.

D PAulus vinctus Iesu Christi, id est, pro Christo Romæ ligatus ac incarceratus. Non adiecit Apostolus, quod est nomẽ dignitatis, quoniam deprecatoriam scribit epistolam, in qua humilitas conuenientius suffragatur ad impetrãdum quod petitur. *Et Timotheus frater.* Quem sibi adiungit apostolus, quoniam dilectus fuerat Philemoni. Idcirco eius nomine audito amplius mouebatur ad exauditionẽ. Scribunt vel mãdant, *Philemoni dilecto & adiutori nostro*, in opere dei. *Et Appiæ* coniugi eius, *Sorori*, nostræ spirituali. *Charissimæ, & Archippo commilitoni nostro*, id est, nobiscum pro Christo militanti atque pugnanti contra aduersarios veritatis. Hic Archippus fuit filius Philemonis, Colossensiúmque epi scopus, de quo ad Colossenses dicitur, Archippo dicite, Vi-
E de ministeriũ tuum, &c. *Et ecclesiæ*, id est, cõgregationi fide-
Coloss. 4 lium. *Quæ in domo tua est.* Omnes hos nominat, vt orent Philemonem pro causa hac, videlicet vt ignoscat Onesimo.

Gratia vobis & pax, detur, augeatur & cõseruetur. *A deo patre nostro*, id est, patre æterno. *Et domino Iesu Christo* filio,
Ioan. 1. 5. per quem omnia efficit pater. *Gratias ago Deo meo semper*,
& 10. id est, omni tempore opportuno. *Memoriam tui*, ó Philé-
Galat. 4 mon. *Faciens*, id est, tui reminiscens. *In orationibus meis*, quas fundo pro te, cæterísque fidelibus. *Audiens*, à narrantibus. *Charitatem tuam, & fidem quam habes in domino Iesu*, id est, ad gloriam eius, vel virtute ipsius, vel in ipso sicut in obiecto, amando & credendo in eum. *Et in omnes sanctos*, id est, per opera bona extendis ac manifestas charitatem tuam & fidẽ in omnes Christianos tecum existẽtes seu tibi occurrentes,
F quos diligis, foues, eísque credis & fideliter subuenis. *Vt communicatio fidei tuæ*, id est, operatio tua fidelis, siue largitio, qua bona tua ex fide communicas aliis. *Euidens fiat*, id est, Deo per approbationem innotescat. *In agnitione omnis boni*, id est, in notitia mentis diuinæ, cui omnia bona clarissimè illucescunt. Euidens, inquam, fiat. *In Christo Iesu*, id est, per Christum, cuius auxilio ad hoc peruenitur. Vel in agnitione omnis boni, id est, in attestatione omnium operũ bonorum, qua Christus in die iudicij attestabitur operibus
Matth. 25 iustorum, dicendo, Nudus fui & cooperuistis me, &c. Ad hoc itaque bene agis, vt Christus in die iudicij opera tua approbet & declaret iusta fuisse. *Gaudium enim*, spirituale. *Magnum habui, & consolationem*, in aduersis meis. *In chari-*

tate

tate tua, id est, ex cõsideratione operum tuæ dilectionis. Sic A
quippe patrem suum filius sapiens lætificat. *Quia viscera san* Prou. 10.
ctorum, id est, interiores affectus, & etiam interiora corporis fideliũ, dolore vel fame, aut simili passione afflictorũ. *Requieuerunt per te frater*, id est, à te refocillata, consolatáque sunt, dum fideles piè recepisti ac sustentasti. *Propter quod*, videlicet quia tam charitatiuè te habes: ego *Multam fiducia habens in Christo Iesu*, id est, per gratiam Christi, vel secundum voluntatem ipsius. *Imperandi tibi*, cum sim Apostolus. *Quòd ad rem pertinet*, id est, quod tuam salutem concernit & petitione condignum est. *Propter charitatem*, nostram adinuicem. *Magis obsecro*, quod imperare valebam.

Cum sis talis vt Paulus senex, id est, cum mihi sis similis vita & senio. *Nunc autem*, Paulus est, *Et vinctus Iesu Christi*, id B
est, pro Christo. Post hæc forma petitionis inducitur. *Obsecro te pro meo filio*, spirituali. *Quem genui*, quantum ad esse spirituale, perducendo eum ad fidem & gratiam, ego exi- 1. Cor. 4
stens. *In vinculis*, Romæ vbi & eum baptizaui. filio, inquã,

Onesimo qui tibi aliquando inutilis fuit, quãdo bona tua subtraxit. *Nunc autem*, conuersus à me. *Tibi & mihi vtilis*, est. Pro te enim orat, & mihi ministrat. *Quem remisi ad te*, vt tibi reconcilietur & satisfaciat. *Tu autem illum, id est mea viscera*, id est, filium meum mihi intimè, cordialitérq; dilectũ.

Suscipe, piè & charitatiuè. *Quem ego volueram*, quadam vice. *Mecum detinere, vt pro te*, id est, loco & vice tuæ personæ. *Mihi ministraret in vinculis euangelij*, id est, mihi vincto propter Euangelij prædicationem. *Sine tuo autem consilio*, præuio. *Nihil volui facere*, in hoc negotio voluntate C
perfecta, quamuis ante volueram eum detinere. *Vt non velut ex necessitate bonum tuum esset*, id est, vt seruitus quam Onesimus mihi pro te impenderet non esset tibi displicens atque molesta. *Sed voluntarium*, id est, ex tuo consensu procederet, sicque tibi meritoria fieret. Debes ergo eum recipere. *Forsitan enim ideo*, saltem per occasionem & indirectè, *Discessit ad horam*, id est, per tempus aliquantulum. *Ate, vt æternum*, id est, sine fine tibi sociandum, scilicet in præsenti & in futuro. *Illum reciperes.* Hæc fuit vana causa fugæ Gene. 45.
eius indirecta. i. nõ intenta ab Onesimo, sed Deus propter eam permisit eũ discedere, sicut permisit Ioseph vendi propter salutem multorũ. *Iã non vt seruum*, vt ante, *Sed pro seruo*

D qualis fuit. *Charißimum fratrem*, in fidé, & charitate. *Maximè mihi*, qui eum conuerti. *Quantò magis tibi*, charissimus esse debet? *Et in carne*, id est, quia seruus tuus. *Et in domino* i. propter gratiam dei existentē in eo? Quāto enim tibi vicinior, tāto & charior esse debet. *Si ergo habes me socium*, id est, si ita me diligis, vt socius socium. *Suscipe illum*, affectuosè, & reuerenter. *Sicut me*, susciperes si venirem ad te. *Si autem*, id est, quia. *Aliquid nocuit tibi aut debet*, ad restitutionē ablati. *Hoc mihi imputa*, id est, rationē & satisfactionem exige à me. Ego pro illo me offero. Per hoc omnem excusationem Philemoni aufert Apostolus. Et vt certus sit Philemon de authoritate præsentis epistolæ, subditur. *Ego Paulus scripsi mea manu*,
E Epistolam. *Ego reddam*, pro Onesimo debitum, vel spiritualem compensationem, maximè si exegeris. Quod ideo dico. *Vt non dicam*, quod tamen veraciter dicere possem, videlicet. *Quòd & teipsum debes mihi*, ad seruiendum & ad obediendum, eo quòd sis à me conuersus ad fidem, & ideo non indigeo te tantum obsecrare pro causa hac, quia minus peto, quàm debes. *Ita frater*, id est, sic est vt dico. Vel sic, age vt postulo. Quod si feceris. *Ego te fruar*, id est, vtar. *In domino*, id est, de tuo merito seu opere bono gaudebo, & tibi congratulabor spiritualiter in domino, in præsenti atque futuro. Quod vt impleatur. *Refice*, id est, consolare & foue. *Viscera mea*, id est filium meum Onesimum: vel cordis mei affectum. *In Christo. Confidens de obedientia tui, tibi scripsi, sciens*,
F id est, confidenter præsumens & probabiliter æstimās. *Quoniam & super id quod dico*, id est, plus quàm deprecor, *Facies*. Hac blanda commendatione, quæ tamen veritati innititur, prouocat eum ad meliora. Fit enim frequenter, vt qui videt bene sentiri de se, meliorem se præbeat. *Simul autē & para mihi hospitium*, id est, teipsum para ad recipiendum me, vt
1. *Timo.* 5. inueniam te qualem desidero. Quid enim necessarium fuit parare hospitium pauperi homini qui pane & aqua contentus erat? *Nā spero per orationes vestras*, id est, merito precū vestrarum, quas pro mei liberatione domino iugiter funditis. *Donari me vobis*, à Deo, ita quòd liberatus de carcere, reuertar ad vos. *Salutat*, id est, salutē tibi dicit & optat *Epaphras*, qui erat Colossensis, sicut & Philemon. *Concaptiuus meus in Christo Iesu* id est, pro Christo. *Marcus*, euangelista, vel con
1. *Tim.* 4. sobrinꝰ Barnabæ, *Aristarchus*, *Demas*. In epistola ad Timotheum

theum dixit apostolus Demam reuersum ad seculũ. Si Ergo A
ista epistola scripta fuit post illã, probatur Demas pœnituis
se atque rediisse ad Paulum si tamen de eodem sit sermo. *Et Lucas*, Euangelista mihi inseparabiliter, fidelissimeque adhæ rens, qui licet vltimò nominetur, minor tamen non fuit. *Gra tia domini nostri Iesu Christi*, sit. *Cum spiritu vestro*. In principio & in fine epistolæ loquitur apostolus pluribus. In processu verò Philemoni duntaxat, quia ad eum principaliter sermo dirigitur.

IN EPISTOLAM AD HE-

bræos Proœmium.

EX à me exiet, & iudicium meũ in lucem populorũ requiescet, ait dominꝰ. Frequẽ ter per prophetas, præsertim per Esaiã, lo quutus est deus de noua quadã lege dan da per Christum, non vni duntaxat natio ni seu populo, sicut lex Moysi data est so lis Iudeis per Moysen, sed omnibus Gẽtibus. Propter quod per Esaiam pater testatur de Christo, Ecce testẽ populis de di eum, ducẽ ac preceptorem gẽtibus. Et in eodem ait Chri stus, Glorificatus sum in oculis domini, & dixit ad me Parũ est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël cõ uertendas, Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. De huius nouæ ac euãgelicę legis prędicatio ne prædictũ est etiam ab Esaia. De Sion exibit lex, & verbũ domini de Hierusalẽ. Huius legis perfectionẽ, perpetuãque durationem, & sufficientiam seu efficaciam ad saluandũ, itẽ que Mosaicæ legis imperfectionẽ, insufficientiam & cessatio nem, Christi quoque excellentiam, secundum vtranque suã naturam, declarat apostolus in presenti epistola, cuius, ratio fuit. Iudæi enim conuersi, æmulationem legis suæ habentes: sed non secundum scientiam contendebant legalia simul cum euangelio esse de necessitate seruanda. Ex quo Nazaræorum heresis emanauit, qui etiam quosdam gentilium conuersos ad hunc induxerunt errorem. Paulus igitur ardentissimus paternæ salutis zelator, vtrisque consulere cupiens, hanc destinauit Hebræis epistolam, quam postea

B
Esa. 50.
Eccle. 24.
Esa. 55.
C
Esa 49
Esaiæ. 11.
Roma. 10.

D Lucas in Græcũ tranſpoſuit, In qua multipliciter reprobat ò
Act. 15. pinionem illam hæreticam, oſtendens fidem & gratiã Chri-
ſti cum obſeruatione euangelicæ diſciplinæ ad ſalutem ſuffi
cere. Legalia verò non ſolùm mortua, ſed & mortifera eſſe
poſt Euangelij diuulgationem. Porrò nonnulli opinati ſunt
epiſtolam hanc non eſſe Pauli, ſed Lucæ, vel Clementis pa-
pæ apoſtolorum diſcipuli, vel Barnabæ, vel Tertulliani, qui
erat propinquus apoſtolorum temporibus. Quorum moti-
uum duplex fuit. Primum, quoniam in aliarum epiſtolarum
exordiis ponit Apoſtolus nomen ſuum non autem in iſta
epiſtola. Secundum, quoniam ſtylus huius epiſtolæ multo
Act. 9. venuſtior eſt, quàm ſtylus cæterarum. Sed ad hæc facile eſt
E reſpondere. Apoſtolus quippe ſuſpectus & odioſus erat Iu-
dæis tanquam legis deſtructor, ideo nomen ſuum ſubticuit,
Act. 13. ne eo audito vel lecto, abhorrerẽt epiſtolam, eamque lege-
re aſpernarentur. Ad ſecundum dicitur, mirum nõ eſſe ſi Pau
lus in proprio idiomate, puta Hebreo (quo ſcripta eſt præ-
ſens epiſtola) eloquentior fuit, quàm in peregrino, videlicet
Greco, quo cæteras ſcripſit. Nec obſtat quòd à ſpiritu ſancto
accepit donum linguarum. Accepit enim hoc donum, quan
tum ad ſufficientem prædicandi facultatem non eloquẽtiæ
venuſtatem, ne fides putaretur humanæ inniti facundię. De
nique gratia perficit naturã, ſecundũ ſuam diſpoſitionẽ & ca
pacitatem. Ideo non eſt mirãdum, quòd per gratiã doni lin
F guarũ potẽtior fuit in lingua propria quàm aliena. Firmiter
ergo tenẽdũ eſt hanc eſſe Pauli epiſtolam, maximè propter
determinationem eccleſiæ. Et etiã quia B. Dionyſius in ſuis
Dionyſius. libris paſſim allegat ſcripturam huius epiſtolæ Paulo magi-
ſtro ſuo eam adſcribens.

Cap. I. *Multifariè multiſq; modis olim deus loquens patribus.*

ARTICVL. I.

POſtquam ergo Apoſtolus eccleſiam Latinorum, puta Romanos, eccleſiam quoque Græcorum videlicet Co-
rinthios, Galatas, Theſſalonicenſes, &c. ſcripto edocuit, no
uiſſimè eccleſiam Hebræorum per epiſtolam inſtruit, oſten-
dénſque Chriſti excellentiam & noui teſtamenti præ vete-
Epiſt. ri dignitatem, ita exorſus eſt. *Multifariè.* id eſt, frequen-
ter repetitiſque vicibus, ſeu diuerſis ſermonibus, figuratiuis,

ob-

obſcuris & myſticis. *Multiſque modis* .i. diſtinctis viſionum generibus ſeu variis modis loquẽdi, videlicet interdum per viſionem imaginariam. Quemadmodum Eſaias vidit dominum ſedentem ſuper ſoliũ excelſum. Et Hieremias vidit ollam ſuccenſam, & virgam vigilantem. Interdum per viſionem exteriorem, ſicut Daniel vidit Gabrielem. Et Iacob angelum ſecum luctantem. Interdum per inſpirationem anagogicam ſeu purè intellectualem, vt in Dauid. Quandoque in ſomno, quandoque in vigila, *Olim*, id eſt, præteritis, diuque laplis tẽporibus. *Loquens deus patribus*, id eſt, prædeceſſoribus noſtris patriarchis, & cæteris bonis hominibus, de quibus ait virgo benedicta, Sicut loquutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius. *In prophetis*. i. per prophetas, quibus per angelos loquebatur. Sed & inferioribus angelis loquitur per ſuperiores. Vnde apud Lucam habetur, Sicut loquutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, prophetarum eius. Hinc quoque per prophetam dominus loquitur, Ego viſiones multiplicaui, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. *Nouiſſimè*. i. in hac vltima mundi ætate de qua dicit Ioannes, Chariſſimi, nouiſſima hora eſt. Nos enim ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt, *Diebus iſtis*. i. tempore gratiæ. Vnde ſcriptum eſt, Erit in nouiſſimis dieb⁹ præparatus mons domus domini. *Loquutus eſt nobis in filio* .i. per vnigenitum ſuum incarnatum, qui in Euãgelio aſſerit, Mea doctrina, nõ eſt mea, ſed eius qui me miſit patris. Rurſusq;, Verba quæ ego loquor, à meipſo nõ loquor. *Quẽ conſtituit*, deus pater. *Hæredem vniuerſorum*, id eſt, poſſeſſorẽ ac dominum omnium rerum creatarum, loquendo de Chriſto ſecundum naturam aſſumptam. Sic enim conſtitutus eſt omnium dominus. Nam eo ipſo, quo Chriſti humanitas à verbo aſſumpta eſt, ad eſſe increatũ, connenit ei toti creaturæ præferri ac dominari. Propter quod ipſe ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Et iterum, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Hoc & in Pſalmo cantatur, Poſtula à me, & dabõ tibi gentes hęreditatẽ tuam. *Per quem fecit & ſecula* i. temporalia omnia. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Hoc conuenit Chriſto ſecundum diuinã naturam, Nõ enim per filiũ facta ſunt, quaſi per miniſtrum vel inſtrumentũ, ſed ſicut per principalem agentem qui cũ patre idem eſt factor, quemadmo-

A *Eſaiæ .6.* *Hiere.1.*
Dan.8. *Gene 32.* *1. Reg.23.*
B *Luc.1.* *Ibidem.* *Oſee.12.* *1. Ioan. 2.* *1. Cor.10.* *Eſa.2.* *Ioan.7.* *Ioan.14.*
C *Act.10.* *Matt.26.* *Ioan.5.* *Pſal.2.* *Ioan.1.*

D dum ipse affirmat, Quæcunque facit pater, hæc & filius simi
Ioan.5. liter facit: Hoc tamen quod dicitur, per ipsum, propriè spe-
ctat ad filium, cui conuenit causalitas causæ exemplaris, cum
sit exemplar omnium rerum & ars rationibus plena. *Qui*
cum sit splendor gloriæ, id est, radius sapientiæ patris ingeni-
Sap. 7. tæ, seu candor lucis æternæ, & fulgor maiestatis paternæ, in
quo plenè resplendet tota perfectio patris. Est nanque filius
mentis paternæ verbum æternum, intelligibilis dictio, &
sapientię eius plena expressio. Dicitur ergo filius splendor
Ioan.10. gloriæ seu excellentiæ dei patris, quoniam quicquid patris
est, splendet ac lucet in filio. Et in hoc insinuatur coæterni-
tas filij cum patre. Splendor enim est igni seu soli coęuus.
Et si sol ab æterno fuisset, splendor fuisset ei cõsempiternus.
E *Et figura*, id est, imago vel character. (In Græco quippe ha-
betur, χαρακτὴρ. *Substãtiæ eius*, id est, ipsius patris, qui est sub-
stantia seu diuina essentia. Græci verò vtuntur nomine sub-
stantiæ indifferenter pro essentia & persona. Dicit autem
1.Cor.5. apostol⁹ figura quãuis figura propriè locũ nõ habeat, nisi in
corporalibus reb⁹. Per figurã enim res maximè cognoscitur
& in ea similitudo attẽditur vnius cũ alio. Quoniã ergo fi-
lius patri per omnia similis, imò simillimus est, non distin-
Ioan.14. ctus ab eo, nisi quia ab eo & patrem repræsentat, eũque no-
tificauit, in tantũ vt ipse dixerit, Qui videt me, videt & pa-
trem. Idcirco filius appellatur figura substãtiæ patris, in quo
designatur consubstantialitas patris & filij. Filius equidem
est imago naturalis & essentialis, non imitatiua artificialis
Dei patris: quemadmodum filius regis est imago patris re-
F gnantis. In tali autem imagine inuenitur natura eius, cuius
Ioan. 10. est imago. Cum ergo diuina essentia sit simplex ac indiuisi-
Ioan.16. bilis, constat quòd eadem numero sit in patre ac filio. Pro-
pter quod ait, Ego & pater vnum sumus. Et, Quæcunque ha
bet pater mea sunt. *Portansque*, filius, id est, sustentans, con-
seruans & moderans. *Omnia*, creata visibilia & inuisibilia,
Verbo virtutis suæ, id est, suæ potestatis imperio seu influxu.
Quẽadmodũ enim omnia per ipsum facta sunt, sic sine eius
cõtinua cõseruatione redigerẽtur in nihilũ, quia plus depẽ
det creatura à creatore, quã radius à sole. In hoc autẽ nota-
tur æqualitas filij cum patre in potestate, quæ etiam vna &
eadem est in tribus personis. Denique his quæ dicta sunt de
similitudine filij cum patre consonat quod de increata &

ingenita

ingenita ſapientia ſcribitur, in lib. Sapientiæ, Vapor eſt vir- A *Sap.7.*
tutis dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis dei
ſyncera. Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine ma
cula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. De ſempiter-
nitate verò filius ait per quendam alium ſapientem, Ego ex *Eccle.24.*
ore altiſſimi prodiui, progenita ante omnem creaturam.
Sed obiici poteſt cum filius ſit verbum patris, ſi filius omnia
portat verbo virtutis ſuæ, ergo verbi eſt verbum. Et reſpõ-
dendum quòd verbum tali loquutione æquiuocè ſumitur.
Verbi autem non eſt verbum, ſumendo verbum vniuocè.
Cùm verò dicitur, portans omnia verbo virtutis ſuæ, acci-
pitur verbũ pro imperio, ſicut in Pſalmo, vbi dicitur, Ignis, *Pſal. 148.*
grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt ver- *Pſal.147.*
bum eius. Et alibi: Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea. B

Purgationem peccatorum faciens, id eſt, peccatores emun-
dans ſeu peccata originalia & actualia meritò ſuæ ſanctiſſi-
mę paſſionis delens iuxta illud propheticum, Ipſe autẽ vul-
neratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter *Eſa.53.*
ſcelera noſtra. Et Ioannes ait, Ecce agnus Dei qui tollit pec
cata mundi. *Sedet,* in throno gloriæ, id eſt, tanquam *Ioan.1.*
omnium iudex ac dominus quieſcit, & reſidet. *Ad dexte-*
ram maieſtatis, id eſt, ad æqualitatem ſummi & glorioſi Dei
patris ſecundum ſuam deitatem. Sic enim æqualis eſt patri,
imò patris & filij eſt vna maieſtas ac dignitas Si verò refera *Acto.10.*
tur ad Chriſtum ſecundum aſſumptam humanitatem, tunc
dicitur ſedere ad dexteram maieſtatis paternæ, id eſt, in po-
tioribus bonis dei patris, quibus & copioſiſſimè fruitur. *In*
excelſis, id eſt, in cœleſtibus, ſcilicet in cœlo empyreo, loco C
& dignitate omnibus altior. Vnde ipſe ait, Ego vici & ſedi *Apoc.3.*
cum patre meo in throno eius. Hæc autem ſeſſio Chriſti, nõ
opponitur ſtationi. Ideo interdum dicitur ſtare prout Ste- *Acto.7.*
phanus dicebat, Video cœlos apertos, & filium hominis ſtã *Eſa.3.*
tem à dextris virtutis Dei. Et Eſaias, Stat ad iudicandum do
minus. Stat enim quaſi paratus ad operandum: ſedet verò
tanquam ſtabiliter permanens vbi eſt. *Tantò melior*, id eſt,
per gratiã vnionis vel habitualem dignior. *Angelis effectus,*
ſecundum humanam naturam, ſecundum quam accepit gra-
tiam ſpiritus ſancti non ad menſuram: angeli verò ad men- *Ioan.3.*
ſuram ſortiti ſunt eam: *Quantò differentius*, id eſt, ſublimio-
ri modo. Vel, differentius, id eſt, excellentius. *Præ illis no-*

D men hæreditauit, id est, iure æterno à patre accepit, firmiterq; possidebit. De quo nomine Philippensibus dictum est
Philip. 2. suprà, Deus exaltauit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomẽ, videlicet vt ille homo vocetur verus deus, atque vnigenitus Dei filius, non per adoptionem, sed per
1. Ioan. 5. naturam, quemadmodum ait scriptura, Simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus & vita æterna. Ta-
Psal. 8. le autem nomen non competit angelis. Veruntamen in Psalmo dicitur Christus paulò minus minoratus ab angelis. Sed hoc intelligitur de Christo, quantum ad assumptæ naturæ passibilitatem & mortem, ac sepulturam. In resurrectione verò & ascensione præ angelis glorificatus est, etiam in huma
Act. 10. na natura. Sciendum verò quòd Christus, inquantum ho-
E mo, à primo instanti suæ conceptionis in virgine, absolutè loquendo prælatus est angelis, & omnium creaturarum dominus constitutus propter personalem cum verbo vnionẽ & gratiæ plenitudinem singularem. Sed ista prælatio post
Ioan. 17. resurrectionem manifestata est. Vnde & Christus dixit, Pater clarifica filium tuum. Porrò humanitas Christi cùm sit eiusdem speciei cum aliis, non est melior naturâ angelicâ, secundum sua essentialia, sed per dona gratiæ melior ea effecta est. Hanc excellentiam Christi consequenter probat Apostolus: *Cui enim dixit* pater, *Aliquando*, ab exordio creationis. *Angelorum*. Quasi dicat, Nulli angelo vnquã dixit pater, quod subditur. *Filius meus es tu, ego hodie*, id est, in æternitate, in qua semper est hodie, id est, instans, inua-
Psal. 2. riabile, non habens præteritum vel futurum. *Genui te*, ge-
F neratione vera ac intellectuali, id est, de mea substantia produxi te, communicando tibi essentiam meam. Hoc certum
Iob. 38. est, dici non posse de aliquo angelo. Nam licet angeli appellentur filij Dei, non tamen sunt filij eiusdem naturæ cum creatore: nec propriè geniti sunt, sed creati: non hodie, sed in exordio mundi. Dicit ergo pater ad filium genui, per modum præteriti, ne generatio noua, vel modò inchoata putetur. Dicit quoque hodie, ne præterita æstimetur. Vt ergo
Esa. 36. generatio filij agnoscatur inuariabilis & æterna, dicit: hodie genui te, copulando præsens præterito. In æternitate quippe nihil præteritum est, quasi defierit: nihil futurum, quasi nondum sit: sed quicquid æternum est semper est. Hãc authoritatem sumpsit Apostolus ex Psalmo, quem ad literam

iam ſcriptum eſſe de Chriſto frequẽter teſtatur liber Actuũ A *Pſal.2.*
apoſtolorum. Idcirco recentiores Iudæorum doctores qui *Acto.13.*
pſalmum illum ad literam exponunt de Dauid plurimùm
errant, & ab antiquis Hebræorum doctoribus diſcrepant. *3.Reg 7.*
Deinceps inducit Apoſtolus aliud teſtimonium ad idẽ pro-
bandum. *Et rurſus* Deus pater ait. *Ego ero illi in patrem,* &
id eſt, pater Chriſti ero, quia æternaliter pater ipſius ſum.
Æternitas autem omnem temporis differentiam compre-
hendit: ideo per quodlibet tempus deſignatur. Simili modo
ait Saluator de ſpiritu ſancto. Quæcũque audiet loquetur, *Ioan.16.*
& ille de meo accipiet. Si autem intelligatur dictum per mo
dum præteriti, referendum eſt ad tempus incarnationis &
manifeſtationis Chriſti: nam qui æternaliter pater Chriſti
fuit, ſecundum quod Deus, futurus fuit pater Chriſti homi- B
nis de virgine tunc naſcituri, iam nati. Et hoc ipſum mani-
feſtatum eſt mundo poſt aduentum ſpiritus ſancti per præ-
dicationem Apoſtolorum. *Et ipſe erit mihi in filium*, id eſt, *Luc.1.*
filius erit, atque vocabitur, prout dixerat angelus, Hic erit *Mat.3.*
magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Vnde Chriſto baptiza- *Mar.1.*
to, & transfigurato, vox patris audita eſt, dicens: Hic eſt fi- *Luc.3.*
lius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ideo archiapoſto *Matt.17.*
lus in ſecunda ſua canonica, Accepit, inquit, à deo patre ho *Mar.9.*
norem & gloriam voce delapſa ad eum huiuſcemodi à ma- *2.Pet.1.*
gnifica gloria. Hic eſt filius meus, &c. Secundum gloſſam (& *Eſa.42.*
eſt gloſſa Chryſoſtomi) hoc teſtimonium Apoſtoli nũc alle
gatum, ex Eſaia aſſumptum eſt, quod tamen noſtra non ha-
bet tranſlatio, quantũ ad formã verborum. Sed quantum ad
ſenſum dicere poſſumus, quòd ſumptum ſit ex eo quod ibi C
habetur ſecundum allegationem Matthei Euangeliſtę, Ecce *Mat.12.*
puer meus electus, quẽ elegi, &c. Probabilius verò apparet
quòd ſumptũ ſit ex ſecundo Regum & primo Paralip. vbi *2.Reg.17.*
hæc verba in propria forma continentur. Sed tunc dubita- *1.Par.17.*
tio oritur, quomodo efficax ſit probatio Apoſtoli ex verbis
prædictis, quæ ad literam de Salomone prædicta ſunt, qui &
vocatus eſt amabilis domino, vt patet intuenti ſeriẽ textus
illius. Probatio autem fidei per authoritatem ſcripturæ non *2.Reg.12.*
valet niſi ex ſenſu literali, ſecundum Auguſtinũ in locis di-
uerſis. Et reſpondendum q̃ verba hęc dicta ſunt de Salomo *Auguſt.*
ne, inquantũ erat figura Chriſti, ideo principaliter intelli-
guntur de Chriſto. Inſuper ponit Apoſtolus aliam autho- *Ioan 7.*

D ritatem ad idem, videlicet, quòd Christus maior sit angelis. *Et cum iterum introducit*, id est, cum deus pater introducendum seu venturum rursus in Psalmo prænunciat. *Primogenitum* suum, id est, filium suum ante omnia genitum, qui in
Prouer. 8. Prouerbiis testatur, Dominus possedit me initio viarū suarum, ante quàm quicquam faceret à principio. *In orbem ter*
Psal. 96. *ræ, dicit*, per Prophetam in psalmo. *Et adorent eum*, videlicet filium. *Omnes angeli dei*. Adoratio autem non conuenit nisi deo. Hac ergo authoritate ostenditur Christus verus deus, quem deus pater vult ab angelis adorari. Quoniā verò Apostolus dicit, Et cum iterum introducit, &c. quidā volunt solùm de secundo Christi aduentu hanc scripturam intelligi, sed hoc non est necessarium. Primò, quoniam sen-
E sus est, Cum iterum introducit. i. rursus introducendū prænunciat. (Hoc enim frequenter prædixit) Secūdò, nam ante aduentum Christi in carnem, seu ante incarnationē introductus fuit in orbem terræ, id est, in corda hominum, per inuisibilem missionem seu spiritualem aduentum. Ideo in sua incarnatione iterū introductus asseritur. *Et ad angelos quidē dicit*, id est, de cōditione & existentia angelorū dominus lo
Psal. 103. quitur per prophetam in Psalmo. *Qui*, Deus pater seu filius secundum quod deus *Facit angelos suos spiritus*. i. spirituales & intellectuales substantias facit suos legatos, dum eos ad aliqua nuncianda seu operanda emittit. Angelus enim est nomen officij, spiritus nomen naturæ: quemadmodum miles est nomen officij, homo nomē naturæ. Quemadmodū ergo homo fit miles, non econtrariò: sic deus spirituales illas sub-
F stantias, qui ex creatione sunt spiritus efficit angelos, id est,
Danie 7. nuntios, iniungendo eis obsequium. *Et ministros suos flammā*
Exod. 2. *ignis*, id est, angelos de ordine Seraphin, qui ob diuini amoris feruorem, flamma ignis, igníque vrens vocantur, facit deus ministros suos, ita quòd ipsi quoque ministri sunt, non filij per naturam, nec veri dij. Vel per flammam ignis omnes angeli designantur, propter suæ naturæ agilitatem, suíque motꝰ velocitatē, & quia diuinę charitatis calore succēsi sunt.
Dan. 7. De quibus exponi potest illud Danielis, Thronus eius (videlicet dei) flāmæ ignis, rotæ eius ignis accēsus. Porrò quod
Psal. 95. dictū est. Adorent eum, &c nostra translatio sic habet, Ado
Psal. 103. rate eū omnes angeli eius. Similiter quod subditur, Qui facit angelos suos, &c, sic cōtinet. Qui facit angelos suos spiri-

tus

eus,& miniſtros ſuos ignem vrentem . Chriſtus enim atque A
Apoſtoli ſæpe allegant ſcripturas potius quantũ ad ſenſum
quàm ſecundum formam verborum. *Ad filium autem*, do
minus ait per prophetam. *Thronus tuus*, id eſt, regia digni- *Pſal.44.*
tas,iudiciaria poteſtas,& ſedes qua reſides ad dexterã patris
ô *Deus* fili. *In ſeculum ſeculi*.i. æternaliter permanet, hoc de
Chriſto ſecundũ vtranque naturã intelligi poteſt. Nã pater *Ioan.5.*
omne iudicium dedit filio, dedítq; ei poteſtatem & iudiciũ *Pſal.8.*
facere quia filius hominis eſt, & omnia ei ſubiecit. Secundũ
diuinitatẽ verò conuenit Chriſto iudiciaria poteſtas, & re-
gia dignitas per authoritatẽ, quamuis receperit ea à patre,
imò vna numero eſt poteſtas,dignitáſque amborũ. *Et virga*
æquitatis,hoc eſt,regula iuſta & æqua diſciplina eſt,*Virga re*
gni tui, id eſt, gubernatio & diſciplina, qua eccleſiam regis B
& inſtruis,malóſq; percutis, & iuſtos exaltas . Poteſt quoq;
per virgã hanc accipi doctrina & lex Chriſtiana , per quam
regnũ Chriſti,id eſt, eccleſia militans regitur,edocetur atq;
corrigitur. De hac virga ait & Pſalmiſta,Reges eos in virga *Pſal.2.*
ferrea Et Eſaias, Percutiet, inquit, terrã virga oris ſui. *Dile-* *Eſa.11.*
xiſti iuſtitiam.i.omnem virtutem & omne bonum,Iuſtitia e-
nim eſt omnis virtus,*Et odiſti iniquitatẽ*. *Propterea*.i.merito
huius videlicet quoniam ſic feciſti, *Vnxit te* ô Chriſte,*Deus*
omnium qui eſt,*Deus tuus*, ſpecialiter, ſecundum quod ho-
mo es. Tamen ſecundum Auguſtinum in Græco eſt mani-
feſta diſtinctio caſuum διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ θεὸς σου.
vt primum quod dicitur deus , ſit vocatiui caſus , aliud no-
minatiui, eritq; ſenſus. Propterea Vnxit te ô deus fili, deus
tuus,id eſt,deus pater. Vnxit itaque te ſecundum humanam C
naturam, *Oleo exultationis* . i . præmio accidentali, videlicet
corporis glorificatione aſcẽſione,& plena lætitia partis ſen-
ſitiuæ, quæ vſque ad horam mortis tuæ paſſibilis fuit . *Præ*
participibus tuis.i.præ cunctis electis,qui membra tua ſunt, & *Ioan.1.*
de plenitudine tua accipiunt , vel vnà tecum à ſuperſancta
trinitate gratiã & gloriam ſortiuntur. Vel ſic,Propterea, id
eſt,vt iuſtitiam diligeres,& iniquitatem odires,vnxit te de-
us deus tuus,oleo exultationis.i.lenitate ac plenitudine gra
tiæ animam exhilarantis in ſacerdotem,pontificem,regem,
propheram , ac pugilem . Vnde per Eſaiam Chriſtus teſta- *Eſa.61.*
tur,Spiritus domini ſuper me,eo quòd vnxerit me. Deinde
probat Apoſtolus filium patri coæternum, *Et tu in principio*

D temporis,id eſt,ſimul cum tempore *Domine*,fili,vel tu domine pater, *In principio*, id eſt, in filio,ſeu per filiũ,per quẽ omnia agis,qui ait,Ego principium,qui & loquor vobis. *Terrã fundaſti*,id eſt,creaſti, & firmiter collocaſti in medio vniuerſi. *Et opera manuum tuarum ſunt cœli*,omnes. Manus autem dei, dicuntur intellectus eius practicus & voluntas quibus omnia producuntur. *Ipſi*,id eſt,cœli, *Peribunt*,quantum ad eſſe accidentale,non quantum ad ſubſtantiam. Motus nanque & influentia & qualitas eorum ceſſabunt. *Tu autem permanebis*,id eſt, incommutabiliter in teipſo ſubſiſtes, apud quem non eſt permutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, qui aſſeris,Ego dominus & non mutor. *Et omnes*, cœli.

Ioan.8.
Pſal.101.
Iaco.1.
Mal.3.

E

Vt veſtimentum veteraſcent, quantum ad modum eſſendi, quem nunc habent. Præterit quippe figura huius mundi. Et Chriſtus in Euangelio, Cœlum(ait)& terra tranſibunt. *Et velut amictum*,id eſt,veſtem. *Mutabis eos*,id eſt,à ſolito curſu, & influxu ceſſare facies. *Et mutabuntur* à priſtina qualitate,atque in melius commutabuntur, quemadmodũ dictum eſt plenius ad Romanos. Vnde in Apocalypſi habetur, Vidi cœlum nouum & terram nouam. Primũ enim cœlum & prima terra abiit. Et per Eſaiá dominus, Ecce, inquit, ego creo cœlos nouos & terrã nouã, & nõ erũt in memoria priora. *Tu autẽ idem ipſe es*.i.penitus incõmutabilis es. *Et anni tui nõ deficient*.i.æternitas tua,omne tempus cõprehendens,& tuũ eſſe menſurans,non finietur. Rurſus authoritate Pſalmiſtæ probatur excellentia Chriſti præ angelis. *Ad quem autẽ angelorum dixit deus* pater *Aliquando,ſede à dextris meis?*ſecundum ſenſum iá explicatũ. *Quoaduſque ponã inimicos tuos,ſcabellum pedum tuorum*.i.plenè eos tibi ſubiiciam. Tanquá dicat,Nulli ãngelorum dictũ eſt hoc,quod tamen pater ait ad filiũ. Cui dixit pater in aſcenſione,vt ſedeat ſecum vſque ad diẽ iudicij,in quo omnes inimici Chriſti(videlicet reprobi) Chriſto perfectiſſimè ſubiicientur quãtum ad ſuæ dominationis executionẽ, quamuis & nunc ei ſubiecti ſint,quantũ ad ſuæ poteſtatis authoritatẽ. Per hoc autem quod dicitur quoaduſque vel donec,nõ datur intelligi,quòd poſtea non ſedebit. *Nõne omnes* angeli *Sunt adminiſtratorij ſpiritus*, id eſt, diuino imperio ſeruientes. *In miniſterium*, id eſt, ad obſequium ſen adiutorium electorum. *Miſſi*,à Deo, miſſione interiori vel exteriori. *Propter eos*, id eſt, eorum profectum,

Rom.8.
Apoc.21.
Eſa.65.
Finis.

F

Pſal.109.

Qui

Qui hæreditatem capiunt ſalutis? id eſt, cœleſtem atque bea- A
tam hæreditatem patriæ, ſcilicet beatificam Dei viſionem
adipiſcuntur? Quæri hic poteſt, an omnes angeli foras mit-
tantur: Et videtur quòd ſic, authoritate Apoſtoli loco præ-
ſenti. Item ex eo quod dicitur ab Eſaia, Volauit ad me vnus *Eſa.6*
de Seraphin. Multi quoque ſanctorum videntur hoc dicere.
Hanc quæſtionem Gregorius non præſumit, nec audet de-
terminare. Quidam verò dixerunt, quòd ſecundum commu
nem legem, & vt plurimũ atque ex proprio officio, ſoli inſe-
riores mittuntur ad extra. Superiores tamen interdum ex
ſpeciali ratione, & diuina diſpenſatione mittuntur. Sed hãc
reſponſionem improbat ſanctus Thomas in prima parte. Nã *Thomas.*
ordo angelorum attenditur ſecundum dona gratiarum, or-
do autem gratiæ ſummus eſt. Idcirco non habet ordinem ſu B
periorem propter quem omittatur. Quemadmodum ordo
naturæ prætermittitur, propter ordinem gratiæ, quatenus
gratia declaretur ſeu fides confirmetur, vt patet in ſuſcita-
tione defuncti. Ad fidei autem confirmationem non profi-
ceret omiſſio gratiæ, cum non percipiatur à nobis.

Denique nullum miniſterium adeò magnum eſt, quod per
inferiores expleri non valeat, quia ſecundum Gregorium ar *Gregorius*
changeli appellantur, qui ſumma annunciant.

Inſuper nulla perſona viatoris præſtantior eſt Maria, nul- *Luca. 1.*
lum quoque miniſterium maius eſt annunciatione filij Dei,
& tamen ad beatiſſimam virginem pro hoc ſummo negotio
miſſus eſt angelus Gabriel, qui eſt de ſecundo ordine
infimæ hierarchiæ. Ex his concludit ſanctus doctor, quòd
angeli ſuperiores nunquam ad exterius miniſterium deſti- C
nentur. Et hoc verius reor, præſertim propter hoc, quo-
niam dictis Diui Dionyſij potius conſonat. Dicit quoque *Dionyſius*
Beatus Dionyſius quòd angelus miſſus ad Eſaiam non e- *Eſa.7*
rat de ordine Seraphin, ſed vnus de inferioribus. Dicitur
verò vnus de Seraphin, vel quoniam miſſus ab vno de or-
dine Seraphin, vel ratione ſui effectus, quia labia Prophetæ
incendendo purgauit. Dicit etiam Thomas, quòd ſicut di- *Thomas.*
uinis perſonis, videlicet filio & ſpiritui ſancto attribuitur du
plex miſſio, vtputa inuiſibilis, propter gratiæ infuſionẽ, atq;
viſibilis propter creaturam corporalem aſſumptam vel ma-
nifeſtatam: ſic angelis conuenit duplex miſſio, ſcilicet inte-
rior ſecundũ operationes intellectuales, prout vn⁹ illuminat

D alium, Sicque superiores mittuntur, medios & inferiores illustrando, & ad exteriora officia dirigendo ordine hierarchico. Alia est eorum exterior missio secundum actus transeuntes circa corpoream creaturam, sic soli inferiores mittũtur. Omnes ergo sunt administratorij spiritus in ministeriũ missione interiori vel exteriori. Quatuor autem superiores ordines non mittuntur ad extra secundum Thomam, sed quandoque inferiores, videlicet angeli, archangeli, principatus, potestates, virtutes.

Cap. II. *Propterea abundantius oportet obseruare nos, & cætera.*

ARTICVLVS. II.

E DEclarata excellentia Christi, consequenter ostenditur, cum quanta diligentia obseruanda sit doctrina & lex tanti magistri. *Propterea*, id est, cum tanta sit dignitas Christi legislatoris nostri. *Abundantius*, id est, multum reuerenter & timoratè, vel copiosius atq; perfectius, quàm à Iudæis obseruata fuit lex Moysi. *Oportet*, id est, ad salutem necessarium est. *Obseruare nos*, sæpius recolendo, & fortiter adimplendo. *Ea quæ audiuimus*, à Christo mediatè vel immediatè, qui & quotidie loquitur nobis per Euangelium. *Ne*
1. *Ioan.* 1 *fortè superefluamus*, id est, pœnitus pereamus, & in æternum damnemur. Fluimus quippe per peccata venialia & mortalis
Iob. 14. naturæ quotidiana tormenta, sicut Iob ait, Homo natus de muliere breui viuens tẽpore, repletur multis miseriis, & nun
1. *Reg.* 10. quam in eodẽ statu permanet. Propter quod ait scriptura, Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram, quę nõ reuertẽtur. Effluimus autem per peccata mortalia. Sed pereffluimus, id est, perfectè effluimus incidendo æterna cruciamenta. Quòd ergo tam diligenter seruanda sint verba Christi probat apostolus per locum à minori. *Si enim qui per angelos dictus est sermo*, id est, quia doctrina dei ministerio an
Acto. 7 gelorum tradita Moysi, prout Stephanus dixit, Accepistis le
Marci. 18. gem in dispositione angelorum. *Factus est firmus*, id est, ratè
Ezech. 13. seuerẽque iniuncta ac firmiter seruata est, & multipliciter cõfirmata miraculis, minis, pœnis atque promissis. *Et omnis præuaricatio*, id est, legis transgressio, mala committendo. *Et inobedientia*, id est, incustodia præceptorum, bona omittendo. Quorum primum est contra præcepta negatiua, secundũ contra præcepta affirmatiua. *Accepit iustam mercedis*

retri-

retributionem, id est, debitam pœnam, tempore veteris testa A
menti in populo Iudæorum, quēadmodum Moses scripsit, *Deute.25.*
pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Cum ergo sit
ita. *Quomodo nos* Christiani. *Effugiemus*, vltionem diuinæ iu-
stitiæ. *Si tantam neglexer mus salutem?* id est, tā salutarē Chri-
sti doctrinam, tam copiosam eius gratiam, tantam beatitu-
dinē nobis ab eo promissam paruipenderimus & obliti fue-
rimus? *Quæ* salus *Cum initium accepisset enarrari per dominum*, *Matt. 9.*
id est, cum à Christo cœpta est prædicari. *Ab eis qui audie-* *Acto. 1*
runt, id est, ab ore apostolorum, qui cum Christo corpora-
liter conuersati sunt, eiúsque sermonibus interfuerunt, qui- *Matt. 13*
bus & dictum est, Vobis datum est nosse mysterium regni *Ibidem.*
Dei. Et, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. *In nōs confir-*
mata est, id est, nobis firmiter annunciata atque ingesta est. B
Hoc dicit Apostolus in persona fidelium, non sui. Ipse enim *2. Cor. 12.*
à Christo immediatè edoctus fuit in raptu. Vnde ad Gal. lo *Galat. 2.*
quitur, Mihi qui videbantur esse aliquid (videlicet Petrus,
Iacobus & Ioannes) nihil contulerunt. Confirmata est ergo
hæc salus in nos. *Contestante*, id est, prædicationi Apostolo-
rum testimonium perhibente, *Deo*, qui neminem fallit. *Si-*
gnis, id est, per minora miracula. Quæ, quantum ad substan-
tiam facta, fieri possunt per naturam, non tamen quo ad
modum fiendi, sicut est quarundam infirmitatum depulsio,
quę fieri potest à medicis. *Et portentis*, id est, per maiora mira
cula, quæ sunt omnino supra naturam, vt est suscitatio mor-
tui *Et variis virtutibus*, id est potētissimis dei effectibus, quæ *Act. 4*
nō solùm naturalē cursum, sed etiam rationē humanā exce- C
dunt, vt est penetratio dimensionū. Vel variis virtutibus, id
est, habitibus vel virtuosis atq; infusis, videlicet, fide, spe, cha
ritate, donísq; spiritus sancti. *Et spiritus sancti distributionibus*,
id est, gratiis gratisdatis à spiritu, de quib⁹ dictū Corinthiis *Acto. 12*
iá est, Alij datur per spiritū sermo sapientiæ, alij sermo scien *1. Cor. 2*
tiæ, alij genera linguarū, alij discretio spirituū. Quæ primò
datæ sunt sanctis Apostolis in die Pentecostes, & per eos da *Act. 2. 8.*
tæ sunt aliis multis, vt legitur in Actibus Apostolorū, Quæ *13. 17*
omnia facta & data sunt. *Secundum suam voluntatem*. i. ex be-
neplacito dei, qui omnia operatur secundū propositum vo *Ephe. 1.*
lūtatis suæ, non secundū merita hominum. Alioquin gratia *Roma. 11.*
iam non esset gratia. Hæc sunt Christianæ fidei argumen-
ta. Incomprehensibilis nanque supernaturalísque veritas su-

D pernat uralibus atque diuinis eguit argumentis. Vnde & in
Marci.16 Euangelio ſcribitur, Illi profecti prædicauerunt vbique do
mino cooperante,& ſermonem cõfirmante ſequentibus ſi-
1.Ioan.5 gnis.Hinc in Ioannis epiſtola ſcriptum eſt, Qui non credit
in filium, mendacem facit patrem, quoniã non credit in te-
ſtimoniũ, quod teſtificatus eſt deus de filio ſuo. De quo te-
Ioan.10 ſtimonio ait & filius, Opera quæ dedit mihi pater,teſtimo-
niũ perhibent de me. Quòd autẽ non effugiemus vltionem
diuinã ſi tantam neglexerimus ſalutẽ, probat apoſtolus per
hoc quòd Chriſtus ſublimior eſt atq; potentior angelis. *Nõ
enim angelis ſubiecit deus orbem terræ futurum*.i. orbẽ terrę,ſeu
mundũ ſecundũ ſtatũ quẽ habebit poſt diem iudicij,quam-
uis interim aliquo modo ſubiectus ſit eis, quoniam mouent
E cœleſtia corpora,quorũ motu & influentia trãſmutãtur hęc
inferiora.*De quo*,orbe terrę futuro. *Loquimur*. De orbe e-
nim terræ quantũ ad ſtatum futurũ intẽdit apoſtolus loqui.
Oportet ergo aduertere, q̃ cũ omnia corporalia & terrena
ordinentur ad hominẽ, ſicut duplex eſt ſtatus ſeu perfectio
hominis, vna ſecundũ ſuam inſtitutionẽ in via huius exilij,
alia ſecundũ ſuam glorificationẽ, in patria cœleſti: ſic du-
plex eſt ſtatus orbis terræ ſeu mundi: vnus ſecundũ ſucceſ-
ſionem generationis & corruptionis, donec compleatur nu
merus electorũ,qui dicitur ſtatus præſens, durans vſque ad
diem iudicij:alius ſecundũ futuræ renouationis ſtabilitatẽ,
quæ fiet in die nouiſſimo. Quamuis autem mũdus ſeu orbis
Matt.24 terræ in vtroq; ſtatu ſit ſubſtantialiter idem, tamen propter
F differentiã ſtatuũ dicitur orbis terræ præſens,& orbis terræ
futurus. Quẽadmodum autem homines,quantum ad ſtatum
præſentẽ,ſubiecti ſunt angelis,quia reguntur,purgantur,illu
Dionyſius minantur ac perficiuntur ab eis,ſecundum Dionyſium, quæ
tamẽ prælatio in futuro ſtatu ceſſabit,quantũ ad nouam in-
fluentiã: ſic orbis terræ, ſecundũ præſentẽ ſtatũ, angelis eſt
ſubiectus,iuxta modũ prædictũ: ſed ſecundũ ſtatum futurũ,
eis non erit ſubiectus. Tunc enim alterationes & generatio-
nes ceſſabunt. Hæc expoſitio videtur mihi textui magis con
formis. Gloſſa tamen aliis modis exponit hunc locũ: quam
inſpicere poteſt qui alium ſenſum requirit. Porrò q̃ Chri-
ſto orbis futurus ſubiiciatur,probat Apoſtolus authoritate
Pſal.8 Pſalmiſtæ. *Teſtificatus eſt autẽ in quodã loco,quis*. i. quidã famo
ſus,puta Dauid propheta præclarus. *Dicens*, *Quid eſt homo*
qui-

quicunque sit ille. *Quòd memor es eius?* ô domine deus omni- A
potens. Tanquam dicat, Vilis & modicus est comparatione,
tuæ maiestatis, cum sit corporalis, mortalis ac fragilis: pro- *Sapien.6*
pter quod mirum est, quòd tam benignè dignaris enim re-
spicere, adiuuare & sublimare, præsertim assumendo eius
naturam. *Aut*, quid est, *Filius hominis*, id est, Christus se-
cundum naturam assumptam. *Quoniam visitas eum?* vniendo
tuæ increatæ personalitati eius humanitatem, & habitando
in ea, quasi in templo? Quasi dicat. Hoc humanitati Christi
ex sua naturali dignitate seu meritis non conuenit. *Minui-*
sti eum paulò minus ab angelis, id est, quamuis Christum secun-
dum humanitatem sic visitaueris atque sublimaueris, tamen,
quantum ad aliquid, feciſti eum angelis inferiorem, videli-
cet quo ad corporis sui passibilitatem ac mortem, quæ ange B
lis non conueniunt propter naturæ ipsorum excellentiam,
cũ sint immaterialis essentiæ. *Gloria & honore coronasti eum.* *Ioan.1*
Gloria est clara cum laude notitia. Honor verò est exhibi-
tio reuerentiæ in signum virtutis. Deus ergo pater seu tri-
nitas coronauit, id est, vndique & multipliciter decorauit
Christum hominem gloria, infundendo cordibus hominũ
claram cognitionem excellentiæ Christi: & honore, indu-
cendo fideles ad venerationem & cultum ipsius. Vel gloria,
id est, beatitudine animæ, vel corporis glorificatione, in re-
surrectione. Et honore, id est, eleuatione ad dexteram tuã in
ascensione coronasti eum. *Et constituisti eum super opera ma-*
nuum tuarum, hoc est, omnibus creaturis eum præposuisti, fa
ciens eum regem regum & dominum dominantium. Quod
post resurrectionem factũ est, quantum ad manifestationẽ. *Apoc.19*
C
Omnia, visibilia & inuisibilia, suprema, media, & infima. *Sub-*
iecisti sub pedibus eius. i. ei perfectè subdidisti, quantum ad po-
testatis collationẽ etiam ab exordio incarnationis. Tunc e-
nim data est homini Christo potestas atque prælatio super *Matth.28*
vniuersa creata. *In eo autem quòd*, deus, *Ei*, videlicet Christo.
Omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei, id est, vniuersali-
ter sine exceptione cuncta ei subiecit. Veruntamen quoni-
am nondum subiecta sunt ei omnia quantum ad potestā-
tis executionem & plenam manifestationem, subiungitur.
Nunc autem, id est, tempore isto vsque ad diem iudicij.
Necdum videmus omnia subiecta ei, quantum ad executio-
nem, & plenam manifestationem, quod tamen fiet in die

D nouiſſimo, quando iuxta Eſaiæ oraculum, Ad eum venient
Eſa. 45. & confundentur omnes qui repugnant ei. Nunc enim multi Chriſto reſiſtunt, & nullam ſentiunt pœnam, eũ blaſphemant vel inhonorát, & nullum experiuntur ſupplicium. Sed poſt diem iudicij ita non erit. Ex tunc enim coactè erunt ei ſubiecti pœnas luendo, qui nunc liberè repugnant illi impiè conuerſando Ideo conuenienter prædictum eſt futurum orbem Chriſto ſubiiciendum. *Eum autem qui modico, quàm angeli minoratus eſt*, hoc eſt, qui in paruo minor factus eſt angelis, ſcilicet quantum ad corporis paſſibilitatem. *Videmus*, oculis fidei *Ieſum*, ſcilicet minoratum. *Propter paſſionem mortis*, id eſt, merito ſuæ paſſionis lethalis mortem ſibi inferentis.

E *Gloria & honore coronatum*, ſicut expoſitum eſt. Vnde dictum
Philip. 1 eſt alibi Factus eſt obediens vſque ad mortẽ. Propter quod
Pſal. 109. & Deus exaltauit illum. Et in Pſalmo, De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. Ideo autem modico quàm angeli minoratus eſt. i. mortalis effectus aſſumẽdo naturam paſſibilem. *Vt gratia Dei* i. non humanis meritis, ſed gratuita Dei volũtate, & pia liberalitate. *Pro omnibus guſtaret mortem*. i. pro vniuerſorum ſalute, quãtum in ſe eſt, mortis amaritudinẽ experiretur. Vnde & propheta, Dominus, inquit,
Eſa. 53 poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Pro ſolis tamen
Matt. 20 electis paſſus eſt Chriſtus quantum ad efficaciam, prout ait,
Marc. 10. Venit filius hominis dare animam ſuam redemptionem pro
Proucr. 16 multis. *Decebat enim eum propter quẽ omnia & per quẽ omnia*,

F id eſt, conueniens erat deo patri propter quem omnia facta ſunt ab ipſo, ſicut propter cauſam finalẽ. Omnia enim propter ſeipſum operatus eſt dominus: & per quem omnia, id eſt, à quo omnia facta ſunt, ſicut ex cauſa efficiente. Vel, per quem ſicut per cauſam exemplarem. *Qui multos filios*, adoptiuos, videlicet homines electos. *In gloriam adduxerat*. i. ad æternam beatitudinem perducere præordinauit in ſua prædeſtinatione æterna. *Authorem ſalutis eorũ*. hoc eſt Chriſtũ
Ephe. 1. electorum ſaluatorem, qui eis ſalutẽ promeruit ſua paſſione digniſſima. *Per paſſionem conſummari*. i. per mortem crucis ab hac vita tollere, exponendo videlicet, imò tradendo eum morti crucis pro noſtra redemptione. Vel, per paſſionem conſummari, id eſt, ad finem ſeu cõſummationem noſtræ liberationis, meritò paſſionis adducere. Conuenientiſſimus quippe modus humanæ redẽptionis fuit, quòd pater vnigenitũ

vnigenitum ſuum humana natura veſtiuit,& morti pro ho- A
minum ſaluatione expoſuit. Quia per hoc maximè com-
mendatur bonitas & miſericordia eius, qua miſeris & aliun
de ſeductis tam clementer ſubuenit. Iuſtitia quoque,quoniá *Iob.24.*
peccata hominum nõ reliquit inulta. Nulla etiam pura crea
tura digna erat pro hominibus ſatisfacere,tanta eſt enormi
tas culpæ per cõparationem ad Deum, & dignitas vitæ ęter
næ conſiſtentis in Deo,ſicut in immediato obiecto. Decuit
etiam eandem naturam pati in ſaluatore, quæ erat in ſaluan
dis reparanda. Quòd verò decuit Chriſtum pati oſtendit
apoſtolus. Quoniam decet ſanctificatorem & ſanctificatos
eſſe eiuſdem naturæ : quatenus ſatisfaciat quod offendit, id
eſt,eadem natura patiendo reformet, quæ male agendo pec
cauit. Natura ergo humana in primo parente poſterſque B
infecta , per Chriſti humanitatem fuerat reparanda . Dicit
igitur . *Qui enim ſanctificat.* id eſt , Chriſtus qui peccatores à
vitiis purgat. *Et qui ſanctificantur*,id eſt,electi qui merito ſuę
paſſionis mundantur. *Ex vno omnes*,id eſt,ex eodem patre at
que principio profluxerũt. Chriſtus nempe ſecundum aſſum
ptam humanitatem deſcẽdit de Adam, ſicut &nos excep- *Gene.3.*
ta infectione originalis peccati , & quòd immediatè de vir- *Lucæ.2.*
gine natus eſt. Secundum diuinam verò naturam , & natus
eſt ex patre æterno,de quo & nos nati ſumus: differenter ta
men, quoniam ipſe eſt filius naturalis & vnicus , nos autem
adoptiui,& plurimi. *Propter quã cauſam*, videlicet quoniam
Chriſtus & membra eius(puta fideles) vnum paternum prin-
cipium habent,& natura communicant. Vnde & ait in Io- C
anne,Aſcẽdo ad patrem meum & patrem veſtrum. *Non con* *Ioan.21.*
funditur fratres eos vocare , non obſtante quòd ipſe ſit Deus *1.Petri.2.*
verus , & homo à peccato immunis:Illi verò propter pecca
tum degeneres. *Dicens*,ad patrem in Pſalmo. *Nunciabo nomẽ* *Pſal.21.*
tuum fratribus meis .i. teipſum & gloriam tuam ô pater præ-
dicabo Apoſtolis,aliſque diſcipulis. De his enim dixit Ma-
riæ Magdalenæ,Vade & dic fratribus meis. *In medio eccleſiæ*, *Matth.28*
primitiuæ,videlicet inter fideles primò conuerſos, *Laudabo*
te. Stetit enim Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum,quibus *Ioan.20.*
& ſæpe apparuit per dies quadraginta intrans & exiens , & *Actо.1.*
quadam vice plus quàm quingentis fratribus apparẽs . Hæc *1.Cor. 15.*
etiam fecit ſaluator ante paſſionem quando ſeorſum diſci- *Marc. 4.*
pulis ſuis differuit omnia. Poteſt quoque generaliter de

D omnibus fidelibus accipi, quibus Christus per apostolos & successores eorum nomen patris æterni prædicauit, atque in medio ecclesiæ, id est, vbique in omni congregatione fidelium eum laudauit, imò & laudat & prædicat. *Et iterum*, Christus ait per Esaiam; quantum ad sensum, quamuis verba non habeantur in nostra translatione, secundum hanc formam. *Ego ero fidens in eum*. i. ego Christus, secundũ quod homo passibilis, sperabo in Deum, non per spem quæ est virtus theologica, quam nõ habui: sed per quãdam fiduciam, qua resurrectionem & corporis glorificationem ab eo certissimè expectaui. Hoc autem Christo non competeret, nisi verus homo fuisset, ideo non confunditur homines vocare fratres. *Et iterum*, Christus ait. *Ecce ego & pueri mei*, id est, discipuli & spirituales filij mei, quibus & dixit, Pueri, nũquid pul
E mẽtarium habetis? *Quod dedit mihi dominus*, i. per charitatem & gratiam mihi tanquam capiti copulauit, eósque per me saluare decreuit. De talibus dicit in euangelio. Tui erant, & mihi eos dedisti. Itémque: Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Ex hoc testimonio patet, quòd tam ipsi quàm Christus sint ex vno principio scilicet deo, Hanc authoritatem Esaiæ intelligit Lyra melius hoc loco, quàm super Esaiam. Hic nanque dicit eam literam de discipulis Christi debere intelligi: ibi verò exponit eam literaliter de discipulis Esaiæ. Deinde ostenditur quòd decuit Christum incarnari & pati, ex parte saluandorum. *Quia ergo pueri*. i. fideles electi. *Communicauerunt carni & sanguini*. i. ex corpore & anima facti sunt, & homines mortales fuerunt. *Et ipse*, Christus. *Participauit eisdem*, id est, car-
F nem veram & animam rationalem assumpsit, factus mortalis. *Vt per mortem*. i. propriæ passionis merita. *Destrueret*. i. superaret & foras eiiceret, *Eum qui habebat mortis imperium*. i. diabolum mortis authorem, qui homines ad mortem culpæ induxit. Ex qua secuta est mors naturæ, & mors secũda, videlicet mors gehennæ. Deus enim mortem nõ fecit, sed inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. Habuit autem diabolus mortis imperium, quoniam ante Christi aduentum omnes quodammodo in morte detinuit. In libro tamen Sapientiæ, dicitur, Deus habere imperium vitæ & mortis. Et in Apoc. ait Saluator, „Habeo claues mortis & inferni. Sed Deus dicitur habere mortis imperium, quia quos

Esa.8. *Ioan.21.* *Ioan.17.* *Ibidem.* *Apoc.21.* *Sapien.1.* *Sapien.16* *Apoc.1.*

vult

vult in morte relinquit, & quos vult à morte reducit. Non A
autem inducit mortem culpæ. Christus verò habet claues
mortis, hoc est, potestatem relaxandi peccata. *Et liberaret*,
Christus sua passione. *Eos, qui timore mortis*, corporalis. *Per to*
tam vitam obnoxij. i. rei & subditi. *Erant seruituti*, culpę ac dæ
monis, i. homines vniuersos, qui maluerunt peccare: quàm
corporalem mortem incurrere, magis timentes eos qui cor-
pus occidunt, quàm qui corpus & animam perdere potest *Mat. 10.*
in gehennam. Tales erant homines vt plurimũ ante Chri-
sti passionem. Sed ipse sua passione præstitit nobis exemplũ
moriendi prò iustitia, & abstulit suis hunc inordinatum ti-
morem. Secundò exponitur specialiter de Iudæis. Vt libe-
raret eos, puta Iudæos, ab oneribus legis, per gratiã & me- B
ritum suæ passionis, qui timore mortis corporalis, quam lex
inflixit transgressoribus suis, vel gehennalis: quam lex mi-
nabatur per totam vitam præsentem. Obnoxij, id est, subie- *Ephe. 2.*
cti erãt seruituti legis. Nam timore pœnarum potius quàm
amore iustitiæ legem seruabant. Christus enim sua passione
legem quantum ad cęremonialia, euacuauit. Qua euacuata,
fecit Iudæos liberos, vt per fidem & gratiam saluarentur si-
ne obseruantia cæremonialium, ministrarẽtque deo amo-
re potius quàm timore. Denique quòd Christus pueris
communicauit in carne & sanguine, hominẽsque redemit o
stendit apostolus. *Nusquàm enim angelos, apprehendit*, i. nun-
quam legitur angelos apostatas ad gratiam reduxisse, aut
angelicam naturam assumpsisse. *Sed semen Abrahæ apprehẽ-* *Mat. 11.*
dit. i, carnem humanam ex semine Abrahæ sibi vniuit, & po *Matth. 15.*
pulum Iudæorum specialiter reuocauit. De quibus locutus C
est. Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Is-
raël. *Vnde*. i. propter hanc causam, videlicet, quia semẽ Abra
hæ apprehendit. *Debuit*, debito condecentię, non obligatio
nis. *Per omnia*. i. in omnibus naturalibus proprietatibus at-
que defectibus indetrahibilibus. *Fratribus*, id est, cæteris ho-
minibus. *Similari*, non autem in defectibus detrahibilibus,
scilicet in culpa & defectu necessariorum. Nõ enim debuit
esse claudus, cæcus aut languidus, quamuis tempore passio- *Mar. 14.*
nis elanguit. Fuit ergo aliis similis, quia mortalis, vberibus *Lucæ. 17.*
lactatus, creuit, esuriit, manducauit, mortem perpessus est. *Matth. 4*
Vt misericors fieret. i. misericordiã impartiret. Vel, misericors *Matth. 11.*
fieret actu & habitu in natura humana, qui æternaliter mi- *Ephes. 9*

D fericors eſt natura diuina. *Et fidelis pontifex*. i. verus mediator atq; ſacerdos pro nobis. *Ad Deum*, patrem vel trinitatē immolando ſeipſum Deo in cruce hoſtiam immaculatam in odorem ſuauitatis. *Vt repropiciaret*. i. Deum placando, deleret. *Delicta populi*. i. totius generis humani, ſicut dicit Ioan-
1. *Ioan.* 4 nes, Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. De hoc ponti-
1. *Petri.* 2. fice ait quoque Petrus, Cōuerſi eſtis ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum. *In eo enim in quo*. i. in natura hu-
Matth. 4. mana aſſumpta, in qua. *Paſſus eſt ipſe*, Chriſtus à præſide &
Matth. 22 eius miniſtris. *Et tētatus*, à dæmone in deſerto, atque Iudęis,
Lucæ. 10 quibus & loquitur, Quid me tentatis hypocritæ? *Potens eſt*
Ioan. 1. *& eis qui tentantur auxiliari*, ne ſuperentur. Sua enim paſſione & tentatione, promeruit nobis gratiam omnibus tentationibus efficaciter reluctandi, & nō ſolū vt Deus, ſed etiam vt homo de plenitudine ſua influit nobis, quemadmodum caput membris.

E

Cap. III. *Vnde fratres ſancti vocationis cœleſtis participes, &c.* ARTICVLVS III.

OStenſa excellētia Chriſti per comparationem eius ad angelos & prophetas generaliter: nunc idem oſtenditur ſpecialiter per comparationem ad Moyſen. Per quod etiam declaratur eminentia noui teſtamenti præ veteri. *Vnde fratres ſancti*, id eſt, quia ſic potens eſt Chriſtus auxiliari tentatis: idcirco ô fratres ſancti, per regenerationem baptiſmatis & munditiam religioſæ conuerſationis. *Vocationis cæleſtis participes*, id eſt, prædicationis & inſpirationis ad cœleſtem beatitudinem inuitantis, ſeu gratiæ ad illam perducentis, cōſortes. Hęc enim vobis exhibita ſunt. *Conſiderate*, cauſa imitationis. *Apoſtolum*, id eſt, nuntium diuinitus
F 1. *Petri.* 1. miſſum. *Et pontificem*. i. qui viā ſeu pontem veniēdi ad deum nobis oſtendit ac fecit dando exemplum. *Confeſſionis noſtræ*, id eſt, pontificem quem confitemur eſſe verum filium Dei,
Finis. ſaluatorēmque mūdi. *Ieſum*. *Qui fidelis eſt*, ſecūdum naturam aſſumptā. *Et qui præfecit illū*. i. Deo patri, à quo ſecundū humanitatem creatus eſt. Dicitur autem Chriſtus fidelis, non à fide, quæ eſt virtus theologica, quam ipſe nō habuit: quoniam non fuerat verus comprehenſor, ſed fidelitate qua efficaciter adimpleuit, quicquid complacuit patri. Propter
Ioan. 8. quod ipſe ait, Quæ placita ſunt ei facio ſemper. Et, Non
Ibidem. quæro gloriam meam, ſed honorifico patrem meum. *Sicut*

&

& moyſes in omni domo eius. i. in tota ſynagoga ſeu Iudæorũ congregatione quæ eſt domus dei. Vnde dominus proteſtatur Aaron & Mariæ, Seruus meus Moyſes in omni domo mea fideliſſimus eſt. Inſuper oſtenditur Chriſtus excellentior Moyſe. *Amplioris autem gloriæ.* i. maioris dignitatis. *Iſte* Ieſus *Præ Moyſe.* i. ſupra Moyſen ſeu plus quàm Moyſes. *Dignus habitus eſt*, à deo & fidelibus hominibus. *Quanto amplio rem honorem habet domus.* i. de domo, vt ſcilicet domus ſit genitiui caſus, ille, *Qui fabricauit illam.* i. fabricator domus, quã eius inhabitator ſeu diſpenſator. Quod intelligẽdum eſt de principali fabricatore, qui alios ad fabricandum inducit & miniſteriali inhabitatore. *Omnis nanque domus*, tã materialis ex lignis atque lapidibus conſtans, quàm ſpiritualis ex diuerſis fidelibus congregata, *Fabricatur ab aliquo* artifice, diuerſas partes adinuicem copulante. Per ſe enim non fit, ſed ſicut partes materialis domus copulãtur cęmento & clauis: ſic perſonæ fideles vniũtur per fidem & charitatem. *Qui autem omnia creauit deus* eſt. Ergo & ipſe domũ eccleſiæ fabricauit. Chriſtus autem eſt deus. Ergo & ipſe ædificauit eccleſiam, cuius membrũ eſt Moyſes. Chriſtus verò eſt dominus eius, ideo habet ampliorem honorem quàm Moyſes. *Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius.* i. in omni ſynaga ga Iudæorum, quæ fuit domus dei. *Tanquam famulus in teſtimonium eorũ*, id eſt, ad proferendũ cum atteſtatione diuina, ea, *Quæ dicenda erant*, id eſt, quæ deus iuſſit per eũ dici ad populũ. *Chriſtus verò tanquã filius* dei naturalis & vnicus, fidelis eſt, *In domo ſua.* i. in eccleſia, *Quæ domus ſumus nos* Chriſtiani per charitatem & fidem vniti. Templum enim dei ſanctũ eſt, quod eſt vos. *Si fiduciam.* i. actualem confidentiam ſcilicet expectationem fœlicitatis futuræ, & adiutorij gratiæ ad fœlicitatem obtinendam neceſſarij. *Et gloriam ſpei.* i. iucunditatem cœleſtem, ad quam ſpes tendit, *Vſque in finem*, vitæ præſentis incluſiuè. *Firmam retineamus*, ſtabiliter ac perſeueranter ſperando, atque futuram beatitudinem deſiderãdo. Hoc dicit Apoſtolus, quia ſicut ad domũ materialem requiritur ſtabile fundamentum, ita ad domum ſpiritualem ſcilicet vt fideles ſint domus Dei, exigitur firmitas ſpei ac fidei: aliter deus non habitaret in eis per gratiam conſummatam. Ex prædictis de excellentia Chriſti admonet conſequenter Apoſtolus diligenter obedire ſermoni Chriſti. *Quapropter,*

A *Nume.* 12.

B *Sap.* 1. *Ioan.* 4.

C 1. *Cor.* 6.

Mat. 7.

Colo. 1.

D id est,cum tanta sit eminentia Christi præ Moyse. *Sicut dicit*
Psal.92. *spiritus sanctus* in Psalmo,quod subditur. *Hodie*, id est,tempore euãgelicæ prædicationis & gratiæ. *Si vocem eius*,id est, verba Christi. *Audieritis*,vel ab ore eius,vel ab eius ministris,hoc est, quia ea audietis. *Nolite obdurare*,id est,verbis dei claudere. *Corda vestra*,ne sitis rebelles atque increduli. Hæc ad literam dicuntur ad Iudæos, qui tẽpore Christi & postea fuerunt. *Sicut in exacerbatione*,id est,quemadmodum cõtigit,& à patribus vestris factum est in prouocatione, seu dei offensione. *Secũdum diem*,id est,in die *Tentationis* factę, *In deserto*,quando ex infidelitate voluistis experiri potentiã
Psal.77. meam:sicut in Psal. Et tentauerunt deum in cordibus suis,vt peterent escas animabus suis. *Vbi*, id est, in quo deserto,
E *Tentauerunt me patres vestri* frequenter. Vnde dominus ait ad Moysen in Numeris. Tentauerunt me iam per decem vi
Num.14. ces. *Probauerunt*,id est,experti sunt quid agere possem. *Et vi*
Exod.7. *derunt opera mea*,mirabilia in Ægypto, in mari rubro,in de-
8.10. serto. *Quadraginta annis.* Tanto enim tẽpore in deserto fue-
Exod.12. runt vel circiter. *Propter quod*,id est,ob tantam peruersitatẽ
Exod.14. istorũ. *Offensus.* i. iratus, *Fui generationi huic*,hoc est,hominibus istis incredulis. *Et dixi*,per angelum seu Moysen. *Semper hi errant corde*, id est , intellectum,excæcatum habent, & ex malitia peccant. *Ipsi verò non cognouerunt*,id est, spiritualiter non intellexerunt, *Vias meas*,id est,opera mea miraculosa ac iusta. Quæ viæ vocantur, quia perducunt ad Dei notitiã. Vnde in Deutero. Moyses loquitur, Vos(inquit)vidistis vniuersa magnalia,quę coram nobis dominus fecit,& nõ de-
F dit nobis dominus cor intelligens,& oculos videntes vsque in præsentem diem. *Quibus iurauí*, id est , firmiter dixi per Moysen, *In ira mea*,id est,in zelo iustitiæ meæ,quo eorum peccata vindicare proposui. *Si introibunt*, id est, non intra-
Exod 33. bunt, *In requiem meam*,id est,terram promissionis,in qua eis,
Num.14. si non peccassent,mansionem quietam dedissem. Hoc Deus iurauit quando filij Israël murmurauerunt contra dominũ, auditis sermonibus nuntiorum , qui explorauerunt terram Chanaan. Tunc enim iurauit quòd nemo eorũ,qui murmurauerunt , ingrederetur hãc terram præter Caleph & Iosue.
Rom 7. Ex præallegata scriptura infert Apostolus salutarem doctri
2.Tim.4. nam. *Videte fratres ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malum incredulitatis*,hoc est,mens vitiosa perfidiæ subdita. *Discedendi*,

dendi, id est, paratũ discedere seu auerti, *A deo viuo*, à quo A
disceditur per inobedictiam, nõ per localem distantiã: iuxta
illud Oseæ, Dereliquerunt dominum in non custodiendo. *Oseæ. 4.*
Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, id est, quotidie *Esa. 46.*
admonete vos inuicem, seu quilibet semetipsum verbis sacrę
scripturæ. *Donec hodie cognominatur*, id est, quandiu tempus
gratiæ durat, & esse asseritur. De quo alibi dicitur, Ecce nũc *2. Cor. 6.*
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. De hoc quoque
scriptum est per Zachariam, Applicabuntur gẽtes multę ad *Zacha. 2.*
dominum in die illo. *Vt ne obduretur quis ex vobis*, id est, ne *1. Cor. 6.*
aliquis vestrũm obstinatus fiat, seu habituatus in malo. *Fallacia*
peccati, id est, delectatione alliciente & rationem excęcãte, quæ est in peccato. Peccatum n nque delectat, vnde & tri
stitiam promeretur. *Participes enim Christi effecti*, id est, Chri B
sto incorporati *Sumus*, vt membra capiti, & de plenitudine *Ioan. 1.*
eius accepimus, eius quoque hæreditatis consortes erimus.
Si tamen initium substantiæ eius, id est, si fidem formatam, per
quam primùm deo coniungimur, & eius possessio efficimur. *Ephes 1.*
Vsque in finem, id est, perseueranter *Firmum retineamus*, id *Ephes. 3.*
est, stabiles & efficaces in fide manserimus. *Dum dicitur*, id
est, quandiu dicitur *Nobis*, *Hodie si vocem eius audieritis, nolite*
obdurare corda vestra quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim Iudæorum in deserto. *Audientes* verba Dei.
Exacerbauerunt, id est, non credendo, & impiè operandò
deum grauiter offenderunt seu prouocauerunt. Non quòd
inuariabilis deus veraciter irritetur vel exacerbetur: de quo
legitur, Tu autem dominator domine cum tranquillitate iũ *Sap. 12.*
dicas, & cum magna reuerentia disponis nos, sed quia per C
modum exacerbati se habet, dum nostra peccata districtè
vlciscitur, ideo apud Hiere dicitur, Nunquid me ad iracun *Hiere. 7.*
diam prouocant, dicit dominus? Nónne semetipsos in confusione vultus sui? *Sed non vniuersi qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen*, id est, non omnes Deum exacerbauerunt,
qui per Moysi ducatum exierunt Ægyptum. Caleph enim
& Iosue non offenderunt tam grauiter. *Quibus autem offen-* *Num. 14.*
sus. i. iratus *Est deus*, in deserto *Quadraginta annis*? quibus fi- *Deu 29.*
lij Israël in deserto ambulauerunt. nõ ꝙ quotidie peccauerunt ita enormiter, sed quia frequenter sic peccauerũt. *Nõne*
illis qui peccauerunt, enormiter discredẽdo, Deum tentando
seu murmurãdo. *Quorum cadauera prostrata*, id est, deiecta &

D bestiis tradita. *Sunt in d ferto? Quibus autẽ iurauit non introire*
Deute.18. *in requiem ipsius.* i in terrã promissionis. *Nisi illis qui increduli*
Num.14. *fuerunt* verbis Daleph & Iosuæ, qui cũ aliis nũtiis redeũtes, dixerunt: Nolite rebelles esse contra dominum, neq; timeatis populum terræ huius, quia sicut panem, ita possumus eos deuorare. Dominus nobiscum est, nolite timere. Quid autẽ fecerunt increduli? Voluerunt vtique lapidibus opprimere
Rom.11. eos. *Et videmus* oculo fidei, testimonio scripturarum, *Quia non potuerunt introire*, in requiem ipsius, terram hanc deo eos prohibente. *Propter incredulitatem* ipsorum.

Cap. IIII. *Timeamus ergo nos ne fortè relicta pollicitatione, &c.*

ARTICVLVS IIII.

E DEnique ex præinducta authoritate scripturæ hortatur Apostolus ad debitam sollicitudinem. *Timeamus ergo*, id est, quoniam illi Iudæi propter suam incredulitatem & murmurationem prohibiti sunt introire terram promissionis, idcirco formidemus. *Ne fortè relicta pollicitatione*, id est,
Ezec.18. oblita seu spreta promissiõe diuina nobis facta. *Introeũdi*, id est, de ingressu nostro post hanc vitam. *In requiem eius*, cœlestem, id est, fœlicitatem æternam. *Existimetur aliquis ex nobis decesse*. id est, aliquis nostrûm inueniatur à consecutione huius promissæ quietis deficere propter negligentiam suam. Nã inexcusabiles sumus, si eam non obtineamus. Cuius ratio subinfertur. *Etenim & nobis annunciatum est*, id est à Christo in Euãgelio prædicatum de requie cœlesti. *Quẽadmodum & illis*, Iudæis per Moysen annunciatum est de re
F quie terrena. Ait enim Saluator. Beati pauperes spiritu quo-
Mat.5. niam ipsorum est regnum cœlorum. Et alibi, In futura resur-
Mat.22. rectione nec nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli dei. Et rursus, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego,
Ioan.17. & illi sint mecum, vt videant claritatem meã. *Sed non profuit illis* Iudæis. *Sermo auditus*, id est, quem à Moyse audierunt de possessione terræ promissæ. *Non admixtus fidei*, id est, non receptus fideliter. Fidei inquam habẽdæ. *Ex his*, id est,
Esa.26. de his. *Quæ audierũt*, de bonis sibi promissis. Et hoc patet ex opposito. *Ingrediemur enim in requiem*, sempiternam. *Qui credimus*, verbis auditis de promissione illius quietis fide formata, de qua ait Christus, Omnis qui viuit & credit in me,
Ioan.11. non morietur in æternum. *Quemadmodum dixit*, id est, sicut

spiritus

ſpiritus ſanctus ex oppoſito de incredulis proteſtatus eſt in A
Pſalmo dicens. *Sicut iuraui in ira mea, ſi introibunt*, id eſt, non *Pſal. 94.*
intrabunt, *In requiem meam*, id eſt, terram promiſſionis, ſicut *Heb. 3.*
in præcedenti articulo explanatũ eſt plenius. *Et quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis.* Iam in ſuperioribus mentionem fecit Apoſtolus de temporali requie Iudęis promiſſa, atque ex hoc intulit de promiſſione æternæ quietis nobis in cœlis promiſſa. In quibus verbis ſupponitur quòd tẽ- *Mat. 11.*
poralis illa requies fuit figura requiei cœleſtis. Et hoc nunc probat Apoſtolus, ſimúlque oſtendit, quando annunciatum eſt de requie ſempiterna. Et quidem: Tanquam dicat. Nunciatum eſt nobis de requie illa, quod vtique factum eſt, operibus, id eſt, creaturis, ab inſtitutione mundi, id eſt, quæ B
à principio creationis fieri cœperunt, perfectis, id eſt, diſtinctis atque ornatis vſque ad ſextum diem, in quo creatus *Gene. 1.*
eſt homo. In illis nanque ſex diebus perfectæ ſunt ſpecies rerum. Poſt conſummationem itaque operum ſex dierum, ſtatim facta eſt mentio in ſcripturis de requie quadam, non temporali, ſed ſempiterna. *Dixit enim*, ſcriptura ſeu ſpiritus ſanctus. *Quodam loco de die ſeptimo*, id eſt, ſabbatho. *Sic* ſicut ſubiungitur. Dies quippe dominica erat prima, ergo & *Gene. 2.*
ſabbathum ſeptima. *Et requieuit deus*, id eſt, operari ceſſauit, & in ſemetipſo quieuit. *Die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis*, ante productis, id eſt, nouis rerum ſpeciebus creandis, quia ex tunc non creauit opera noua ſecundum ſpeciem ſiue materiam. Nihilominus de materia tunc facta, & ad ſimilitudinem tunc factorum nunc vſque operatur, animas rationales creando, & totum vniuerſum adminiſtrando, at- C
que per cauſas ſecundas plurima producẽdo. Propter quod *Ioan. 5.*
ait Saluator, Pater meus vſque modò operatur, & ego operor. Virtus ergo rationis & intellectus huius ſcripturæ conſiſtit in hoc, Cùm ab exordio deſcribitur productio mundi, fit mentio de quadam requie qua Deus quieuit. Hæc autem requies eſt cœleſtis non temporalis, ſed per tempora- *Mat. 11.*
lem deſignatur. Requies enim Dei in ſeipſo communicatur electis in patria, vt & ipſi in Deo immediatè quieſcant, qui in nullo poſſunt alio contenti reddi ſeu quieti. Non enim ſufficit rationali creaturæ, niſi bonum immenſum. Ergo de requie nobis in cœlis parata fit mẽtio ante legem, *Gene. 2.*
in qua & figurata eſt requies vera, cœleſtis & ſempiterna.

D Deinceps ostenditur, quòd etiam post legislationem fit sermo de requie sempiterna sub figura temporalis quietis. *Et*
Psal. 94. *in isto rursum*, id est, in Psalmo iam dicto, iterum dicit spiritus sanctus. *Si introibunt in requiem meam*, id est, increduli illi tempore Moysi existentes non ingredientur terrã promissionis. Per quod designatur, q̃ impij cœlestem requiem non intrabunt. *Quoniam ergo superest*, id est, restat, *Quosdã* electos. *Introire in illam*, requiem beatam ac figuratam. *Et hi quibus prioribus*, id est, Iudæis, quibus ante nos *Annunciatum est*, per Moysen de ingressu terræ promissionis seu requiei temporalis. *Non introierunt*, eam. *Propter incredulitatem* suam, *Iterum terminat*, id est, scriptura sacra determinat seu inducit *Diem quandam hodie*, id est, tempus gratiæ quod
E vocatum est hodie, quoniam quotidianum est, & durat vs-
Rom. 1. 13. que in finem seculi: de quo dictum est Romanis, Nox præ-
Esa. 4. cessit, dies autem appropinquauit. Et in Esaia, In illa die erit
Hiere. 25. germen domini, id est, Christus filius Dei, de quo alibi legitur, Suscitabo Dauid germen iustum, in magnificẽtia & gló ria. *In Dauid*, id est, id Psalmo à Dauide composito. *Dicendo post tantum temporis*, id est, post tam longum spatium, ex quo illa dicta sunt patribus in deserto per Moysen. Dauid enim propheta longo tempore post Moysen fuit.

Sicut suprà dictum est, de die isto capite præcedenti, ámque
Psal. 64. repetitur. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Quæ verba satis iam declarata sunt. Ex his palàm est, quòd Dauid loquatur de alia terra & requie quàm il-
F la, quam Moyses promisit, & ad quam Iosue introduxit:
Iosue. 14. Illa enim ante tempora Dauid possessa fuit à filiis Israël.
1. Reg. 25. Dum ergo Dauid admonet eos, qui terram promissionis possederunt, vt cum audierint vocem D E I non obdurent corda sua, significat eos ad aliam requiem scilicet cœlestem patriam ingressuros, si obedierint Deo. Quod figuratum fuit in eis qui terram promissionis ingressi sunt. Ideo sequitur, *Nam si eis* videlicet filiis Israël, *Iesus* Christus,
Iudas apostolus. qui (vt Iudas dicit) populum saluans de Ægypto, eos qui nõ crediderunt perdidit. Quod conuenit Iesu secundum suam
2. Petri. 3. diuinam naturam, secundum quam verè æternus est. *Requiem* veram atque finalem. *Præstitisset*, in terra promissionis: vel per Iesum intelligitur Iosue, qui dictus est Oseæ, & Iesus, qui minister fuit donationis terræ istius.

Nunquam

Nũquam, spiritus sanctus per Dauid. *De alia loqueretur post-* A
hac die, id est, in nullo tempore post diem seu requiem illam loqueretur de alia requie: hac die, id est, quæ nobis annũciatur atque proponitur hodie, vtpote tempore gratiæ. *Itaque relinquitur*, id est, paratur & conseruatur. *Sabbathismus*, id est, plena quies in cœlo significata per sabbathum & terræ promissionis quietem. *Populo Dei*, id est, electis fidelibus, qui *Nume.* 23
ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. *Qui enim ingressus* *Eccle.* 46.
est in requiem eius, id est, qui cœlestem quietem adeptus est. *Act.* 7.
Etiam ipse requieuit ab operibus suis, id est, à laboriosis exercitiis vitæ præsentis. *Sicut & à suis*, operibus, *Deus*, quieuit septimo die. Vnde & legimꝰ, Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodò iam dicit spiritus, vt requiescãt à laboribus suis. Nec obstat, id quod in Apocalyp. asseritur, Requiẽ nõ *Apoc.* 4
habebant die ac nocte dicẽtia, Sanctus, sanctus, sanctus, &c. quia requies sumitur ibi improprie, pro cessatione ab actu. B
Sancti autem in patria indesinenter aliquid agunt, deũ laudando, amando, videndo. Proprie autem requies sumitur *Gene.* 2
pro cessatione à labore aut motu. *Festinemus ergo ingredi*, *Apo.* 14.
feruenter amando & efficaciter operando. *In illam requiem* *Act.* 4
sempiternam. Vt ne in idipsum incidat quis incredulitatis exem- *Isa.* 6.
plum, id est, ne aliquis nostrũm incidat in eandem pœnam, quam infideles Iudæi inciderunt propter incredulitatem, quæ pœna nobis in exemplum proponitur, quatenus eam considerando vitemus peccata, propter quæ infligitur. Cur autem festinandum sit, subditur. *Viuus est enim sermo*, id est, verbum seu vnigenitus filius Dei. Sicut enim pater habet *Erist.*
vitam in semetipso: sic dedit & filio vitam habere in semet- *Ioan.* 5
ipso. *Et efficax*, id est, omnipotens, prout Sapiens ait, Dum C
medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo *Sapien.* 8
tuus domine à regalibus sedibus veniens. Et rursus idem, Omnium enim est artifex, omnem habens virtutem, omnia *Sapien.* 7.
prospiciens. *Et penetralilior*, id est, acutior. *Omni gladio*
ancipiti, id est, ex vtraque parte acuto. Non enim potest gladius tam intimè corpori imprimi, quàm intimè filius Dei illabitur omnibus rerum essentiis. Cùm nanque sit verus deus, omnia penetrat, implet & continet. estque intimior omni rei quàm ipsa aut pars eius sibi. *Et pertingens*
vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, id est, tam intimus homini, vt inter sensualitatem & rationem discernat. Vel per

D animam & ſpiritum eadem hominis forma ſignatur, quæ dicitur anima quantum ad vires ſenſitiuas: & ſpiritus quàtum ad vires intellectiuas. Tanta eſt autem perſpicacitas verbi Dei vt diſtinguat animam ſecundum partem ſenſitiuam, à
1. Corin. 2 ſeipſa ſecundum partem intellectiuam. *Compagum quoque & medullarum*, id eſt, ſubtiliſſima quęque corporis interiora perſpicit & diſtinguit. Compages autem ſunt iuncturæ corporis, neruis colligatæ. Medullæ verò intra oſſa incluſæ ſunt. Et hic ſermo, verbum ſeu filius Dei eſt. *Diſcretor*, id eſt, diiudicator & cognitor. *Cogitationum*, non ſolùm earum, quæ ſunt in virtute cogitatiua organica, ſed & earum quæ ſunt in potentia intellectiua inorganica. *Et intentionũ*
E *cordis*, id eſt, ordinationum finalium. Deus quippe nõ ſolùm
1. Reg. 16. inſpicit cogitationes, ſed cernit ad quem finem quælibet cogitatio ordinetur à cogitante. Vnde Iob dicit Scio quia o-
Iob. 42 mnia potes, & nulla te latet cogitatio. Et iterum ſcriptura, Homo videt quæ patent, deus autem intuetur cor. *Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius*, id eſt, omnia ſine ex-
Roma. 1 ceptione manifeſta ſeu nota ſunt conſpectui filij Dei. Pater
Ioan. 5 enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe fecit.
Matth. 10 *Omnia autem nuda*, id eſt, intimè certa & ſine velamine patula. *Et aperta ſunt oculis eius*, id eſt, menti eius diuinæ imò & animę Chriſti omnia creata ſunt cognita. Ideo ſcriptũ eſt, O-
Eccle. 23. culi domini multo plus lucidiores ſuper ſolẽ, circũſpiciẽtes omnes vias hominum. Domino enim deo antequam crearentur, omnia ſunt cognita. *Ad quem*, increatum Dei ſer-
Roma. 14 monem ſeu filium. *Eſt nobis ſermo*, id eſt, ei tanquam iudici
2. Cor. 5 nos aſtare. & rationẽ reddere oportebit. Ideo cum tanta
F ſit poteſtas, ſapientia & eminentia iudicis noſtri, meritò feſtinare debemus ingredi requiem eius, ne tanquam ingrati & acedioſi condemnemur ab ipſo. Propterea hortatur Apo
2. Petri. 2. ſtolus. *Habentes ergo pontificem magnum*, id eſt, ſumminũ ſacer-
Act. 1. dotem atque epiſcopum, qui ſeipſum immolauit pro nobis, *Qui penetrauit cælos*, in ſua aſcenſione ſuper omnes cœlos aſcendit cum penetratione dimenſionum. *Ieſum filium Dei*, naturalem non adoptiuũ. *Teneamus*, id eſt, firmiter obſeruemus & exerceamus. *Confeſſionem*, duplicem, ſcilicet
Pſal 6. 85 laudis diuinæ, & propriæ culpæ, dicentes cum propheta,
120. 137. Confitebor tibi domine in toto corde meo. Hoc eſt, Chriſtum laudemus ſemper, & noſtra vitia accuſemus. Sic autem

fiducialiter

fiducialiter agere debemus. *Non enim habemus pontificem,* A
qui non possit compati, id est, condescendere atque clementer
succurrere. *Infirmitatibus nostris, tentatum autem*, id est, sed ha *Ma.4.22*
bemus pontificem tentatum à dæmone & Iudæis. *Per omnia* *Luc.4.20*
principalia genera tẽtationis. *Pro similitudine*, id est, propter *Marc.1.*
similitudinem, quam cum aliis hominibus habuit. Ideo enim *Philip.2*
dæmon & eius ministri auli fuerunt Christum tentare, quoniam eum mortalem viderunt. Habitu enim inuentus est vt homo. Vel pro similitudine, id est, pro exemplo, videlicet vt omnibus nobis formam vincendi tentationes proponeret. *Absque peccato*, id est, tentatio ista nequaquam induxit Christum ad aliquam culpam, nec ipse peccando meruit sic tentari. Ideo sua tentatione meruit nobis gratiam triumB
phandi aduersus quaslibet tentationes. *Adeamus ergo*, spirituali accessu, de quo ait Psalmista. Accedite ad eum & illu- *Psal.33.*
minamini. Et saluator, Venite ad me omnes qui laboratis. i. *Matth.11*
cum fide deuota & charitatis affectu accedamus. *Cum fiducia*, nihil hæsitantes, quemadmodum apud Marcum dicitur,
Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, *Mar.11*
& euenient vobis. *Ad thronum gratiæ*, id est, ad Christum
in quo habitat gratiæ plenitudo. *Vt misericordiam*, id est,
peccatorum remissionem. *Consequamur & gratiam inueniamus*, id est, quæsitam gratiam sortiamur à Christo. *In auxilio* *Finis.*
opportuno, id est, ab habendum auxilium nobis salubre, quatenus deus per gratiam, nostram infirmitatem semper corro C
boret: iuxta illud Hieremiæ, dominus mecum est quasi bel- *Hiere.20*
lator fortis. Idcirco qui me persequuntur, cadent & infirmi *Lucæ.9*
erunt. Postremò si contemplemur, quantum à Christo dilecti sumus, quãta ipse pro nostra salute assumpsit, egit ac pertulit, quanta misericordia plenitudo, liberalitas eius, quanta etiam est miseria ac indigentia nostra, cum omni vtique *Iob.13*
deuotione atque fiducia ad thronum gratiæ eius pergemus *Psal.104.*
dicentes cum sancto Iob, Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Hinc enim dicit Psalmographus, Lætetur cor quærentium dominum, quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper.

Cap. V. *Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus &c.* ARTICVLVS V.

D MAnifestata in superioribus excellentia Christi præ an-
Hebræ. 1. gelis & prophetis ac Moyse, & ex hoc ostensa emine-
2. 3. 4. tia noui testamenti præ veteri: nunc declarat Apostolus ex-
cellétiam Christi ratione sacerdotij sui. Et quia in fine præ-
1. Petri. 2. cedentis cap dixit nos posse per Christum misericordiam &
gratiam consequi, ideo in huius capitis exordio probat hoc
Epist. per locum à minori. *Omnis nanque pontifex*, fidelis, præser-
tim legalis, de quo nũc agitur. *Ex hominibus assumptus*, id est,
de numero hominum ad altiora promotus. *Pro hominibus*,
id est, ad subueniendum gregi sibi commisso, *Constituitur*,
id est, episcopus ordinatur. *In his quæ sunt ad deum*, id est,
1. Reg. 3. in spiritualibus, scilicet vt quæ diuina sunt exequatur, & sa-
E cramẽta Dei dispẽset hominibus. Est enim mediator & se-
Leuit. 6. quester Dei ac populi sui. Nã ea quæ populi sunt, offert deo:
& ea quæ Dei sunt (puta virtutes & gratiam) impetrat ho-
minibus, quibus & erogat sacramẽta diuina. Ideo subditur.
Vt offerat dona, id est, oblationes spontaneas populi immo
let Deo. *Et sacrificia pro peccatis*, id est, pro indulgentia pec-
catorum. *Qui* pontifex. *Condolere possit*, id est, compati & mi
sericorditer auxiliari. *His qui ignorant & errant*, id est, subdi
tis suis indoctis & male agentibus. *Quoniam & ipse circunda
tus est infirmitate*, id est, mẽte & corpore fragilis est, & ad pec
Galat. 5 cata procliuis. Caro quippe concupiscit aduersus spiritum
& ratio atque volũtas vulneratæ sunt propter originale pec
catum. Ex consideratione igitur propriæ infirmitatis moue-
Roma. 8 ri debet ad condolendum, succurrendúmq; aliis. *Et propter-
ea*, scilicet quia circundatus est infirmitate. *Debet quemadmo-*
F *dum & populo*, sibi commisso. *Ita etiam pro semetipso offerre*,
hostiam placationis domino. *Pro peccatis*, suis expiandis, si-
cut offert pro peccatis suæ plebis. Horum nullum conuenit
Christo pontifici nostro. Nõ enim subiacuit infirmitati pec
1. Petri. 2 cati nec eguit pro seipso offerre. *Nec quisquã sumit sibi*, id est,
vsurpare debet. *Honorem*, pontificatus. Sed *qui vocatur à Deo*,
id est, per diuinam reuelationem, siue legitimam electionem
instituitur, ille honore condignus est, & rectè fit pontifex.
2. Cor. 10 Vocatur autem à Deo, qui iustè eligitur. *Tanquam Aaron*,
Num. 17. qui Deo iubente & per virgę floritionem ostendente, ordi-
natus, & confirmatus est pontifex. His verbis notantur am-
Ioan. 5 bitiosi, qui non vocati ingerunt semetipsos. *Sic & Christus*,
prout homo. *Non semetipsum clarificauit*, id est, exaltauit. *Vt*

pontifex

pontifex fieret. Vnde ait: Claritatem ab hominibus non acci. A pio. Et rursus, ego non quæro gloriam meam. *Sed qui loquu-* Ioan 8
tus est ad eum, id est, pater, qui ait ad eum. *Filius meus*, natu- Psal. 2.
ralis & vnicus. *Es tu, ego hodie*, id est, in æternitate. *Genui te*, Hebræ. 1
secundum diuinam naturam. Ille clarificauit eum, prout Ioan. 12
ait, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Sic & clarificauit Mat. 1. 17.
Christum in baptismo & transfiguratione. De sacerdotio Marci. 9
itaque Christi inducit Apostolus aliam authoritatem ad o-
stendendum, quòd Christus à patre factus sit pontifex.

Quemadmodum & in alio loco dicit, pater ad Christum. *Tu* Psal. 109.
es sacerdos secundum quod homo, mediando inter deum &
homines, & offerendo teipsum pro ipsis. *In æternum*, à par
te posteriori. Non ad tempus duntaxat, vt Aaron, cuius sa- 1. Timo. 2
cerdotium erat temporale ac typicum. Christi autem sacer- Roma. 8
dotium est verum ac æternum. Nam & ipse semper viuit ad B
interpellandum pro nobis, ostendens patri latus ac vulne-
ra, introducítque nos in beatitudinem patriæ, in qua offert
nos Deo hostiam sempiternam, perfectam, atque gratissi-
mam. Propter quod per Zachariam de Christo dicitur. Zacha. 6
Ipse portabit gloriam, & sedebit, & erit sacerdos super solio Finis.
suo. Ideo subditur. *Secundum ordinem Melchisedech*, id est,
secundum modum, dignitatem ac ritum sacerdotij, quo fun Gene. 14.
ctus est Melchisedech sacerdos Dei altissimi. Hoc infrà dif- Ioan. 17.
fusè tractabitur. *Qui*, Christus. *In diebus carnis suæ*, id est,
tempore mortalitatis suæ in hoc mundo, præsertim passio- Luce. 23
ne iam imminente. *Preces*, pro seipso, videlicet vt à passio-
ne liberaretur si fieri posset, & vt statim post passionem cla-
rificaretur, resuscitaretur & glorificaretur in corpore. Dixit C
enim, Pater saluifica me ex hac hora. Et alio loco, Pater
venit hora clarifica filium tuum. Itémque. Si fieri potest Marci. 14.
transfer à me calicem istum. *Supplicationésque*, pro corpo- Io. 2. 17
re suo mystico, puta pro suis electis dicens: Pater sancte ser Matt. 26
ua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut Ioan. 12
& nos. Et ad Petrum, Ego, inquit, pro te rogaui, vt non de-
ficiat fides tua. *Ad eum*, videlicet ad deum patrem. *Qui* Luce. 22.
posset saluum illum à morte facere, id est, qui Christum po-
tuit à morte eripere, ita vt non moreretur, quemadmo- Matt. 2
dum Christus testatur, An putas quia nó possum rogare pa
trem, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legio-
nes angelorum? Vel, posset saluũ illum à morte facere, id est,

D à morte resuscitare, quod & fecit tertio die. Pro qua salua-
tione Christus frequenter precatur in Psalmis, sicut cum ait,
Psal.21. Erue â framea deus animam meam, & de manu canis vni-
Luc.23 cam meã. *Cum clamore valido*, vel oris, vel cordis, id est, alta
voce & feruida intentione. *Et lach ymis* oculorum. *Offerens*
Psal.87 sicut in Psalmo, Oculi mei languerũt præ inopia. Et rursus.
Psal.34. Quasi lugens & contristatus sic humiliabar. Hoc accidit,
Luc.22 quando factus in agonia, prolixius orabat. Et quãdo in cru-
ce suspensus, omnium pereuntium damnationem ingratitu-
Ioan.21 dinémque deplanxit. Quamuis enim in Euangelio non le-
gatur hoc ipsum, propter authoritatem tamen Apostoli cer
tissimè est tenendum, quoniam multa fecit Iesus quæ non
sunt scripta. *Exauditus est*, quantum ad id, quod secundũ de-
E liberatã rationem optauit. *Pro sua reuerentia*, id est, propter
suæ personæ dignitatem, & operum suorum sanctitatẽ, qui-
Ioan.11 bus patrẽ in omnibus honorauit. Propter quod ait, Gratias
ago tibi pater, quoniam audisti me. Ego autem sciebã. quo-
Psal.21. niam semper me audis. Sed videtur obuiare quod in Psalmo
ait, Deus meus clamabo per diem, & nõ exaudies, & nocte,
& non ad insipientiam mihi. Et respondendum, quòd om-
nis oratio Christi absolutè loquendo exaudita fuit, omnis
videlicet quæ ex deliberata ratione seu integra voluntate
processit. Aliqua tamen oratio eius, secundum quid accepta,
videlicet in ordine ad appetitum naturalem, quo mortem
abhorruit, exaudita non fuit. Talis quippe oratio erat in-
F terpres naturalis desiderij, ad demonstrandam veritatem as
sumptæ naturæ, sicut cum dixit, Pater, aufer à me calicẽ istũ.
Luc.22 Sed quia adiecit, Non quod ego volo sed quod tu, constat
Matth.26 quòd oratio eius, simpliciter loquendo, prout ex ratione
Ioan.11. processit, fuerit exaudita. Ideo Martha professa est, Scio quia
Ioan.1. quæcunque poposceris à Deo dabit tibi deus. *Et quidem*
cum.i. quamuis *Esset filius* dei vnigenit⁹. *Didicit*, notitia expe
rimentali, non habituali, in qua nunquam profecit, nisi for-
tè ponamus in Christo scientiam acquisitam, à scientia infu
sa distinctam. *Ex his quæ passus est, obedientiam*. Virtutem
enim obedientiæ quam habitualiter sciuit, expertus est pa-
Philip.2 tiendo. *Et consummatus*.i. occisus quando & dixit, Consum
Ioan.19 matum est. Vel, consummatus, id est, perfectè glorificatus in
anima & corpore, in resurrectione & ascensione. *Factus est*
omnibus obtemperantibus, id est, obedientibus. *Sibi causa salutis*

æter næ

æternæ, quam salutem virtute sacramẽtorum consequimur, A
per quæ meritum dominicæ passionis nobis applicatur.

Appellatus à Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech.
Sic enim ait pater ad Christũ, Tu es sacerdos in ęternũ secũ *Psal. 109.*
dũ ordinẽ Melchisedech. Christus nanque non obtulit bru- *Ioan. 6.*
ta, sicut sacerdos legalis, sed corpus suũ & sanguinẽ sub spe- *Gene. 14*
ciebus panis & vini, quod significatum fuit per sacrificium
Melchisedech, qui obtulit panem & vinum. *De quo pontifice*
nostro. Christo filio dei. *Grandis*, id est, profundus & magn*
Nobis sermo est, & ininterpretabilis ad dicendum, i. difficulter
interpretabilis seu exponibilis, & penè exponi non valens
propter materiæ altitudinem, & item ob vestram incapaci-
tatem. Propter quod subditur. *Quoniam imbecilles*, id est, in-
firmi mente. *Facti estis, ad audienũ*, aure cordis tam profun- B
da mysteria. Aliqui textus habẽt, & ininterpretabilis, id est,
interpretatione indigens, quia ob suam difficultatem indi-
get expositione ingenti. Meritò autem dixi vos imbecilles.
Etenim cum deberetis magistri, id est, multum eruditi & spiri-
tualiter exercitati. *Esse propter tempus*, id est, eo quòd diu ad
fidem conuersi estis, & antè in lege atque prophetis instru-
cti fuistis. *Rursus indigetis*, sicut & antè indiguistis, *Vt vos do-*
ceamini quæ sint elementa, id est, principia prima. *Exordij*, id
est, simplicis doctrinæ, seu symboli fidei. *Sermonum dei*, id est
sacræ scripturæ, in qua doctrina & symbolũ fidei continen-
tur ac describuntur. Per elementa itaque exordij sermonis
dei intelliguntur prima & communia in fide, puta articuli
fidei, quos quilibet scire debet. Quemadmodum in natura- C
libus elementa dicuntur prima atque communia principia
ex quibus mixta componuntur. Et in grammatica literæ al
phabeti, quas primò pueri discunt, ex quibus syllabæ cõpo
nuntur elementa vocantur. Non est autẽ putandum, quòd
Hebræi conuersi tam rudes fuerunt, quòd fidei articulos ne-
scierunt, sed instrui indigebant circa intellectum eorum.
Et facti estis, id est, ad tantam inperfectionem redacti *Qui-*
bus lacte opus sit, id est, qui facili doctrina, & mediocri sermo
ne indigetis more infantium, qui lacte aluntur propter na-
turæ mollitiẽ. *Non solido cibo*, id est, perfecta atque sublimi
doctrina instrui non potestis. *Omnis enim qui lactis est parti-*
ceps, id est, cuius cibus & pars est tenera, rudis, & imperfecta
instructio. *Expers est sermonis iustitiæ*, id est, eruditione con-

D ueniente, perfectis (quæ & perfectionē inducit) priuatus est
Paruulus enim. i. imperfectus & puero similis *Est*. Vnde Co-
rinthiis dixit Apostolus. Tāquam paruulis in Christo lac vo-
1. Cor. 3. bis dedi, non escam. Et Esaias, Quem docebit dominus scię-
Esa. 2. 8. tiā, & quem intelligere faciet auditū? Ablactatos à lacte, auul-
sos ab vbere, Veruntamē nomine lactis interdū significatur
puritas seu dulcedo, vel simplicitas mētis. Sicque admonet
1. Petri. 2. Petrus, Quasi modò geniti lac concupiscite. *Perfectorū autē.*
id est, spiritualiū, virtuosorū, & contēplatiuorū hominū. *Est*
solidus cib⁹, spiritualis. i. mystica sapiētia, subtilis doctrina, iux-
1. Cor. 2. ta quod alibi dictū est, Sapientiam loquimur inter perfectos
Eorum qui pro consuetudine. i. ex vsu & habitu lectionis & in-
formationis, sanctęq; cōuersationis, quę maximè promere-
E tur sapiētiæ infusionem. *Exercitatos habent sensus*, id est, erudi-
tos, expertos & validos intellectus. *Ad discretionem boni ac*
mali, id est, ad distinguendum & separandū verum à falso, &
bonum à malo, prout dominus per Hieremiam ait, Si sepa-
Hiere. 15. ueris præcioſum à vili, quasi os meum eris. Denique in scri-
pturis frequēter ponitur sensus pro intellectu, vt est illud Io-
1. Ioan. 5 annis, Scimus quoniam filius Dei venit & dedit nobis sen-
sum, vt cognoscamus deū verum. Et Lucas quoque ait, Tūc
Lucæ. 14 aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

Cap. VI. *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem.*

ARTICVL. VI.

F POsita increpatione Hebræorū, subiungitur blanda ex-
Matth. 5. hortatio eorundem. *Quapropter*, videlicet quoniam
perfectorum est solidus cibus. *Intermittentes inchoationis*
Christi sermonem, id est, prima atque communia Christianæ
doctrinæ principia, vt sunt articuli fidei. *Ad perfectionem*,
id est, ad veram sapientiam & sanctam conuersationem.

Feramur, id est, moueamur, deo per gratiam nos intus ex-
citante, & proximo adiuuante, vel anima seipsam hor-
tante. Deinde ostendit Apostolus quæ sunt, quæ velit
iam prætermittere eo quòd spectent ad inchoationem ser-
Ioan. 15. monis Christi, tanquam fidei rudimenta, quibus nouelli
1. Cor. 3. in fide instrui habent, Sunt autem sex sicut patebit. *Non*
Matth. 3. *rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ*, id est, non iterum

tractantes de sacramento pœnitentiæ, quæ est primum fundamentum, quantum ad peccatores adultos, baptizatos, gratiam adipisci conantes, quæ pœnitentia est, *Ab operibus mortuis*. i. recessus ac dolor de peccatis, quæ interficiunt animam. Nec rursus iacientes fundamentum. *Et fidei ad deum*, id est, non iterum de ipsa fide (quæ est fundamentum virtutū) loquentes, videlicet de nuda ac simplici fide. Infrà tamen fit sermo prolixus de fide idonea atque perfecta. *Baptismatum doctrinæ*, id est, non denuò determinantes de baptismo Christianæ legis. Dicit autem pluraliter, baptismatum propter triplex baptisma, videlicet fluminis, flaminis, & sanguinis. *Impositionis quoque manuum*, id est, non iterum tractantes de sacramento confirmationis, in quo datur spiritus sanctus ad robur animæ per impositionem manuum. *Ac resurrectionis mortuorum*, id est, non de generali mortuorum resurrectione rursus agentes. *Et iudicij æterni*, id est, non de finali iudicio denuo pertractantes. Quod ideo appellatur æternum, quia effectus sententiæ iudicis, scilicet merces reddenda æternaliter durat. *Et hoc faciemus*, id est, prædicto modo procedemus, faciliora prætermittendo, & ad perfectionem tendendo. *Siquidem permiserit deus*, id est, si tempus viuendi, gratiamque adimplendi præstiterit. *Impossibile est enim eos &c.* Hoc tribus modis exponitur. Primo sic, ad perfectionem feramur, nec opinemur nos posse per baptismum sæpius emundari. Impossibile est enim eos. *Qui semel sunt illuminati*, id est, fidem & gratiam primò receperunt in fonte baptismatis. *Et gustauerunt donum cœleste*, id est, diuinæ pietatis effectum, videlicet peccatorum remissionem & consolationem internam experti sunt, *Et participes facti sunt spiritus sancti*, id est, septem dona spiritus sancti sortiti sunt: quæ omnia simul cum gratia gratum faciente infunduntur, & simul cum ea habentur atque perduntur. *Gustauerunt nihilominus bonum dei verbum*, id est, Christi dulcedinem secundum eius diuinitatē contemplando ad diligendo senserunt. De quo verbo pater testatur, Eructauit cor meum verbum bonum. Vel, bonum dei verbum, id est, euangelicæ doctrinæ sermonem: ita vt dicere valeant. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Illud quoque Hiere. Factus est sermo domini in corde meo quasi ignis exæstuans, clausus que ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens. *Virtutésque seculi*

A *Ezech. 11. Hebr. 11.*

B *Ioan. 5.*

C *Apoc. 2.*

Esa. 11.

Psal. 44.

Psal. 118. Hiere. 20.

D *venturi*, id est, cœlestes perfectiones, seu animæ & corporis dotes in patria habentes iam gustauerunt per spem seu aliquam prælibationem ac inchoationem. *Et prolapsi sunt*, id est, post tanta beneficia in vitia corruerunt. *Renouari rursus*, id est, spiritualiter regenerari *Ad pœnitentiam*, id est, ad gratiã pœnitendi, videlicet vt gratiam reparent per baptismũ. *Rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei*, id est, isti qui per baptismi iterationẽ resurgere putant à culpis, iterum quantum in ipsis est, & ad propriam damnationem crucifigunt Christum. *Et ostentui habentes*, id est, eum irridentes. Nam & crucifixoribus & irrisoribus Christi consimiles sunt. Cum enim in baptismo configurẽtur Christo passo atque sepulto, iuxta quod dictum est ad Romanos, Quicunque baptiRoma. 6 E zati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum & cætera. Dum ergo asserunt baptismum iterari posse, passionem quoque ipsius iterabilem fore protestari videntur.

Secundò exponitur de quocunque recidiuante, qui post prædicta beneficia in magna peccata prolabitur, & in his quodammodo habituatur. Non enim homo prędictas gratias experitur, nisi sit valde perfectus. Talis verò non subitò euacuatur, sed paulatim, donec penitus obtenebretur. Tales ergo ad pœnitentiam renouari, id est, iterum emenMatt. 12. dari & pœnitere impossibile, id est, difficile secundum quẽmodum peccata in spiritum sanctum dicuntur irremissibilia. Et Christus Iudæis dixit, Quomodo potestis loqui bona cum sitis mali? Sic enim apud Prophetam legitur, Si mutaF re potest Æthiops pellẽ suam, & vos poteritis benefacere. Hiere. 12. Huiusmodi quoque iterum crucifigunt sibi filium dei, quoniam quantum in ipsis est, causam suæ crucifixionis reiterant. Tertiò exponitur pro statu futuri seculi, vt sit sensus Ioan. 9. quòd prædicti renouari non possunt ad pœnitentiam post hanc vitam, secundum quod scriptum est: Venit nox quãdo nemo potest operari. Primus autem intellectus cõuenientior est. Apostolus enim loquitur Hebræis, amputans eis occasionem errandi circa baptismum, videlicet ne sic arbitrarentur repeti posse baptismatis sacramentum, quemadmoError Novatij diaconi. dum ablutiones & baptismata legis Moysi iterabantur. Denique ex præinductis verbis Apostoli, Nouatius Romanæ ecclesiæ diaconus sumpsit occasionem hæreticæ impietatis affir-

affirmans ſacramentum pœnitentiæ iterari non poſſe. Ad A
cuius erroris confirmationem aliqui adduxerunt q̃ ſcriptũ
eſt in Iob, Ecce hæc tribus vicibus operatur deus per ſingu *Iob.33.*
los. Et in libro Regũ, Si peccauerit vir in virũ, placari ei po- *1.Reg.2.*
teſt deus: ſi autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo?
Et multa ſimilia in ſcripturis habentur: vt cum ait Ioannes,
Eſt peccatum ad mortem, Non dico vt pro illo quis oret. *1.Ioan.5.*
Quę omnia prudenti indigẽt intellectu, ne verba vitæ & ve
ritatis fiant pabula mortis & falſitatis. Præterea quòd prædi
cto modo recidiuantes, vel rebaptizari volentes, non reno-
uentur ad pœnitentiam ſecundum expoſitiones prætactas,
oſtendit per ſimile: *Terra enim ſæpe venientẽ ſuper ſe bibẽs im*
brem, id eſt, humorẽ ſeu pluuiã ſibi deſuper incidentem con-
ſumens. *Et generans herbam opportunã*. i. fructum cõuenien- B
tem. *Illis à quibus colitur*, mediatè vel immediatè. i. agricolis,
ſeu poſſeſſoribus, qui eam faciunt arari & exerceri. *Accipit*
benedictionẽ à deo. i. deo eã fœcundante à ſuis cultoribus cõ-
mendatur, tanquam fructifera. Vel accipit benedictionem,
id eſt, fœcunditatem à Deo tanquam à prima principalíque
cauſa. *Proferens autẽ ſpinas & tribulos*. i. infructuoſa exiſtens,
Reproba eſt & maledicto proxima. i. reprobatur & tanquã ſte-
rilis maledicitur: *Cuius conſummatio*. i. fructificatio ſcilicet
ſpinarum ac tribulorũ productio. *Erit in combuſtionem*. i igni
tradetur. Spiritualiter terra iſta eſt homo, cuius anima acci-
pit imbrem ſuper ſe venientem. i. cœleſtis gratiæ vel ſapiẽtię
ſalutaris profluuium. Cùm autem producit herbam oppor- *Luc.8.*
tunam. i. opera virtuoſa, conuenientia illis à quibus colitur,
id eſt, angelis cuſtodibus & prælatis, ac prædicatoribus ac- C
cipit benedictionẽ, id eſt, gratiæ incrementũ à deo. Habenti *Mat.25.*
enim dabitur & abũdabit. Proferens autẽ ſpinas & tribulos,
id eſt, paſſiones acutas ac opera praua, reproba eſt: cuius cõ
ſummatio. i. finis erit in cõbuſtionẽ ignis ęterni, prout ſalua
tor ait, Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut pal- *Ioan.15.*
mes: & colligent eum, & in ignẽ mittẽt. Sed ne propter præ-
inductæ increpationis rigorẽ exaſperarentur, vel puſillani-
mes fierent, adiungit blandam conſolationem: *Confidimus*
autem de vobis dilectiſſimi meliora & viciniora ſaluti. i. perfe-
ctiora opera, & beatitudinis magis meritoria, vobis ineſſe
ſperamus, quã ſuperius inſinuaſſe videmur, vel quã ſint ſpi-
næ ac tribuli, quæ ſuffocãt verbũ dei. *Tametſi ita loquimur.*

D quamuis tam durè vos increpauimus, & rationabiliter ità confidimus. *Nō enim iniustus est deus*, cuius virtus iustitiæ initium est. *Vt obliuiscatur operis vestri*. i. per modū obliuiscentis se habeat, nō attendendo nec remunerādo vestra opera bona. *Et dilectionis*, dei ac proximi. *Quam*, intus latentem, *Ostendistis*, foris per actus charitatiuos. Nam exhibitio operis probatio est charitatis. Ideo dicit quoq; saluator. Si quis diligit me, sermones meos seruabit. *In nomine ipsius*. i. propter amorem dei, & gloriam eius. *Quia ministrastis*. i. necessaria vitæ præbuistis & obsequia congrua impendistis. *Sanctis*, id est, fide & opere Christianis. *Et ministratis*, eis perseverando in opere inchoato, sicut & Galatis iam dictū est: Per charitatē seruite inuicem. *Cupimus autem*, zelo vestræ salutis accensi. E *Vnumquemque vestrūm eandem ostētare sollicitudinem*. i. præmemoratam sollicitam ministrationē frequenter ostendere. *Ad expletionem spei*, id est, ad adipiscendum bonū æternum, præmiúmque cœleste speratum, videlicet propter consequutionē veræ fœlicitatis, quæ est expletio, id est, actuatio spei. Ostentare inquā, *Vsque in finem*, vitæ præsentis. Qui enim perseuerauerit vsque in finē, saluus erit. *Vt non segnes*. i. pigri ac tepidi. *Efficiamini*, prout in Apoc. cuidam imperatur. Habeo aduersum te quòd charitatem tuam primā reliquisti. Et in eodē libro. Vtinam calidus esses aut frigidus. *Verū*, id est, sed, *Imitatores eorum*, efficiamini, *Qui fide & patientia* i. merito seu actibus fidei atque patiētiæ. *Hæreditabūt promissiones*. i. promissa cœlestia hæreditariè possidebunt, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor capere valet. F Quòd autē factę sint hominibus promissiones diuinę deinceps ostenditur. *Abrahæ nanque promittens deus*, bona terrena atque cœlestia scilicet possessionem terræ Chanaam dandam semini suo, & omnes Gentes benedicendas esse in semine suo, videlicet benedictione salutis æternæ. *Quoniam neminem*, id est, nullum, *Habuit per quem iuraret maiorem*. Nil enim maius seu dignius Deo est, per quod possit Deus iurare. *Iurauit per semetipsum dicens. Nisi benedicens benedicam te*, id est, in spiritualibus ac temporalibus bonis copiam tibi præstabo: quod si non fecero, non mihi credatur, nec æstimer Deus. *Et multiplicans multiplicabo te*, id est, multos ex te filios procreabo. De hoc legitur in Genesi, quemadmodum deus iurauerit Abrahæ, quòd semē eius esset sicut stel-

Ioan. 4.
Gala. 5.
Mat. 24.
Apoc. 2.
Apoc. 3.
Esa. 64.
1. Cor. 2.
Gene. 12.
Gene. 15.
Gala. 3.

læ cœli, & ſicut arena maris. *Et ſic* Abraham, *Longanimiter* A
ferens, id eſt, diu patienter expectans. *Adeptus eſt repromiſ-*
ſionem. i. bona promiſſa, videlicet vitam æternam, & reliqua
iam expreſſa. Cur autem deus iurauit, ſubiungitur, ſcilicet ad
condeſcendendum infirmitati humanę. *Homines enim per*
maiorem ſui i. per aliquem verè vel opinatiuè digniorem. *Iu-*
rant. Confirmatio nanque non fit, niſi per aliquod certius
atque ſtabilius. Idololatræ verò iurãt per idola, quibus ipſi
digniores ſunt. Ipſi tamen idola ſua deos eſſe putãtes, arbi-
trantur ſe idolis inferiores. *Et omnis controuerſiæ eorum finis*,
id eſt, terminatio totius altercationis hominũ. *Eſt iuramẽtũ*.
valens ad cõfirmationẽ eius quod dicitur, cui aliter nõ cre-
deretur, niſi iuraméto firmaretur. *In quo*, hoc eſt, per quod
iuramentum Abrahæ factum. *Abundantius volens Deus o-* B
ſtendere pollicitationis ſuæ hæredibus, id eſt, electis diuinas
promiſſiones æternaliter poſſeſſuris, videlicet Abrahę & ſe-
mini eius. *Immobilitatem conſilij ſui*. inuariabile propoſitum
ſapientiæ ſuæ, ſeu conſilium ſuum immobile de ſaluandis.
Conſilium enim Dei immobile eſt. Et quamuis Deus mutet
ſententiam, non tamen conſilium. Dum ergo conſilium dei *Eſa.46.*
iuramento firmatur, multum abundanter oſtenditur homi- *Hiere.32.*
nibus immobilitas diuini conſilij. Ideo ſubditur, *Interpo-* *Gene.22.*
ſuit iuſiurandum, id eſt, ſermoni quem habuit ad Abrahã mi-
ſcuit iuramentũ. *Vt per duas res immobiles*, id eſt, per immo-
bilitatem diuini conſilij, & infallibilitatem diuini iuraméti.
Quibus impoßibile eſt mentiri deum, qui eſt prima totius veri-
tatis menſura, & veritas ipſa. *Fortißimum ſolatium*, id eſt, iu-
cundam atque præcipuam ſecuritatem ſiue fiduciam. *Ha-* C
beamus de adeptione promiſſorum bonorum. *Qui confugi-* *Pſal 28.*
mus, ad deum, dicentes: Domine refugium factus es nobis. *Gala.5.*
Ad tenendam propoſitam ſpem. i. ad firmiter conſeruandã fu-
turæ beatitudinis expectationẽ *Quam* ſpem. *Sicut anchorã*
habemus animæ tutã ac firmã, id eſt, quomadmodũ anchora
corporalis tenet nauim in fluctib⁹ fixã, ne mergatur aut de-
fluat, ſic ſpes eſt ſpiritualis anchora animæ tuta & firma, id
eſt, ſecura & fortis, quoniam tenet animam inter proſpe-
ra & aduerſa in domino, fixam atque illæſam. Vnde in li-
bro Machabæorum habetur, Omnes qui ſperãt in domino, *2. Mac.2.*
non infirmantur. Et in Pſalmo, Sperent in te, qui nouerunt *Pſal.9.*
nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te do- *Rom.1.*

D mine. *Et incidentem*, id est, tendentem & non introducentē. *Vsque ad interiora velaminis*, id est, vsq; ad patriam beatorū, quam modò nō cernimus nisi fide, de cuius ratione est quędam obscuritas seu veritatis velamen. Interiora ergo velaminis sunt secreta cœlestia seu beatitudo futura iam nobis velata. Inter ecclesiā quippe militātem, ac triumphantē interpositum est velamen. *Vbi*, hoc est, quæ secreta patriæ. *Præcursor pro nobis*, id est, ad nostrā vtilitatē. *Introut*, in ascensione, videlicet *Iesus*, qui exultauit vt gygas ad currendam viā, &c. & ante nos festinauit ad patriam. *Secundū ordinem Mel*
Psal. 18. *chisedec pontifex factus in æternum*. Hæc verba iam dicta sunt
Psal. 109. atque exposita.

Cap. VII. *Hic enim Melchisedec, rex Salem, sacerdos dei summi, & cætera.*

ARTICVLVS VII.

E SVperius dixit apostolus grandem sibi esse sermonem ad dicendum de Christo. Hunc ergo sermonem nunc prosequi incipit, manifestans excellētiam sacerdotij Christi, cōparatione sacerdotij Leuitici seu legalis. Iam quippe plenius docet, quemadmodum Christus sit sacerdos secundum or-
Ibidem. dinem Melchisedec, non secundum ordinem Aaron. Itaque rationem assignans cur dixerit Christum esse pontificem in æternum secundum ordinem Melchisedec, ait. *Hic enim Mel*
Gene. 14. *chisedec rex Salem*, Secundum Hebræos Melchisedec fuit primogenitus Noë, alio nomine dictus Sem, quem dicunt habuisse tempore natiuitatis Abrahæ trecentos & nonaginta
Gene. 25. annos, vixisseq; eum vsque ad tempora Isaac: imò & Iacob.
Gene. 14. Quod enim in Genesi legitur Rebeccam transisse ad consulendum dominum super filiis, quos in vtero habuit, dicūt
F quòd ad Melchisedec pro consilio iuerit. Denique per Salem Isidorus intelligit Hierusalem, quæ alio nomine dicta est Salem. Quam asserit à Melchisedech primò ædificatam, regnasseque eum in illa Probabilius tamen est dictum sancti
Hierony. Hieronymi asserētis Salem fuisse oppidum terræ seu regionis Sychem, quod nūc vsque Salem vocatur. Vbi ex magnitudine ruinarum palatium Melchisedech demōstratur. Vn-
Ioan. 3. de legimus de Ioanne baptista, Erat Ioānes baptizās in Aenon iuxta Salem. *Sacerdos dei summi*, non idolorum, quorū tunc viguit cultus. Tempore enim legis naturæ primogeniti fuerant sacerdotes. *Qui obuiauit*, id est, occurrit *Abrahæ*,

sibi

sibi propinquo. *Regresso*, id est, redeunti. *A cæde*, id est, A
percussione *Regum*. Legitur enim in Genesi, quomodo qua-
tuor reges impugnauerũt quinque reges, sub quorum vno, *Gene.14.*
videlicet sub rege Sodomæ habitauit Loth, qui à quatuor re
gibus captiuus abductus est quinque regibus superatis. Quo
audito, Abraham collectis trecentis & octodecim vernacu-
lis suis, insecutus est quatuor reges, quibus deuictis & præ-
da excussa reduxit nepotem suum Loth. *Et benedixit Mel-*
chisedec ei videlicet Abrahæ, dicens, Benedictus Abraham
Deo excelso. *Cui & decimas*, id est, decimam partem.
Omnium spoliorum quæ de regibus sumpta fuerunt *Diui-*
sit Abraham, tanquam maiori ac sacerdoti præcipuo. Et
quoniam Melchisedech præstitit Abrahæ spiritualia eum
benedicendo, ideo Abraham reddidit ei temporalia bona. B
Deinde ostenditur quòd Melchisedech rectè figurauerit *Psal.109.*
Christum. *Primum quidem*, hoc dico de Melchisedech.
Qui interpretatur, id est, cuius nomẽ interpretatur. *Rex iusti-*
tiæ. Dicitur enim à Melchos, quod est rex, & Sedec. id est, iu
stitia, quasi rex iustitiæ. *Deinde autem* vocatus est *Rex Sa-*
lem quod est, interpretatum, *Rex pacis*, propter vtrũque isto-
rum significat Christum, de quo ait Psal. Orietur in diebus *Psal. 71.*
eius iustitia, & abundantia pacis. Iustitia nanque & pax se
concomitantur: iuxta illud Esaiæ, Erit opus iustitiæ pax: *Esa.32.*
Melchisedec, in quam, existens. *Sine patre, sine matre*, non
quia non habuit, sed quia scriptura non exprimit in figu-
ra Christi, qui fuit sine matre in cœlo, secundum naturam
diuinam: & sine patre in terra secundum naturam huma-
nam. *Sine genealogia*, id est, generatione seu prole, vel C
quia non habuit, vel quia scriptura hoc subticet. *Neque*
initium dierum, neque finem vitæ, habens secundum sensum
prætactum, videlicet quia non describitur ortus vel occasus
vitæ eius. Et hoc in figura Christi, quia secundum diuinam
naturam æternus est. Ex his videtur stare non posse dictum
Iudæorum, quòd Melchisedec fuit Sem. Parentes enim &
genealogia atque initium dierum Sem describuntur in Ge- *Gene.10.*
nesi, Nisi fortè dicatur, quod scriptura non dicit hæc de eo
sub nomine Melchisedec. Apparet præterea quòd aliter di-
cit, vt dicatur Melchisedec fuisse sine patre & matre. Quia
ob nimiam eius senectutem nemo tempore senectutis Mel-
chisedec, noticiam seu memoriam habuit parentum eius. Et

D similiter modo dicitur sine initio & fine dierum, sicut de re vl-
tra solitum cursum durante, dicimus quòd nunquam cessa-
bit. Sed tunc latius obiici posset, quòd similiter ratione illi qui
ante diluuium erant, & multo diutius isto Melchisedec vi-
xerunt, possent dici sine patre & matre, &c. Ad quod facilè
respondetur, quòd tunc consuetum erat homines tam diu
viuere, non autem post diluuium. Vnde & dominus dixit,
quòd anni humanæ vitæ essent exinde centũ viginti. *Assi-
milatus autem*, Melchisedec iste in omnibus iam prædictis,
vt tactum est, *Filio dei, manet sacerdos in perpetuum*. Hoc de sa
cerdotio Melchisedec dicitur, quoniam finis eius in scriptu
ra non enarratur, nec aliquis ipsi Melchisedec successisse de-
scribitur, quod totum fit in figura Christi, ac sacerdotij eius.
E Adhuc autem ostẽdit Apostolus, dignitatem ipsius Melchi-
sedec, excellentiámque sacerdotij eius, vltra sacerdotiũ Le-
Genc. 14. uiticum. *Intuemini autem*, i. solerter pensate, *Quantus*, i. quàm
dignus *Sit iste* Melchisedec, *Cui & decimas dedit de præcipuis*,
Exod. 29. id est, de melioribus rebus. Vel de prçcipuis, id est, vnus prę-
cipuorum seu digniſſimorũ hominum, scilicet, *Abraham
patriarcha*, id est, princeps patrũ, qui decimas dando cogno
uit se inferiorẽ ei cui decimas dedit. Insuper præfert ipsum
Melchisdec Leuitis. *Et quidem de filiis Leui sacerdotium acci-
pientes*, id est, filij Aaron nati ex filiis Leui fungentes sacerdo
tio secundum legem. *Mandatum habent*, in lege *Decimas
Num. 12.* *sumere à populo*, id est, ab inferioribus, non ab excellentiori-
bus. Et hoc *Secundũ legem, id est à fratribus suis*, puta Iudęis
& etiam ab inferioribus Leuitis. Inferiores enim Leuitæ sa-
F cerdotibus decimas dabãt, in signum suæ subiectionis. Hæc
autem decima vocabatur decima decimæ, quia de decimis
sibi datis decimas persoluerunt. *Quanquã & ipsi*, fratres sa-
cerdotum puta Iudæi omnes ferè, & inferiores quoque Le-
uitæ. *Exierint de lumbis Abrahæ*, id est, de semine eius nati
sunt, quemadmodũ sacerdotes. Quasi dicat: Sacerdotes, aliis
pares sunt genere, sed maiores sunt sacerdotij authoritate.
Mala. 3. Nõ ergo Iudęi dedissent sacerdotibus decimas, nisi propter
excellentiam sacerdotum, quam ex diuina ordinatione ha-
bebant. Ergo Abraham decimas dedisset Melchisedec, nisi
maior eo fuisset. Et quoniam iste Melchisedec à tam excel-
lenti patriarcha, sine legis mandato quasi propria authori-
tate, decimas sumpsit, constat quòd eius sacerdotium ex-
cel-

cellentius sit sacerdotio Leuitico. *Cuius autem generatio non annumeratur in eis.* i. Melchisedec, cuius generationem scriptura non recitat, qui etiam nō fuit de semine Abrahæ, sicut Iudæi, à quibus Leuitæ decimas acceperunt. *Decimas sumpsit ab Abraham*, tāquam ab inferiori. Ergo maior fuit eo & posteris eius. Cuius aliam rationem subdit, Apostolus. *Et hunc*, Abraham patriarcham, *Qui habebat repromissiones*, id est, cui Deus multa promisit, videlicet, quòd in semine eius benedicerentur omnes gentes, & ipse in bona senectute moreretur. *Benedixit*, ipse Melchisedec dicens, Benedictus Abrahā Deo excelso. *Sine vlla autem contradictione*, id est, nullo negante. *Quod minus est*, id est, inferius. *A meliore*, id est, à sublimiori. *Benedicitur*. Benedicēs enim inter Deum & eum qui benedicitur medius est. Quod intelligendum est de benedictione cōsecrationis. Ergo Melchisedec maior fuit quàm Abraham. Tertiam quoque rationem ad idem subdit Apostolus. *Et hic quidem*, in sacerdotio Leuitico. *Homines morientes*, id est, sacerdotes mortales, per mortem sibi inuicem succedentes. *Decimas accipiunt* à Iudæis. *Ibi autem*, id est, in ipso Melchisedec. *Contestatur*, scriptura. *Quia viuit*, ipse Melchisedec. Quoniam nil dicit de morte ipsius, quasi sit sine fine dierum. Quod fit in figura Christi pontificis nostri, cuius sacerdotium discernitur à sacerdotio Leuitico per Melchisedec. Hæc verba quidam male intelligentes, dixerunt Melchisedec, immortalem fuisse. Patet ergo quòd sacerdotium Melchisedec, dignius erat sacerdotio Leuitico. *Et vt ita dictum sit*, id est, sic loquendo, videlicet per figuram, quæ appellatur Synecdoche. *Per Abraham*, dantem decimas ipsi Melchisedec. *Et Leui.* i. ordo sacerdotum Leuiticorū. *Qui decimas accepit*, secundū legem à populo Israël. *Decimatus est.* i. decimas dedit sacerdoti Melchisedec. Et rectè dixi quòd Leui per Abraham seu in Abrahā, non per seipsum decimas dedit, quoniam nōdum erat. *Adhuc enim in lumbis patris* sui, videlicet Abrahæ. *Erat.* Leui, *Quādo obuiauit ei*, scilicet Abrahæ, ipse. *Melchisedec.* Per lumbos autem significat Apostolus membra in quibus est semen, id est, virtus generatiua. Quēadmodum ergo Adam peccante omnes peccauimus, qui eramus in lumbis eius: sic Abraham dante decimas, Leui & cæteri existentes in lumbis eius, decimas præstiterunt. Ideo inferiores fuerunt ipso Melchisedec, quia dās decimas

A *Num.* 18

Gene. 22.

Gene. 14.

B

Ibidem.

Psal. 109.

C

Gene. 18

Num. 18

D inferior est recipiente. Non tamen Christus in Abrahã decimatus est, sicut nec in Adam peccauit, quamuis fuerit in lumbis amborum. Fuit nempe in lumbis Adæ ac Abrahæ, alio modo quàm cæteri, vt puta tantum secundum corporeã
Lucæ. 1. substantiam, non secundum rationem seminalem, quia non fuit conceptus naturali virtute feminis, sed supernaturali potentia sancti spiritus. Sacerdotiũ ergo Melchisedec dignius sacerdotio fuerat Leuitico, non autem sacerdotio Christi aut Christiano. Deinde probat Apostolus, quòd sacerdotium Christi præstantius sit sacerdotio Leuitico, ipsúmque euacuet, & per consequens legem veterem cessare faciat. *Si ergo consummatio*, id est, hominum perfectio. *Per sacerdotium Leuiticum erat*, id est, si sacerdotiũ illud legale in se perfectũ
Exod. 14. aliósque perficiens fuit. *Populus enim* Israël *sub ipso*, sacerdotio. *Legem accepit*, in monte Sinai. Vetus enim lex ministrata
E est populo Israël per sacerdotes Leuitici generis. Quoniam ergo populus sub illo sacerdotio legẽ accepit, indiguit perfici illo sacerdotio. Ideo rectè quæsiui an consummatio per sacerdotium Leuiticum erat. Si ergo sic fuit. *Quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedec alium*, ritu ac tribu, *Surgere sacerdotem*, videlicet Christum, qui non est sacerdos ex tribu Leui descendens, nec ritum legalium sacerdotum obseruans? *Et non secundum ordinem Aaron dici.* id est, Christum non appellari sacerdotem secundum ordinem Aaron, sicut vocatus est sacerdos secundum ordinem Melchisedec? quasi dicat Apostolus, Si per sacerdotium Leuiticũ potuissent homines à peccato purgari, & gratia perfi
F ci, non prædixisset scriptura alium sacerdotem surrecturum non secundum ordinem Aaron, sed Melchisedec. Aliâs nãque sacerdotium huius superfluum esset. Cum ergo scriptu-
Psal. 109. ra prænunciauerit Christum fore sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, constat quòd sacerdotium Leuiticum fuerat imperfectum ac figuratiuum. Propter quod aduenien te sacerdotio Christi cessare debebat, quemadmodum figura & imperfectum cessant aduenientẽ re figurata atque perfecta. Porrò, quòd frustra alius sacerdos surgeret, si sacerdotium Leuiticum consummaret, declarat Apostolus. *Trãslato enim sacerdotio necesse est vt & legis translatio fiat.* Lex nãq; & sacerdotium simul sunt, & se concomitantur, nec vnum prodest sine officio alterius. Ideo quod de vno dicitur, de

alio

alio intelligitur: vnde vno mutato, aliud quoque mutatur. A
Quoniá ergo teſte ſcriptura ſurgit alius ſacerdos, à ſacerdotibus legalibus, ſcilicet Chriſtus, de quo ſcriptum eſt, Tu es ſacerdos inæternum ſecundum ordinem Melchiſedec: liquet quòd lex vetus per Chriſtum ceſſauerit. Ceſſationem verò legalis ſeu Leuitici ſacerdotij adhuc probat apoſtolus, eò quòd Chriſtus non ſit de tribu Leui. *In quo enim hæc dicuntur*, id eſt, Chriſtus de cuius perſona iſta, de ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedec, recitantur. *De alia tribu*, quàm ſit tribus Leui. *Eſt*, ſcilicet de tribu Iuda. *De qua nullus altario præſto fuit*, id eſt, nemo ad miniſterium altaris acceſſit. Quòd autem de alia tribu ſit Chriſtus, oſtenditur. *Manifeſtatum eſt enim quod ex Iuda*, patriarcha. *Ortus ſit dominus noſter*, Ieſus Chriſtus. Virgo enim Maria (ſicut & Ioſeph) de tribus Iuda proceſſit. Vndæ in Apocalypſi habetur, Vicit leo de tribu Iuda. *In qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes loquutus eſt*, ſcilicet vt aliquis de tribu Iuda eſſet ſacerdos legalis.

Ibidem. *Acto. 15.*

Gene. 49. B *Lucæ. 1.* *Matt. 1.* *Apoc. 5*

Et amplius, id eſt, alia ratione. *Adhuc manifeſtum eſt*, quod in præcedente ratione oſtẽſum eſt, ſcilicet quòd ſacerdotiũ Leuiticum ſit tranſlatum. *Si*, pro quia. *Secundum ſimilitudinẽ*, hoc eſt, ritum & ordinem. *Melchiſedec exurgat alius ſacerdos*, videlicet Chriſtus, ſicut ſcriptura prædixit, qui ſub ſpeciebus panis & vini corpus ſuum & ſanguinem dedit diſcipulis, ſicut Melchiſedec panem & vinum obtulit. *Qui* Chriſtus. *Non ſecundum legem mandati carnalis*, id eſt, non ſecundum inſtitutionem legis Moſaicæ carnalia præcipientis. *Factus eſt*, ſacerdos. Non enim fuit de tribu Leui, nec legalia ſacrificia immolauit. *Sed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis*, i. poteſtate diuina qua dat ſuis electis vitam inſolubilem ſeu æternam. Diuina enim virtute ac ordinatione factus eſt Chriſtus ſacerdos. Quòd autem Chriſtus ſit ſacerdos ſecundũ ſimilitudinem Melchiſedec probat. *Conteſtatur enim*, Dauid in Pſalm. *Quoniam tu*, Chriſte. *Es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati*, id eſt, nũc tempore gratiæ vetus lex reprobatur, ſeu euacuata docetur, ita vt non liceat eam ſeruari. *Propter infirmitatem*. i. propter imperfectionẽ quam habuit quando ſtetit. Non enim plenè iuſtificauit, nec ad beatitudinem introduxit, eò quòd non cõtinuit gratiam. *Et*, etiam propter, *Inutilitatem eius*, pro tempore gratiæ. Iam enim eius obſeruan-

1. Cor. 1. 1 *Ioan. 6* *Gene. 14.* C *Ioan. 10* *Pſal. 109.* *Acto. 15.*

D tia nil confert, nec ad gratiá præparat, sed potius obest. *Ni-*
Roma.3 *hil enim ad perfectionem adduxit lex.* i. propria virtute nullum ad perfectionem perduxit: imò nihil operabatur ad perfectionem internam, quia non continuit gratiam. Non enim sacramenta eius gratiam continebant, quemadmodum sacramenta nouæ legis, quæ ratione suorum sacramentorum dicũtur gratiam cõtinere atque præstare. Quamuis ergo lex perfectionem præcepit per mandata moralia, non tamẽ virtutem implendi donauit. Idcirco sua virtute nullum perfecit. Et quamuis multi in veteri lege erant perfecti, hoc tamẽ non fuit per legem, sed fidem & gratiam Christi tunc venturi. Eluceſcit itaque quòd lex etiam quo ad præcepta moralia non adduxit ad perfectionem sua virtute. Propter quod dictum est ad Galatas, Si data esset lex quæ posset iustificare,
Galat.3 E verè ex lege esset iustitia. *Introductio verò melioris spei*, id est, exhibitio spei nobis à Christo proposita, qua non terrena,
1. Petri. 1. sed cœlestia bona expectamus, est. *Per quam*, id est, cuius vir
Ioan. 1. tute, *Proximamus ad Deum*, id est, ad Deum accedimus, acqui
Roma.3 rendo perfectionem gratiæ in præsenti, & perfectionem glo
Psal. 109. riæ in futuro. Hæc enim est vera atque formata spes, quæ nõ cõfundit, sed saluat. Insuper probat Apostolus sacerdotiũ Christi firmius ac dignius esse sacerdotio Leuitico, quoniam Christus institutus est sacerdos à deo cũ iureiurãdo. Sacerdotes verò legales sine iureiurando, seu iuramento diuino. *Et quantum est*, id est, illud quod de sacerdotio Christi perhibetur. *Non sine iureiurando*, factum est, nec intelligendum sine eo. *Alij quidem*, puta leuitici sacerdotes non in perpetuũ
F duraturi. *Sine iureiurando.* i. sine confirmatione diuini iura-
Exod.28. menti. *Facti sunt sacerdotes.* Vnde in Exod. vbi de ordinatione sacerdotum legalium agitur, nullũ interponitur iuramentum. Sic quippe dominus ait ad Moysen, Applica fratrẽ tuũ cũ filiis suis de medio filiorũ Israël, vt sacerdotio fungantur mihi. *Hic autẽ*, videlicet Christus sacerdos effectus est secundum assumptã naturam. *Cũ iureiurãdo*, per eũ. i. ab eo, puta à Deo patre. *Qui dixit ad illum*, in Psal. *Iurauit dominus*, primò haud dubium, quin per seipsum. *Et non pœnitebit eum*, iurasse: nũquam enim pœnitet de eo quod semel decretũ est in suo æterno cõsilio, quamuis interdum pœniteat. i. per modũ pœnitentis se habeat, mutando factũ, seu variando sententiam.
1. Reg. 15. Vnde in libro Regum legitur. Porrò triumphator in Israël

non

nō parcet,& pœnitudine non flectetur. Neque enim homo est,vt agat pœnitētiam. *Tu es sacerdos in æternum*, in quo patet inuariabilitas sacerdotij Christi. *Intantum*.i. tā multum sicut sacerdotium Christi præfulget sacerdotio legali, videlicet,quod est æternum & iuramento firmatum. *Melioris testamēti*.i.perfectioris legis. *Sponsor*.i.assertor. *Factus est Iesus*. Docuit enim euangelicam legem seu nouum testamentum, quod veteri testamento vehementer præfertur. Promittit nanque bona æterna, gratiam continet, & ad fœlicitatem, quæ finis est legis,introducit. Vel sic, Melioris testamenti.i. præstantiorum bonorum puta cœlestium,spōsor & promissor factus est Iesus. Qui in exordio suæ prædicationis,pœnitentiam,inquit, agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Nomine autem testamenti interdum exprimitur bonum,quod per testamentum præstatur. Vetus verò testamē tum spondebat terrena. Præterea agit Apostolo. de vnitate sacerdotij Christi. *Et alij quidem*,Leuitici generis. *Plures facti sunt sacerdotes*,summi,sibi inuicem succedentes. *Secundum legem*,quæ præcepit filium succedere patri in sacerdotio. *Id circo quòd morte*.i.per mortem. *Prohiberentur permanere* i.iugiter viuere. *Hic autem*,Christus. *Eo quòd maneat in æternum*, non solùm secundum diuinitatem, sed & secundum humanā naturā post resurrectionem. Vnde Iudæi dixerūt. Nos audiuimus ex lege,quia Christus manet in æternum. *Sempiternū habet sacerdotium*. Ex his elicit apostolus efficaciam sacerdotij Christi. *Vnde*.i.propter sempiternitatem sacerdotij sui, *Et saluare*.i,salutē cōferre. *In perpetuum potest*,videlicet quādiu est aliquis saluandus. Vel saluare in perpetuum.i. perpetuam beatitudinem dare. *Accedens*,spirituali accessu. *Per semetipsum*.i.in propria persona,secundum quod homo,non per aliquem mediatorem seu aliam hostiam,ad Deum patrē,tanquam aduocatus noster ac mediator. *Semper viuens*.i. vigorosus ac viuax existēs. Resurgens enim ex mortuis,iam non moritur. *Ad interpellandum pro nobis*. Quomodo autem conueniat Christo interpellare.i.orare pro nobis diligēter tractatum est ad Romanos, vbi hæc eadem verba ponit Apostolus. Quod verò Christus sit idoneus ad interpellandum pro nobis, deinde ostenditur. *Talis enim*,sicut subscribitur, *Decebat vt nobis*,id est,ad nostram salutē procurandā. *Esset pontifex*,vtpote. *Sanctus*,in anima per omnis culpæ carentiā,

A
Dauic.2.
B
Matth.4.
Epist.
Num.20.
Ioan.12
C
Apoc.1
Roma.6
Roma.8

D *Innocens*, quantum ad alios, quia non est inuentus dolus in ore eius. *Impollutus* corpore. *Segregatus à peccatoribus*, id est, à grege iniquorum remotus, nunc loco & opere. Veruntamen Christus in hac vita non erat corporaliter à peccatoribus segregatus, nec eos vitauit. Nam cum pharisæi dixissent discipulis, Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat & bibit magister vester? Christus respondit, Non indigent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Opere tamen & consensu separatus fuit ab eis. *Et excelsior cœlis factus.* Ascendit enim super omnes cœlos, & vniuersis creaturis cœlestibus dignior est: quoniam pater omnia subiecit sub pedibus eius. Qui Christus. *Non habet quotidie necessitatem*,
E *quemadmodum sacerdos*, legalis necessitatem habebat. *Prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo*, id est, populi delicto expiando. Hoc namque erat imperfectionis in sacerdotibus veteris testamenti, qꝑ prius pro propria reconciliatione hostias immolabant. Sed Christus qui peccatum nõ fecit, talis nõ fuit, nec indiget quotidie offerre pro populo hostiam. *Hoc enim fecit semel* hoc est, vna vice obtulit hostiam pro populo. *Seipsum offerendo*, Deo patri in ara crucis pro nobis. Quæ hostia tantę est dignitatis, vt pro omniũ peccatis sufficientissima fuerit, ideo non indiget iterari. Sed sacrificia legis propter insufficientiam suam iterabantur quotidie. Ideo sequitur. *Lex enim*, Mosaica. *Homines*, de semine Aaron *Constituit sacerdotes infirmitatem*, peccandi
F ac moriendi. *Habentes*, qui & peccabant sicut & cæteri, ideo pro seipsis indigebant offerre. *Sermo autem iusiurandi*, id est, sermo Dei iuramento firmatus, seu iusiurandũ sermone prolatum. Qui sermo. *Post legem*, id est, legislationem in monte Sinai factam *Est*, dictus per Dauid in Psal. vbi dicitur, Iurauit dominus & non pœnitebit eum. *Filium*, Dei incarnatum constituit sacerdotem *Perfectum*, id est, plenum gratiæ & veritatis. *In æternum*. Christus enim secundum diuinam naturam est simpliciter perfectus, quemadmodum pater: Secundum naturam verò humanã tantæ extitit perfectionis, quantam capere potest natura creata, quia non ad mensuram dat deus spiritum homini Christo.

Esa. 53 *Finis.* *Exod. 24.* *Psal. 109.* *Ioan. 1* *Ioan. 3*

Cap. VIII. *Capitulum autem super ea quæ dicuntur.*

ARTICVLVS. VIII.

Multis


MVltis iam de dignitate ſacerdotij Chriſti præmemo A
ratis: nunc ſummatiè breuiterque perſtringit apoſto- *Pſal.8.*
lus ea quæ materiam iſtam concernunt, oſtendens etiam e-
minentiam ſacerdotij Chriſti, ratione ſacerdotalis officij.
Capitulum autem, id eſt, breuis multorum complexio. Capi-
tulum nanque à capite nomen ſortitur, quoniam ſicut in ca
pite omnes ſenſus vigent & continentur, ſic capitulum to-
tam ſummam breuiter comprehendit Itaque capitulum, *Su* *Hebr. 1.*
per ea, id eſt, de his. *Quæ dicuntur*, de ſacerdotio Chriſti, eſt
hoc quod immediatè ſubiungitur, vbi & capitulum incipit.

Talem habemus pontificem qui conſedit id eſt, ſimul cum pa
tre ſedit ab hora aſcenſionis ſecundum humanitatem, ſe-
cundum diuinitatem verò à principio, *In dextera ſua*, id eſt,
throni vel potius ſedentis. *Magnitudinis*, id eſt, paternæ ma- B
ieſtatis, ſeu dei patris. *In cœlis*, id eſt, in cœlo empyreo cœli-
que ciuibus. Quomodo autem conueniat Chriſto ſecundũ
vtranque naturam ſedere ad dexteram patris, in expoſitio-
ne primi cap. huius epiſtolæ dictum eſt plenius. *Sanctorum*
miniſter, id eſt, ſacrorum Dei donorum, videlicet gratiæ
in præſenti, & gloriæ in futuro, miniſtrator ſeu dator inſtru
mentalis, ſecundum quod homo. Ipſis etiam ſanctis diſcipu
lis ſuis Chriſtus miniſtrauit in terra. Iuxta illud, Ego in me *Luce 22.*
dio veſtri ſum, ſicut qui miniſtrat. Sanctis quoque in pa- *Luce. 12.*
tria miniſtrat vitam æternam, ſecundum quod ſcriptum eſt,
Præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit eis. Hæc eſt ſeruitus di-
gnationis, non ſubiectionis, qua & angeli miniſtrant homi
nibus. *Et tabernaculi veri*, id eſt, eccleſiæ militantis ſeu trium-
phantis, de qua legitur in Apocalipſi: Ecce tabernaculum C
dei cum hominibus & habitabit cum eis. Item in Pſalmo *Heb.1.*
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quod aliud ni *Apo.21.*
hil eſt, niſi electi & ſancti, quorum Chriſtus miniſter eſt, ſe- *Pſal 4.*
cundum ſenſum iam tactum. Venit enim filius hominis mi-
niſtrare non miniſtrari. *Quod fixit*, id eſt, gratia atque virtu- *Mat.20.*
tibus ſtabiliuit. *Deus*, qui ſolus hoc poteſt videlicet mentes
electorum per gratiam figere. *Et non homo*, purus. Quòd au
tem Chriſtus ſit ſanctorum miniſter hinc patet. *Omnis e-*
nim pontifex, legalis ſiue catholicus *Ad offerenda munera*, ſpi
ritualia ac corporalia ſuiipſius ac proprij gregis. *Et hoſtias*,
laudis pro ſeipſo ac ſubditis. *Conſtituitur*, i. pontifex ordina-
tur. Hoc eſt enim officium eius, cum ſit inter deum & popu

D lum medius. Vnde quæ populi sunt, offert deo, & quæ dei
Infra.9. sunt impetrat populo. *Vnde necesse est hũc sacerdotẽ*, videlicet
1. Ioan. 2. Christũ. *Habere aliquid quod offerat*, nõ pro se sed ꝓ suis, vtpote carnẽ quã propter nos immolauit, quã & inestabiliter pro nobis patris cõspectui presentat cũ desiderio nostrę salutis. *Si ergo esset super terrã*, i. si sacrificiũ à Christo offerẽdũ
Psal. 109. esset terrenũ, legale aut trãsitoriũ. *Nec esset sacerdos*, i. tũc ipse Christus nõ esset sacerdos secũdũ ordinẽ (vt dictũ est) Melchisedech. Nã sacerdotiũ eius superfluũ esset, eo quòd sacrificiũ eius offerri posset à sacerdotibus veteris legis, secundũ quod subditur *Cum essent*. i. ex quo forẽt sacerdotes legales, *Qui offerrẽt secundũ legẽ*, scriptã, *Munera terrena*, & sacrificia similia huiuscemodi sacrificio Christi. *Qui*, sacerdotes legis
E *Exẽplari & vmbræ deseruiunt cœlestiũ*. i. circa figuras, & sacramẽta legalia occupãtur: quæ sunt exemplar cœlestiũ quoniã ad corũ cognitionẽ aliquo modo ĩducũt. Quia tamẽ hoc fa
Exod. 32. ciũt multũ obscurè ac iperfectè vmbra cœlestiũ appellãtur.
& 26. Vmbra enim inter euidentẽ imaginẽ & rẽ ipsam est media. Sũt ergo exempla cœlestiũ. i. à cœlestibus exẽplata. *Sicut respõsũ est Moysi* dominũ cõsulẽti. *Cũ*, Moyses. *Cõsummaret*. i. cõpleret. *Tabernaculũ*, per manũ Beseliel. Deinde ponitur diuina respõsio. *Vide inquit*, dominꝰ. *Omnia*, ad tabernaculũ pertinẽtia. *Facito*. i. fieri præcipe, *Secundũ exẽplar quod tibi ostẽ
sum est in monte*. i. secundũ formã tibi ab angelo demonstratã in monte Sinai. Angelus enim docuit Moysen de omnibus cõstruẽdis & offerẽdis in tabernaculo. Differũt autẽ exẽplũ & exẽplar. Quia exẽplũ est qđ fit ad imitationẽ alteriꝰ, estq;
F posterius illo. Exẽplar verò vocatur ad cuius imitationẽ aliquid fit vel producitur, & est prius illo. Ea itaque in quibus sacerdotes legis deseruiebant, absolutè loquendo, erant exẽpla, respectu exemplaris in monte monstrati, posterioraque illo: sed per cõparationem ad nos dici possunt exemplaria, prout nostra cognitio tendit ex illis ad cognitionem cœlestium. *Nũc autem melius sortitus est ministerium*, id est, Chri-
stus dignius sacerdotium officiumq; suscepit, quàm fuit ob-
1. Timo. 2 sequium sacerdotum legalium. *Quanto & melioris testamenti*, id est, perfectioris legis, videlicet euangelicæ, quę præfertur legi Mosaicæ. *Mediator*, medians dator. *Est*. Nam interdeum & homines mediat, & ex parte dei legem nouam hominibus contulit. *Quod*, testamentum nouum. *In melioribus re-*

repromissionibus, hoc est, diuinis atque æternis promissis. *Sanci-* A
tum. id est, cõfirmatũ, *Est*. Vetus quippe testamentum pro- 2. Cor. 4.
mittebat abundãtiam temporalium: Nouum autem affluen
tiam bonorum cœlestium. Sacramenta etiam nouam le-
gem confirmantia multò præstantiora censentur sacramen
tis legis antiquę. *Nam si illud prius*. id est, vetus testamentum,
Culpa vacasset, id est, culpam perfectè deleuisset, suosque
seruatores perfectè mundasset. *Non vtique secundi*, id est, no
ui testamenti. *Locus inquireretur*, hoc est, necessaria nõ esset.
nec exigeretur lex noua, imò superflua esset. Quòd autẽ no
uum testamentũ necessarium sit, probat authoritate scriptu
ræ, quæ habetur apud Hieremiam, quam apostolus hîc alle- Hiere. 31.
gat secundum translationem septuaginta interpretum.
Vituperans enim eos. i. Iudęos tãquã per legem perfici non po B
tentes. *Dicit*: Hieremias, *Ecce dies*, gratiæ & euangelicæ legis.
Venient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel, &
super domum Iuda. i. completiuè dabo populo Iudæorum in
duo regna & duodecim tribus diuiso. *Testamentum nouum*.
Hoc enim Christus in propria persona. Iudæis proposuit in 1. Reg. 12.
sermone facto in mõte, & in cœna, de quibus & dixit, Non
sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israël. *Non secũ* Mat. 15
dum testamentum quod feci patribus eorum. i. non tale testamẽ
tum, puta in terrenis promissis & cęremonialibus iussis cõsi
stens, dabo istis, quale dedi per Moysen patribus eorũ. *In die*
qua apprehendi manum illorum. i. cum eos sic ducerem atque
præcederem, sicut pater ducit paruulum filium per se ire nõ
valentem, & viæ ignarum. *Vt educerem illos de terra Aegy-*
pti, quod & feci, *Quoniam ipsi non permanserunt*, per obedi- C
entiam cordis. *In testamento meo*, id est, in lege à me da
ta, vnum deum colendo sicut lex iubet: sed statim fecerunt
vitulum aureum cõflatilem, & adorauerunt eum. *Et ego ne-* Exod. 32
glexi, id est, obliuioni tradidi, *Eos, dicit dominus*, pietatis mę Mat. 20.
respectum eis subtrahendo, & multos eorum occidendo. &. 28.
Quomodo autem deus dicatur recordari vel negligere, di- Act. 11.
ctum est sæpius. *Quia hoc testamentum*, nouum. *Quod disponã*,
id est, ordinare proponam. *Domui Israel*, id est, electis præser
tim Iudæis, quibus primò prędicatũ est euangelium regni, de
inde omnibus Gẽtibus deum per fidem speculãtibus dispo
situm est per apostolos hoc testamẽtum. *Post dies illos*, id est,
post tempus diuinitus præordinatũ, videlicet consummato

D cursu veteris testamẽti, quãdo aduenit temporis plenitudo.
Gala. 4. Disponam itaque testamentum hoc eis. *Dando leges meas in*
mẽte eorũ, id est, intellectibus eorũ imprimam euangelica mã
Actor. 2. data. *Et in corde*, id est, voluntate, *Eorum superscribam eas*, id
est, promptum affectum obediendi legibus meis dabo eis.
Hoc modo mandatum est primitiuæ ecclesiæ nouũ testamẽ
tum à Christo, præsertim in die sancto Pentecostes quando
spiritus sanctus per inspiratiõẽ, & supernaturalẽ illustratio
nem impressit cordibus discipulorum euangelicam legem.
Et ero eis in deum, id est, piè & gratiosè agam cum eis. *Et ipsi e*
runt mihi in populum, hoc est, deuotè & religiosè me colent.
Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fra
trem suum dicens: Cognosce dominum. Secundum August. & ali



E os plerosq; hæc intelligẽda sunt pro statu patriæ in qua vnꝰ
non docebit aliũ, quantũ ad cognitionem dei, & in quibus
beatitudo consistit, quamuis superiores doceant inferiores
quantũ ad quosdã effectus diuinę prouidẽtiæ. Omnes nãq;
beati deũ immediatè cõspiciunt. Ideo subditur. *Quoniam om*
nes scient me à minore vsque ad maiorem. i. & ideo scient me in
patria. *Quia*, nunc in via. *Propicius ero iniquitatibus eorum*, dã
do eis gratiã pœnitẽdi. *Et peccatorum illorum iam nõ memora*
bor, ad puniẽdũ ea in igne gehennæ. Alij exponũt hęc specia
liter de primitiua ecclesia maximè de apostolis, qui omnes
immediatè edocti fuerũt à spiritu sancto. Videtur autẽ ge-
neraliter posse intelligi de ipsa ecclesia militante, sic tamẽ vt
sit distributio pro generibꝰ singulorũ & locutio cõparatiua.
Act. 1. 4 F Nõ enim loquitur dominus, de quacũq; doctrina seu sciẽtia
sed specialiter de cognitione sui. Quoniã omnes scient me,
Psal. 2. inquit. Cũ ergo per orbẽ terrarum in ecclesia militante ex-
tirpata sit idololatria omnes sciẽt me esse vnũ dũtaxat verũ
deũ. Tãta est quoq; misericordia dei hoc tẽpore vt dicatur
tempus gratiæ. Vel, dicuntur hæc comparatiuè. In tantum
quippe abundat cognitio dei in mundo tempore euangeli-
cæ legis magis quàm antè, vt iam penè omnes videantur co
Esa. 11. gnoscere deum. Et iuxta hũc sensum scriptũ est. R epleta est
Psal. 18. terra scientia domini, sicut aquę maris operientes. In omnẽ
terram exiuit sonus Apostolorum. Deinde pandit Apostolus
Hiere. 31. cessationem veteris testamenti. *Dicendo autem*, dominus
per Hieremiam. *Nouum*, id est, testamentum Christi nouum
vocando. *Veterauit*, id est, vetus esse delarauit. *Prius*, testa

mentum

mentum datū per Moyſen. *Quod autem antiquatur, & ſenescit prope interitum eſt*, id eſt, cito corrumpetur. Ideo teſtamentum illud euacuatur adueniente teſtamento Chriſti, quod vſque in finem ſeculi perſeuerabit. A

Cap. IX. *Habuit quidem & prius iuſtificationes culturæ & ſanctum ſeculare.* ARTICVLVS IX.

DEnique excellentiam ſacerdotij Chriſti conſequenter oſtendit Apoſtolus, ex ritu & ſchemate tabernaculi. *Habuit quidem & prius*. i. præcedens & vetus teſtamentum. *Iuſtificationes culturæ*. i. oberuantias auferentes impedimenta quædā diuini cultus. Quemadmodū enim ſacramēta nouæ legis virtute gratiæ in eis contentæ purgant à vitiis interioribus quibus fit homo ſimpliciter ineptus ad cultū diui nū: ſic ſacramēta veteris legis gratiā nō cōtinētia emūdabāt B à corporalibus immūditiis & irregularitatibus propter quas prohibebātur Iudæi à cultu diuino, ſcilicet ab acceſſu tēpli & cœtu fideliū, ſicut erāt cōtactus mortui vel immundi. Hæ ergo obſeruationes per quas talia impediměta tollebantur dicūtur iuſtificationes culturæ. Habuit quoq;, *Et ſanctū ſeculare*. i. exterioré quandā immunditiā hominibus apparentē. Quidā per ſanctū ſeculare intelligunt tēplū materiale, ꝙ Iudæi ſanctū putabant, & aliquo modo erat, quia ad cultū dei fuerat ordinatū. Cui expoſitioni cōſonat litera ſequens. *Tabernaculū enim factū eſt primum*. i. primū tabernaculū humano artificio fabricatū eſt. Per primū autē tabernaculū, deſignatur exterior pars tabernaculi à Moyſe facti, à qua erat ingreſſus. Per ſecūdū verò tabernaculū, ſignificatur interior C pars eiuſdē tabernaculi. Tabernaculū enim Moyſi habēs 30. cubitos in longitudine, 10. verò in latitudine, & 10. in altitudine, quantū ad lōgitudinē, diuiſum erat in duas partes per cortinā ſeu velū intermediū: quarū exterior habuit 20 cubitos in longitudine. Et propter ſuā veneratione & ſignificationem, qua ſignificauit eccleſiā militantē, dicebatur vel ſanctum vel ſancta. Interior verò pars tabernaculi poſt cortinā, dicta eſt ſancta, vel ſanctū ſanctorū, propter præcipuā ſuam veneratione, & quoniā figurauit eccleſiā triūphantē. *In quo*, primo tabernaculo. *Erāt cādelabra*, vnū cādelabrū aureū, ꝙ hīc pluraliter cādelabra dicit, quia habebat ſeptē lucernas. Hoc fuit in parte meridionali. *Et menſa* propoſitionis quadrata, facta de lignis Sethim, atque puriſſimo auro veſtita.

Epiſt.

Exod. 27.

Exod. 40.
Exod. 25.
Exod. 26.
Ibidem.

D Hæc fuit in parte aquilonari. *Et Propoſitio panũ.* i. duodecim panes qui quolibet ſabbatho ponebãtur ſuper menſam recẽtes. Erat quoq; in hac parte tabernaculi altare incẽſi, de quo tacet Apoſt. *Quod*, primũ tabernaculum, *Dicitur ſancta*, ſicut iam patuit *Poſt velamentũ autẽ*: i. retro velum ſeu poſt cortinam intermediã, erat *Secundũ tabernaculũ.* i. ſecunda pars totius tabernaculi. *Quod* ſecundũ, *Dicitur ſancta ſanctorũ*, propter rationẽ prædictã. *Aureũ habens thuribulũ*, de hoc non legitur in veteri teſtamento. Propter quod quidam per thuribulũ intelligunt incenſoriũ, in quo ſummus ſacerdos ſanctum ſanctorũ ingrediẽs, ponebat incenſum, vt fumus inde cõſurgens impediret eos, qui erãt in alia parte tabernaculi, ne aſpicerẽt ea quę fierẽt in ſecũda parte tabernaculi. Alij o-

E pinãtur, quòd in tẽpore Dauid vel Salomonis, dũ auctus eſt cultus diuinus, factũ & illic locatũ ſit thuribulum aureum. *Et arcã teſtamenti circũamictã ex omni parte, auro.* Erat nãq; de imputribilibus lignis Sethim, intus & extra aureis laminis cooperta. *In qua*, arca, *Erat vrna aurea habens manna*, ad mẽſurã

Exod. 25. Gomor, in cõmemorationẽ miraculi, quo deus pauit filios Iſraël manna annis 40 in deſerto. *Et virga Aarõ quæ fron-*

Exod. 16. *duerat*, intra vnã noctẽ, in ſignum q̃ Aarõ diuinitus electus

Num. 17. eſſet in ſacerdotẽ. *Et tabul æteſtamẽti.* i. duæ tabulæ in quibus

Exod. 25. lex ſcripta fuit, puta decalogus. *Superq́; eã.* i. ſuper arcã *Erãt* duo, *Cherubin gloriæ.* i. glorioſè ac ſplẽdidè facta inſtar angelorũ. Vel gloriæ dei figuratiua. *Obũbrantia.* i. alis ſuis extenſis, inuicémq; cõnexis tegentia. *Propitiatoriũ*, tabulam auream quæ erat ſuper arcã, quæ ideo dicta eſt propitiatoriũ,

F quoniã inde dedit Deus reſpõſum Moyſi pro multitudine exoranti. *De quibus modò nõ eſt dicendũ per ſingula.* Pauciora nanq; ſufficiũt. Apoſtolus autẽ proſequitur hæc breuiter, & allegoricè tantùm. *His verò ita cõpoſitis.* i. duabus partibus tabernaculi prædicto modo diſpoſitis. *In priori quidẽ*, taberna-

Num. 28. culo (quod dicitur ſancta.) *Semper.* i. quotidie bis, *Introibant ſacerdotes*, videlicet hora ſacrificij matutini ac veſpertini. Vtraque enim hac hora immolabatur agnus. *Sacrificiorum officia conſummantes*, id eſt, complentes ea quæ ad ritum ſacri-

Leui. 16. ficiorum ſpectabant. Immolatio enim ſacrificiorũ fiebat extra tabernaculum ſub dio in atrio, in altari holocauſtorum, vbi accẽſo igne ſumpſit ſacerdos in thuribulo prunas, ſicq; procedebat ad altare incenſi intra tabernaculum primum

ſitum,

situm, positóque in thuribulo thure, dimisit super altare in- A
censi, & ita sacrificium cósummabatur. *In secũdo autem*, taber
naculo, videlicet in sancta sanctorum. *Semel in anno solus pō-*
tifex, introiuit, videlicet in festo expiationis. *Non sine sangui-*
ne. Tulit enim secum de sanguine hostiæ immolatæ ad offe- *Leuit. 4.*
rendũ illum corã propiciatorio. Ideo sequitur. *Quem*, san- *Psal. 14.*
guiné, *Offerret pro sua & populi ignorãtia*. i. pro repromissio-
ne propriorũ ac populi sui peccatorũ ex ignorantia cõmis-
sorum. Secundum glossam, põtifex sæpe intrabat sancta san-
ctorũ sine sanguine sed non nisi semel cũ sanguine. Deinde
ostẽdit sanctus apostolus mysticã significationem illorum,
Hoc significante figuraliter *Spiritu sancto*, per dispositionẽ ta
bernaculi Moysi. *Nondũ propalatã esse sanctorũ viã*. i. nondũ *2. Pet. 1.*
patefactũ esse ingressum regni cœlestis, vel ipsum Christum, B
qui est via, qua itur ad patriã *Adhuc priore tabernaculo*. i. pri- *Ioan. 14.*
ma parte tabernaculi, quæ dicitur sancta. *Habẽte statũ*. i. pro-
hibitionem ingrediendi secundum tabernaculũ, scilicet san-
cta sanctorum. Per velum nanque inter partes tabernaculi *Exod. 26.*
positũ significabatur clausam esse viam regni cœlestis, quod
significabatur per sancta sanctorum. *Quæ*, res videlicet dispo
sitio cultus & ritus tabernaculi. *Parabola*, id est, similitudo
vel figura. *Est temporis instantis*, scilicet tẽporis gratiæ. i. eorũ
quæ in nouo testamento geruntur, sub tempore gratiæ. Om *1. Cor. 10.*
nia enim in figura contingebant eis. Et vetus testamentum
erat figura noui. *Iuxta quam*, parabolam, id est, legalẽ & figu
ratiuam obseruantiam. *Hostiæ*, de carnibus animalium, *Et*
munera, de rebus animatis, *Offeruntur*, à sacerdotibus Leuiti-
cæ stirpis pro tempore veteris testamenti. *Quæ*, hostiæ & C
munera. *Non possunt iuxta conscientiã*. i. secundũ dictamen re- *Exech. 2.*
ctæ conscientiæ, vel intus in cõscientia. *Perfectum*. i. à vitiis
purum & gratia decoratũ. *Facere seruientem*. i. eum qui seruit
deo, *Solũmodo in cibis & potibus*, id est, in esu & abstinentia
quorundam alimentorũ secundũ legis præcepta quæ quos-
dam cibos prohibuit. *Et variis baptismatibus*, id est, lotioni-
bus corporis seu membri alicuius in aqua propter contactũ
mortui seu leprosi. *Et iustitiis carnis*, id est, obseruantiis, cor-
poralem immunditiam seu irregularitatem tollentibus. *Vs-*
que ad tempus correctionis impositis, id est, iussis atque duran- *Leuit. 6.*
tibus vsque ad tempus euangelicæ legis, quæ legem Mosai 13. 15.
cam perficit & obseruatorum illius vitia corrigit & emẽdat.

D Ex diuino enim imperio ſeruanda erant vſque ad euangelij prædicationẽ. Deinde oſtẽdit Apoſtolus, quid figurabatur per hoc, ꝙ ſummus ſacerdos ſeu pontifex in lege introiuit in ſancta ſanctorũ cũ ſanguine ſemel in anno, ad deprecãdũ pro ſe & pro aliis. Per pontificẽ enim figuratus eſt Chriſtus, per ſancta ſanctorũ, cœlũ. Itaq; præinducta legalia nõ poterãt perfectum facere ſeruientẽ. *Chriſtus autẽ aßiſtens*, deo patri ad interpellandũ pro nobis, aſſiſtens quoque ſeu paratus ſuccurrere nobis. *Põtifex*. i. ſummus ac ſacerdotalis miniſter, prout homo. Vel, pontifex. i in ſuo põtificatu collator. *Futurorũ*. i, cœleſtium *Bonorũ*. de quibus legitur in Pſal. Credo videre bona domini, in terra viuentium. *Peramplius*. i. multò maius atq; capacius. *Et perfectius tabernaculũ*, vtputa cœlum.

Epiſt. Rom. 8.

Pſal. 26.

E *Non manufactũ*. i. non hominum manibus fabricatũ. *Id eſt nõ huius creationis*. i. nõ humanæ induſtrię. Vel nõ huius creationis. i. nõ exiſtẽs de natura inferiorũ creaturarũ, quæ corruptibiles ſunt. Illud enim incorruptibile eſt. *Neq; per ſanguinẽ hircorũ & vitulorũ*, vt põtifex legalis. *Sed per propriũ ſanguinẽ*, .i. cũ pręuia proprij ſanguinis effuſione. *Introiuit ſemel*, videlicet in die aſcẽſiõis. *In ſancta*. i. in cœleſte tabernaculũ præfiguratũ per ſancta ſanctorũ. *Æterna redẽptione inuenta* i. vera beatitudine nobis recuperata atque à nobis cõperta. Quòd autẽ ſanguis Chriſti idoneus fuerit ad ſaluandum demõſtrat Apoſtolus. *Si enim ſanguis hircorũ & taurorum, & cinis vitulæ*, combuſtæ mixtus aqua *Aſperſus*, cũ aqua ſuper immundos. *Inquinatos* macula exterioris hominis. *Sanctificat*. i. purgat à macula tali. *Ad emundationẽ carnis*. i. ad acquirendã mundiF tiã corporalẽ. Talia enim peccata auferre nõ poterãt, ſed ab exteriori impuritate mundabãt. *Quãtò magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritũ ſanctũ*. i. cooperãte ac inſpirante ſpiritu ſancto. *Semetipſum* ratione naturę aſſumptę. *Obtulit*, in cruce. *Immaculatũ deo* patri pro nobis. *Emundabit conſcientiam noſtram*, in baptiſmo, vel pœnitentia ſeu aliis ſacramentis per quæ virtus ſeu meritum eius nobis applicatur. *Ab operibus mortuis*, id eſt, peccatis. *Ad ſeruiendũ*. i. vt à peccatis mundati ſeruiamus *Deo viuenti*, omnis vitæ fontali principio in ſanctitate & iuſtitia iugiter coram ipſo? *Et ideo*. i. quoniã Chriſtus obtulit ſe pro nobis, idcirco *Noui teſtamenti mediator*. i. medius dator *Eſt*, inter deum & homines medians, & nouam legem proponens. *Vt morte intercedente*. i. merito paſſionis Chriſti

Exod 25.

Acto. 11.

Deute. 23.

Acto. 15.

Luc. 1.

1. Tim. 2.

pro

pro nobis interueniente. *In redemptionẽ earũ præuaricationũ*, A
id eſt, ad obtinendã indulgentiã tranſgreſſionum. *Quæ erãt ſub priori teſtamento*. i. tẽpore veteris teſtamenti vigebat, nec per legem auferri valebant. *Repromiſſionẽ accipiant*. i. bonum promiſſum cõſequantur. *Qui vocati ſunt*, vocatione æternæ prædeſtinationis. De qua ad Roma. dicitur, Quos prædeſti Rom 1.3.
nauit, hos & vocauit. *Æternæ hæreditatis*, hoc eſt, ad ipſam ę- Rom.8.
ternã hęreditatẽ ſeu fœlicitatẽ hominibus promiſſam. Chriſti enim morte aperta eſt ianua patriæ, & merito paſſionis dominicæ omnes electi ſaluãtur. Porrò vocatio duplex eſt, ſcilicet æternæ prædeſtinationis. Sicq; vocati ſunt electi. Alia eſt vocatio præſentis iuſtificationis, de qua in Euangelio legitur, Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Quòd autẽ te- B
ſtamẽtũ nouũ cõfirmatũ ſit per Chriſti paſſionẽ, probat A- Mat.20.
poſtolus primò per cõſuetudinẽ humanã. *Vbi enim teſtamen* &.22.
tum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. i. ad valorem ac robur teſtamẽti hominis requiritur, vt mors teſtatoris interue niat ſeu mediet inter teſtamenti diſpoſitionẽ & eius cõfirmationẽ. *Teſtamentũ enim in mortuis*. i. per mortẽ teſtatorũ Infra.11.
Cõfirmatum eſt, *alioqui nõ valet*. i. nõdũ efficaciã habet teſtamentũ. *Dũ viuit qui teſtatus eſt*. i. qui teſtamẽtũ cõdidit. Hoc ita eſt ſecũdũ leges ciuiles atq; canonicas. Nã ãte mortẽ poteſt mutari, cũ ſit vltima volũtas teſtatoris. Simili modo nouũ teſtamẽtũ quod eſt promiſſio vitæ æternæ, euangelicaq; doctrina in morte Chriſti firmatum. Vnde in cruce dicebat, Cõſummatũ eſt. In aſſertione enim promiſſionis doctrinæ C
ſuę mori voluit Chriſtꝰ. Deinde probat Apoſtolꝰ idẽ autho Ioan.19.
ritate diuina. *Vnde nec primũ quidẽ*. i. in principio legis datæ Vel primũ. i. vetus teſtamẽtũ, *Sine ſanguine dedicatũ*. i. roboratũ *Eſt*, ad figurãdũ quòd nouũ teſtamentũ Chriſti ſangui Exod.24.
ne firmaretur. *Lecto enim omni mandato legis* morali, cæremo Leuit.16.
niali ac iudiciali. *Aſſ Moye vniuerſo populo* Iſraël, *Accipiens* Num.19.
Moyſes, *Sanguinẽ hircorũ & vitulorũ* oblatorũ. *Cũ aqua*. i. aIoan.19.
quẽ admixtum, quod præfigurauit mundationem, quę fit in aqua baptiſmi virtute ſanguinis Chriſti, de cuius latere exiExod.12.
uit ſanguis & aqua, quorum virtute omnia ſacramẽta efficaciam ſortiuntur. *Et lanã coccineã & hyſſopo*. De his duobus fecit aſperſoriũ ad ſanguinẽ aſpergendũ. Veruntamen in Exodo nõ fit mentio, niſi de ſanguine vitulorum, ſed credẽdum eſt Apoſtolo, quod alia nunc expreſſa tunc aderant. *Ipſum*

D *quoque librum*, legit, *& omnem populum*, cui lex cõferebatur, *Asperſit*. Fortaſſis ponit parté p toto. Nõ enim videtur tot millia ſanguine à Moyſe aſperſa. Aſperſit ergo eos *Dicẽs, Hic ſanguis teſtamenti eſt*, id eſt, roboratiuus teſtamenti. *Quod mã dauit ad vos deus*, id eſt, per me vobis miſit ac iuſſit. *Etiã tabernaculum & omnia vaſa miniſterij*, id eſt, in quibus miniſtra
Num. 31. bant Leuitæ ac ſacerdotes in tabernaculo Moyſi. *Sanguine*
Leuit. 4. *ſimiliter aſperſit*. Nõ tunc quando librum aſperſit & populũ.
Num. 15. (Nondum enim factum erat tabernaculum & vaſa ipſius) ſed iſta aſperſio facta eſt, in die conſecrationis tabernaculi atque vaſorum. *Et omnia penè in ſanguine*, id eſt, ſanguinis aſperſione ſeu effuſione. *Mundãtur*, ab exteriori immunditia vel ineptitudine. *Secundũ legẽ*. Dicit penè, quoniã aliqua mũ
E dabantur per ignẽ, videlicet quæ ignẽ poterant ſuſtinere: & aliqua vaſa mundabantur per aquã. *Et ſine ſanguinis effuſione*, facta in aliquo ſacrificio. *Non fit remiſſio*. i. nõ fiebat expiatio culpæ niſi neceſſitas impediret oblationem. Tunc e-
1. *Ioan.* 2. nim ſufficiebat bonũ propoſitum. Hoc fuit figura, ꝙ per effuſionem ſanguinis Chriſti fit remiſſio peccatorũ. In nobis quippe nihil mundatur interius ſine ſanguine Chriſti. *Neceſſe eſt ergo exemplaria quidẽ*. i. figuras, *Cœleſtiũ*. i. eccleſię mili
Philip. 3 tantis, cuius conuerſatio eſt in cœlis. *His mundari*, videlicet ſanguine ſacrificiorum. Exemplaria dicit ea quæ erant in veteri teſtamento, & figurabant ea quæ in eccleſia fiunt. *Ipſa autem cœleſtia*, id eſt, perſonas eccleſiaſticas ad cœlum tendẽtes neceſſe eſt mundari. *Melioribus hoſtiis quàm iſtis*, legalibus
Epheſ. 1. vtputa corpore & ſanguine Chriſti. Aliter non ingrederen
F tur regnum cœleſte, ſed ingrediuntur poſt mortem in illud,
Colo. 3. ſequendo caput ſuũ, videlicet Chriſtũ, ideo ſubditur: *Nõ e-*
Luc. 19. *nim in manufacta ſancta*. i. in tabernacula terrena, hominũ ar
Mar. 16. tificio fabricata, vt erat tabernaculũ Moyſi. *Introiuit Ieſus*, fi
Acto. 1. naliter, ſcilicet in aſcenſione, quãuis ante paſſionẽ ingreſſus ſit templum & ſynagogas. *Exemplaria*. i. figuras, *Verorum*, id eſt, cœleſtium. Sunt enim æterna tabernacula, de quibus in Euangelio legitur, quorũ figuræ ſunt manufacta ſancta vitæ præſentis. *Sed in ipſum cœlum* empyreũ introiuit Ieſus in aſcẽſione. *Vt appareat nunc vultui dei pro nobis*, id eſt, patri ſeipſum præſentet ad interpellandum pro nobis. Hæc eſt vna cauſa aſcenſionis Chriſti. *Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum*, id eſt, non ideo Chriſtus intrauit in cœlũ, & patri pro nobis

apparet,

apparet,vt frequenter pro noſtra ſalute patiatur. *Quemad-* A
modum pontifex,legis. *Intrat*.i. intrauit,ſub veteri teſtaméto
In ſancta ſanctorũ. *Per ſingulos annos*.i. vno quoque anno ſe-
mel. *In ſanguine alieno*.i. cum ſanguine hircorum ac vitulo-
rum quem offert. Propter inſufficientiam enim hoſtiarum
legalium,neceſſe erat eas ſæpius iterari. Nec pontifex ingre
ditur ſancta ſanctorum per proprium ſanguinem. Hoſtia ve
rò quam obtulit Chriſtus ob ſuæ dignitatis efficaciam, ſuffi
cientiſſima eſt omnium auferre peccata,ideo non oportet
eam reiterari,ſeu Chriſtũ denuo pati. *Alioquin*.i. ſi ita nõ eſ *Luc.6.*
ſet,ſed oporteret eam iterari,ſequitur quòd. *Oportebat eũ*, vi-
delicet Chriſtum. *Frequenter pati ab origine mundi*, vſque in
præſens,imò & vſque in finẽ ſeculi huius. Ab origine nãque
mundi vſque ad finem continuantur,multiplicantur, & vi-
gent ſcelera hominum. Veruntamen Ioãnes in Apocalypſi. B
Agnus,inquit,qui occiſus eſt ab origine mundi Sed hoc in- *Apoc. 13.*
telligendũ eſt,quòd paſſio Chriſti profuit futura : ſicut & fa
cta. *Nunc autẽ*.i. in principio temporis gratiæ. *Semel*, puta in
die paraſceues. *In conſummatione ſeculorũ* i. in fine ſeu vltima
mundi ætate. Nos enim ſumus in quos fines ſeculorum deue *1. Cor. 10.*
nerunt. Vnde Ioãnes teſtatur, Nouiſſima hora eſt. *Ad deſtru* *1. Ioan. 2.*
ctionem peccati,i. propter tollenda peccata. *Per hoſtiam ſuam*
apparuit.i. per ſuiipſius oblationem omnibus in cruce præ-
ſentatus eſt. Præterea probat apoſtolus quòd Chriſtus non
debuit niſi ſemel pro hominibus pati, per ſimile ſeu exem-
plum. *Et quẽadmodum ſtatutum*.i. à diuina ſapiẽtia ac iuſtitia
determinatũ ſeu prefixum. *Eſt hominibus ſemel mori*, in pœnã
originalis peccati. *Poſt hoc autẽ*.i. poſt mortem ſit eis. *Iudicũ* *Roma.6*
particulare, ſigillatim, ſtatim dum moriuntur, & vniuerſale C
in fine mũdi. *Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt*, in cruce *Ad mul*
torum exhauriendã, extrahenda ac dirimenda. *Peccata*. Ad
omnium enim exhaurienda peccata oblatus eſt ſecundũ ſuf *Eſa.53*
ficientiã,ſed ad electorum tollenda peccata oblatus dunta- *Roma.8*
xat eſt ſecundũ efficientiã. Hoc quoq; iã dictum eſt ſæpius. *Eſa.30.*
Secundò autẽ.i. poſt hæc,nempe in ſecundo ſuo aduentu, *Sine*
peccato apparebit i. ſine ſimilitudine peccati videbitur. Non
in carne paſſibili,quę eſt ſimilitudo carnis peccati:ſed in glo *Philip.3*
rioſo corpore,cuius puritas erit hominibus conſpicua. Ex-
pectantibus ſe,longanimiter. Apparebit autem eis. *In ſalutem*,
deſt,ad æternam fœlicitatem eis tunc largiendam.

D Cap. X. *Vmbram enim habens lex futurorum bo-*
norum, &c. ARTICVLVS. X.

Hebr. 9. QVoniam in præcedenti cap. dictum est, quòd per sa
crificia legis nõ auferebátur peccata, sed quòd Chri
stus vnica suiipsius oblatione absterlit omnium vitia, quan-
Coloss. 2 tum in ipso est. Ideo nunc declarat apostolus hoc ipsum lu-
cidius. *Vmbram enim*, id est, obscuram & remotam similitudi
nem. *Habens lex* Moysi. *Bonorum futurorum*. i. cœlestium prę
Dionysius miorum. *Non ipsam imaginem rerum*, id est, non expressam &
propinquam similitudinem eorundem. Vt enim Dionysius
protestatur, status euangelicæ legis, medius est inter statum
synagogæ seu veteris testamenti, ac patriæ: ideo sacramenta
& cæremonialia nouæ legis habent imaginem. i. perfectã si-
militudinem bonorũ cœlestiũ. Apertè enim ea promittunt,
E significant, & ad ea immediatè introducunt. Sacraméta ve-
rò & cæremoniæ veteris legis vmbrá eorũ habuerunt. Non
enim promittebát nec figurabant bona ista futura in lege,
nisi sub velamine & cõfusè. *Per singulos annos eisdem ipsis ho-*
Supra 7. *stiis*, id est, eisdẽ sacrificiis. *Quas offerunt*, sacerdotes. *Indesinen*
ter, videlicet bis omni die in sancta, & semel in anno ponti-
Matt. 9 fex in sancta sanctorũ. *Nũquam potest accedentes*. i. lex per ho
stias istas nũquã valet populũ pro quo offertur vel sacerdo-
tẽ q hostiã offert. *Perfectos facere*. i. à vitiis expurgare & gra-
tiâ decorare. *Alioquin*. i. si posset perficere sacerdotes. *Cessas*
sent, hostiæ istæ deo *Offerri, ideo quòd nõ haberent vltra*, vide-
Hiere. 11. licet post hostiam immolatam. *Cõscientiam peccati cultores*. i.
legis obseruatores. *Semel mundati*, intus à vitiis propter ho-
F stiæ oblationem semel factam. *Sed in ipsis*, hostiarũ oblatio-
nibus. *Cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit*, quoties
hostia pro peccato iteratur. Non ergo erant ablata peccata
omnia per hostiã primã. *Impossibile est enim sanguine hircorum*
& vitulorum, vel similiũ holocaustorũ. *Auferri peccata*, quia
nec virtute propria habent vim purgatiuã peccati, (cum sint
quid corporeũ, non attingens nec agens in animam) nec ex
Lucæ. 1. 4 influxu diuinæ virtutis, quemadmodũ sacramenta nouæ le-
& 6. gis, quamuis sint corporalia. Multoties tamẽ Moyses dicit,
quòd qui obtulerit illud vel illud pro peccato tali vel tali,
dimittetur ei. Sed illa remissio non fiebat virtute sacrificij,
sed fide & deuotione offerentis, & propter orationem sacer
dotis. *Ideo* Christus filius dei. *Ingrediẽs mundũ*, id est, huma-

nam

nam naturá aſſumens. *Dicit*, in Pſal. ad patrẽ. *Hoſtiã*, de rebus animatis. *Et oblationẽ*, de inanimatis. *Noluiſti*, ò pater. i. non acceptaſti quaſi per ſe idonea ad auferenda peccata, & gratiæ tẽpore nullo modo ea acceptas. *Corpus autẽ aptaſti mihi*, id eſt, corpus cõueniens ad redimendũ genus humanũ animæ meæ ſeu diuinitati vniſti, videlicet corpus paſſibile & immaculatũ, atque per omnia rationi obedientiſſimũ. Noſtra tranſlatio habet, aures autẽ perfeciſti mihi. Et redit in idem quoniã ſenſus eſt, Aures obedientes ad ſuſtinendum crucis tormentũ mihi donaſti. *Holocauſtomata*. i. ſacrificia quæ totaliter incendebantur ad diuinæ maieſtatis honorẽ, & erãt cæteris digniora. *Et pro peccato*. i. ſacrificia p remiſſione peccati oblata. *Nõ tibi placuerunt*, per ſe ſeu propria efficacia, ſed ex deuotione offerentis. Nõ enim poterant iuſtificare. Tẽpore autẽ nouæ legis nullatenus placent deo. Ideo ſcriptum eſt apud prophetã. Quid dignũ offeram domino? Nũquid offerã ei holocauſtomata? Nunquid placari poteſt deus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorũ pinguium? Et apud aliũ. Nũquid carnes ſanctæ auferẽt à te malitias tuas? Et dominus quoq; ait in Pſalmo, Non accipiã de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. *Tunc*, quãdo videlicet vidi tibi omnia illa diſplicere, & mihi corpus aptatũ adeſſe, *Dixi, Ecce venio*, paratus ad paſſionẽ, vt meipſum tibi pro hominibus offerã. *In capite libri*. i. in principio totius ſacræ ſcripturę. Vel, in capite libri. i. in primo pſalmo qui, eſt caput libri pſalmorũ, in quo pſalmo habetur, In lege domini voluntas eius. Vel, in capite libri. i. in notitia prædeſtinatiõis æternæ, quæ potiſſimũ meã humanitatẽ concernit, per quã omnes electi ſaluãtur, Ideo dicitur in capite, quaſi in principali huius notitia. *Scriptum eſt de me, vt faciã voluntatẽ tuã ô Deus* pater. Inſuper præinductã ſcripturã ad propoſitũ applicãs, & quaſi exponẽs apoſtolus ſubdit. *Superius*. i. paulò antè. *Dicẽs* Chriſtus ad patrẽ. *Quia hoſtias & oblationes & holocauſtomata & pro peccato noluiſti*, quę iã expoſita ſunt. *Nec placita ſunt tibi*, ſacrificia exteriora. *Quæ ſecundũ legẽ offeriũtur*, iuxta intellectũ præmemoratũ. Hoc tamẽ ſuprà dictũ non eſt formaliter, ſed virtualiter, quia ex dictis infertur. *Tunc dixi, Ecce venio, vt faciã deus voluntatẽ tuam*, hoc iam dictũ eſt atq; expoſitum. *Aufert primũ*. i. legale ſacrificiũ, & per cõſequens vetus teſtamentum tanquam inutile. *Vt ſequens ſtatuat*. i. nouũ

A Pſal. 39

B Hiere. 6. Oſee. 6 Mich. 6 Hiere. 11. Pſal. 49.

C Pſal. 1

D legis sacrificium, scilicet Christi sacramentum stabiliat, iugi-
Daniē. 9. térq; frequentandum affirmet. Vnde per Danielē inducitur,
Esa. 1. In medio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium. De hoc
in Esaia multa habentur. *In qua voluntate* Dei. i. Deo clemē-
ter volente, seu voluntate eius, qua voluit Christum pati.
Sanctificati sumus, effectiuè ac principaliter, suscipiendo re-
Ephe. 5. missionē culpę, infusionēq; gratię. *Per oblationē corporis Chri*
1. Petri. 3. *sti semel*, factam in crucis patibulo, tanquam per causam me-
ritoriā ac instrumentalem. Ex his infert Apostolus differen-
tiam inter sacerdotē legalem, & Christū sacerdotē nostrum.
Et omnis quidem sacerdos, legalis. *Præsto est*. i. paratꝰ. Loquitur
autem Paulus in istis capitulis de prēterito per modum prę-
sentis. *Quotidie ministrans*, in prima parte tabernaculi. *Et eas-*
dem specie. *Sæpe offerens hostias*. i. frequenter immolās agnum
E vel aliud simile. *Quæ nunquam possunt auferre peccata*, vt dic-
tum est sæpius. Quotidie nanque fiebat iuge sacrificium. i.
Exod. 29. duorum agnorum oblatio, vnius de mane, alteriúsque de ve
spere in prima parte tabernaculi. *Hic autem*, Christus. *Vnam*
pro peccatis, omnibus. *Offerens hostiam*, vtique semetipsum. *In*
sempiternum sedet. i. sine fine iam requiescit. *In dextera dei pa*
tris. i. in potioribus bonis, seu ad æqualitatem ipsius. *De cæte*
ro. i. pro tempore restante. *Expectans*, impletionem ordina-
Psal. 109. tionis diuinæ, de hominum iusta præmiatione. *Donec ponan-*
tur inimici eius. i. peruersi ac reprobi, *Scabellū pedum eius*. i. suæ
potestati perfectè subiiciantur, quantum ad exequutionem
Esa. 41. & manifestationē, vt sæpius dictum recordor. Hoc est vsque
F in diem iudicij, in quo venient ad eum, & cōfundentur om-
nes qui repugnant ei. *Vna enim oblatione*. i. merito suæ vnicæ
passionis, seu immolationis in cruce. *Consummauit*. i. plenè
redemit, & quantum in se est, ad perfectionem adduxit. *In*
sempiternum sanctificatos. i. electos, seu omnes qui in hoc secu
Psal. 83. lo per gratiam sanctificantur. Æternam enim beatitudinem
eis promeruit, imò gratiam in præsenti, & gloriam in futu-
ro. Præterea hāc efficientiam oblationis seu passionis Chri
Hiere. 31 sti semel factæ probat Apostolus authoritate Hieremiæ su-
perius allegatę. *Contestatur autem & nos*, id est, testimonium
nostræ assertioni, seu omnibus nobis exhibet & affirmat.
Spiritus sanctus per Hierem. *Postquam enim dixit*, hoc loco
spiritus sanctus. *Hoc autem testamentum, quod testabor ad il-*
los post dies illos, dicit dominus, Christus, in cuius persona hæc

pro-

propriè asseruntur. *Dabo leges meas in cordibus eorum, & in* A
mente eorum superscribam eas, & peccatorum & iniquitatū eo- *Suprà.8*
rum iã non recordabor amplius. Hæc Hieremiæ authoritas superius iam inducta est & explanata, idcirco hoc ipsum prętereo. Deinde concludit intentum suum Apostolus. *Vbi autem horum remissio.* i. in populo Dei, cui peccata remissa sunt merito Christi. *Iã non*, requiritur. *Oblatio pro peccato.* i. iterata Christi passio, seu legalis oblatio pro remissiõe peccati. Vna nanque Christi oblatio facta in cruce, sufficiens est. Propter quod omnia sacrificia legis cessare debent. Deinde ponit apostolus instructionem moralem. *Habentes itaque*, scilicet quia per vnam oblationem Christi redempti sumus, ô *Fratres*, idcirco habẽtes. *Fiduciã in introitu sanctorum.* i. de ingressu cœlestium mansionum seu patriæ, quam sancti introẽunt. *Ephe.3.*
In sanguine Christi. i. virtute & merito dominicæ passionis, *Psal.121*
quia per sanguinem Christi aperta est ianua vitæ. *Qui*, Chri- B
stus. *Initiauit.* i. primò parauit ac demonstrauit. *Nobis viam nouam & viuentem.* i. ingressum ad patriam. Qui dicitur via noua, quoniam primò à Christo inuenta. Et viuens, quia ad *Esa.62.*
vitam ducit æternam. Initiauit autem seu inchoauit nobis *1.Timo.3.*
Christus hanc viã. *Per velamen, id est, carnẽ suã.* i. per corporis sui occisionẽ & ascensionẽ. Quod appellatur velamen, quoniã erat diuinæ naturæ seu verbi vestimentum atq, latibulum. De quo apud Esaiam angeli dicunt. Quare ergo rubrum est indumentum tuũ? Habentes quoque. *Et sacerdotem* *Esa.63*
magnum super domum dei. i. Iesum principem pastorũ, & summum pontificem toti ecclesiæ militãti ac triumphanti præ- *1.Pet.5*
sidentem. *Accedamus*, ad deum orando, laudando, contemplando, bene viuẽdo. Non cum corporis motu, sed. *Cũ cor-* C
de vero. i. recto & iusto, nõ ficto. *In plenitudine fidei.* i. fide ple *Iacob.1*
nissima, nihil hæsitantes. *Aspersi corda*, id est, quantum ad animas, seu intus in mentibus nostris spiritualiter perfusi gratia eruente nos *A cõscientia mala.* i. à remorsu peccati, vt ni *Esa.30.*
hil nobis conscij simus. *Et abluti corpus*, id est, corpore loti ac emundati. *Aqua munda*, id est, vnda baptismatis. Tales itaque Christo operante effecti. *Teneamus*, perseueranter inter prospera & aduersa. *Spei nostræ confessionem*, id est, confessionem eorum quæ speramus à Deo obti- *Deute.32.*
nere, quæ confessio procedit ex spe nobis infusa. *Indeclinabilem*, id est, regia via ad cœlos tendentem, ita vt nec

D ad dexterã neque ad sinistram declinet. *Fidelis est enim*, deus.
1. *Ioan.* 3 *Qui reprom.sit.* i. frequẽter promisit nobis futura bona in patria. *Et cõsideremus inuicẽ* i. nos mutuò aspiciamus, pensando quid singuli quíque habeãt dignũ imitatione vel increpatione. *In prouocatione charitatis & bonorum operum*, id est, ad hũc finẽ vt in charitate Dei ac proximi accẽdamur, atq; in bonis operibus excitemur, dũ quisque bonũ alterius imitatur, eiúsque defectũ charitatiuè redarguit. Quæ omnia sunt charitatis effectus, eám que accẽdunt. Nõ tamẽ esse debemus curiosi scrutatores vel obseruatores aliorũ, sed moderatè, prout charitas postulat, vnusquisq; aliũ admonere debet siue corripere. *Ne deserẽtes collectionẽ nostrã.* i. cõgregationẽ fratrũ seu cœtũ fideliũ, inter quos habitamus. *Sicut est cõsuetudinis quibusdã*, q tẽpore persecutionis, vel ex præsumptione, leuitate
E Prouer. 17 aut impatiẽtia recedere quærũt. Vnde Sapiẽs, Sicut auis, inquit, trãsmigrãs de nido suo, sic vir qui relinquit locũ suum. Sed *cõsolantes* collectionẽ i. fratres nostros, animãdo eos ad patiẽtiã, & inseparabilẽ vnionẽ. *Et tãtò magis*, hoc facite. *Quãtò amplius videritis*, oculo cordis. *Approximantẽ diẽ*, mortis atq; iudicij particularis. Qui dies, quia quotidiè appropinquat, debem⁹ quotidie magis ac magis inuitè collectionẽ nostrã deserere. Scriptũ est enim. Ecce q̃ bonũ & q̃ iucũdũ habi
Psal. 132. tare fratres in vnũ Hęc ergo bona agẽda & mala vitãda sũt. *Volũtariè enim.* i. ex habitu, electione, certa malitia seu deliberatione. *Peccãtibus nobis post acceptã notitiã veritatis.* i. post cognitionẽ Christianæ doctrinæ, in qua pœnæ impiorum, gaudiáq; iustorũ describũtur. *Iã non relinquitur pro peccatis hoF stia.* i. talibus nõ restat sacrificiũ pro peccatis eorũ immolandũ aliud à sacrificio seu hostia quã pro nobis obtulit Christ⁹. Et per cõsequẽs nulla hostia pro peccatis relinquitur eis,
Rom 1.6 sicut in lege. Christ⁹ enim nõ rursus offeretur pro eis in cruce, imò passio eius eis nõ proderit, cũ perseuerent in malis. *Terribilis est autem quædam expectatio iudicij.* i. metuendũ est
Prou.6. ipsum Dei iudiciũ, & sollicitè expectandum. *Et ignis æmula-*
Psal. 96 *tio.* i. pœna seu infestatio ignis gehẽnalis, seu eius qui præce-
Iob.14 det faciem iudicis. De quo legitur, Ignis ante ipsum præce-
Matt.28 det, & inflammabit in circuitu inimicos eius. *Quæ*, pœna seu æmulatio. *Consumptura*, non annihilatura seu corruptura, sed æternaliter afflictura, & quantũ ad bene esse cõsumptura. *Est aduersarios*, veritatis, hoc est, æmulos Christi seu reprobos.

bos. Quod oſtenditur per locũ à minori. *Irritã enim*, i. vacuã, A
Quis faciens, hoc eſt, trãſgrediẽs quis. *Legẽ Moyſi, ſine vlla miſeratione*, iudicis. *Duob⁹ vel tribus teſtibus moritur*. i. ad teſtimoniũ tot teſtiũ occiditur, ſecundum legis præceptũ, ſi tamen peccati magnitudo id exigat. *Quãto magis putatis deteriora*. i. grauiora. *Mereri ſupplicia, eũ qui filiũ Dei cõculcauerit*, eũ inhonorãdo, eiuſque mãdata ſpernẽdo. *Et ſanguinẽ teſtamenti polutum duxerit*? i. ſanguinẽ Chriſti quo confirmatũ eſt nouum teſtamentũ prauipẽderit, & quaſi inſufficientẽ putauerit ad auferẽda peccata, ob hoc aſſerẽs legalia ſimul cum euãgelio obſeruãda. *In quo*, ſanguine. i. cuius effuſione. *Sanctificatus eſt* id eſt, à vitiis expurgatus & gratia decoratus, primùm in baptiſmo, deinde in pœnitẽtia. *Et ſpiritui gratiæ cõtumeliã fecerit*? i. gratiã ſpiritus ſancti cõtempſerit, ſeu ſpiritum, ſanctum B
omnis gratiæ collatorẽ à ſe repulerit, eiúſq; effectum, videlicet peccatorum remiſſionẽ, nõ ei ſed obſeruãtiis legis aſcripſerit? Talis grauiter punietur. *Scimus enim qui dixit*. i. veracẽ eſſe cognoſcimus Deum, qui ait. *Mihi*, reſeruate. *Vindictã*, id eſt, mihi vel vicariis meis, puta iudicibus. *Et ego retribuã*, iuſtã vltionẽ per me vel meos miniſtros. Hoc dominꝰ quãtũ *Deuts. 32.*
ad ſenſum loquitur in Deute. Mea eſt vltio, & ego retribuã eis in tẽpore. Secundum quoſdã habetur in propria forma *Ezech. 9.*
apud Ezechielẽ, ſecũdũ trãſlationẽ ſeptuaginta interpretũ. *Et iterum*, dicit ſcriptura. *Quia iudicabit dominus populũ ſuum*, *Pſal. 134.*
bonos ab impiis liberãdo. *Horrendũ eſt incidere in manus*, i. in iudiciariã poteſtatẽ et iuſtũ rigorẽ. *Dei viuẽtis*, præſertim poſt vitã præſentẽ. Tamen in hac vita melius eſt incidere in manus Dei q̃ hominũ. Propter quod Daniel ait, Melius eſt mihi incidere in C
manus domini, (multæ enim ſunt miſerationes eius) quã in manus hominũ. *Dan. 13.*
Melius itaque nobis eſt in *2. Reg. 24*
hac vita à ſuperioribus noſtris ac fratribus increpari & corrigi, q̃ in futuro à Deo redargui. Deinde apoſt. inſtituit eos cõmemorãdo præterita bona eorũ, vt ſic prouocẽtur ad
meliora. *Rememoramini autẽ priſtinos dies*. i. ad memoriã reuocate cõuerſationem veſtrã, quã in principio cõuerſionis veſtræ habuiſtis. *In quibus*, diebus. *Illuminati*, à ſpiritu ſancto, *Epiſt.*
Magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſſionũ, i. validã impugnationẽ perſecutionũ. *Et in altero quidem*. i. in vno genere impugnationis, *Opprobriis & tribulationib⁹*. i. cõuitia & tribulationes patiendo in propria perſona. *Spectaculum*. hominũ *Facti*, qui

D vos cũ admiratione inſpexerunt propter magnitudiné cala-
Roma.12. mitatis, afflictioníſq; veſtræ. *In altero autẽ*.i. alio genere tribulationis. *Socij taliter cõuerſantiũ*.i. aduerſa patiẽtium eſtis. *Effecti*, cõdolendo afflictis, eorũ miſeriã quali propriã eſtimãtes. Ideo ſubditur. *Nã & vinctis cõpaſſi eſtis*, corde & opere eis ſubueniſtis. *Et rapinã bonorũ veſtrorũ cũ gaudio ſuſcepiſtis*.i. hilari animo toleraſtis, quòd veſtra vobis violenter ablata ſunt. Infideles nãque Iudæi rapuerũt bona primitiuæ eccleſiæ in Hieruſalẽ & Iudea collecta. Ideo autẽ feciſtis iſta ac ſuſtinuiſtis, quia eratis. *Cognoſcẽtes vos habere melioremẽ & manentẽ ſubſtãtiã*.i. cœleſtes diuitias, quas nec oculus vidit, nec auris audiuit. Hæc modò habetur in ſpe, & ſi propter eã temporalia cõtemnãtur, acquiretur citò in re. *Nolite itaque amit*
E *tere cõfidẽtiã veſtrã*.i. nõ ceſſetis in deo cõfidere, in quo hucuſq; cõfiſi eſtis inter tot diuerſa & aſpera. *Quæ* confidentia,
Eſa.50. *Magnã habet*.i. meretur. *Remunerationẽ*, gratiæ & cõſolationis in præſenti, & gloriæ in futuro. Vnde Eſa. teſtatur. Deus iudicij dominus, Beati omnes qui expectãt eũ. *Patiẽtia enim*, quæ eſt virtus moralis paſſionẽ triſtitiæ reprimẽs. Eſtq; æquanimis tolerãtia aduerſitatũ. *Vobis neceſſaria eſt*. Hæc virtus præcipuè neceſſaria eſt Chriſtiano, volẽti pacem cordis habere, & Deo tráquilla mente ſeruire. Ideo dicit ſaluator,
Luc.21. In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et Iudith. Illi
Iudith.8. qui tentationes ſuſceperunt cum timore domini: & impatientiã ſuam, &c. Denique vt Salomon profitetur, Qui im
Prouer.4. patiens eſt operatur ſtultitiam Et, Melior eſt patiẽs viro forProu.16 ti. *Vt voluntatẽ Dei*.i. diuina præcepta, *Faciẽtes*, nõ ceſſando
F à bonis operibus propter quæcũq; aduerſa. *Reportetis*.i. pro veſtro labore recipiatis ac referatis in futuro, cũ dimiſſi fueritis à tribunali Chriſti. *Promiſſionẽ*.i. promiſſam fœlicitatẽ.
Pſal.125 Iuxta illud, Veniẽtes autẽ veniẽt cum exultatione portantes
1.Petri.1. manipulos ſuos. Vnde dicit Petrus, Videntes Ieſum exultabitis lætitia inenarrabili, reportãtes finem fidei veſtræ, ſalutem animarũ veſtrarum. Meritò autem ſeruãda eſt patiẽtia. *Adhuc enim modicũ aliquãtulúmq*;, i. valde breue reſtat ſpatiũ. *Et qui venturus eſt*, Chriſtus *Veniet*, vel in die finalis iudicij per localem deſcenſum à cœlo ſuper vallẽ Ioſaphat, vel in morte cuiuſlibet, per iudicij exhibitionẽ. Dicitur enim deus ad aliquẽ venire, quãdo, viſitat eũ per pœnã vel gloriam, prout
Apoc.3. ipſe loquitur, Si nõ vigilaueris, veniã ad te tãquã fur. *Et non*

tardabit,

tardabit. Vita enim noſtra breuiſſima eſt. Et quamuis tempus præſens vſque ad diē iudicij longum videatur: tamen cōparatione æternitatis ſequentis breuiſſimum eſt, ſicut ait Pſal. Quoniā mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna quæ præterijt. Hinc ſcriptum eſt, patiētes eſtote vſque ad aduētum domini & cōfirmate corda veſtra, quoniā aduentus domini appropinquabit. Ecce iudex ante ianuā aſſiſtit. *Iuſtus autē meus*. i. homo iuſtus mihi acceptus atque electus. *Ex fide*, hoc eſt, per fidē & meritū eius, tanquā per fundamētum virtutum. *Viuit*, vita gratiæ, loquēdo de fide formata, de qua ait Ioannes. Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Qui enim incredulus eſt, infideliter agit. *Quòd ſi ſubtraxerit ſe*. i. à fide & æquitate receſſerit. *Nō placebit animæ meæ*. i. voluntati meæ. Anima enim nō cōuenit Deo ſecundū diuinitatis naturā, niſi metaphoricè. Sine fide autē impoſſibile eſt Deo placere, vt infrà habetur. Hæc verba habentur apud prophetā Abacuc ſecundū tranſlationem ſeptuaginta interpretū. Noſtra verò tranſlatio talis eſt, Ecce qui incredulus eſt nō erit recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus autem ex ſua fide viuet. *Nos autem nō ſumus ſubtractionis*. i. auerſionis à Deo. *Filij*. i. huic vitio non ſumus ſubiecti, vel dediti, ſicut patri ſubiicitur filius. *In perditionem*. i. ad acquirendā damnationem æternam, quam meretur iſta ſubtractio. *Sed*, ſumus filij. *Fidei*, dei adoptiui per fidem formatam. *In acquiſitionem*, id eſt, ad obtinendam ſaluationem, *Animæ*, noſtrę, quia per fidem venitur ad beatificam Dei viſionem.

A

Pſal. 89

Abac. 2.

Roma. 1.

Finis.

1. Ioan. 5.

Eſa. 22.

B

Abac. 2

Cap. XI. *Eſt autem fides ſperādarum ſubſtantia rerum, argumentū non apparentium.* ARTICVL. XI.

QVoniam in fine præcedentis capituli dixit Apoſto. ſpiritualem vitam iuſti dependere ex fide tanquam ex fundamento, idcirco iam pandit præconia fidei: primò cauſam definiens, deinde efficaciam eius per diuerſa exempla exponens. Sic ergo eam definit: *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum*, id eſt, habitus de rebus ſperandis, videlicet de bonis futuris in patria. *Argumētum*, id eſt, adhæſio. *Non apparentium*. i. ſupernaturalium veritatum, quæ per rationem comprehendi nequeunt vel videri. Sumitur itaque hoc loco ſubſtantia non prout condiſtinguitur accidēti, ſed pro quacunque entitate. Et argumentum accipitur pro effectu argumenti, ſcilicet pro adhæſione. Fides ergo

C

Hebr. 10.

2. Cor. 10.

D vocatur ſubſtãtia rerũ ſperãdarũ. i. prima inchoatio per quã res ſperandæ nobis inſunt. Apoſtolus verò nõ ponit definitionẽ fidei in propria forma, ſed ſic redigũtur verba eius in definitionẽ fidei. Fides eſt habitus intellectus, quo inchoatur vita æterna in nobis, per quem conſentit ratio nõ apparẽtibus, ſeu ſupernaturalibus veritatibus. Cui definitioni cõcordat deſcriptio fidei quã ſeptimo cap. de diuinis nominibus Dionyſius tradit, dicendo: Fides eſt manens credentiũ fundamentũ, collocãs eos in veritate, & veritatẽ in ipſis. Auguſtinus quoque, Fides, inquit, eſt virtus qua credũtur quæ nõ videntur. Et Damaſc. Fides eſt non inquiſitus conſenſus.

Dionyſius.

Auguſt.

Damaſc.

Denique quòd fides ſit ſubſtãtia. i. inchoatio, per quã inſunt nobis ſperãda. i. beatitudo æterna, & ea per quæ ad eã

E pertingimus, quæ iam in nobis ſunt per quandã inchoationẽ, declarat Apoſt. *In hac enim*, fide formata (quæ eſt virtus theologica) id eſt, per fidẽ vel potius interioré & exterioré actum eius. *Teſtimoniũ*, i, atteſtationẽ iuſtitiæ à deo. *Cõſecuti ſunt ſenes*, i. patres antiqui. Perhibuit nãque eis teſtimonium Deus, quòd iuſti eſſent propter fidẽ ipſorũ. *Fide*, quæ eſt ſupernaturale lumen mẽtis. *Intelligimus aptata*. i. ordinatè producta, ac ſapiẽter diſpoſita. *Eſſe ſecula*. i. entia vniuerſi. *Verbo Dei*. i. per filiũ, de quo dicitur, Omnia per ipſum facta ſunt. Vel, verbo Dei. i. diuino præcepto. Iuxta illud, Ipſe mandauit & creata ſunt. *Vt ex inuiſibilibus*. i. informibus elementis. Vnde in Geneſi vbi habemus, Terra erat inanis & vacua. Trãſlatio qua vtitur Origenes, ſic habet: Terra erat inuiſibilis. *Viſibilia*, i. mixta vel ipſa elemẽta formata, & viſu perceptibilia. *Fierẽt*, ex inuiſibilibus. i. poſt creationem ſpiritualiũ

Ioan. 3.

Pſal. 32.

Gene. 1.

Origenes.

F ſubſtãtiarum viſibilia fierent, non poſterioritate tẽporis, ſed dignitatis. Vel, ex inuiſibilibus i. æternis idæis in mente diuina ſplendãtibus quaſi ex formis exemplaribus, viſibilia fierent. Omnia enim cõdidit Deus ſecundũ idæas ſeu exemplares ſuæ ſapientiæ rationes, quemadmodũ ait Boëtius, O qui perpetua mundum ratione gubernas. Et poſt pauca, Tu cũcta ſuperna, Ducis ab exemplo pulchrũ pulcherrimus ipſe, Mundũ mente gerens, ſimili quoque imagine formans. *Fide*. i. ex fide diuinæ prouidentiæ ac remunerationis futuræ, *Plurimã*. i. precioſioré, *Hoſtiam Abel, quàm Cain*, frater eius *Obtulit Deo*. Obtulit enim Cain de fructibus terræ. Abel verò de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorũ. *Per quã*,

Boetius.

Gene. 4.

fidem,

fidem, seu plurimã hostiã. *Testimonium cõsecutus est* à deo *Esse iustus*. i. deus testatus est eum esse iustũ. Ideo subditur. *Testimoniũ perhibẽte muneribus eius deo*. Testimonium nẽpe perhibuit deus munerib⁹ seu hostiis Abel, quòd sibi accepta essent tam verbo quã facto. Verbo, cũ dixit per Moysen: Respexit deus ad Abel, & ad munera eius. Facto, quoniã ignis de cœlo descendens super hostiã, eam cõsumpsit. Vnde translatio Theodotionis sic habet, Inflãmauit dominus super Abel & super munera eius. *Et per illã*, fidem atq; fidelẽ oblationem. *Defunctus*, hoc est, à fratre occisus. *Adhuc loquitur*. i. merito suæ iustitiæ iustã vindictã exquirit de innocẽti sua occisione. prout dominus aiebat ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, vel defunctus adhuc loquitur. i. loquẽdi materiã nobis ministrat. Nã fides & opus eius reddũt eũ tam cõmendabilẽ ac imitabilem, vt semper cõmemoranda sint nobis, nec deficiat laus eius de ore hominũ vsquẽ in æuum. *Fide*. merito fidei. *Enoch translatus est*, in paradisum terrestrem angelico obsequio. *Ne videret*. i. ne experiretur. *Mortẽ*, naturalẽ & corporalẽ in seipso, tamen in fine mundi morietur, sicut Helias. Occidẽtur enim ab Antichristo. Vel, ne videret mortẽ aliorũ, præsertim tẽpore diluuij, quam videre miserabile erat. *Et non inueniebatur*, ab hominibus eum quærentibus. *Quia transtulit illũ deus*, in paradisum terrestrẽ. Hoc est quod legitur in Gene. Enoch ambulauit cũ deo, & nõ apparuit, quia transtulit illũ dominus. *Ante trãslationem eius testimoniũ habebat placuisse deo*, quoniã deus testabatur ad aliquos, ꝙ Enoch sibi placeret, & multi iusti testimoniũ perhibebãt iustitiæ eius antequã transferretur in paradisum. De hoc Enoch scriptũ est per Sapiẽ. Placẽs deo factus dilectus, & viuẽs inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius. *Sine fide enim impossibile est placere deo*. Oportet nanque habere habitũ fidei, & interiorem actũ eius ad hoc vt opus sit meritoriũ, quoniã fides dirigit intellectũ ad finẽ supernaturalẽ. Vnde Rom. dixit Apost. Quicquid nõ est ex fide, peccatũ est. *Credere enim oportet accedentem ad deũ*. i. colentẽ seu exorantem ipsum deũ. *Quia est*, hoc est ꝙ deus verè sit vnus verus deus, cui maximè cõuenit esse. Hoc tamen per naturalẽ rationẽ cognosci potest, & multis philosophis ex proprij ingenij studio patuit. Nihilominus credendũ proponitur, quia communitas hominum cui

A *Ibidem.* *Ecclc.* 44. B C *Sap.* 4. *Rom.* 1. *Rom.* 14. *Psal.* 104.

D prouidet deus, non vacat huiusmodi naturalibus cõsiderationibus de deo. Credere quoque oportet, ꝙ *Et inquirentibus se remunerator sit*. i. quòd deus cultoribus suis mercedẽ
Esa. 40. impẽdit. Sine horũ duorũ fide nemo adultus vnquã saluari potuit. Nec sufficit fides ista, sed alia multa credere est necesse. Forsitan tamen suffecit ante legem scriptã, & item sub lege, quantum ad Gẽtiles, quibus sola lex naturalis data erat, nec obligabãtur ad legem Mosaicã, dũmodo implicitam habuerint fidẽ de aduẽtu incarnationéque Christi. Qui enim credit ꝙ deus remunerator est, credit prouidentiam dei. Et per cõsequens credit modũ humanæ saluationis, saltem im-
Rom. 6. plicitè. Nunquã verò potuit aliquis saluari ex puris naturalibus, cũ & fides sit supernaturale donũ, & gratia dei vita æ-
E terna. *Fide Noe respõso accepto*, diuinitus, *De his quæ adhuc non videbãtur*. i. de futuro diluuio, & hominũ generali interitu, de quibus ei orãti pro hominũ emẽdatione, deus respõdit,
Gene. 6. Finis vniuersæ carnis venit corã me, &c. *Metuẽs aptauit*. i. cõ
Gene. 7. uenienter fecit & distinxit. *Arcam*, de lignis læuigatis pro receptiõe animaliũ. *In salutẽ domus suæ*. i. ad præseruandum seipsum & filios suos, suámque ac filiorũ vxores à morte diluuij. *Per quam*, arcã seu fidẽ. *Dãnauit mundũ*. i. homines ostẽdit dãnabiles, qui sibi arcã fabricãti credere noluerũt de fu-
1. *Petri.* 3. turo diluuio, neque pœnitentiã agere, sicut & Petrus in sua
Ibidem. testatur epist. Qui incredduli fuerũt aliquãdo, sicut in diebus Noë cum fabricaretur arca. *Et iustitiæ, quæ per fidẽ est*. i. quæ ex fide procedit. *Hæres*. i. perpetuus possessor, seu patrũ suorum dignus successor. *Est institutus*, per gratiã dei. Cæteris e-
F nim pereũtibus, in eo & domo sua dũtaxat fides permansit. Insuper ponit Apost. exẽpla de patribus Iudæorũ, ostendẽs quòd per fidem iustificati sunt. *Fide qui vocatur Abraham*, quod interpretatur pater multarũ gentiũ, qui antè vocatus
Gene. 17. est Abram i. pater excelsus. *Obediuit*, deo iubẽti: Egredere
Gene. 12. de terra tua & de cognatione tua. Obediuit ergo. *In locum exire*, videlicet in terram Chanaam. *Quem accepturus erat*, à deo. *In hæreditatem*, non vtique in se, nec pro se, sed pro semine suo longo post tempore. Ait enim Stephanus in Acti-
Acto. 7. bus. Nõ dedit dominus ei in ea hæreditatẽ nec passum pedis. *Et exiit*, de terra propria. *Nesciens quò iret*, donec deus ei viam & terrã mõstrauit. Vnde fuerat quasi vagabũdus. *Fide moratus est in terra repromissionis tanquã aliena*, quia in ea hę-

reditatem

reditatem non habuit. *In casulis*. i. paruis tabernaculis seu ten A
toriis de loco ad locū portabilibus. *Habitando cū Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem*, quibus promissa est terra hæc, sicut & Abrahæ. Dicit glossa hoc loco quòd non eodē tēpore inhabitauerunt in terra hac. Veruntamen si litera Geneseos diligentius attendatur, inuenimus Abrahā vixisse post natiuitatem Iacob. Quod etiā Lira satis declarat, idcirco dimitto. Eodem ergo tēpore habitauerunt in terra *Gene. 17.* præfata, vt alij dicūt. Ideo verò morari nō hortuit in terra aliena. *Expectabat enim fundamēta habentē ciuitatē*. i. firmiter sperauit tandē ingredi cœlestē patriam in æternū fundatā, seu immobiliter stabilitam. *Cuius artifex & conditor est deus*, non homo. *Fide*. i. merito fidei Abrahæ, vel propria fide. *Et ipsa Sara sterilis*, per naturam. *Virtutem*. i. fœcunditatem. *In* B *conceptione seminis* i. ad concipiendum ex semine viri. *Accepit, etiam præter tempus ætatis*, quoniam nonagenaria erat, desierántque ei fieri muliebria. *Quoniā fidelem*. i. in promissis veracem. *Credidit esse eum qui repromiserat*, quòd Isaac nasceretur ex Sara. Dicunt quidam, hoc non posse exponi de Sara, quia ex infidelitate risit, propter quod angelus eam redarguit. Sed de Abraham, qui licet riserit, non tamen ex dubitatione sed admiratione & gaudio. Alij verò exponūt de Sara, dicentes eam post increpationem, iteratæ promissioni angeli credidisse. *Propter quod*, id est, propter hanc fidem Abrahæ vel Saræ. *Et ab vno*, patriarcha Abraham. *Orti sunt*, Iudæi. *Et hoc emortuo*, id est, ab ipso Abraham vetustate cōfecto ac infœcundo, quantum ad Saram seu quamlibet vetulam. Vnde ad Roma. dictum est, quòd non consideravit *Rom. 4.* corpus suum emortuum. Postmodum tamen plurimos genevauit filios de Cethura fœmina iuniore. Senex namque de iuuencula generare potest. Vel, ab vno, vtero Saræ, & hoc emortuo, id est, naturali calore destituto. Orti ergo sunt denuo filij. *Tanquam sydera cœli, in multitudinem, & sicut arena quæ ad oram*. i. ad littus, *Maris innumerabilis*. Propter multitudinem enim comparati sunt stellis cœli, & arenæ maris, secundum quod dominus locutus est Abrahæ: Suspice cœ- *Gene. 15.* lum & numera stellas si potes: sic erit semen tuum. Quoniam tamen in populo isto ex Abrahā & Sara nato, fuerunt quidā electi, & alij reprobi, per stellas intelligi possunt electi, per arenam innumerabilem, reprobi. *Iuxta fidem* id est,

D in fide seu fidei adhærẽdo. *Defuncti sunt omnes isti*, qui post diluuium fuerunt, vel omnes, præter Enoch translatũ. *Nõ acceptis repromissionibus*, in est, non adeptis cœlestibus bonis eis promissis. *Sed à longe*. i. de terra & valle hac lachrymarũ, seu fidei obscuritate. *Eas aspicientes*, oculo fidei. Contemplabantur enim promissa cœlestia. *Et salutantes*. i. affectuosè ad eas suspirantes seu hilariter eis applaudẽtes, quẽadmodũ nautæ ciuitatem ad quam nauigant intuentes salutant tandem. *Et cõfitentes, quia peregrini & hospites sunt super terrã*. Hic enim quasi in exilio habitauerũt. Iuxta illud in Psalmo, Ne sileas, quoniã aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. *Qui enim hæc dicunt*. i. qui se in hac vita hospites & peregrinos esse veraciter asserũt. *Significant*. i. verbo &
E facto ostendũt. *Se patriam inquirere*, nõ terrenam, sed cœlestẽ. Sicut subiungitur. *Et si quidem illius* patriæ, *Meminissent*. i. si Chaldeæ ac Mesopotamiæ recordati fuissent cũ affectu redeũdi. *Habebant vtique tẽpus reuertẽdi*, ad patriam illam. *Nũc autem meliorem appetunt*. i. modò sic est, ꝙ suo tẽpore meliorem patriã optauerũt. *id est cœlestem*, respectu cuius peregrinos se esse professi sunt. Iacob tamẽ rediit in Mesopotamiã, sed non ad perseuerandum in ea. *Ideo non cõfunditur*. i. indignũ vel indecẽs nõ arbitratur. *Deus*, omnipotens qui est omniũ deus. *Vocari deus eorũ*, specialiter, eo ꝙ ei specialiter adhæreãt, eumq; honorẽt in omnibus, & ipse singulariter proF uidet eis. Propter quod dominus ait ad Moysen, Hæc dices filiis Israël, deus patrũ vestrorũ, Deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in ęternũ, & hoc est memoriale meũ in generatione & generationem. *Fide obtulit*. i. offerre paratus fuit *Abraham Isaac* filium suũ. *Cum tentaretur*, ipse Abrahã à deo, qui tentat, non vt fallat, aut sciat, sed vt occasionẽ promerẽdi ministret, & alios scire quid faciat. *Et vnigenitũ offerebat*. Non quòd solũ Isaac pro tunc habebat in filiũ. Habuit nãque & alios multos de Cethura, sed solus Isaac fuit hæres, & natus de libera. *Qui* Abraham, *Susceperat repromissiones*. i. iteratas promissiones implẽdas per Isaac scilicet quòd multos filios procrearet, & terrã Chanaan possideret in semine Isaac, *Ad quem*, Abrahã, *Dictum est*, à deo, *Quia in Isaac vocabitur tibi semẽ*. i. nati ex Isaac vocabuntur filij tui, & bona tibi promissa cõsequẽtur. Huic autẽ promissioni repugnare videbatur oblatio Isaac, qui tẽ

Ioan. 8.

Psal. 38.

Gene. 27.

Acto. 10.

Exod. 3.

Gene. 22.

1. Mac. 2.

Deut. 8.

Gene. 25.

Gene. 21.

Gala. 3

Roma. 9.

pore

pore illo nondum genuit prolẽ, ſed Abrahã non dubitauit A
de veritate promiſſionis diuinæ. Cuius ratio ſubditur, *Ar-* 1. Reg. 2.
bitrãs, ſcilicet Abrahã. *Quia & à mortuis ſuſcitare potẽs eſt de⁹*, nõ ſolũ Iſaac filiũ ſuum, ſed omnem defunctũ. Non enim videbatur alius mod⁹, quo poſſet impleri diuina promiſſio de multiplicatiõe filiorũ ab Iſaac, ſi Iſaac oblatus fuiſſet, niſi reſuſcitaretur. Et quoniã Abrahã ſciuit deum hoc poſſe, non dubitauit in fide. *Vnde &* Abrahã *Eum*, videlicet Iſaac, *in parabolam*. i. typicam ſignificationem. *Accepit*. Intellexit nãq; per Iſaac ſignificari Chriſtũ, & per immolationẽ Iſaac Chriſti paſſionẽ. Per hoc tamẽ quòd non Iſaac, ſed aries immolatus eſt, præfigurabatur, ꝙ Chriſtus ſecundum diuinitatem ſuam impaſſibilis fuit, ſecundũ humanitatẽ verò occiſus eſt. *Fide & de futuris*. i. de futurorũ bonorum collatione. *Bene-* B
dixit Iſaac patriarcha *Iacob & Eſau* filiis ſuis. Benedictio nãque eorũ fuit de bonis futuris, quia impleta non fuit in illis duobus filiis Iſaac. (Non enim Eſau ſeruiuit Iacob) ſed impleta fuit in populis natis ex illis. Nam tempore Dauid & 1. Reg. 8.
Salomonis, Idumæi orti ex Eſau ſeruierunt Iudæis filiis Iacob. Per hoc autẽ ꝙ Iacob ante Iſaac benedictionẽ ſortitus eſt, myſticè ſignabatur quòd populus Chriſtianus iunior cõ ſequeretur benedictionẽ Iudæorũ. *Fide Iacob moriens*. i. mori propinquans. *Singulos filiorum Ioſeph benedixit*, videlicet Gene. 48.
Effraim & Manaſſen, præponens Effraim iuniorem Manaſſe ſeniori. Quoniã deo reuelante præuidit regnum decem tribuũ transferendũ ad filios Effraim, quod in Hieroboam cœpit impleri, & quoniam nouit tribum Effraim maiorem futuram. *Et adorauit faſtigium virgæ eius*. i. ipſe Iacob poſt benedictionem filiorum Ioſeph, & iuramentũ quo Ioſeph iu- 1. Reg. 14.
rauit, quòd ſepeliret patrẽ ſuum in terra Chanaan, in ſpelũca duplici, tunc ipſe Iacob adorauit Deum innixus, erectus vel incũbens ſuper faſtigiũ. i. cacumen virgæ eius, id eſt, baculi ſui, quẽ propter ſenectutẽ tenebat in manibus eius. Vel, virgę eius, id eſt, ſceptri quod Ioſeph portauit in ſignum traditæ ſibi poteſtatis ſuper Ægyptum: quod Iacob accepit in manibus ſuis, quando Ioſeph iurauit. Quo iuramento completo, Iacob innitens ſceptri faſtigio adorauit, conuerſus ad caput lectuli, vt noſtra habet trãſlatio. Loco cuius trãſlatio ſeptuaginta interpretum continet: Adorauit faſtigium virgæ eius, ſicut hîc allegatur. *Fide Ioſeph moriens de pro-*

D *fectione filiorum Iſrael memoratus eſt*, id eſt, egreſſum eorum ex Ægypto prædixit. *Et de oſſibus ſuis mandauit*, hoc eſt, filiis Iſraël præcepit, vt tollerent ſecum oſſa ſua, ſepeliréntque ea in ſpelunca duplici (ſecundum quod dicitur) in qua ſepulti
Gene.49. ſunt Adam & Eua, Abraham & Sara, Iſaac, Iacob, & Lya. Vnde dixit Ioſeph: Deus viſitabit vos, efferte oſſa mea vo-
Hierony. biſcum. In hac quippe terra ſepeliri volebant ſancti patriarchæ ſecundum Hieronymum, quia nouerant in ea Chriſtũ naſciturum atque paſſurum, vt ſimul cum eo reſurgerent, cũ
Mat.27. quo ſcimus multorum ſanctorum qui dormierant corpora
Exod.2. reſurrexiſſe. *Fide Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis*, ex fide parentum. Diutius autem eum celare non poterant Occultauerunt verò eum, *Eo quòd vi-*
E *diſſent elegantem infantem*, id eſt, præter ſolitum venuſtate &
Eccle.43. gratiâ magis decoratum. Propter quod ſperauerunt Deum
Exod.1. aliquid magni operaturum per illũ infantem. *Et non timue-*
Exod.2. *runt*, timore completo, quamuis aliqualiter timuerint. *Regis*
Exod.1. *edictũ*, id eſt, Pharaonis præceptũ, qui iuſſit omnes maſculos Hebræorum necari, & in flumẽ iactari. *Fide Moyſes grandis factus*, mente & corpore. i. virtuoſus, atque adultus. *Negauit* operibus, quamuis non verbis, videlicet occidẽto Ægyptium, & fugiendo regis palatium. *Se eſſe filium*, adoptiuum, *Filiæ Pharaonis*, quæ eum adoptauit in filium. *Magis eligẽs affligi cum populo dei*. i. cum filiis Iſraël, qui tunc vehementer ab Ægyptiis opprimebantur. *Quàm temporalis peccati habere iucunditatem*. i. quàm eſſe in regis palatio, atque corporalibus tranſitoriiſque frui deliciis. *Maiores diuitias æſtimans theſau-*
F *ro Ægyptiorum, improperium Chriſti*, id eſt, perſecutionẽ & tribulationem figuratiuam paſſionis Chriſti, vtiliorem & fructuoſiorem iudicans vniuerſis Ægypti deliciis. *Aſpiciebat enim in remunerationem*, id eſt, iuſtũ dei iudicium, & vniuer-
2.Cor.4. ſorum debitam retributionem penſauit. Quàm ſcilicet momentaneum & breue tribulationis præſentis, æternum glo-
Pſal.118. riæ pondus operetur in nobis. Vnde Pſalmiſta, Inclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem. Veruntamen magis conuertendus eſt oculus mentis ad Dei honorem, quàm ad propriam mercedem, potiúſque induci debemus ad bene agendum ac patiendum ex diuino amore quàm remunerationis
Ioan.10. deſiderio: aliter eſſemus mercenarij, non ſerui fideles, ne-

que amici. *Fide reliquit Aegyptum non veritus animositatem* A
regis.i.ſuperbiam Pharaonis. Hoc quidã intelligunt de fuga
Moyſi ab Ægypto ſtatim percuſſo Ægyptio. Vnde Chry- *Exod.* 2
ſoſtomus dicit quòd Moyſes primò fugit in terram Madiã:
non fuit metus, ſed fides, quia credebat ſe liberari à Deo.
Noluit in Ægypto manere, ne eſſet cauſa iactantiæ, ſi ſe in
apertum præcipitaret periculũ. Verumtamen in Exodo ma- *Ibidem.*
nifeſtè habetur, quòd Moyſes timuit, cum audiſſet patefactũ *Actor.* 7.
eſſe homicidiũ quo occidit Ægyptium, & fugit à facie Pha-
raonis. Ideo alij exponunt hæc de egreſſo Moyſe ex Ægy-
pto ſimul cũ filiis Iſraël. Quibus obuiare videtur quòd ſub-
ditur de celebratione Paſchæ, quæ præceſſit egreſſum prędi
ctum, niſi dicatur, quòd non ſeruatur hoc loco, ordo rei ge-
ſtæ. *Inuiſibilem enim* deum. *Tanquam videns ſuſtinuit*, id eſt, tã B
fiducialiter expectauit, & in eius auxilio confidebat ac ſi eũ
vidiſſet. *Fide celebrauit* Moyſes *Paſcha*, i. agni paſchalis im- *Exod.* 12
molationẽ, eſum ac ritum, credens populum hoc modo ſal-
uandum. *Et ſanguinis agni*, illius *Effuſionẽ*, celebrauit, liniẽdo *Exod.* 12
poſtes & ſuperliminaria domorum ſanguine agni, ſecundũ
imperium domini. *Ne qui vaſtabat primitiua* i. ne angelus oc
cidens primogenita hominum & iumentorum in tota Ægy
pto. *Tangeret eos*. i. Hebræos vaſtaret. Iuſſerat enim domin⁹
Moyſi, vt filij Iſraël ſanguine agni poſtes & ſuperliminaria
domorum ſuarum linirent: quatenus angelus cernens do- *Exod.* 12
mos ita linitas tranſiliret, nec tangeret habitatores. Quo fi
gurabatur, quòd ſignati ſanguine Chriſti non opprimuntur
à tentatore. *Fide* filij Iſraël. *Tranſierunt mare rubrum*. i. per al C
ueum exiccatũ, in quo paulò ante aqua maris fluebat. *Tan-*
quam per aridam terram, aqua maris diuina virtute diuiſa, &
exiſtẽte ea filiis Iſraël pro muro à dextris, & à ſiniſtris. *Quod*
iter. *Experti*. i. attentantes *Aegyptij*, ſequẽtes filios Iſraël per
viã maris rubri. *Deuorati ſunt*, hoc eſt, ſubmerſi occurrenti-
bus eis aquis & domino eos inuoluente in mediis fluctibus.
Fide. i. merito fidei Iſraëlitarũ credentiũ Deo. *Muri Hierico*
corruerunt, miraculoſe virtute diuina. *Circuitu dierum ſeptem*,
id eſt, cõpleto circuitu, qui per ſeptem dies factus eſt ſemel
vnoquoque die à toto populo Iſraël. *Fide*, id eſt, propter fi-
dem. *Raab meretrix non perijt*, id eſt, occiſa non eſt. *Cum*
incredulis. Chananæis, quoniam credidit deum eſſe verum ac
omnipotentem, ita vt daret filiis Iſraël terram Chanaam,

D Sicut promisit. *Excipiens exploratores*, duos viros missos à Io
Iosue.6. sue. *Cum pace.* Nam occultauit eos atq; pacificè dimisit cos-
Iosue.2. dē. *Et quid adhuc dicā?* i. totum quod præsentē cōcernit mate
riam explicare non possum. *Deficiet enim me tempus enarran-*
tem i. spatium vitę vel conscriptionis huius epistolæ mihi ni
Iud.6. mis breue erit ad eloquendum. *De Gedeon*, cui angelus dixit,
Iud.45. Dominus tecum virorum fortissime. Qui cum viris trecētis
debeliauit numerosissimū exercitum Madianitarum. *Barach*
filio Abinoëm; qui cum decem millibus pugnatorum occi-
dit cētum millia aduersariorum. *Sāpson.* i. de Sampsone filio
Iudic.16 Manue ex tribu Dan, qui philistæos oppressit. *Iepte*, Galadi
E te, qui filios Amon deiecit. *Dauid* rege, qui adhuc adolescēs,
Iudic.12. leonem, vrsum, atque gigantem extinxit. *Samuel*, filio Elcha-
1. Reg.17. næ, qui post Heli iudicauit Israëlem. *Et aliis prophetis*, veteris
1. Reg.9. testamenti. Ex iis constat, quòd omnes iam nominati san-
ctifuerunt, qui in sanctorum ponuntur catalogo. Vnde si a-
liqua illicita commiserunt, pœnitentiam fecisse creduntur.
Vt Gedeon de hoc quòd contra legem fecit sibi Ephor, seu
Iudic.11. vestem sacerdotalem. Et Iepte de hoc quòd propriam obtu
Iudic.16. lit filiam. Nisi dicatur hoc fecisse ex occulto spiritus sancti
instinctu. Ex quo motus est & Sampson ad occidendū seip-
sum cum hostibus suis. Ideo de sanctitate Sampsonis dubi-
Epist. tādū nō est *Qui* iā præfati. *Per fidē vicerunt regna.* Madiā, Am
monitarū, Philistinorū, Syrorū, &c. quæ omnia in libro Iu-
Abac.2 dicū plenius cōtinentur. *Operati sunt iustitiā.* Iustus enim ex
Roma.4 fide viuit, & prædicti iudices iusta exercuerunt iudicia. *Ade*
F *pti sunt repromissiones.* i. bona eis promissa. Aliqua enim pro-
missa in præsenti sortiti sunt vita, puta victorias, principatū
& pacem. Aliqua verò post vitam hanc, maximè post Chri-
sti aduētum, videlicet bona cœlestia. Quod autem suprà di-
ctum est, Iuxta fidem hi omnes defuncti sunt, non acceptis
1. Reg. 17. promissionibus, intelligitur de promissionibus patriæ. *Obtu*
Iudic. 14. *rauerunt*, id est, occidēdo, vel, deuotione prohibendo clau-
Daniel.6. serunt. *Ora leonū*, vt Dauid, Sampson, & Daniel. *Extinxerūt*
Daniel. 3. *impetū ignis*, vt Aaron, vt tres pueri in camino. *Effugauerūt.* i.
4. Re. 20. in fugam verterūt. *Aciem gladij.* i. exercitum gladiis cinctū
sicut in lib. Iudicum, Regum, & Parali. sæpissimè recitatur.
Conualuerūt, miraculosè. *De infirmitate* lethali, vt Ezechias &
Iob.42. Iob. *Fortes facti sunt in bello*, corporali cōtra hostes visibiles,
& spirituali contra hostes inuisibiles, vt patet de Dauid &

Ma-

Machabęo, & fratribus eius. *Castra verterunt*, id est, destruxe A
runt. *Exterorum*. i. alienigenarum. *Acceperunt mulieres*, vide- 3. *Reg.* 17.
licet mulier Sunamitis & vidua Sydonia. *De resurrectione*. i. 4. *Re.* 2. 4
mediante resurrectione, seu per resuscitationem ex mortuis. 3. *Reg.* 17.
Mortuos suos, id est, filios suos defunctos. Helias nanque resu
scitauit filium viduæ Sydoniæ, Heliseus filium mulieris Su-
namitis. *Aly autẽ*, sanctorũ. *Pro fide distẽti sunt*. i. in tormẽtis
extenti, vt legitur de septem fratribus Machabæis & aliis
quibusdam. *Non suscipientes redemptionem*. i præsentium pœ- 2. *Mac.* 7.
narum euasionem. *Vt melioremuinuenirent resurrectionẽ*, in die
nouissimo: quã inuenturi non erant, si præsentes pœnas cu-
rassent euadere. Hoc est, quatenus beatam immutationẽ at-
que fœlicem suscitationẽ in die iudicij consequi mererẽtur,
de qua. 2. Macha. vnus fratrum illorum dicebat, Rex mundi *Ibidem.*
deus, defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurre- B
ctione suscitabit. *Aly verò ludibrii*. i. irrisionei, cõtumeliasque verborum. *Et verbera experti, insuper & vinculi & car-
ceres*. i incarcerationes. In eo quod ait insuper, notat hæc in
eisdẽ facta personis, videlicet in Hieremia, Sampsone, Mi-
chæa. *Lapidati sunt*, vt Hieremias in Ægypto, Zacharias fili⁹
Ioiadæ pontificis inter tẽplum & altare. *Secti sunt*, vt Esaias *Hiere.* 38.
à Manasse. *Tentati sunt*, aduersitatibus, vt Tobias. Vel, blan *Iud.* 16
dis promissionibus vt auerterentur à Deo: vt Matathias & 2. *Reg.* 12.
Eleazarus. *In occisione gladij*. i. gladio facta. *Mortui sunt*. Nam 2. *Par.* 24
& Manasses impleuit Hierusalẽ sanguine innocentũ vsque *Tobie.* 2.
ad os. *Circuierunt*, varia mundi loca. *In melotis*. i. vestibus fa- 1. *Mac.* 2.
ctis de pilis camelorũ sicut Ioan. Bapt. Vel melota, est pellis 2. *Mac.* 6.
hispida animalis quod dicitur meius. *In pellibus caprinis*, vt C
Helias. *Egẽtes*, victu atque amictu. *Angustiati*. i. diuersis ani- 4. *Reg.* 21.
mi afflictionibus pressi. *Afflicti*, in corpore. *Quibus dignus nõ *Matt.* 3
erat mundus*. i. mũdanorũ hominũ cœtus: quia & ipsi ea quæ *Matth.* 11
mundi sunt vilipenderunt, & mundus propter suã impietatem dignus non fuit conuersatione ipsorũ. *In solitudinibus*. i. 4. *Reg.* 1.
locis desertis. *Errantes*, per deuia, vt Dauid cũ suis tempore *Ioan.* 15.
Saulis. Et Matathias cũ suis tẽpore Antiochi illustris. *In mõ- 1. *Reg.* 26.
tibus, & in speluncis & in cauernis terræ*, cõmorãtes. Vt legitur 1. *Mach.* 1
de Helia, & filiis prophetarũ, quos abscondit Abdias tẽpore 3. *Reg.* 18.
Iezabel. Vnde & Dauid, Ecce, inquit, elongaui fugiens, & *Psal.* 34
mansi in solitudine. Fugerũt enim hominũ aspectus ac strepitus, vt deo vacarent liberius. *Et hi omnes testimonio fidei*,
id est,

D id est, actione procedente ex fide, vel passione propter fidē
susceptā, dante testimonium eis quòd verè fideles fuerunt.
Probati. i. diuinitus approbati, commendabiléque effecti.
Non acceperunt repromissionem. i. cœlestem hæreditatem pro-
missam ante Christi passionem. *Deo aliquid melius pro nobis*,
Finis. id est, pro nostra vtilitate. *Prouidente*, videlicet. *Vt non sine no-
bis consummarentur*, id est, ne ante ministros noui testamenti
æterna beatitudine perfruerentur. Detinebātur enim in lym
Matt. 14 bo vsque ad Christi passionē, ante quā decollatus est Ioan-
Marci. 6. nes Baptist. noui testamenti minister & præco. Sícque pro-
pter maius gaudium procurandum simul beatificati sunt san
cti antiqui, & aliqui qui erant tempore Christi. Vel sic, non
E acceperunt repromissionē. i. corporis stolam seu glorifica-
tionē deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine
nobis consummarentur. i. ne ante diem iudicij hāc gloriam
consequerentur: sed tūc omnes simul suscitemur & conglori
ficemur, atque de beatitudine tanta mutuò congratulemur.

Cap. XII. *Idcóque & nos tantam habentes impositam nubem testium, &c.*

ARTICVLVS XII.

Hebræ. 11 FActa in precedēti cap. exhortatione ad fidei stabilitatē:
nunc introducitur admonitio ad pacem ac patientiam.
Idcóque videlicet propter rationes in superiori cap. tactas.
Et nos tantam, id est, tam copiosam seu numerosam. *Habentes
impositam*, id est, exemplariter propositam nobis. *Nubem te-
stium*, id est, multitudinem sanctorum. Qui ad similitudinem
nubium alti sunt contemplatione, splendidi cordis puritate,
F spiritualiter pluentes, influendo stillicidia sapientiæ & refri
Esa. 60 geria concupiscentiæ: de quibus propheta. Qui sunt isti qui
vt nubes volant? Hi quoque sunt testes Dei quoniam verbo
& facto ostendunt vera esse diuina eloquia, dum ipsum deū
in cunctis glorificant. *Deponentes omne pondus*, id est, inclina-
tionem ad vitia pertrahentē, quēadmodum, grauitas trahit
deorsum. Quod enim in corporalibus facit pondus, hoc in
spiritualibus efficit amor. Trahit enim quéque sua voluptas.
Et circunstans, id est, ex omni parte imminens & impugnans
Nos peccatum, quia in prosperis impugnat vana gloria, in
aduersis inordinata tristitia. *Per patientiam*, id est, omnia ob-
stacula atque aduersa fortiter transiliendo & sustinendo,
nec propterea à bonis cessando, *Curramus* animo, prompto
&

& corde ſpõtaneo,& ſi opus eſt,etiam motu corporeo. *Ad propoſitum nobis certamen.*i. ad prælium nobis iniunctũ contra diabolum,carnẽ ac mundum, vel ad martyrium ſeu iuſtitiæ defenſionem. Vnde in Eccleſiaſtico legitur. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia,& deus expugnabit pro te. *Aſpicientes.*i.oculum mentis proiicientes. *In authorem fidei,& conſummatorem Ieſum.*i. in dominum ſaluatorem. Qui dicitur author fidei, quia vt deus eam infũdit:atque vt homo,eam potiſſimũ prædicauit ac docuit. Dicitur quoque fidei cõſummator, quoniam eam miraculis confirmauit,& fideles à fide transfert ad ſpeciẽ faciens fidei ſuccedere beatificam viſionem,quæ eſt conſummatio ſiue perfectio fidei. *Qui propoſito ſibi gaudio*,id eſt,gloria regni ſibi oblata, quando Iudæi voluerunt eum conſtituere regem, & in die palmarum honorificè eum proſequebantur. Vel propoſito ſibi gaudio, id eſt, præmio accidentali,ad quod patiendo peruenit. Vel, ꝓpoſito ſibi gaudio,quia in ſuperiori parte animæ plenus ſemper erat gaudio beatæ fruitionis. *Suſtinuit crucem.*i. crucifixionẽ ſponte ex ardentiſsima charitate. Oblatus eſt enim quia voluit. *Cõfuſione cõtempta*,hoc eſt,tam ignominioſam paſsionem non reputans fugiendam: ſed ſuam confuſionẽ pro nihilo reputans, ſeu æquanimiter ſuſtinens,dummodo nos per eam ad cœleſtis paradiſi honorẽ reduceret. *Atque in dextera ſedis dei ſedet.*i. ad æqualitatem dei patris in throno gloriæ reſidentis requieſcit. *Recogitate eum*,id eſt,repetitis vicibus, ſeu frequenter memores eſtote eius,videlicet Chriſti. *Qui talem ſuſtinuit à peccatoribus*,peruerſis Iudæis, *Aduerſus ſemetipſum contradictionẽ.*i. blaſphemiam negationem,& impiiſsimã impugnationẽ in verbis & factis. Dixerunt nanque euangeliſtis teſtãtibus, Nõ eſt hic homo à deo.Et, Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.Et, Nunc ſcimus,quia dęmoniũ habes.In paſsione quoque dixerunt,Hunc inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtram. *Vt non fatigemini*,propter tribulationes & labores vitæ præſentis. *Animis.*i. cordibus ſeu ſpiritibus. *Veſtris:deficientes*,id eſt,à bono ceſſantes, & aduerſitatibꝰ ſeu tẽtationibus ſuccumbentes. Chriſtus enim omnibus nobis in exemplum proponitur,ſemperque à nobis aſpiciendus eſt, quatenus eius veſtigia imitemur. Idcirco exemplo Chriſti cuncta aduerſa læto animo ſuſtinere debemus,quoniam nõ eſt ſeruus

A *Eccle.4*

Iſa.53 *Sapien.2* *Ioan.9.* *Ioan.8* *Luce.23*

B *Ioan.6.* *Matth.20*

C

D maior domino suo. Meritò denique non debetis deficere.
Ioan.13 *Nondum enim vsque ad sanguinem*.i sanguinis effusionem seu martyrium. *Restitistis* aduersariis veritatis. *Aduersus peccatū repugnantes*,id est, infidelitati & cæteris vitiis reluctantes.

Deinceps increpat Apostolus eos,quòd non attenderunt sacram scripturam ad patientiam inuictissimam dulciter excitantem. *Et obliti estis consolationis*.i scripturæ consolatorię. *Quæ vobis tanquā filiis* dei adoptiuis. *Loquitur*,*dicens*, in per-
Prou.3. sona sapientis. *Fili mi*,*noli negligere*.i.despicere,non aduertere seu refutare. *Disciplinam domini*.i. pœnam, vel tribulationem à deo inflictā. *Neque fatigeris*, per impatiētiam aut pusillanimitatem. *Dum ab eo argueris*, per iustam increpationē verborum seu verberum,mediatè vel immediatè. Ideo legi-
Iob.5. tur apud Iob,Beatus homo qui corripitur à domino. IncreE pationem ergo domini ne reprobes. Et Hieremias precatur,
Hiere.10. Corripe me domine veruntamen in iudicio, & non furore. *Quem enim diligit*,id est,cui bonum gratiæ in præsenti & bonum gloriæ in futuro vult. *Dominus*,*castigat*.i.paternè corrigit in præsenti,ne postea durius crucietur. *Flagellat autē omnem filium quem recipit*,ad numerū beatorum,& quem habet acceptum. Nam & proprio, naturalíque filio non pepercit.
Roma.8 Hoc est quod in Apocal.protestatur,Ego quos amo, arguo & castigo. Imò periculosissimū est, & maximum diuini odij
Apo.3. reprobationísque signum,non castigari nec argui à Deo in seculo isto prout per Ezechielem dominus ait populo re-
Ezech.16. probo, Zelus meus recessit à te, non irascar tibi amplius.
Psal.80 Itémque in Psal. Dimisi eos secundum desideria cordis eorū,ibunt in adinuentionibus suis. Ex præinducta insuper au
F thoritate infert apostolus instructionem moralem. *In disci-*
Iob.33 *plina*.i. correctione iustè illata. *Perseuerate*, vsq; in finē eam æquanimiter sustinendo, dicentes singuli illud Iob. Peccaui
Prou.13. & verè deliqui,& vt erā dignus,non recepi. Hinc enim scriptum est, Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Alio quoque
Prou.15 loco Salomon loquitur, Qui abiicit disciplinā,despicit animam suam:qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Cur autem in disciplina perseuerandum sit, subditur. *Tanquam filiis offert se vobis deus*,id est, tā clementer & prouidētialiter se habet ad vos, sicut decet patrem se habere ad filios, ideo corripit. *Quis enim filius, quem non corripit pater?*

pater? si peccauerit, tanquam dicat, nullus. Scriptū est enim, A
Qui parcit virgæ, odit filiū suum. Qui autē diligit filium in- *Prouer.13.*
stanter erudit. Et alibi, Qui diligit filium suum, assiduat illi *Eccle.30.*
flagella, vt lætetur in nouissimo. *Quod si extra disciplinam* *Iob.31.*
estis, ita quòd virga Dei non est super vos, sicut de impiis
legitur. *Cuius*, disciplinę. *Participes facti sunt omnes*, filij & ele
cti, eam experiendo. *Ergo adulteri*. i. non spiritualiter à Deo
geniti, sed filij adulterini: filij vtique huius seculi atque dia-
boli. *Estis*. Prout apud Ioânem scribitur de quibusdam, Vos
ex patre diabolo estis. Deinde ptobat apostolus per locum
à maiori, & per exemplum in naturalibus, quòd obediendū *Ioan.8.*
sit deo, recipiendo disciplinam patienter ab eo. *Deinde*. i. ex
sequentibus idem patescit. *Patres quidē carnis nostræ*. i. patres
nostros carnales, à quibus corpus, non animā sortiti sumus B
Habuimus eruditores, præsertim tempore nostræ iuuentutis.
Pater enim debet filio nutrimentum ac documentum. *Et re-*
uerebamur eos. i. honorem cum timore eis impendebamus,
Non multo magis optemperabimus. i. obediemus, *Patri spirituū*
. i. deo creatori animarum, *Et viuemus*? vita gratiæ? Quasi di-
cat, hoc multo rationabilius est, sicut & anima corpore est
nobilior. Quanto enim plura ac potiora à deo bona susce-
pimus, tanto amplius ei parere tenemur. *Et illi quidē*, patres
nostri carnales. *In tempore paucorum dierum*, videlicet dura-
te adolescentia nostra. *Secundum voluntatem suam erudiebant*
nos. i. in his quæ eis bona apparuerunt, videlicet in honesta-
te humana, & traditionibus secularib⁹. *Hic autem*, pater spi-
rituum erudit nos per inspirationem internam & sacrę scri-
pturæ lectionē seu prædicationē. *Ad id quod vtile est*. i. ad bo C
na gratiæ, & beatitudinem gloriæ, vt ea assequamur. *In reci-* *1 Thes.4.*
piendo sanctificationem, id est, cordis expurgationē à vitiis, &
puritatē diuinæ illustrationis. Hæc est enim volūtas dei, san-
ctificatio vestra. Præterea admonet in disciplina persistēn-
dum propter copiosissimum fructum ex ea sequentem. Om-
nis autem disciplina. i. correptio pro peccatis inflicta. *In præ-*
senti quidem, seculo. Vel in præsenti i. ea durante. *Videtur non*
esse gaudij, sed mœroris. i. non delectabilis, sed molesta. Talis
enim videtur carnalibus, quamuis spirituales eam delectabi-
liter patiantur propter vtilitatem ipsius, quemamodum æ-
ger libenter recipit potionem amaram propter spem sani- *Esaiæ 24.*
tatis. Verè tamen disciplina ista est in se molesta, cum sit

D quædam pœna. Disciplina verò (quæ à discendo nomen accepit, quæ & scientia dicitur) in sua natura incunda & dulcis est. *Postea autem*, id est, in vita futura. *Fructum paccatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ*, id est, in patria reddet. i. dari faciet, per modum causæ meritoriæ, fructum paccatissimum iustitiæ. i. quietissimam mercedem, seu beatitudinem desiderium quietãtem. Qui fructus ex iustitia oritur, & iustè confertur exercitatis, id est, in actibus virtuosis ha-
Roma. 8. bituatis, per eam disciplinam. Ideo dictum est alio loco: Nõ
2. *Cor.* 4. sunt cõ dignæ passiones huius tempporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Et rursus, Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis. *Propter quod re-*
E *missas manus*. i. pigras & tepidas affectiones. *Et soluta genua*, .i. fortitudinem, qua ante stetistis, nunc debilitatam. *Erigite*, ad deum .i. perficite vt charitatis affectus in vobis flammescant, & ad cœlos vos subleuent. Fortitudo quoque animæ corroboretur in vobis. Corporis etiã manus ac genua debemus ad deũ leuare, stando erecti ad eũ in oratione ac contẽ
Thren. 3. platione: iuxta illud, Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in cœlos. *Et gressus rectos*. i, opera iusta. *Facite pedibus vestris*. i. ex interioribus virtutibus animę, quibus itur ad deũ, videlicet ex fide, spe, & charitate sine quibus nulla actio meritoria est. *Vt nõ claudicãs*. i. instabilis, vagus & in via do
F mini nutãs. *Quis*, vestrũ. *Erret*, ab vltimo fine. *Magis autem sanetur*, à vulneribus animæ. i. peccatis. *Pacem*. i. tranquilitatem siue concordiam. *Sequimini* i. seruare curate. *Cum omnibus*, proximis, amicis & æmulis. Quod intelligendum est de vera spiritualiq; pace, propter quod & Romanis dictũ est. Si-
Roma. 12. fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habentes. *Et sanctimoniam*. i. cordis munditiam, iuxta illud, Omni custo-
Prouer. 4 dia custodi cor tuum. *Sine qua*, pace & sanctimonia *Nemo vi-*
Matth. 5. *debit deum*, in patria. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei
Ibidem. vocabũtur. Beati quoque mundo corde, quoniam ipsi deũ videbunt. *Contemplantes*, i. sollicitè præcauentes, *Ne quis desit gratiæ dei*. i. ne aliquis vestrûm elongetur, ac separetur à gratia dei quæ omnibus præsto est, dũmodo fecerint quod in se est. Vel, ne quis desit gratiæ dei. i. ne gratia dei in vobis imperfecta sit propter negligentiam vestram. Sed potius in ea proficite. *Ne qua radix amaritudinis*, id est, ne aliqua passio

vitiosa,

vitiosa, pœnalis, seu pœnam promerens. *Sursum germinans*, A
id est, in consensum vel opus prorumpens *Impediat*, gratiam *Osee. 10.*
& salutem. *Et per illam*, amaritudinẽ. *Inquinentur*, id est, scandalizentur seu perturbentur, *Multi*, ex impatientia. Vnde in lege præcipitur, Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Et quidam sapiens, Non est sensus, vbi abundat amaritudo. *Ne quis*, sit. *Fornicator*, spiritualis, recedendo *Deute. 32*
à fide. Est enim spiritualis fornicatio, qua deus relinquitur. *Eccle. 23.*
De qua propheta, Fornicati sunt à deo. Et in Psalmo, Forni *Osee. 4.*
cati sunt in adinuentionibus suis. Vel, Ne quis sit fornica- *Psal. 105.*
tor corporis, illicitum concubitum committendo. *Aut* *Roma. 16.*
prophanus, id est, penit⁹ irreligiosus, tanquã procul à phano,
.i. remotus à templo, seruiens suo ventri magis quàm deo, vt
guloſi. *Vt Esau, qui propter vnam esca*m, puta lenticulam à Ia- B
cob paratam. *Vendidit*, ipsi Iacob. *Primitiua sua*, i. primoge
nita, scilicet dignitatem primogenitorum, hoc est, honorem
sacerdotij, prout in Genesi narratur. Primogeniti autem in *Gene. 25.*
lege naturæ erant sacerdotes, & speciales vestes habebant,
quibus tempore sacerdotij vtebantur, habebantque duplicem portionem in hæreditate. Ius autem primogenituræ, & dignitas sacerdotij, spirituale sunt bonum. Ideo Esau id vendendo, incidit in symoniam: nõ tamen Iacob, quoniam propriè nõ emit ea, sed sui vexationẽ redemit, quoniam ex ordinatione diuina ei debebantur primogenita. Itaque nõ sit aliquis vestrûm fornicator aut prophanus, vt Esau. *Scitote enim quoniam & postea*, reuersus de agro, & Iacob iam benedicto. *Cupiens*, Esau. *Hereditare*, id est, hæreditariè possidere vel sumere, *Benedictionem*, Isaac. *Reprobatus est*, à deo, & C
ab impetratione benedictionis prohibitus. Veruntamen in *Gene. 17.*
Genesi legitur Isaac benedixisse Esau filio suo, sed non benedictione primogenituræ, quam Esau primò & principaliter postulauit. *Non enim inuenit pœnitentiæ locum*, ad recuperandam amissam benedictionem. *Quanquam cum lachrymis inquisisset eam*, i. pœnitentiæ veniam seu benedictionẽ. Non enim ex amore iustitiæ, vel vera contritione profluxerunt lachrymæ illæ, sed ex temporalis damni mœrore, vel indi- *2. Mac. 9.*
gnatione siue rancore. Simili modo de Antiocho scribitur. *Eccle. 29.*
Orabat sceleſtus dominum, à quo non esset misericordiam consequuturus. Neminem tamen deus repellit, si recta intentione conuertatur ad eum. Quis enim inuocauit deum

D tur,cùm ipſe ſit verus deus. Vnde & ipſe ait. Creditis in deũ,
Ioan.14. & in me credite. *Nunc autem*,id eſt,pro tempore noui teſta-
menti. Chriſtus *Repromittit*,*dicens*: *Adhuc ſemel*, præter id
Aggæi.2 ſcilicet quod antefeci in mõte Sinai, hoc eſt, in primo meo
aduẽtu. *Et ego mouebo nõ ſolũ terrã*,quę mota eſt tẽpore paſ-
Matt.27. ſionis. *Sed & cœlum*,aëreum. Quod inſolito more motũ eſt,
angelis tempore natiuitatis Chriſti apparentibus, & nouo
Luc.2. ſydere radiante de cœlo. Chriſto quoque cum ſanctis innu
Acto.1. merabilibus aſcendente in cœlum. Quemadmodum autem
per motũ terræ intelligi poteſt motio & admiratio homi-
num,ſic per motũ cœli intelligi poteſt aſcenſus atq; deſcen
ſus,& admiratio angelorũ, qui in primo Chriſti aduẽtu fre
E quenter apparuerunt,& vehementer mirati ſunt de myſte-
Eſa.59. riis Chriſti, dicẽtes in aſcenſione: Quis eſt iſte qui venit de
Pſal.23. Edom? Et. Quis eſt iſte rex gloriæ? Deinde exponit quædam
verba authoritatis inductæ. ¦ *Quòd autem adhuc ſemel dicit.* i.
Aggæi.2 per hoc ꝙ propheta hæc duo cõnectit,adhuc,& ſemel. *De-
clarat mobilium*.i. variabilium rerũ, ſcilicet elementorum &
orbium. *Tranſlationem*,hoc eſt,corruptionem,quantũ ad ſta
tum, & formas quaſdam accidentales ſeu tranſmutationem
in meliorem ſtatum. *Tanquam factorum*.i.à deo creatorum.
Idcirco cum ſint à deo creata poſſunt ab eo transferri in a-
Pſal.10. lium ſtatũ. Quod erit in die iudicij. *Vt maneant ea quæ ſunt
immobilia*,id eſt,hęc eadem in melius tranſmutata in æternũ
perſeuerent. Quia poſt diẽ iudicij ceſſabit generatio & cor
ruptio in rebus corporeis. Vel ſic, Quòd autẽ adhuc ſemel,
dicit,id eſt, per hoc quod de tempore gratiæ loquitur decla
F rat mobilium tranſlationẽ.i. cæremonialiũ veteris legis ceſ-
ſationem tanquã factorũ,id eſt, quaſi ad tempus inſtitutorũ
à deo,non vt ſemper durarent, vt maneant ea quæ ſunt im-
mobilia.i ſtatus,ritus, & ſacramẽta nouæ legis vſque ad fi-
Epiſt. nem ſeculi perſeuerent. *Itaque regnum immobile*.i. cœleſte.
Suſcipientes,modò in ſpe,ſuſcepturi illud in re. *Habemus gra
tiam* gratum facientem. *Per quam ſeruiamus*,obſeruãdo præ-
cepta,*Placentes deo*.i.opera meritoria perpetrantes. Seruia-
mus,inquam,*Cum metu*,inquantum eſt dominus. *Et reueren
tia*, id eſt, veneratione amoroſa, inquantum eſt pater no-
Mala.1. ſter. Vnde conqueritur apud Malachiam, Filius honorat
patrem, & ſeruus timet dominum ſuum. Si ergo pater ego
ſum,vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ego ſum, vbi eſt ti-
mor

Ratio aberrans an obliget. 82.c
Reconciliari deo per Christum quomodo dicimur, cũ eius dilectio inuariabilis sit & æterna. 31.f
Regnum quod Christus patri tradet in iudicio. 148.c
Regnũ quomodo Christus deo patri tradet. ibid.
Reprobatio diuina non est causa culpę sed pœnę propter culpam. 59.e
Resurrexit Christus cur & quomodo potiss. propter iustificationem nostram. 29.c
Resurrectionis Christi non tota est ratio iustificatio nostra, sed alia quoq; multa. ibidem.
Resurgentium, Christus verè primitiæ & quomodo. 148.a
Resurrectio prior & posterior dignitatem respicit nõ tempus. ibid.b
Resurgent omnes in suo gradu & ordine, secũdum exigentiam meritorum suorum. ibidem.
Resurrectio impiorum non erit merito Christi, sed diuina eius virtute ibidem.
Resurrectio momentanea erit. ibidem.
Resurrectio nõ conuenit nisi ei quod cecidit. 151.a
Resurrectionis prioritas seu posterioritas an vlla erit, & quonam modo intelligenda. 271.d
Resurrectio mortuorũ quomodo in ictu oculi & instantanea erit. ibid.c
Retributio hæreditatis quæ 26.a.b
Reuelatio quid propriè. 185.c
Reuelatio & visio pro eodẽ sumuntur, interdum distinguntur. ibid.
Rixa quæ. 210.a

S

Sacerdotes angeli dicuntur. 231.c
Sacerdotij Christi & Aaron differentia. 126.a.& seq.
Sacerdotes veteris legis sine iureiurando vllo instituebantur. 333.c
Ad sacramenti Eucharistiæ sumptionem quæ requirantur. 134.a
Sacramenta legalia quid potuerint. 43.c
Sacrificio in omni quatuor esse considerandæ. 134.b
Sacrificia legis pro peccatis oblata, peccata dicebãtur. 44.a
Sacrificia legis veteris ppter insufficientiam iterabãtur, Christi verò semel sufficit in perpetuum. 334.c
Sacramenta nouæ legis verã habent imaginem & similitudinem bonorum cœlestium, & quare. 322.d

Sadducæi qui & eorũ origo. 123.c
Salem cur offerri iussum in omni oblatione. 71.f
Saluatus nemo vnquam nisi per fidem & gratiam Christi. 44.c
Salus aliter applicatur hominibus post passionem, & aliter antè. ibidem
Samaritani qui. 323.c
Sancti quomodo peregrini sunt & aduenæ. 220.f
Sapientia vt est donum spiritussancti sine charitate esse non potest. 137.b
Sapientiæ, vt est donum spiritussancti, diffinitio. 251.a
Sapientia dei cum in se vna & simplicissima sit, cur multiformis dicitur. 221.f
Sapientia, vt est cognitio sermocinandi, in impiis etiam esse potest: secus prout est ex septem donis spirituss. 137.b
Sapientia quomodo multiformis dicatur. 221.f
Satanæ, quomodo tradidit Hymenęum & alios, Apostolus. 284.c.d
Scandalum duplex. 80.e
Scãdalum phariseorũ quod. ibidem.f
Scientia quomodo inflat. 118.
Scientia vt sit cognitio diuinorũ, etiam in impiis esse potest: secus prout est è septem donis spiritussancti. 137.b
Scientia vt est donum spiritu sancti sine charitate haberi non potest. ibidem.
Scientiæ, vt est donum spiritus sancti definitio. 251.b
Sciẽtia quomodo destruetur 141.a
Sciendi modus quis optimꝰ. 118.c
Seculi acceptio varia. 223.f
Secularia tẽpora quæ. 304.f
Sedere & stare dominꝰ, quomodo & quando intelligatur. 313.c
Seruitus vnde inflicta, & quare patienter ferenda. 253.c
Synagoga figura ecclesiæ. 126.f
Sollicitudo duplex. 117.a. & 248.f. & seq.
Socratis opinio, non debere nos à deo aliquid determinatè postulare. 51.b
Somnus triplex in scriptura. 270.c
Spes in Deum, an in Christo & quænam. 319.d
Spiritus timoris & adoptionis vnus & idẽ quomodo. 47.b
Spiritus sanctus esse deus vẽrus dupliciter probatur. 99.a
Spiritus sanctus in se vnus & simplex, quamuis in donis sit multiplex. 137.c
Spiritus manifestatio, quæ gratia quódve donum. ibidem.d

simum necessaria, & quare ibidem
Pauli epistolas præ cæteris scripturis, tribus potissimũ eminere. 2.d
Paulus cur post euãgelia legem satis perficientia epistolas scripserit. 2.f
Paulus cur quatuordecim numero scripserit epist. 3.a
Pauli esse epistolam ad Hebræos. ibidem.b
Pauli epistola ad Romanos cur ordine prima, cum tamen tempore non sit. 3.c
Paulus binominis. 3.e
Pauli in epistolis, habet elephas vbi submergatur. 26.c
Paulus an in Hispania prædicauerit. 86.f
Paulus quatenus minimus apostolorum. 146.e
Paulus eorum quæ in raptu vidit omniũ memor post non fuit. 186.f
Paulus an verè an simulatoriè Petrum reprehendit. 197.a.b
Paulus quomodo Gentibus missus dicatur. 169.f
Paulus Apostolus an bis raptus fuerit. 186.d
Peccatum idem peccatum & causa peccati, culpa & pœna culpæ. 12.b
Peccatum quid. 16.c
Peccatum quid. 20.c
Peccata quædam in se amara & pœnalia, cóq; melius superãtur colluctando & reluctãdo & resistẽdo: quędam in se delectabilia, quæ melius vincuntur fugiendo quàm colluctando. 111.b.c
Peccare quomodo quis dicatur sine lege. 16.c.d
Peccare post prohibitionem grauius quàm ante. 202.f
Pelagij error, meritorij operis inchoationem à nobis, consummationem à Deo esse. 163.c
Penula quid. 303.f
Perfectionem Dei maximè spectat misericordia & iustitia. 59.e
Persona diuina dicitur esse alicuius dupliciter. 30.f
Petitio quæ. 248.b
Petrus quomodo missus ad Iudæos dicitur. 196.a
Pharaonẽ quomodo dicitur deus excitasse, in quo virtutẽ suam ostenderet. 58.d
Philipenses qui. 236.b
Philosophi quidam non dignabantur à suis discipulis aliquid temporale exigere, ne viderentur scientiam sensibilibus rebus comparare. 221.f
Pignus & arra differunt. 215.d
Placere nobis quàm alienum esse à nobis debeat. 83.a
Postulatio quæ. 248.b 284.c
Præcepta veteris testamenti triplicia. 24.a

Præceptorum intentio quæ 42.c
Præcepta moralia dupliciter determinantur. ibidem
Præcepta veteris legis tot fuisse, quot ossa in corpore humano. 219.d
Prædestinatio quid. 5.b
Prædestinare quid. 59.f
Prædestinatum esse Christo competit secundum quod homo. 5.f
Prædestinationis nostræ certitudinem quomodo testari possumus. 47.f
Prælati subditos suos fratrũ loco & habere & vocare debent exemplo Pauli. 158.a
Prælatio tãdiu durabit quãdiu mundus etiam durabit 148.f
Primogeniti in lege naturæ erant sacerdotes, & speciales vestes habebant quibus sacerdotij tempore vtebantur. 358.b
Primogenituræ, & dignitas sacerdotij, spirituale sunt bonum: ideo Esau in vendendo incidit in symoniã. ibidem.
Principatum omnem quando & quem Christus euacuabit. 148.f
Profundum charitatis quod 225.c
Promissio Abrahæ facta diu præcessit legislationem. 201.e
Promissio Abrahæ quando facta. ibidem.
Prophetæ omnes non sunt loquuti nisi super dies Messiæ. 4.c
Prophetare variè accipitur. 142.e.f
Prophetarum spiritus quomodo prophetis subiecti. 146.b
Prophetia donum dignius dono linguarum triplicíter. 142.b.c
Prophetæ qui dicantur. 225.c
Propiciatorium quid. 342.f
Proprium suum nomen non exprimere, cum de seipso aliquid magnificum asserunt, consuetudo est sanctis viris. 185.e.f
Prouidentiæ excellentia. 5.a.b
Prouidentia diuina se ad minima etiam extendit. 121.c
Proximorum de morte possumus & debemus aliquãdo tristari ac flere. 270.c.d
Prudentia spiritualis quæ. 45.b

Q

QVeuisse Deus quomodo intelligatur post creationẽ rerum omnium. 323.b.c

R

RAptus Pauli duplex & quando contigerit. 185.f.186.a


mor meus? Sic ergo ſeruire debemus: Cuius ratio ſubinfer- A
tur: *Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt*, ſimilis igni deuorá-
ti. Deus enim peccatores conſumit & cruciat. Electos verò
calore amoris incendit, atque à fæcibus criminum purgat.
Hoc eſt, quod in Deuteronomio inducitur, Caue ne obliui *Deute. 4*
ſcaris pacti domini Dei tui, quoniam dominus Deus tuus
ignis conſumés eſt, Deus æmulator. Ex quo innoteſcit, quòd
ad literam loquitur de conſumptione impiorũ per pœnas.
Quemadmodum in propheta Eſaia ſcribitur: Ardens furor *Eſa. 10.*
eius, & grauis ad portandum.

Cap. XIII. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.*

ARTICVLVS. XIII.

EX hoc loco vſque ad finẽ epiſtolæ ponit Apoſtolus mo B
ralia documẽta. *Charitas fraternitatis*, id eſt, fraterna ſeu
proximorum dilectio. *Maneat in vobis.* Qui enim diligit pro *Roma. 13.*
ximum, legem impleuit. Vnde & Petrus iubet, Ante omnia *1. Petri. 4.*
mutuam charitatẽ in vobis continuò habẽtes, quoniá cha-
ritas operit multitudinem peccatorum. *Et hoſpitalitatem no-*
lite obliuiſci, ſed eã pro viribus exercete. Sicut & Petrus hor- *Ibidem.*
tatur, Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratione, ne Chriſtus in *Matt. 25*
die iudicij vobis improperet, Hoſpes fui, & non collegiſtis
me. *Per hanc enim*, hoſpitalitatem, quæ eſt actus charitatis & *Gene. 19*
miſericordiæ. *Placuerunt* Deo *Quidã*, videlicet Abraham & *Gene. 23*
Loth. *Angelis hoſpitio receptis*, vt fertur in Geneſi. Angeli
náque in ſpecie hominũ eis apparuerunt, vnde & primò pu-
tabãt eos homines eſſe. Quod patet, quoniá corporalẽ refe-
ctionẽ parauerát eis. Ex quibuſdã tamen indiciis videbãtur
eis eſſe homines ſancti, in quibus Deus honoraretur. Pro- C
pter quod adorauerũt eos. Poſtmodũ verò cognouerũt. q̃
angeli eſſent. *Memẽtote vinctorũ*. i. captis ſuccurrite, neceſſa-
ria miniſtrando auxiliũ impendẽdo. *Tãquam ſimul vincti*. i.
in carcere corporis huius detenti. Vel tanquá ſimul vincti,
id eſt, ſic ac ſi eſſetis vincti cũ eis, & ſicut vobis fieri velletis,
ſi vincti eſſetis. Mementote quoque. *Et laborantium*. i. paupe
rum & infirmorũ, infirmitatibus & laboribus fatigatorum,
vt eos repauſetis. *Tanquam & ipſi in corpore morantes*, id eſt,
corporales neceſſitates quotidie ſentiẽtes. Per quod exper-
ti eſtis quid illis neceſſarium ſit. *Honorabile connubium*. i. ho-
neſtum matrimonium ſit. *In omnibus*, vobis coniugatis, vt
tria bona matrimonij inueniantur in vobis, videlicet fides,

D proles & ſacramentũ. *Et thorus immaculatus.* i. nõ niſi legitimè copulati cõdormiunt: *Fornicatores enim,* ſimplici fornica-
Sapien. 3 tione. *Et adulteros,* niſi pœniteant. *Iudicabit deus,* iudicio reprobationis æternæ. Ex quibus cõſtat, quòd actus matrimonialis poſsit eſſe ſine peccato. Et quòd fornicatio ſimplex ſit peccatum mortale. *Sint mores.* i. actus & vita veſtra. *Sine auaritia:*
Eccle. 10. Auaro enim nihil eſt ſceleſtius. Et, Radix omniũ ma-
1. Tim. 6. lorũ eſt cupiditas. *Contenti præſentibus.* i. bonis iam habitis, vt nõ ſtudeatis cumulare ſuperflua: ſed habẽtes victũ, & q̃bus
Ibidem. tegamur contenti ſimus. *Ipſe enim,* dominus. *Dixit,* in lib. Io-
Ioſue. 1. ſuę. Quod ad literã dicitur ipſi Ioſuæ, moraliter autem vnicuique in Deo ſperanti: *Non te deſeram,* quin tibi neceſſaria
E tribuã. *Neque derelinquã,* in aduerſis. Hoc & Chriſtꝰ in euãg.
Matt. 6 ait, Scit pater veſter, quia his omnibꝰ indigetis. Quærite er-
Pſal. 117. go primũ regnũ Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. *Ita vt*
Roma. 8 *confidẽter dicamus* ſinguli illud Pſal. *Dominus mihi adiutor eſt, nõ timebo quid faciat mihi homo,* quamuis rapiat mea. Si enim Deus pro nobis, quis cõtra nos? Nã etſi permittat nos tribulari, expoliari, ſiue occidi, hoc facit propter maius cõmodũ noſtrũ & gloriã amplioré. Idcirco debemus nos eius diſpoſitioni cõfidenter cõmittere. *Mementote præpoſitorum veſtrorum,* apoſtolorũ & diſcipulorum, ſeu ſucceſſorum eorũ. *Qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorũ intuẽtes.* i. cõſiderantes. *Exitum cõuerſationis.* i. finẽ & paſſionẽ quæ vitã hãc terminauerunt. Vel exitũ cõuerſationis. i. cõuerſationem ad alios. *Imite nini fidẽ,* vt ſitis parati mori pro fide, tanquã fideliter agatis vt ipſi. Sic autẽ in Chriſto ſperandũ eſt. *Nã Ieſus Chriſtus*
Finis. F *heri & hodie, ipſe & in ſecula.* i. Chriſtus qui fuit adiutor prę cedẽtiũ ſanctorũ, eſt adiutor & poſterorũ, omniúmque qui vſque ad finem mundi in ipſo ſperabunt. Vel per has differentias temporis deſignatur æternitas Chriſti ſecundũ diui-
Pſal 1. nitatẽ. Quẽadmodũ & alibi dicitur, Gratia vobis ab eo qui
Coloſſ. 2 eſt, & qui erat, & qui vẽturus eſt. Deinde docet vitare ma-
Apoc. 1. giſtros fallaces, in cathedra peſtilentiæ ſedẽtes. *Doctrinis varijs.* i. à ſacra ſcriptura diuerſis ac diſſonis. *Et peregrinis.* i. extraneis *Nolite abduci,* à fide catholica. Ne quis vos decipiat per inanẽ philoſophiã, aut falſam ſcripturarũ interpretationem, vel ſimili modo. *Optimum eſt enim gratia.* i. per gratiam gratificãtem. *Stabiliri cor.* i. animã confirmari in Deo. Quoniã gratia iſta eſt omniũ operũ meritoriorũ principiũ, ſicut



natura

natura principium est operationum naturaliũ. Idcirco per- A
gratiam vitantur errores ac hæreses. Et tantò perfectius bo
na aguntur ac mala vitantur, quantò amplius cor in gratia
stabilitur. Optimũ ergo est gratiá stabiliri cor. *Nõ escis.* i. nõ
superfluitate ciborũ, vel nõ discretione escarũ secundũ legẽ
quoniã escæ secundũ legẽ licitæ nõ magis conferunt gratiã
quàm illicitæ. Ideo subditur. *Quæ* escæ, *Non profuerunt*, spiri
tualiter. *Ambulantibus in eis.* i. gulosis vel obseruatoribus le-
gis, quantũ ad esum quarundã escarũ, & aliarum euitationẽ.
Talia enim cæremonialia tempore noui testamenti mortife-
ra sunt, nec propria virtute gratiam conferebant etiã tempo
re veteris legis. *Habemus enim altare de quo edere nõ habẽt po* *Roma.3*
testatem qui tabernaculo deseruiunt. Altare istud intelligi po-
test corpus Christi, vel crux in qua Christus oblatus est, vel B
materiale altare ecclesiæ. De corpore autem Christi, vel de
altari & cruce, id est, de sacrificio oblato in altari materiali,
in quo Christus quotidie immolatur. Vel in cruce, in qua *Apoc.8* A
oblatus est semel, non habent potestatem, ist est, licentiam *Roma.3* I
manducandi, qui tabernaculo deseruiunt, id est, cultui ve-
teris testamenti, seu obseruationibus legalibus, quæ fiebant
in tabernaculo dediti, sunt volentes obseruare legalia simul
cum Euangelio. Tales enim censentur hæretici, ideo sacra-
mentum corporis Christi mãducare non possunt. Vnde con
stat, quòd escæ legales non prosunt, sed optimum sit gra-
tiâ stabiliri cor, quod fit in participatione corporis Christi.

Quod deinde probat Apostolus per allegoriam veteris C
testamenti seu figuram huius rei significatiuam. *Quorum*
enim animalium, scilicet hirci & vituli, qui in die expiatio-
nis offerebantur solenniter intra castra. *Infertur sanguis pro* *Leuit.16*
peccato in sancta per pontificem. Horum quippe animaliũ san-
guinem intulit summus sacerdos in sancta sanctorum. *Ho-*
rum, quoque animalium. *Corpora*, id est, carnes oblatæ.
Cremantur extra castra. Non enim licuit alicui his carnibus
vesci. Quoniam pro peccato pontificis erant animalia ista
oblata, propter quod carnes eorum comburebantur omni-
no extra castra. Porrò hircus & vitulus præfigurauerunt
Christum pro nostris peccatis oblatum, & similitudine car-
nis peccati indutum. Quòd verò pontifex tulit sanguinem
illorum animalium intra sancta sanctorum, signauit, quòd
per sanguinem Christi patefactus est aditus regni cœlorum.

D Combustio autem corporum præfigurauit quòd Christus extra portam pateretur. Sed quòd sacerdotes vesci non po-
Marc.15 terant carnalibus illis, significauit quòd Iudæi legalibus inhærentes, & tabernaculo deseruientes non habent potestatem edendi de altari nostro, videlicet participando corpus & sanguinem Christi. Propter quod declarandum introduxit Apostolus hanc figuram legalem. *Propter quod*, id est, quia corpora animalium illorum cremabantur extra castra, idcirco vt figuratum correspondaret figuræ. *Et Iesus vt sanctificaret*, id est, à peccato purgaret, gratiámque conferret. *Per suum sanguinem*, id est, precio sanguinis sui. *Populum*, id
Ioan.17 est, genus humanum. *Extra portam*, Hierusalem. *Passus est*,
Marci.15. scilicet in loco Caluariæ. Nunc tamen locus ille intra Hie-
E rusalem reædificatam includitur. *Exeamus ergo*, gressibus
Lucæ.25 mentis, videlicet credendo ac diligendo. *Ad eum extra*
Ioan.19 *castra*, id est, extra propria corpora, ea spiritualiter mortifi-
Galat.5 cando. Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt
Roma.8 cum vitiis & concupiscentiis. Et, Qui in carne sunt deo pla-
Lucæ.9 cere non possunt. *Improperium eius portantes*, id est, passioni eius nos conformantes, & crucem nostram quotidie post ipsum baiulantes, patiendo libenter pro Christi amore omnia dura atque aduersa. *Non enim habemus hîc*, id est, in seculo, vel corpore isto mortali. *Manentem ciuitatem*, id est,
2.Petri.1. stabilem mansionem. Velox nanque est depositio taberna-
Mat.25 culi nostri, & nec diem scimus nec horam. Quemadmodum
Iob.32 scriptum est, Nescio quandiu subsistam, & si post modicum
1.Par.27. tollat me factor meus. Et rursus alibi, Dies nostri quasi vm-
F bra super terram, & nulla est mora. *Sed futuram*, id est, cœlestem ciuitatem ac patriam beatorum. *Inquirimus*, De qua
Apoc.21. in Apocalypsi legitur, Ciuitas nõ eget sole neque luna: Ná claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. *Per ipsum ergo*, id est, quatenus ad hanc ciuitatem futuram perducamur, per ipsum Christum mediatorem, aduocatum, atque pontificẽ nostrum. *Offeramus hostiam laudis*, id est, orationem deuotam, obedientiam promptam, & diuini nomi-
Psal.49. nis laudationem. *Semper*, id est, omni hora cõuenienti ac de-
Eccle.35. bita. *Deo*, trinitati, qui ait in Psalmo, Sacrificium laudis honorificabit me. De tali sacrificio scriptum est & alibi, Salutare sacrificium est attendere mandatis, & discedere ab om-
Esa.50 ni iniquitate. Quid autem dicat hostiam laudis, declarat, *Id*

est



Spiritus prophetarū quomodo prophetis ſubiecti, & quinam ij ſunt. 145.b
Spiritus ſanctus arra et ſignū adoptionis noſtræ in filios dei. 215.d
Spiritꝰ acceptio varia. 209.e
Spiritus opera, cur fructus ritè dicantur & gaudium. 210.a
Spiritꝰ fructus duodecim, eorumque diſtinctiones. Ibidem.b
Spiritꝰ ſanctus quare promiſſionis ſpiritus dicatur. 215.c
Spirituſſ. pignus hæreditatis noſtrę cur vocatur Ibidē.d
Spirituſſ. potius arra quā pignus dicēdus& quare.215.e
Stadium quid & eius inſtitutio. 123.f
Stare & ſedere dominus quomodo & quando intelligatur. 313.c
Stimulus carnis quid. 187.c
Sublimitas charitatis quæ. 223.b c
Superbia, cū cętera vitia ſunt in impiis, in ſpirituali excellētia virtuoſos maximè exercere ſolet. 187.c
Suſcitatio Chriſti actiua cuilibet diuinæ perſonę attribui poteſt. 29.b

T

TEmplū dei quid. 103.b c
Templum dei homo dicitur duplici ratione. 103.c
Templa quomodo orationi congruant. 62.a
Tentatio paſſiua non fugiēda, imò in ſe virtus. 127.b
Tentatio quæ peccatum, & quæ non. 187.e
Tertium cœlū quod. 189.b
Teſtamētum nouū per Chriſti paſſionem confirmatū. 344.b
Thuribulum quid. 342.d
Timor & amor, legis euangeliiq; differentia. 30.a
Traditio impiorum in deſideria cordis eorum pœna eſt grauiſſima. 12.a
Tributum. 76.e
Tuba nouiſſima quæ intelligatur. 153.b
Tubæ vſus apud Iudæos. 271.a

V

VEctigal. 76.d
Velamē ſubiectionis ſignum. 130.c
Velationis mulierum cauſa, 230.d
Venialia ſingula etſi vitare poſſimus, non tamen omnia propter fomitis corruptionem & nimiam noſtrā fragilitatem. 127.a
Verbi acceptio varia in ſcripturis ſacris. 313.a b
Victoria Chriſtiana omnis eſt in vera humilitate. 241.b
Videre deum facie ad faciem

& per ſpeciem quid. 241.f & ſeq.
Videri à creatura quãtumuis perfecta, deus non poteſt. 241.f
Vir cur potius gloria & imago dei, quàm mulier. 131.b
Viro comam habere vetabatur. 131 f
Virtꝰ in infirmitate quomodo perficitur. 187.b
Virtutis ſignum, delectatio operis. 247.d
Viſio & reuelatio pro eodẽ ſumuntur, interdum diſtinguntur. 185.d.e
Viſio quid propriè. Ibidem.
Viſionũ genera varia. 312.a
Vitam animę non penitus in corpore innaturalẽ eſſe & veluti in carcere, vt quidã dixerunt. 243.d
Viuere deo quid. 36.c.f
Viuere quid ſit. 129.e
Viuere Chriſtum in nobis quid. ibidem.
Vltiones deus interdũ facit repentinas vt commendetur nobis diuina miſericordia. 135.a
Vnitatem & identitatem rectè ſentienti adinuicẽ cauſat lumen gratiæ. 83.d
Vocatio dupler, prædeſtinationis & iuſtificationis. 344.b
Vocatur quis ad dignitatem qui iuſtè eligitur. 325.f
Volũtatẽ dei in nobis quomodo cognoſcere poſſimꝰ 72.d
Voluntas dei dupliciter accipitur. ibidem.c
Voluntas antecedens quæ. 205.e
Voluntas conſequens quæ. ibidem.
Vt, particulæ vſus varius. 11.e
Vt, particulæ vſus. 19.f

FINIS.

eſt, fructum, hoc eſt, ſermonem noſtrorum. *Labiorum confitentiũ nomini eius*. i. laudãtium deum. Quemadmodum in propheta legitur. Tollite vobiſcũ verba, & dicite ei, Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Et in Pſalmo, Confitebor domino nimis in ore meo. *Beneficẽtiæ autẽ*, hoc eſt, liberalitatis & bonæ operationis in alios. *Et communionis*. i. charitatiuę cõmunicationis bonorũ veſtrorũ ſpiritualiũ. *Nolite obliuiſci*, ſed opere exercete. *Talibus enim hoſtiis*. i. operibus ad dei honorẽ exhibitis. *Promeretur*. i. pro prẽmio acquiritur. *Deus*. cũ ſint opera meritoria vitæ æternæ. *Obedite præpoſitis*. i. prẽlatis ac ſuperioribus. *Veſtris*, Chriſti vicariis, eorũ præcepta ſeruando. *Et ſubiacete illis*, reuerentiam exhibendo. Ait enim ſaluator ſuis vicariis, Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. *Ipſi enim peruigilãt*. i. de veſtra ſalute ſolliciti ſunt. *Quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*. Chriſto. *Vt cum gaudio hoc faciant* i. lætanter pro vobis peruigilẽt aſpiciẽtes ſe non inaniter deſudare pro vobis, ſed de veſtro profectu gratulentur. Maxima quippe conſolatio boni prælati, eſt digna cõuerſatio ſubditorum, prout Ioannes in tertia ſua teſtatur Canonica, Maiorem horum gratiam non habeo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare.

Hoc enim expedit vobis. i. in hac obedientia & ſubiectione ſalus veſtra conſiſtit. Melior nanq; eſt obediẽtia quàm victimæ: & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietũ. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Cum gaudio ergo hoc faciant, *Et non gementes*. i. nõ deſolati propter rebellionem, & ingratitudinẽ veſtram. *Orate pro nobis*. Ecce Paulus cõfirmatus in gratia, petit ab inferioribꝰ orationis ſuffragiũ. Nemo ergo adeo magnus aut ſanctus ſit in propriis oculis, vt ſpernat aut negligat petere orationis auxilium à proximis ſeu ſubiectis. Inſuper manifeſtat apoſtolus ſe eſſe capacem effectus orationis aliorum. *Confidimus enim*, in domino. *Quia*. i. quòd. *Bonam conſcientiam habemus*. i. de nullo peccato, præſertim mortali nobis cõſcij ſumus. *In omnibus*, locis, horis, & cauſis. *Benevolẽtes conuerſari*. i. laudabiliter viuere, neminẽ decipiẽdo. *Amplius autẽ deprecor vos hoc facere*. i. pro nobis orare. *Quo celeriꝰ reſtituar vobis*. i. vt cito permittar redire ad vos ad veſtrã vtilitatẽ. *Deꝰ autẽ pacis*, amator ac dator. *Qui eduxit de mortuis*. i. de morte ſuſcitauit. *Paſtorem magnum ouium*,

A
Oſee. 14. *Pſal. 108.*
B
Luc. 10.
3. Ioan. b.
Eſa. 67. *1. Reg. 15.*
C
Eſa. 5.

Id est, Christum summum, principemque pastorum hominum humilium, innocentium & electorum. De quibus ait,
Ioan. 10. Animam meam pono pro ouibus meis. Et ad petrum, Pa-
Ioan. 10. sce (inquit) oues meas. Qui facti sunt oues. *In sanguine testamenti æterni.* i. per meritũ effusionis sanguinis Christi. Quo sanguine confirmatum est nouum testamẽtum, quod appellatur æternum, quoniam aliud ei non succedit, & quia æterna bona promittit. *Dominus noster Iesus Christus aptet.* i. per gratiam expeditos. *Vos.* faciat, *In omni bono* i. in cogitatione pura, locutione vera, operatione & passione sancta & recta *Faciens in vobis*, i. dans vobis gratiam agendi id. *Quod placeat coram se.* i. suæ iustitiæ sit acceptum. Ipse enim operatur in nobis, & velle & perficere. Et omnia opera nostra operatur in
E nobis, faciátq; hoc. *Per Christum Iesum.* i. merito Christi, per
Philip. 2. quem omnia diuina nobis charismata conferũtur. *Cui est glo-*
Esa. 29. *ria in secula seculorum* i. sine fine. *Amẽ. Rogo autem vos fratres vt sufferatis.* i. vt gratanter ac patienter audiatis. *Verbũ solatij* i. epistolam hanc solatiosam & consolatoriam. *Etenim per-paucis.* i. valde breui sermone. *Scripsi vobis*, respectu sententiarum quæ in hac continentur epistola. *Cognoscite fratrem nostrum Timotheũ dimissum*, à carcere, in quo dudũ vinctus iacebat. *Cum quo si celerius.* i. festinãter. *Venerit*, ad me. *Videbo vos.*
Roma 5. visitãdo vos cum eo, si deus sic dederit. *Salutate omnes præpo-*
Act. 16. *sitos.* i. prælatos. *Vestros & omnes sanctos.* i. viros perfectos inter vos existentes. Ex hoc elicitur, quòd præsentem epistolã scripsit communitati seu inferioribus, non rectoribus, quia fortassis non indigebant. *Salutant vos*, id est, beatitudinem vobis dicũt & optant omnes, *Fratres*, id est, Christiani. *De*
F *Italia*, cuius metropolis est Roma. Ex quo patet, ex Roma hanc scriptam esse epistolam. *Gratia*, gratum faciens, finalis & consummata, sit. *Cum omnibus vobis. Amen.* Ipsa enim est donũ supernaturale, ad supernaturalem finẽ perducens, quã solus creator infundit. Qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

FINIS.

